

PRAXIS FORJUDICATORIA,

S E U

MODUS PROCEDENDI
IN REGNO NEAPOLITANO

AD SENTENTIAM FORJUDICATIONIS

Contra Reum Absentem in ejus contumaciâ, vigore
Constitutionis Regni. *Pœnam eorum, &c.*

VALDE UTILIS, ET NECESSARIA

Tam jus dicentibus, quàm in Foro Criminali versantibus,

AUTHORE
ANGELO SCIALOYA

REGIO CONSILIARIO CAM. S. CLARE NEAPOLIS,

Novissimè in hac secundâ impressione diligenter expurgata,
& pluribus Additionibus illustrata.

Cursum characteris interpositi

A

IO. DOMINICO ALBARELLA SCIALOYA

ADVOCATO NEAPOLITANO

AUTHORIS NEPOTE.



Set. 12. 1841

NEAPOLI, MDCCLXI.

Superiorum Facultate, & Privilegio.

*Præterea habeo per HANC immor-
talitatem, & memoriam æternam his,
qui post me futuri sunt, relinquam.
Sapientiæ. Capit. 8. 13. J. D. A.*

P R O G R A M M A
R E X B O R B O N I U S
A N A G R A M M A P U R I S S I M U M
B O N U S R E X O R B I

INVICTISSIMO ; ET POTENTISSIMO
CAROLO BORBONIO REGI
SICILIARUM, ETC.

Jo: Dominicus Albarella salutem plurimam auspicatur.

MEas hasce lucubrationes alio quàm TIBI justius, & sanctius non fuit invento, ut dicarem, quia si ORBI BONUS REX es, MELIOR tuis florentissimis Regnis es Dominator OPTIMUS, ergo es Dominus supplicantis. Opera hæc TIBI dicantis. Et meritò & jure tantis de gratiis me gloriari oportet, quia gratiosis oculis alios meos labores suscepisti, quos feci ad tuum Regium Ærarium celebris Agere, & alios etiam ad Cervillini Præxim Universitatis; Imò quod plus est, honores magnos magnis gratiis addendo. Tu, a Secretis Status, & Justitiæ ordinare dignatus fuisti, ut Ego patrociniū susceperem D. Candidæ Grimaldi contra D. Joannem Firma, & quia, Deo dante, Causæ victoriam reportavi. TU ejus sententiam approbasti, & statim illam executioni demandare jussisti, & quod d. D. Candida in Ven. Orphanotrophio S. Mariæ de Consilio hujus Civitatis interim retenta fuisset, ubi in præsentiarum de tuis tantis benemerita beneficiis magnâ cum ejus animi hilaritate, sui que pudoris decore reperitur. Eja igitur cepta prosequere, Populorum summe Princeps ab ORBE amatissime, Monarcha fortissime, & FILI maximè potentissimi Regum Regis, CUIVS Regnis neque etiam cum Nox fiat, Sol obscuratur, prosequere, inquam, tuis optatissimis jussis mihi præcipere, ut sub tuo Imperio, etiam pro tuâ glorie Majestate, sanguinẽ effundere, & præces interea ALTISSIMO dare, ut Nestoris annos TIBI tribuat, vivat ut Clementia, vivat ut Pietas, ut Magnanimitas vivat. Vale.

S E R I E S

Capitulorum, quæ in hac Praxi Forjudicatoria continentur.

CAP. I. Forjudicatus unde dicatur?

- 1 Quis sit Judex competens in forjudicando delinquentes? fol. 2.
- 2 Pro quibus delictis quis possit forjudicari? fol. 6.
- 3 Quæ probationes requirantur, ut quis possit forjudicari? fol. 11.
- 4 De citatione ad informandum, & ad capitula in materiâ forjudicationis. fol. 46.
- 5 De notificatione, & relatione dictarum citationum. fol. 74.
- 6 De contumaciis incusandis in dictis citationibus. fol. 80.
- 7 Citatus ad informandum, & ad capitula tenetur personaliter comparere, sed plures exceptiones opponere potest per ejus agnatos, cognatos, & procuratores. fol. 86.
- 8 De banno, & annotatione bonorum faciendâ contrâ forjudicandos. fol. 92.
- 9 Infra quantum tempus possit commissum delictum quis possit forjudicari? fol. 109.
- 10 De citatione ad forjudicandum, & de exceptionibus opponendis per consanguineos forjudicandi antè sententiam forjudicationis. fol. 112.
- 11 De sententiâ forjudicationis. fol. 123.
- 12 Forjudicatus, lectâ sententiâ for-

judicationis, habetur, ac si confessus esset crimen, de quo fuit accusatus. fol. 157.

14 Forjudicatus, lectâ sententiâ forjudicationis, ab eâ appellare, vel supplicare non potest, & nequè auditur in causâ principali. fol. 161.

15 Forjudicatus, lectâ sententiâ forjudicationis, habetur pro mortuo. fol. 168.

16 De bonis forjudicatorum confiscandis. fol. 180.

17 Forjudicatus lectâ sententiâ forjudicationis, potest ab omnibus impune occidi. fol. 196.

18 De pœnâ receptantis forjudicatos. fol. 215.

19 De persecutione forjudicatorum. fol. 224.

20 De pœnâ exhibentis forjudicatos à manibus Familiæ Curia. fol. 238.

21 De furtis, & damnis factis per forjudicatos. fol. 247.

22 De consanguineis forjudicatorum extractandis. fol. 252.

23 De forjudicatis guidatis. fol. 259.

24 De forjudicatis indultatis. fol. 270.

25 Capto forjudicato, quid agendum? fol. 296.

26 De executione sententiæ forjudicationis. fol. 319.

27 De cadaveribus forjudicatorum. fol. 326.

P R A X I S FORIUDICATORIA

ANGELI SCIALOYÆ U. J. D.

CUM ADDITIONIBUS

CURSIVI CHARACTERIS INTERPOSITIS

U. J. D. JO: DOMINICI ALBARELLÆ

I P S I U S N E P O T I S



S U M M A R I U M .

- 1 **F**oriudicatus non est nomen iuris, sed est Regni vocabulum.
- 2 Foriudicatus in Regno dicitur, qui elapso anno, vel aliquo certo tempore à statuto breviato, per sententiam forindicationis condemnatur, & si quanta forindicatione habetur pro confesso, & quid si per diffinitivam sententiā esset condemnatus? n. 21.
- 3 Foriudicatus dicitur, quasi foris omnem aditum iudicij constitutus, vel dicitur foriudicatus, idest foras iudicatus.
- 4 Foriudicatio de iure communi non reperitur post annum, sed tantum contumacia, & bannitus perdit omnia bona sua elapso anno, & semper ipse auditur in facto principali, sed de iure regni committens delictum, propter quod veniat imponenda pœna mortis, si citatus non comparet, & sit bannitus, & in banno persistat in contumacia per annum, elapso anno à die banni potest foriudicari, & foriudicatus amplius non auditur in facto principali, & nu. 24.
- 5 Absens in criminalibus non potest de iure diffinitivè condemnari, quando contrà eum venit imponenda pœna ultra relegationem, sed de generali consuetudine Italia, & de iure Regni est secus.
- 6 Læsa Maiestatis humana, & diuina crimen committens, potest absens in eius contumacia condemnari.
- 7 Constitutiones, statuta, & praxi procedendi in criminalibus contrà reum absentem valent.
- 8 Sententia excommunicationis non potest proferri, nisi lile legitimè contestata, & dato ter-

- mino reo ad se defendendum, & repetitis testibus, parte audita, nisi sit contumax, quid tunc potest in contumacia excommunicari.
- 9 Contumax potest excommunicari, & mortaliter peccat. n. 11. & dicitur infidelis. nu. 12. & dicitur esse in dolo. nu. 14. sed propter contumaciam Procuratoris, Dominus non potest excommunicari, n. 13.
 - 10 Excommunicatus in contumacia, perseverans per annum in contumacia, elapso anno, redditur suspectus de hæresi, & infamis efficitur, & dicitur membrum Diaboli, n. 17. & videtur fateri delictum. n. 22.
 - 15 Excommunicatus in Regno perseverans in excommunicatione per annum, debet denunciari per Episcopum excommunicantem Iudici laico, ut ipse Iudex laicus eum puniat, & qua pœna puniatur? n. 16. sed in duobus casibus non punitur, n. 18.
 - 19 Clericus beneficiatus statim, ac est excommunicatus, priuatur fructibus beneficii, limita autem, quando est in extrema necessitate constitutus; limita etiam, quando fuit nulliter excommunicatus, ibidem.
 - 20 Argumentum valet de excommunicato ad bannitum.
 - 23 Excommunicatus in contumacia pro crimine hæresis, elapso anno, habetur pro conuicto, & potest puniri uti hereticus, & amplius non auditur ad se defendendum.
 - 25 Foriudicatio an sit pœna contumaciæ?
 - 26 Contumacia an sit delictum? et an ex contumacia quis possit interfici? ibidem.
 - 27 Bannitus, et condemnatus pro delicto in contumacia, dicitur bannitus, et condemnatus ex maleficio, et non ex contumacia. Sed alij contrà, ut ibidem.

A

CAP.

CAP. I.

Foriudicatus unde dicatur?



Foriudicatus non est nomen juris, sed est Regni vocabulum, & secundum communem usum loquendi, Constit. Regni. penam eorum. vers. sic foriudicatus. Grandis de bello exulium in prædicamento qualitatis. quæst. 2. n. 2.

Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 127. n. 4. Thor. in Cod. rerum, indic. casu. 1. n. 3. Card. de Lago Miscellandisc. 19. n. 14. qui eundem meum. Avunculum Scialoja testatur.

2 Et foriudicatus in Regno Neapolis dicitur ille, qui elapso anno à die publicationis banni per Constitut. Regni penam eorum, vel elapso aliquo certo tempore brevato per Pragmaticas, ad sententiam foriudicationis condemnatur, Mastrill. de indulto, cap. 43. n. 1. Et in Regno Sicilia vltra Pharum, banniti ex contumacia sunt illi, qui ex aliquo delicto inquisiti, & non comparentes, citantur per contumaciam, & si non constat de effusione sanguinis, expectatur triduum, si verò de ipsius effusione constaret, non expectato triduo, annoratis eorum bonis, ponuntur in banno, vt disponit ritus illius Regni in cap. 159. Mastrill. eod. tract. de indulto. cap. 14. n. 1. *quod si deinde infra quattrimstre tempus non comparent, servatis servandis, proceditur contra eos ad sententiam foriudicationis. Mastrill. d. cap. 14. n. 1. & docuit meus Avunculus Scialoja in cap. 10. n. 4. & exul est idem ac bannitus, & foriudicatus. Novarius in rubric. prag. de exulibus n. 1. & banniti vulgè appellantur suorusi. Menochius de presumptionibus. lib. 5. præsumpt. 45. n. 28.*

3 Dicitur foriudicatus, quia est foris ab omni aditu iudicii, hoc est, quod sibi ex contumacia denegatur omnis audientia in iudicio ab habentibus iudicare, d. Constit. Regni penam eorum. dict. vers. sic foriudicatus, & ibi Afflict. n. 42. & Thorus in d. casu. 1. n. 41. Vel dicitur foriudicatus, idest foras iudicatus, nam propter aliquod grave delictum absens, in eius contumacia ad mortem condemnatur, Constit. Reg. penam eorum Danza. de punga DD. tom. 3. tit. de varijs criminum cognitionibus. cap. 4. n. 1. Campana, de foriudicatione. resol. 13. n. 1, & Thorus in d. casu 1. n. 7. & casu 4. n. 30. & 31.

4 Et licet de iure communi non reperiatur foriudicatio post annum, sed tantum contumacia, & bannitus perdat omnia bona sua elapso anno, & semper audiatur in facto principali, ut probatur in l. 1. ubi glos. Bart. & alij. ff. de requirend. Reis, & in l. 1. & 2. C. eodem. tit. de requirendis reis. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 44. in princ. & ver. facta autem. Cabal. resol. crim. ca.

su 181. n. 1. Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 8. Affl. in d. Constitut. Reg. penam eorum. n. 6. Boffius in pract. crim. tit. de reis requirend. in prin. Campana d. tract. de foriudic. resol. 16. n. 1. & docuit meus Avunculus Scialoja in cap. 3. n. 48. huius tract. tamen in Regno nostro committens delictum, de quo venit imponenda pena mortis naturalis, si citatus non comparet, & sit bannitus, & in banno persistat in contumacia per annum, elapso anno à die banni, potest foriudicari, & foriudicatus amplius non auditur in facto principali, ut d. Constit. Regni penam eorum, & dicam infra n. 24.

5 Et si contra absentem in criminalibus nulla possit proferri diffinitiva sententia, quando contra condemnandum venit imponenda pena vltra relegationem, ut in l. absentem. ff. de pœntis, l. 1. ff. de requirendis reis, & in l. absentem. C. de accusat. Grandis de bello exulium prædicamento quantitatis. quæst. 1. n. 2. Cabal. d. casu 181. in prin. & Chartar. d. cap. 1. n. 1. & 3. Tamen ex generali consuetudine totius Italiae in quocumque gravi crimine proceditur contra absentem, qui perseverans in contumacia, habetur pro confesso, & bannitur, & condemnatur ad mortem, vt testantur Alber. in l. pen. §. d. crimen. n. 23. in fin. ff. de publ. iudic. Clar. d. quæst. 44. vers. licet autem. Grandis d. prædicamento, quantitatis, q. 1. n. 3. Tartag. in pract. crim. par. 2. cap. 1. n. 20. Guazzin. ad defensor. def. 10. c. 2. n. 33. Cabal. d. casu 181. n. 2. Chartar. d. cap. 1. n. 9. cum plur. seq. vsque ad n. 17. Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione. quæst. 11. n. 3. & Campana d. resol. 16. n. 3. Et hæc consuetudo viget in Regno nostro Neapolitano. per d. Constit. Regni penam eorum, vt testatur Grandis d. prædicamento. quantitatis, 6 quæst. 1. n. 6. prout. etiam viget in Regno Gallicæ, in quo contra Reum absentem potest procedi ad diffinitivam sententiam, constituto tamen de delicto & 4. præcedentibus contumacijs. Boerius dec. 63. n. 8. & 9. & in decisione 278. n. 9. Chartarius in d. cap. 1. n. 10. & seq. & Clar. post. d. ver. licet autem. prout etiam per extravagantem ad reprimendum. disponitur, vt contra committentem crimen læsæ Maiestatis humanæ, possit procedi contra reum absentem in eius contumacia ad diffinitivam sententiam, & eius executionem. & est cap. Reg. nuper apud Trani. Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. post n. 1. Capycius dec. 143. n. 1. & 3. Meppoch. conf. 100. n. 279. Mascard. de probat. concl. 1227. n. 84. Gigas de crimine læsæ Maiestatis lib. 1. tit. qualiter in crimine læsæ Maiestatis procedatur. quæst. 18. n. 1. Bajard. ad Clarum. §. final. quæst. 44. n. 2. & Chartar. d. cap. 1. n. 5. ubi n. 26. dicit, quod in crimine hæresis etiam proceditur contra absentem in eius contumacia, & idem dicit Bajard. ad l. l. Clarum in diquaest. 44. n. 2. & Farinac. de hæresi. quæst. 185. n. 93. ubi n. 95. & seq. dat modum procedendi contra contumacem absentem pro crimine hæresis, & dicam infra cap. 14. post. n. 14. & d. Chartarius ibi, & n. 27. & seq. dicit, quod Constitutiones, Statuta, & praxis, procedendi in crimi-

criminalibus contrā reum absentem valent, & Idē dict. cap. 1. d. n. 5. alios casus connumerat, in quibus potest procedi in criminalibus contrā reum absentem in eius contumaciam. Sic etiā potest procedi contrā reum absentem, qui au- fugit à carceribus, ut dicam infra cap. 20. n. 45. prout etiā sententia privationis officij potest ferri etiā contrā absentem, & sententia potest ferri contrā officialem criminofum, fugientem, & latitantem, etiā vsquē ad mortem, Franch. decis. 457. n. 10. & seq. Capibl. de Baronib. in prag. 5. n. 83. tom. 1. *Campana in d. resol. 16. n. 2. infine*, & *Palma in sua practica part. 2. gloss. 12. n. 10.* Sic etiā apparitores de venafi perfidia, licet sint absentes, tamē possunt cōdemnari, l. ne diu. C. de pœnis. *Baiard. ad Clarum in d. quæst. 44. d. n. 2. sic etiā si citatus de falso domi, vel personalitèr, non compareat, & sit reputatus contumax, potest de falso in contumaciam condemnari. prag. 1. de falsis. Muscatell. in pract. crim. tit. de falsis. n. 40. & 41. & vide Capycium in dec. 60.*

8 Et idem obseruatur in sententia excommu- nicationis, quæ licet non possit proferri, nisi lite legitimè contestata, & dato termino reo ad se defendendum, & repetitis testibus parte audita, vt in tit. decretalium. extra, vt lite non contestata, tamē quando reus est contumax, po- test in contumacia excommunicari, Marf. de bannitis, vers. contumacia, n. 63. Chartar. d. cap. 1. n. 13. Clar. dict. quæst. 44. d. vers. licet au- tēm in finē. Riccius dec. 134. p. 4. Genuens. pract. Archiepif. cap. 28. n. 19. & seq. & Sperellus dec. 105. n. 61. part. 2. & *Notarius contumax. po- test absquē alia citatione excommunicari. Gui- don Papa in dec. 424. & Novarius in prag. 1. n. 22. de contumacibus.* nam contumax potest ex- communicari, gloss. in cap. 1. de dolo, & contu- macia in 6. *Marta de iurisdictione. part. 3. cap. 3. per totum.* & Marant. in suo speculo part. 6. membro 2. n. 21. vbi n. 35. dicit, quod quan- do quis est excommunicatus in contumacia, si perseverat per annum in contumacia, elapso anno, redditur suspectus de hæresi, & infamis efficitur, Anna allegat. 25. n. 5. & est Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 3. in finē, cap. ad abolē- dam. §. qui verò. de hæret. & contumax morta- litèr peccat. Catalan. de indulto, cap. 12. n. 14. citat Viuium decis. 138. & quod contumacia sit

11 peccatum mortale, dicit Albanus in Addit. ad Bartol. in l. vnica. n. 21. ff. si quis ius dicent. non obtemp. & Marf. in pract. crim. §. postquā n. 64. vbi etiā dicit, quod contumax dicitur in- fidelis, citat. cap. si qui presbyteri, 81. distint. quod probat Marf. de bannitis, ver. contumacia, n. 10.

23 vbi n. 119. dicit. quod proptèr contumaciam Procuratoris, Dominus non potest excommu- nicari, nec suspendi, & n. 7. dicit, quod contumax

14 dicitur esse in dolo, l. non potest, ff. de reg. iur. l. ex consensu, ff. de appellat. sed hoc intellige, vt sit in dolo præsumpto, & non in vero. Bartol. in l. minor. la prima, ff. de minoribus, & Marf. de bannitis, d. ver. contumacia, dicto n. 7. vbi n. 150. dicit, quod absens per contumaciam dicitur præfens, & habetur pro præfente in eius dam-

num, & idem tenent *Novarius in prag. 1. n. 15. de contumacibus*, & *Maranta in d. m. 2. n. 30.*

15 Et per Cap. Reg. 102. quando quis perseverat per annum in excommunicatione, debet de- nunciari per Episcopum excommunicantem lu- dici laico, vt Iudex laicus eum puniat, Marit. d. membr. 2. d. n. 35. & Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores. n. 54. Et excommuni-

16 catus si perseverat in excommunicatione per annum, punitur pœna contenta in Cap. Re-

17 gni. 163. & dicitur membrum Diaboli, cap. omnis Christianus, & c. seq. 11. quæst. 3. sed

18 si excommunicatus infra annum petat absolu- tionem, si Episcopus eam denegat, in hoc casu excommunicatus non punitur, prout nequē punitur si antè promulgationem sententiæ ex- communicationis, vel post, appellauerit, vt in dict. Cap. Regni 163. nam sententia exco- municationis lata post interpositam appellatiōē, est nulla, & non ligat, cap. per tuas. de sent. ex- com. cap. cum contingat. de offic. deleg. cap. dile- ctis, 55. de appellat. cap. solet. de sent. excom- municat. in 6. Nigris in dict. cap. Regni 163. n. 9. Arnono cautela 96. & *Sperellus in dec. 48. n. 7. part. 1. vbi n. 39. dicit, hoc procedere in appellatione legitima, secus in friuola, nam li- cet excommunicatio lata post appellationem sit ipso iure nulla, tamē hoc non procedit, si iudex à quo appellationem non admisit, sed illam re- iecit. Riccius in dec. 28. part. 4. & Mirinis quo- tid. resol. lib. 1. cap. 113. n. 8. in finē, & vide d. Sperellum in dec. 106. n. 14. 55. & 56 part. 2. & Guttier. Canon. quæst. lib. 2. capit. 16. sed in dubio non præsumitur appellationem præ- cessisse ad hoc, vt substineatur sententia excom- municationis, sed asserenti illam præcessisse, in- cumbit onus probandi. Anna in sing. 671.*

19 Sed Clericus beneficiatus statim, ac est ex- communicatus, priuatur fructibus beneficii. gloss. in cap. rursus, 11. quæst. 3. & *Peregrinus de iure fisci lib. 3. tit. 11. n. 7. nisi sit in ex- trema necessitate, Garzia de beneficiis, part. 7. cap. 13. §. 1. n. 105. & Riccius decis. 62. n. 2. & seq. par. 4. vbi in finē dicit, quod si Clericus benefi- ciatus sit nullitèr excommunicatus, non priua- tur d. fructibus, etiā si non sit in extrema ne- cessitate, & idem tenet Garzia vbi supra n. 116. Sed, si per annum persistat in excommunicati- one, potest omnibus beneficiis priuari, gloss. in cap. cum contumacia, de hæret. in 6. & Ricciul- lus de iure personarum. lib. 4. cap. 7. n. 1. intel- lige, quando Clericus fuit excommunicatus pro causa criminali, secus si pro causa ciuili, quia tunc non potest priuari beneficiis, gloss. in cap. contingit, extra. de dolo, & contum. Ro- man. sing. 303. & Nigris in dict. cap. Reg. 163. & licet Genuens. pract. Archiep. Neap. c. 31. n. 3. & *Novarius in prag. 1. n. 28. de contumacibus* dicant, quod perseverans Clericus in excommu- nicatione vltra annum, possit priuari beneficiis etiā si fuit excommunicatus pro causa ciuili, tamē prima opinio est vera, Farinac. in pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, quæst. 18. num. 39. in fine, & Arnono soliloquio 100.*

20 Et de excommunicato ad bannitum valet

argumentum, Boffius pract. crim. tit. de bonorū publicatione. post n. 75. March. dec. 318. n. 4. part. 2. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 36. n. 15. Farinac. pract. crim. tit. de accusatione. quæst. 12. n. 27. & Gaill. de pace publ. lib. 2. cap. 1. n. 26. nam bannitus, & excommunicatus equiparantur. Pet. à Placa in epitome delict. lib. 1. cap. 44. post n. 12. Menoch. de arbit. iud. cas. 438. n. 32. & seq. & Graß. de except. excep. 4. nu. 79. & quando excommunicatio imponitur de iure canonico, de iure civili est imponenda pena mortis naturalis. cap. tuanos. ubi glos. de sent. excom. cap. 1. ubi glos. 15. quæst. 6. cap. per venerabilem. ubi Abbas in ultimo not. qui filii sint legit. & Mirt. de iurisf. part. 3. cap. 2. n. 17. nam ulla pena maior excommunicatione in Ecclesia Dei dari potest. cap. corripuntur. 24. quæst. 3. Marta in d. cap. 2. n. 1.

Et Cardinalis de Luca miscellan. disc. 19. n. 16. dicit, Discurrēdo intellectu valitèr grauior pena reputetur excommunicatio maior quàm pena capitalis, dñm ista occidit solam corpus caducum, & corruptibile, quod iam est moriturum, illa verò causat mortem aternam animæ, nobilioris, ac immortalis. & idem disc. 12. nu. 4. eod. m. tit. affirmat illis verbis. quoniam cum excommunicatio sit grauissima pena ordinaria omnium maior, quæ apud Deum, ac in foro spiritali maior censenda est, quàm pena ordinaria corporalis, cum ista occidat corpus fragile, & caducum, quod iam moriturum est, ad. out importet solam aliquam temporis accelerationem, illa verò occidat animam immortalem, eam subiiciendo perpetuis cruciatibus, ac privationi aternæ vitæ beatæ, & idem eodem titulo disc. 20. n. 7. affirmat.

- 21 Reus perseverans in contumacia per annum, incipiendum à die banni, potest foriudicari, & sequuta foriudicatione, habetur, ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat, esset per diffinitivam sententiam condemnatus, dict.
- 22 Constit. Regni poenam eorum, Maranta in suo speculo. part. 6. n. 6. memb. 2. rub. aduertatur circa contumacias. n. 25. prout etiam est, nam perseverans in excommunicatione per annum in causa criminali, videtur fateri delictum. cap. rursus, & cap. quicumque. 11. quæst. 3. Graß. d. predicamento quantitatis. quæst. 1. n. 5. Chartar. dict. cap. 1. n. 13. Clar. ubi supra, Maranta in d. memb. 2. post n. 35. Diaz. in pract. crim. canonica. cap. 142. circa finem. & Genuens. pract. Archiepi. Neap. cap. 31. n. 1. ubi dicit, quod inquisitus potest ex aliis probationibus suam innocentiam probare. idem est si quis fuit citatus pro crimine hæresis, & fuit excommunicatus in contumaciam, nam elapso anno, habetur pro conuicto, & potest puniri uti hæreticus, cap. excommunicamus, §. qui autem. de hæreticis, cap. cum contumacia, de hæret. in 6. Maranta d. memb. 2. post n. 35. & Decianus tract. crim. lib. 5. cap. 32. n. 7. & 10. & amplius non auditur ad se defendendum, & ad demonstrandum eius innocentiam, d. cap. rursus. 11. quæst. 3. & dicam infra cap. 14. n. 14. prout. idem est in foriudicato, qui lecta sententia foriudi-

cationis, amplius non auditur ad se defendendum in causa principali, ut in dict. Constit. Regni poenæ eorum, & dicam infra d. cap. 14. n. 16.

Et quomodo sit procedendum contra delinquentes absentes, fugitivos, & contumaces de iure communi, Hispano, Neapolitano, & Saxonom, tradit modum Carleual. de iudicijs tom. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. a num. 752. usque ad num. 755.

- 25 Et foriudicatio est pena contumaciæ, Franch. decif. 213. num. 20. & decif. 560. n. 7. nam foriudicationis pena contumaci, & non criminis imponitur, Grammat. in d. Const. Reg. poenam eorum. n. 38. & foriudicatio datur ratione contumaciæ, & in eius poenam, ut in d. const. Regni. poenam eorum. Caravita in prag. 1. n. 19. de exilibus. & ex foriudicatione oritur duplex delictum, primum est facinus illud, quod contra legis præceptum patrat, & secundum est contumacia, & utrumque delictum diuersimodè coercetur, nam primum delictum habet suam poenam ultimi supplicij, contumacia verò punitur banno, siue foriudicatione, cuius vigore foriudicatus efficitur hostis publicus, & potest ab omnibus impunè occidi, Merlinus controver. forens. tom. 1. cap. 63. sed excommunicatio facta in contumaciam, non est pena delicti, sed est pena contumaciæ, cap. sacro. de sent. excommun. Sperellus in decif. 125. n. 24. part. 2. & sententia excommunicationis non propter crimen, sed propter contumaciam profertur. Miscardus de probationibus. conclus. 13. n. 7. & conclus. 461. n. 6. unde licet excommunicatus pro manifesta offensa non possit absolui in foro contentioso, nisi prius satisfacta parte, tamen excommunicatus pro contumacia, potest absolui non satisfacta parte, sed tantum præstita iuratoria cautione de stando iuri. cap. ex parte. lo primo. de verborum significatione.

- 26 Nam contumacia est delictum, l. contumacia, ff. de re iudic. l. omne delictum, ff. de re milit. glos. & Bart. in l. vnica, §. fin. ff. si quis ius dicent. non obtemp. Ferratius cautela 22. n. 3. & Thes. decif. 265. n. 1. sed alii dicunt, quod contumacia sit delictum improprie, & dicatur fictum delictum, & non verum. Rota in florilegio. pract. conclus. conclus. 9. n. 13. Gaill. d. lib. 2. cap. 5. n. 8. Marfil. in pract. crimin. §. post quam, n. 52. & in tract. de bannitis. ver. contumacia, n. 106. ubi n. 112. dicit, quod contumacia dicitur delictum in omittendo, idem tenet Maltrill. de indulto cap. 18. n. 4. sed quod contumacia sit delictum grauissimum, dicunt Catalan. de indulto cap. 12. n. 13. & Novarias in rub. prag. de contumaciis. n. 1. alii verò dicunt, quod sola contumacia non est delictum. ita Balin. l. fin. n. 2. in fine. C. de crimine stellionatus, & idem Balin. l. si mora. col. 1. in fine, ff. solut. matrim. dicit, quod ex sola contumacia nemo debet interfici, Baldum sequitur Reg. Rouit. in rub. de sentent. foriudicationis. num. 36. in fine, & idem tenet Affl. in Const. Reg. poenam eorum, n. 8. & Io. de Arnono soliloq. 9. Sed Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & poenis. quæst. 18. n. 26. tenet contra Baldum, ut contumacia sit delictum in omittendo.

de citat Foller. præf. crim. canonica. cap. 10. n. 8. & 23. & quando contumacia habet annexi contemptum iudicis, tunc absque dubio dicitur delictum, & potest contumax criminaliter puniri, ita Gailus de pace publica. lib. 2. cap. 5. n. 15. & Iul. Clat. præf. crimin. §. 1. versic. quæro etiam.

27 in fine, ubi dicit, quod bannitus ex contumacia dicitur bannitus ex maleficio, & idem tenent Nellus de bannitis. in 2. part. secundi temporis. n. 59. Decianus tract. crim. lib. 1. cap. 8. n. 6. Capyc. in dec. 141. n. 4. Mart. de iurisdic. part. 4. cent. 2. casu 140. n. 11. & Chartarius de exequut. sent. dict. cap. 1. n. 39. & 43. ubi dicit, quod bannitus pro delicto in contumaciam potest proprie dici bannitus ex maleficio, nam non bannitur, & condemnatur reus propter contumaciam, sed propter delictum, cuius plena probatio resultat ex contumacia, & damnatus in contumaciam, non pro contumacia, sed ex maleficio in contumaciam damnatus dicitur, ut dicit ipse Chartarius ibi, & Farinac. præf. crimin. tit. de inquis. quest. 11. n. 93. cum pluribus numeris seq. & in tit. de delictis, & pœnis, quest. 18. n. 28. & in tit. de varijs, ac diuersis questionibus. quest. 103. n. 198. in fine; unde statutum loquens de vero malefactore, habet locum in condemnato de maleficio in contumaciam, sicut statuto, quod contumax habeatur pro confesso, Baiard, ad Clat. §. fin. quest. 44. n. 66. sed alii dicunt, quod condemnatus in contumaciam præsumitur potius ex eius contumacia damnatus, quam ex eo, quod delictum commiserit. Caballus resol. crim. casu 287. n. 78. Alex. in l. sepè, n. 64. ff. de rei iudicata, & Rota Genue decif. 29. n. 5. & condemnatus propter contumaciam dicitur magis condemnatus vigore contumaciæ, quam ratione delicti, Rolandus a Valle conf. 45. n. 67. vol. 1. & quando sententia est lata contra absentem, semper præsumitur lata potius propter contumaciam, quam propter delictum, Marf. sign. 4. Menoch. de præsumptionibus. lib. 2. præsumpt. 70. Montan. de tutel. & curif. cap. 36. reg. 8. num. 6. & 7. & Merlinus de pignoribus, lib. 2. tit. 2. quest. 75. n. 8. ubi. n. 9. hoc ampliat, etiam si sententia ipsa faciat mentionem testium, nam testes vti examinati, parte non citata, non probant delictum; unde aliqui tenent, quod statutum, vel lex puniens condemnatum pro maleficio, vel delicto, non verificatur in condemnato vigore fictæ confessionis, resultat ex forma statuti propter contumaciam. Cornus conf. 97. n. 4. & seq. vol. 4. lo. Laganarius ad Reg. Rouit. in pragmat. 2. in fine, de ordin. iudic. & Follerius in præf. crim. in 4. part. 3. part. rub. & si constiterunt. n. 41. ubi n. 38. dicit, quod ficta confessio non probet vere delictum, & quando pena potest referri ad delictum, & contumaciam, in dubio præsumitur potius imposita pro contumacia, quam pro delicto. Felinus in cap. ex literis, n. 10. & 20. de constit. & Mascard. de probat. conclus. 1172. n. 9. & sententia lata contra absentem in eius contumacia, præsumitur lata magis propter vitium contumaciæ, quam propter ius partis adversæ. idem

Mascard. in eodem tractat de probat. conclus. 1302. post. n. 29. Marfil. de bannitis. ver. contumacia. n. 141. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 22. Riccius in coll. 3146. & Montan. de tutel. cap. 36. reg. 8. n. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 **I**udex qui est competens in procedendo contra reum carceratum, est competens in foriudicando ipsum absentem in eius contumaciam.
- 2 Curia baronalis in Regno est competens in foriudicando eius subditos delinquentes, amplius duobus modis, ut n. 3. 4. & 5. usque ad n. 10. limita in Regno Sicilia ultra Pharum, num. 10.
- 6 Commissarius destinatus ad capiendam informationem, illa capta, non potest reum citare, nisi hoc habeat in commissis, secus in officiali ordinario.
- 8 Casus omisus a statuto, remanet sub dispositione iuris communis.
- 11 Clericus non potest foriudicari a Iudice laico, & foriudicatus, remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum. n. 12. & sententia foriudicationis est nulla. num. 13. & 14.
- 15 Contumax non potest declinare forum iudicis citantis, amplius etiam purgata contumacia, num. 16. limita in clerico. num. 17. limita etiam quando Iudex, qui citavit, sit omnino incompetens, num. 19. & 20.
- 21 Clericus contumax reputatus per Iudicem laicum, non tenetur ad pœnam contumaciæ, & num. 23. & exactam repetit ad fisco, num. 22.
- 26 Sententia foriudicationis est nulla, si sit lata a Iudice incompetente, amplius dato, quod deinde superueniat d. Iudici merum imperium in foriudicatum, num. 24. & 25. & ista nullitas potest opponi per foriudicatum, eo existente carcerato, num. 27. & 28.
- 29 Iudex successor potest continuare acti foriudicationis, facta a suo prædecessore, sed limita, num. 30. & 31.
- 32 Foriudicatus per Curiam Baronalem, potest iterum foriudicari pro eodem delicto in Regijs Tribunalibus, & foriudicatus in loco delicti, potest iterum pro eodem delicto foriudicari in loco sue originis, & domicilij, n. 33.
- 34 Contumax in duobus Tribunalibus pro eodem casu, tenetur solvere pœnam contumaciæ, & illud, in quo fuit condemnatus insolitum utrique Tribunali, & num. 35.
- 36 Citatus a Iudice incompetente, potest mulcari, si non comparet.
- 37 Contumace reo remisso ad eius Baronem, pœna contumaciæ spectat ad Iudicem citantem.
- 38 Iudex loci delicti an sit competens in foriudicando delinquentem subditum alterius Iudicis? & quid si delictum sit factum in confinibus duorum territoriorum? & quid si sit vulneratus in uno territorio, & mortuus sit in alio? & quid in mandato ad occidendum, dato in uno territorio, & effectu sequuto in alio territorio? Author remittit se ad tractatum de Fo-

- de Foro Competenti per eum compilatum.
- 39 Locumtenens an sit competens in foriudicando aliquem?
- 40 Officialis ante captam possessionem officij, non potest procedere ad sententiam foriudicationis.

C A P. I I.

Quis sit Iudex competens in foriudicando delinquentes?

Omnēs Iudices, competentes in procedendo contra delinquentem carceratum, sunt competentes in foriudicando ipsum absentem in eius contumaciam, *Thorus in cod. rerum iudicatarum. casu 1. num. 73.* nam non est differentia inter sententiam foriudicationis factam in absentem, quam in presentem, Capibl. de Baronib. Pragm. 6. n. 33. Et omnes Rectores, quibus specificè per statutum, vel si ipsis sit concessum imperium, & mixtum imperium, possunt procedere ad sententiam foriudicationis contra eorum subditos delinquentes, ita Nellus de Sæto Geminiano in tract. de bannitis. in 2. p. primi temporis, n. 1. & Campana de foriudic. resol. 13. n. 1. *Thomas Afflictus meus Patrus de instit. & iure. part. 2. disput. 17. n. 94.* & bannire est meri imperij. *Marsilius de bannitis. n. r. ciuitate. num. 54.* Et in foro delicti domicili, & originis potest procedi non solum contra reum presentem, sed etiam contra reum absentem, *Carleual. de iudicijs. tom. 1. disput. 2. quest. 7. l. 1. n. 747.* & Campana dict. resol. 13. num. 7. & 8.

- Vnde Curie Baronales sunt competentes in foriudicando eorum subditos delinquentes. Nigris in cap. Reg. siue quis, n. 27. Afflict. in Const. Reg. pœnam eorum. n. 15. & 17. in antiqua impressione. & d. n. 26. usque ad n. 44. in noua impressione. Capibl. de Baronib. Prag. 8. p. 2. n. 115. Carre. pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimus casus est. n. 82. fol. m. hi 18. a tergo, Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de foriudicatis. cap. 1. n. 35. in fine. Nouarius de grauamin. vassal. tom. 3. grauam. 9. nu. 3. & in questione forensi 141. num. 2. part. 1. Riccius coll. 2576. Rota in florilegio pract. conclusionum. conclus. 9. n. 90. & Campana dict. resol. 13. n. 2. Immo Pragm.
- 3 48. de armis, quæ hodie est 2. de actu scopiæ, disponens, vt interficiens aliquem actu scopiæ, possit foriudicari, elapsis quindecim diebus à die contractæ ultimæ contumaciæ in citatione ad informandum, & ad capitula, habet etiam locum in Curiis Baronalibus. Pragm. 10. §. 34.
- 4 de offic. Iudic. sic etiam Curie Baronales possunt procedere ad sententiam foriudicationis contra inquisitos de crimine recaptus, qui si citati non compareant infra quatuor dies, possunt Curie Baronales, declarare inquisitos haberi pro veris foriudicatis, tanquam si essent per sententiam declarati, vt desumitur ex Prag. 10. in princ. de exulibus.

- 5 Sed per Pragmaticam editam die 29. Martij 1637. §. 2. de armis, quæ est prag. 24. tom. 2. disponitur, vt Curie Baronales pro delictis factis cum armis igneis, non possint procedere ad condemnationem, nisi prius data notitia Regio Collaterali Consilio, & ab eo obtento responso, sed tantum possunt capere informationem, vnde ex hac Pragmatica aliqui putant, Curias Baronales non posse procedere ad sententiam foriudicationis, nisi prius data notitia Regio Collaterali Consilio, & ab eo habito responso, nam foriudicare aliquem, est eum ad mortem condemnare, vt in Constitutione Regni pœnam eorum. quod si procedunt ad sententiam supradictam non facta relatione antedicta, sententia est nulla, ex dictis per Reg. Reuert. in dec. 37. & per Reg. de Marinis ibi num. 1. sed puto contrarium ex dictis per Sigisf. Scaccia de Iudicijs causarum ciuiliu, & criminalium lib. 1. cap. 13. nu. 5. in fine, Quia si dicta Pragmat. locum haberet resultaret in favorem Inquisitorum, nam non possent foriudicari, pendente relatione prædicta, facienda Regio Collaterali Consilio, & ipsi, delinquentes ex hoc sentirent commodum, cum non possint foriudicari post dictos quindecim dies, iuxta d. Pragmat. 2. de actu scop. ergo ne d. Pragmat. Comit. Montis Realis, quæ fuit facta in odium delinquentiu cum armis igneis, resultet in fauorem ipsorum, de necessitate debet intelligi, vt Curie Baronales possint procedere ad sententiam foriudicationis, etiam non data notitia Regio Collaterali Consilio, licet ipsæ Curie Baronales non possint procedere ad condemnationem Rei inquisiti de delictis, factis cum armis igneis, ipso reo carcerato, secundum dict. Pragmaticam, quæ de necessitate debet intelligi in iudicio ordinario, reo existente carcerato, & non in iudicio, quod fit in contumaciam, reo ipso absente, nam quando reus est carceratus, saltem maceratur in carceribus, pendente relatione prædicta facienda, quod non est, quando reus non est carceratus, & persistit in contumaciam, armando per campaneam; Et non obstat, si dicatur, quod dum dicta Pragmat. dat potestatem Capitaneis, & Curiis Baronalibus capiendi informationem de delictis factis cum armis igneis, & deinde prohibet, ne possint procedere ad condemnationem, nisi facta relatione Regio Collaterali Consilio, & ab eo habito responso, & licet dict. Pragm. expresse non prohibeat Curiis Baronalibus, procedendi ad citationem, tamen hoc tacite intelligitur, nam destinatus ad capiendam informationem, illa capta, non potest reum citare, nisi in commissis habeat potestatem procedendi in ipsa causa usque ad sententiam, Pragmat. 10. §. 73. de offic. Iudic. ergo si non potest citare, a fortiori non potest procedere ad sententiam foriudicationis; nam respondemus, supradicta procedere in simplici Commissario, & non in Officiali ordinario, qui de per se habet iurisdictionem, & licet dicta Pragm. prohibeat Officialibus Baronalibus, procedere ad condemnationem contra inquisitos de delictis factis cum armis igneis, pendente relatione facienda regio Collaterali Consilio, tamen

tamen expresse non prohibet, quin ipsi Officiales Barones possint procedere ad citationem; nam vno prohibito, non censetur aliud prohibitum, & casus omissus à statuto reuertitur in dispositionem iuris communis. l. commodissima ff. de liberis, & posth. l. si cum dote, in princ. ff. solut. matrim. & Thom. Ferrarius capitel. 24. n. 2. in fine, & statutum in casu omissio debet recipere interpretationem à iure communi, ad hoc, vt ipsum minus lædat; l. serui vestri, C. de noxalib. Caruit. in Pragm. l. n. 74. & seq. de exult. sed per ius commune, Iudex potest procedere ad citationem, ergo d. Pragm. prohibens tantum Officialibus Baronibus procedere ad condemnationem contra delinquentes cum armis igneis, non debet extendi, vt Officiales Barones non possint procedere ad citationem. Sed hodie hæc quæstio est sopita, nam dict. Pragmat. Excellentiss. Comit. Montis Realis fuit reuocata, quoad hoc per Pragm. Excell. Ducis Medinæ, editam in anno 1638. §. 1. de armis, per quam est statutum, vt Curie Barones procedant in delictis factis, cum armis igneis, prout antea procedere poterant ante dict. Pragmat. Comit. Montis Realis, vnde hodie absque dubio Curie Barones possunt procedere ad sententiam foriudicationis contra delinquentes cum armis igneis, non facta dicta relatione Regio Collaterali Consilio, & ab eo habito responso.

10 Sed in Regno Siciliæ vltra Pharus, Barones illius Regni non possunt procedere ad sententiam foriudicationis, sed tenentur transmittere processum ad Magnam Curiam, quæ deinde procedit ad sententiam foriudicationis, ita Mastril. de Magistratib. lib. 4. cap. 16. n. 104. & in decis. 261. n. 26. Caracciol. in tract. de fori priuilegiatorum remissione. quæst. 8. n. 12. cum duob. seq. Capibl. de Baronibus Prag. 8. part. 2. n. 115. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de fori iudicatis. n. 35. in fine. sed Curia Capitalis Urbis Panormitanæ, & Straticotialis Messanæ, absente Prorege, seu Regni Præsidente, possunt reos foriudicare, Mastrill. d. cap. 16. n. 106. & seq. & Caracciol. vbi supra dict. num. 12.

11 Et aduerte, quod Clericus non potest foriudicari à Iudice laico, Bossius pract. crim. tit. banniti, qui possint, n. 5. Quod si vti laicus sit citatus à Iudice laico, & sit effectus foriudicatus, existens in posse Curie Iudicis secularis, debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, vt in rit. 65.

12 nam in hoc casu sententia foriudicationis est nulla, Foller. pract. crim. rubr. captis foriudicatis, recognoscantur. n. 4. Grass. de effect. cler. eff. 1. n. 357. & 466. Affl. in Const. Reg. pœnam eorum. n. 27. in fine Grammat. dec. 29. n. 3. & dec. 61. n. 16 & Campana in tract. de foriudicatione. resol. 4. n. 1. & omnis sententia lata per Iudicem laicum contra Clericum est nulla, cap. nullus Iudicum, l. 1. q. 1. Auth. statuimus, C. de Episc. & Clero & Grass. d. eff. 1. n. 350. & processus per Iudicem secularem factus contra Clericum, non potest substineri, dato, quod Clericus citatus per Iudicem laicum esset effectus contumax, & nec ipse, nec alius pro eo

comparuisset, Cabal. resol. crim. casu 225. n. 30. & 31. & clericus, si sit citatus à Iudice laico, & sit reputatus contumax, non potest in contumaciam condemnari. cap. 1. de clericis coniug. in 6. Ansaldo de Iurisdictione, par. 2. tit. 11. cap. 1. n. 55. vbi n. 58. dicit, quod si clericus sit reputatus contumax coram Iudice laico, potest dicere omnia acta, & sententiam nullam, & n. 60. & 61. dicit, quod si clericus sit bannitus in contumaciam à Iudice laico, bannum, & sententia mortis est nulla, & successiue non est executanda & idem tenet Grammat. in voto 18. n. 10. 12. & 13. Et licet quando quis est citatus à Iudice incompetenti, si non compareat, & sit effectus contumax, non possit forum Iudicis citantis declinare, & petere se remitti ad Iudicem suum competentem, cum per contumaciam ipse amittat exceptionem declinatoriam fori, l. de die. §. planè, ff. qui satisd. cogant. Affl. in decis. 133. & in Const. Reg. pœnam nouam n. 9. Ferrarius cautela 56. n. 2. & 3. Catalan. de indulto cap. 12. n. 21. Thes. decis. 265. n. 2. Nouar. & alij per eum citati in praxi elect. fori to. 1. sect. 4. quæst. 22. n. 2. Anna in sing. 120. Foller. prat. crim. rubr. banniantur. n. 50. de Franch. 16 decis. 417. n. 1. & Caruit. rit. 205. n. 4. Immo reus contumax in criminalibus, neque purgata contumacia, potest declinare forum Iudicis citantis, de Franch. d. decis. 417. post n. 1. & Caruit. d. rit. 205. n. 4. tamen Clericus citatus à Iudice laico, & effectus contumax non per hoc amittit declinatoriam fori, nam confitit de clericatu, non obstante contumacia, debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, Butrens in cap. si diligenti, n. 14. extrà de foro compet. Anna d. sing. 120 & Io. Grandis de bello exultum in predicamento, Pati, quæst. 3. speciali 97. in fine, & Clericus neque tacite, neque explicitè potest consentire in Iudicem laicum, cap. significasti. & cap. si diligenti. de foro comp. cap. Regni 159. Grassus de effect. cleric. effect. 1. n. 45. Caballus resol. crim. casu 225. n. 3. Grammat. dec. 61. n. 14. & 15. & Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione. quæst. 8. n. 12. Et quando Iudex, qui aliquem citauit est omnino incompetens, non obstante contumacia, contumax potest declinare forum, Bar. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit, & Foller. pract. crim. rub. banniantur, n. 50. Immo contumax coram Iudice omnino incompetenti quando cunque potest comparere, & opponere exceptionem declinatoriam fori, ita Marl. in tract. de bannitis, vers. contumacia. n. 75.

21 Et Clericus si sit reputatus contumax à Iudice laico, si compareat, & declinat forum laicalem, & sit remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, in hoc casu pœna contumaciæ non debetur, sed ipsa reuocatur, Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 36. n. 3. & 4. & Foller. pract. crim. rub. aduantur excusatores. post n. 39. & ibi de Angelis post nu. 225. & quando clericus est citatus à Iudice laico, si non compareat, & sit reputatus contumax, contumacia est nulla, Grammat. dec. 29. n. 4. & non punitur ratione contumaciæ. idem Gram. dec.

- dec. 61. n. 5. Immo si poena contumaciæ sit per Iudicem laicum exacta, & Fisco incorporata, statim, quod Clericus docet de clericatu, repetit solum à Fisco, Grassus de effect. cler. effect. 1. n. 465. ita decisum testatur Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de contumace. cap. 2. per tot. licet
- 23 Viuius decis. 138. n. 8. dicat, quod Clericus effectus contumax à Iudice laico debeat soluere multam Fisco laico, tamèn prima opinio de Iure est uera, & communis. Sanfelice. decis. 277. n. 7. Grammat. vot. 27. & Thor. in comp. dec. tom. 1. ver. contumacia contracta. fol. 125.
- 24 Quod si Iudex incompetens foriudicat aliquem, dato quod deinde superueniat dicto Iudici merum imperium in foriudicatum, tamèn sententia foriudicationis est nulla. Afflict. in Constit. Reg. poenam eorum. n. 6. in antiqua impressione, & in noua n. 16. & arg. l. quæ ab initio. 2. l. ff. de regul. iur. & Campana dict. resol.
- 25 13. n. 1. nam iurisdicctio superueniens in personam Iudicis non ratificat retrò gesta, quæ fuerunt nulla ratione defectus iurisdictionis. l. obseruare. in fine, ff. de off. Proconsulis. Anchar. in cap. licet ex suscepto. n. 7. de foro compet. Grammat. in cons. crim. 71. n. 57. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de potestate ad modum belli. cap. 7. n. 10. cum duobus seq; licet contrarium teneat Gallupus in pract. S. R. C. part. 2.
- 26 c. 3. n. 52. sic etiam si Iudex ordinarius procedat ad sententiam foriudicationis contrà exemptum à sua iurisdictione, talis sententia foriudicationis est nulla, Nellus de Sancto Geminiano de bannitis. in 2. par. primi temporis nu. 2. & Chartar. de execut. sent. cap. fin. n. 200. nam sententia foriudicationis, lata à Iudice incompetenti, est nulla. Campana dict. resol. 13. n. 3. & 5. & ideo non est exequenda. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 46. & quando datur bannum in contumacia contrà aliquem per non surum Iudicem, non dicitur. pro rogata iurisdicctio ipsius Iudicis. Bossius in pract. crim. tit. de foro competenti. n. 180. & Campana in d. resol. 13. n. 4. & addam infra in cap. 26. post n. 5. & omnis sententia lata à Iudice omnino incompetenti est nulla. l. 2. & l. fin. C. si à non competenti Iudice iudicatum esse dicitur. cap. at si Clerici. de iudicijs. de Nigris in cap. Regni
- 27 Illustri. n. 50. & ista nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis, potest proponi per foriudicatum, eo existente carcerato, vt dicam infra
- 28 cap. 25. n. 61. & seq. ubi n. 63. etiam dicam, quod contumax condemnatus per Iudicem in competentem, si postea sit captus per eundem, potest se tueri ex nullitate processus. sed si subditus alicuius Baronis sit foriudicatus per M. C. V. pro causa spectante ad ipsum Baronem, sententia foriudicationis est valida. Reuert. in dec. 267. & 268.
- 29 Et quando Iudex competens moritur, vel mutatur, eius successor potest continuare acta foriudicationis, facta à suo prædecessore in terminis, in quibus reperiuntur, & non tenetur denuo iudicium foriudicationis à principio inchoare, d. Const. Regni poenam eorum, in princ. ubi expresse Affl. n. 23. & est tex. de iure com-

muni in leg. mortuo Iudice. & in l. edictum. 55. ff. de iudicijs. & Foller. pract. crim. rub. foriudicentur. n. 1. in fin.

- 30 Sed si Iudex citat reum ad foriudicandum, & agnatos, & cognatos ad dicendum causam quare, &c. mortuo, vel mutato Iudice, eius successor debet denuo expedire citationem, & non debet proferre sententiam foriudicationis vigore citationis, factæ à suo prædecessore, nam successor expediendo nouam citationem, agnati, & cognati sunt certi, quem petere debeant ad informandum de causa, & nouus Iudex debet partes audire. Rovitus in Pragm. 4. n. 2. in fine. de ordin. Iudic. & in Prag. 39. n. 2. de officio Sacri Regij Cons. Riccius decis. 194. part. 1. Minad. decis. 28. de Franch. decis. 457. n. 3. & Campy. Latro decis. 69. n. 12. & est tex. in d. l. edictum, in fine.
- 31 Et non per hoc, quod prædecessor Iudex processit ad acta foriudicationis, eius successor tenetur proferre sententiam foriudicationis, si non sit casus foriudicationis; argumento eorum, quæ tradentur per gloss. in dict. l. mortuo Iudice. ff. de iudicijs.
- 32 Aduerte, quod contumax in Curia Baronali pro aliquo delicto, potest pro eodem delicto ad instantiam eiusdem accusatoris in Tribunalibus Regiis reputari contumax, & foriudicari, Bal. in l. 1. n. 5. C. ubi de crimine agi oportet. & est tex. de iure Reg. in ritu 205. & Campana de foriudic. resol. 17. n. 8. Sed hoc procedit, quando Regii Superiores procedunt vigore informationis per eos capte ad instantiam eiusdem Accusatoris, pro eodem delicto, pro quo processit Curia Baronalis nulla facta mentione de causa incepta in ipsa Curia Baronali, aliter si pars adiuit Regia tribunalia per viam electionis fori, & processus factus in Curia Baronali sit transmissus ad Regia tribunalia, vigore ordinis per dicta Regia tribunalia expediti, & tunc Regia tribunalia non tenentur denuo citare reum, sed tenentur continuare acta foriudicationis, facta per ipsam Curiam Baronalem in terminis, in quibus reperiuntur ex dictis supra. n. 29.
- 33 Immo si sit lata sententia foriudicationis à Iudice loci delicti, potest etiam ipse foriudicatus iterum foriudicari in loco originis, vel domicilii ipsius foriudicati, ita Caballus resoluit. crimin. casu 162. nu. 16. & 19. Decianus tract. crim. lib. 3. cap. 35. post n. 27. & Bossius in pract. crim. tit. de banni nullitate. n. 11. nam bannitus ab uno Iudice potest ab alio banniri. Mastrellas in dec. 68. n. 6. & Caracciol. de fori priuileg. remis. quæst. 25. n. 6.
- 34 Et contumax in duobus Tribunalibus pro eadem causa, tenetur soluere poenam contumaciæ in solidum vtrique Tribunali, Caraut. dict. rit. 205. n. 7. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de contumace. cap. 1. n. 11. & contumacia contracta coram duobus Iudicibus, coram vtroque purganda est. Bart. in l. sepulcri. ff. de sepulcro violato. Maranta. in suo speculo part. 6. de inquisitione n. 98. ver. limita decimo, & Sanfelice. dec. 138. post n. 5. ver. vtrà declaratione

35 & contumax in duobus locis condemnatus pro eodem crimine, potest cogi soluere utramque condemnationem, Marf. in l. de unoquoque, n. 222. ff. de re iudic. & in tract. de bannitis. vers. contumacia, n. 16. vbi n. 24. dicit, quod citatus à iudice incompetenti potest mulctari, si non compareat, & remissa causa subditi contumacis ad furum Baronem, pœna contumaciæ spectat ad Iudicem citantem, Thes. decis. 150. in fin. Capibl. d. Pragm. 8. p. 1. n. 208. & 217. Angelis ad Foller. rub. audiantur excusatores, post nu. 133. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de contumace, cap. 1. n. 9. & Nouar. de grauam. vassall. tom. 3. grauam. 54.

38 Sed queritur, quid si subditus vnius Iudicis delinquat in territorio alterius Iudicis, quis eorum sit Iudex competens in foriudicando delinquentem? vide quod dixi in tract. de Foro competenti. cap. 38. Et quid si delictum sit factum in confinibus territoriorum duorum dominorum? & quid si quis sit vulneratus in uno territorio, & mortuus sit in alio territorio? & an si mandatum ad occidendum sit datum in vno loco, & homicidium sit factum in alio territorio, quis sit Iudex competens in foriudicando delinquentem? latè dixi dict. cap. 38.

39 Queritur etiã an locumtenens sit Iudex competens in procedendo ad sententiam foriudicationis contra delinquentem, absente officiali, & puto quod non, aliàs sententia foriudicationis est nulla, ex dictis per Puteo de findic. vers. substitutus. cap. 2. n. 7. cum duob. seq. per Sanfelice. dec. 362. à nu. 10. vsquè ad finem. & per Lanfranch. decis. 50. nisi locumtenens sit creatus à Barone, & si ei sit concessum merum, & mixtum Imperium, quia tunc potest. Nigris in cap. Reg. quia de Vicarijs. n. 11. Nam locumtenens creatus à Capitaneo non habet cognitionem causarum meri imperij, sed creatus à Barone potest exercere merum Imperium usquè ad mortem inclusivè. Rouit. in prag. 5. n. 5. & 7. in fine. de findic. offic. & Merolla. in Theolog. moral. lib. 3. disput. 7. cap. 3. n. 71. Sed alii simpliciter dicunt, quod locumtenens substitutus à iudice ordinario possit delinquentes in contumaciam condemnare ad pœnam ultimi supplicij, ita Aret. de maleficijs. vers. hæc est quædam sententia, n. 1. Boss. pract. crim. tit. de sententijs n. 24. & Scaccia de iudicijs lib. 1. cap. 13. n. 17. Et quandò locumtenens gerit aliquem actum post regressum Capitanei, acta sunt valida. Giurba dec. 9. n. 7. & Rouitus in d. prag. 5. n. 6. prout. etiã si in Tribunali collegiato sit commissa causa alicui ob absentiam ordinarij causæ commissarij, commissio non exspirat per aduentum ipsius commissarij antequàm commissarius accedat ad Tribunal. Rouit. decis. 61. Danza de pugna DD. tit. de absentia. cap. 1. n. 7. tom. 2. & Thor. compend. decis. tom. 3. vers. commissio. fol. 168.

40 Queritur quoquidam Officialis antequàm ceperit possessionem Officij, possit procedere ad sententiam foriudicationis contra aliquem? & dicæ quod non, quia possessionem Officij capere debet, & iurare, aliàs omnia gesta per eum sunt nulla Neap. in cap. Regni 37. nu. 10. & ibi Ni-

gris. nu. 17. & Capitaneus non presentatà sua commissione, si citat aliquem, & eum reputat contumacem, contumacia est nulla. Anna alleg. 143. Et officialis proferens sententiam mortis, antequàm iuret, dicitur homicida. Neapol. d. cap. Regni 37. n. 10. Et in cōcernētibus iurisdictionē attribuitur tēpus præsentionis cōmissionis, Baldus in l. 1. Cod. ut lite pendente, & de Franchis in dec. 326. n. 2. & electus in officialem non dicitur Officialis sed tunc demum, quando electio habuit effectum per admissionem ad exercendam officium. Revert. in decis. 236. num. 4. & ibi de Marinis. num. 2. & in dec. 462. ubi etiã Marinis, & Cabal. resol. crim. casu 148. num. 2. & 3. Hinc est quod si in generali indulto sit exceptum crimen offensæ in personam Officialis, hoc intelligitur exceptum quandò officialis cepit officium exercere, ut docuit idem meus Auunculus in hoc tractatu. cap. 24. n. 68. & ego ibi addidi. Et licet de delictis officialium active & pass. cognoscat tantum M. C. V. tamèn quândò delictum est commissum ante captam possessionem officij, est secus, ut docuit idem meus Auunculus in tract. de foro competenti, cap. 33. de foro officialium, nu. 113. in fine, & in cap. 48. de foro offendenti officialis, n. 13.

S V M M A R I V M .

- 1 **F**oriudicari quis potest pro delictis, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis tantum, & num. 2. amplia siue procedatur per accusationem siue per inquisitionem, num. 48. & quomodo procedatur contra Reum absentem in delictis, in quibus non venit imponenda pœna mortis, ibidem dict. n. 48.
- 3 Banna, quæ dantur secundum Statuta terrarum Italiae, sunt mortalia.
- 4 Sententia foriudicationis non exequitur, quândò quis fuit foriudicatus pro delicto, pro quo non venit imponenda pœna mortis, & nu. 6. & 8. nam in hoc casu sententia foriudicationis est nulla, num. 5. & 7. & de hac nullitate potest opponi per foriudicatum. nu. 9.
- 10 Foriudicari quis non potest pro crimine perituri.
- 11 Minor an puniatur pœna ordinaria, & possit foriudicari? vsque ad num. 26.
- 26 Statutum disponens, ut foriudicatus pro quocunque delicto possit impunè occidi, intelligitur, si sit foriudicatus pro delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, aliàs contrarium disponens non valet, num. 27. sed occidens excusatur, num. 28.
- 29 Armantes quatuor, per campaneam cum armis prohibitis ad modum exulæ extrà vias publicas cum concurrenti diffamatione, dicuntur foriudicati, etiã si non delinquant, & puniuntur pœna mortis, & comprehenduntur etiã mulier in isto numero quatuor. nu. 30. & contra istos tales, Regia Audiencia procedunt ad modum belli, num. 31.
- 32 Incedens in commissam forascentoram per campaneam quomuis non delinquat, tamen punitur pœna trivernium.

- 33 Foriudicatus pro uno delicto potest pro alio delicto foriudicari, & idem est in contumace, num. 34. & idem est in excommunicato, num. 35.
- 36 Foriudicari semel potest; qui eodem instanti plura commisit delicta, & num. 38. quod comprobatur pluribus rationibus, usque ad num. 48.
- 49 Lex imponens penam capitalem in dubio non intelligitur de morte naturali, sed de morte civili, & de ratione, num. 50.
- 51 Homicidia puniuntur pena mortis, quod ampliat, & limitatur usque ad num. 96.
- 96 Læsa Maiestatis diuina, & humana crimen committens, puniuntur pena mortis, & num. 97.
- 98 Assassini puniuntur pena mortis, & quid in mandante? & quid non secuto effectus? & quid in mediatoribus? ibid.
- 99 Sodomitæ puniuntur pena mortis, limita in Statu Florentino, limita etiam si dictum crimen non sit consummatum, ibid.
- 100 Habens rem cum animali bruto, puniuntur pena mortis, & etiam animal debet mori.
- 101 Incestus pena in ascendentibus, & descendentibus est mortis, sed in transuersalibus est deputationis, num. 102. intellige, si non sit factus per similes est pena mortis, num. 103.
- 104 Manialem professam cognoscent carnaliter puniuntur pena mortis.
- 105 Meretricem cognoscent carnaliter per vim in Regno puniuntur pena mortis, si sit confessus, & convictus, & ipsa meretrix infra octo dies conquesta sit, de iure communi puniuntur pena extraordinaria, nisi hoc sit absque vi, quia tunc non puniuntur, ibid.
- 106 Stuprans virginem per vim puniuntur pena mortis, secus si volente ipsa virgine, & quando stuprum dicatur voluntarium, ibidem.
- 107 Officialis, & custos carceris cognoscentes mulierem intuitu eorum officij, qua pena puniuntur?
- 108 Adulterium committens qua pena puniatur? & qua pena puniatur accommodans domum ad committendum adulterium? ibidem.
- 109 Leno qua pena puniatur?
- 110 Osculantes mulieres per vim de iure communi puniuntur pena arbitraria, sed in Regno puniuntur pena mortis.
- 111 Raptores mulierum puniuntur pena mortis, & ibi late de materia raptus.
- 112 Mulieres inter se corrumpentes puniuntur pena mortis.
- 113 Imaginem Dei, vel eius Sanctorum percutientes, puniuntur pena mortis.
- 114 Extrahentes fragmentum, arma, monetam, aurum, vel argentum intra Regnum, puniuntur pena mortis.
- 115 Dans alapam Officiali intuitu officij, puniuntur pena mortis.
- 116 Perturbans diuina officia, puniuntur pena mortis.
- 117 Famosum libellum faciens, qua pena puniatur?
- 118 Mactiatus faciens de iure Regni, puniuntur pena mortis, & de iure communi puniuntur pena arbitraria.
- 119 Mentes publicæ bellum in Regno, puniuntur pena mortis.
- 120 Depopulatores agrorum, vinearum, vel arborum, puniuntur pena mortis, & possunt impenne occidi.
- 121 Ignem dolose immisit in oppido, puniuntur pena mortis, & extra oppidum puniuntur pena trementum, & contra eum Regia Audientia procedunt ad modum belli.
- 122 Auxilium prestantis turca, vel maxro, ut fugiant à Regno, puniuntur pena mortis.
- 123 Fur, qua pena puniatur de iure communi, & de iure Regni?
- 124 Latro famosus puniuntur pena mortis, & idem est in distrabante in publicis vijs.
- 125 Sacrilegus puniuntur pena mortis.
- 126 Furantes de nocte in Civitate Neapolitana, puniuntur pena mortis.
- 127 Falsum deponens qua pena puniatur?
- 128 Notarius in Regno conficiens falsum instrumentum, puniuntur pena mortis.
- 129 Falsificans fidem banci, & eam presentans in banco, ad finem habendi nummos, puniuntur pena mortis, quod amplia pluribus modis, & limita in Clerico ibid.
- 130 Sigillam Regium, & scripturas Regias falsificans puniuntur pena mortis in Regno, secus de iure communi.
- 131 Falsum monetam fabricantes puniuntur pena mortis, amplia, & limita pluribus modis, ibid.
- 132 Partum supponens, puniuntur pena mortis.
- 133 Arbores alienas incidens de iure Regni puniuntur pena mortis, secus de iure communi.
- 134 Fornarij vendentes farinam in Civitate Neapolitana puniuntur pena mortis, sed de Consuetudine non seruiuntur.
- 135 Alienantes Naves, & in ipsis praticantes absque licentia Officialium sanitatis in Civitate Neapolitana, puniuntur pena mortis.
- 136 Scalas portantes de nocte in Civitate Neapolitana puniuntur pena mortis.
- 137 Obtinens remissionem per vim, puniuntur pena mortis, limita ut ibidem.
- 138 Foriudicari quis potest pro delicto, pro quo alius, qui dictum delictum non commiserat, fuit foriudicatus, si appareat dictum delictum esse commissum per foriudicandum.
- 139 Citatus ad informandum de vulnere an possit postea citari ad capitula, & foriudicari, morte vulnerei deinde secuto ex ipso vulnere?
- 140 Foriudicatio an locum habeat, si sit imposita pena mortis, vel pecuniaria alternativè?
- 141 Procedi potest ex officio contra foriudicandum.



C A P. I I I.

Pro quibus delictis quis possit
foriudicari?

Licet per cap. Regni, siue quis si pro delicto veniat imponenda poena mortis naturalis, deportationis, membri abscissionis, vel carceris perpetui, quis possit foriudicari, *Maranta in suo speculo part. 6. membro 2. rub. advertatur circa contumacias. num. 25. in fine, licet Grammat. in dec. 17. num. 3. dicat. quod contumax, & bannitus ex percussione facta cum baculo in personam alieius congregatis hominibus, aut ex cogitatione in seipsum, possit foriudicari, ex quo pro tali percussione imponitur poena deportationis.* tamen hodie in Regno nostro non potest foriudicari, nisi pro delicto, pro quo venit imponenda poena mortis naturalis tantum, Afflict. in Constit. Regni poenam eorum, nu. 22. Gizzarell. decis. 13. Foller. in Pragmat. de foriudicatis, n. 6. Tap. decis. Sacri Regij. Consilij 49. Capib. sing. 48. Giurba conf. 83. Rovitus in rub. de sent. foriudic. n. 10. & 36. & Novar. dec. Regie Audientie Apulee 18. & de gravam. vassallor. tom. 2. gravam. 108. & tom. 3. gravam. 9. num. 19. & gravam. 50. num. 4. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de foriudicatis, cap. 1. num. 22. & seq. & tom. 3. tit. de varijs crim. cognit. cap. 4. num. 7. & 8. Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. num. 85. & Campana de foriud. resol. 16. num. 3. ubi num. 4. dicit. quod quando ex delicto est imposta poena arbitraria, quæ ex circumstantijs possit usque ad mortem arbitrari, tunc potest quis foriudicari, nam in delictis gravissimis potest iudex poenam arbitriariam extendere usque ad mortem naturalem. glossa in §. in summa. Insti. de iniurijs. *Maranta in disput. 3. & Cabal. resol. crim. casu 92. sed hoc procedit in supremis magistratibus, secus in minoribus, qui non possunt poenam arbitriariam extendere usque ad mortem naturalem inconsulto Principe. de Ponte de potest. proreg. tit. 1. §. 2. a num. 13. usque ad finem. Sansel. dec. 34. a num. 13. usque ad finem. de Marinis in observat. ad Rever. dec. 50. a n. 3. usque ad finem, & arbitrium iudicis in dando poenam arbitriariam debet esse regulatum secundum qualitatem delicti. l. hodie ff. de penis.* & poena debet commensurari delicto. cap. sollicitis de penis in 6. & delicto non debet esse maior l. rescriptum, ff. de his quibus ut indignis, & ille potest foriudicari, qui si esset presens, posset ad mortem damnari. Staibanus conf. 6. num. 9. de Angelis ad Foller. pract. crim. rub. foriudicatur, nu. 1. et banna, quæ hodie dantur secundum statuta terrarum Italiae, sunt mortalia, Bart. in l. quisquis. in fine, C. ad leg. Jul. Maieft. Chartar. de execut. sent. cap. 1. num. 158. Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. quest. 11. post. nu. 11. vers. contrarium his non obstantib. & de Marful. in sing. 74.

- 4 Quod si quis sit foriudicatus pro delicto, pro quo non imponitur poena mortis naturalis, sententia foriudicationis non debet exequi Guaz. in. ad defensam Reorum. defensi. 35. cap. 14. nu. 1. Nigris in dict. cap. Regni. siue quis, nu. 25. Angel. ad Gizzarell. d. dec. 13. num. 1. Rovit. rubr. de sent. foriudic. num. 10. Vivius decis. 439. nu. 36. Thorus compend. decision. tom. 1. ver. foriudicatus, fol. 247. Novarius d. gravam. 9. post. num. 19. Baiard. ad Clarum §. fin. quest. 96. num. 10. & est ratio, nam quando profertur
- 5 sententia foriudicationis pro delicto, pro quo non venit imponenda poena mortis, dicta sententia foriudicationis dicitur nulla, Novar. dec. 18. num. 1. & sententia foriudicationis non est exequenda, si poena in dicta sententia contenta sit gravior delicto per foriudicatum commissio, Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. quest. 11. nu. 62. ubi vers. & hæc dicit, quod sententia notorie iniqua non potest exequi contra contumacem
- 6 bannitum; & quod sententia, quæ maiorem continet poenam, quam de iure imponi potest, non sit exequenda, dicit Chartar. de execut. sent.
- 7 capi. fin. num. 48. ubi nu. seq. dicit, quod quando sententia continet maiorem poenam, quam de iure imponi potest, dicitur nulla, etiam in totum, & ideo exequenda non est, citat Clar. pract. crim. §. fin. quest. 93. ver. quæto si iudex
- 8 & num. 50. subdit quod si quis sit condemnatus ad mortem in contumacia pro conatu, pro quo poena hæc imponi non debet, talis sententia non est exequenda, citat Craueti. conf. 941. num. 23. vol. 5. & contumax condemnari non potest in maiorem poenam, in quam condemnaretur si esset presens. Chartar. de execut. sent. capi. final. num. 48. & seq. Baiard. ad clarum in §. finali quest. 96. num. 10. Farinac. cons. 208. num. 8. in fine & conf. 214. nu. 9. in fine lib. 3. de Franch. dec. 329. num. 2. & Guttier. pract. quest. lib. 1. quest. 76. a num. 2. usque ad num. 5. Unde foriudicatus potest dicere de nullitate sententia foriudicationis ad finem discutiendi, si pro delicto, pro quo fuit foriudicatus, poena mortis debeat imponi, Angelis ad Gizzarell. d. decis. 13. num. 2. citat. Vivium decis. 439. num. 36. & Giurbam d. conf. 83. nu. 3. Immo amici, & consanguinei foriudicandi possunt comparere, & petere copiam processus, & videre si sit casus pro quo possit procedi ad sententiam foriudicationis, Nigris in d. cap. Reg. siue quis, num. 19. in fine, vers. & poterunt, & dicam infra cap. 25. num. 31.
- 10 Hinc est, quod cum pro periurio non possit imponi poena mortis naturalis, nec potest foriudicari, Rit. 270 Affl. in d. Constit. Reg. poenam eorum. num. 52. in antiqua impressione & in nova num. 77. & inconst. Regni Grandis utilitas. num. 4. in fine. Nigris d. cap. Reg. siue quis. num. 20. Franch. dec. 271. num. 8. & seq. & Catalanus de indulto. cap. 14. nu. 7. Hinc quoque est, quod si quis percutiat aliquem cum lapide, vel cum baculo, non potest foriudicari, Nigris in cap. Regni. qui cum ronca, num. 5. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de foriudicatis cap. 1. num. 31. qui hoc extendit, etiam sequuta morte percussu,

cursi, vide infra n. 71. & seq. binc est etiam, quod dam cecus excusatur à pena ordinaria delicti meritis panam mortis. Gizzarell. dec. 26. Dia. na moral. resol. part. 5. tract. 6. resol. fin. & Michalor. de ceco, muto & sardo. cep. 23. nu. 17. si delinquas, non potest foriudicari. argum. textus in l. 3. §. ignoscitur. ver. cecus quoque. ff. ad fin. consuli. syllan. sed textus ille loquitur quando cecus delinquit in omittendo, nam tunc excusatur ex quo non potuit facere actum propter cecitatem, ad quam tenebatur. si non erat cecus, secus si commisit delictum in committendo, puta homicidium, vel sodomiam, quia tunc puniatur pena mortis, & consequenter potest foriudicari, ut uidetur sentire d. Michalor. dicto. nu. 17. sed mutus & surdus si non sit legitimè conuictus, non potest foriudicari, nam si sit praesens, non potest condemnari ex sua Confessione signis declarata, nisi sit testibus legitimè conuictus, ut dicit meus Amiculus in praxi torquendi reos. cap. 13. n. 21. & ibi addidi, erga si praesens non potest condemnari ex sua expressa confessione signis declarata, à fortiori absens non potest condemnari ex sua ficta Confessione resultante ex contumacia, nam ficta confessio non operatur plūs, quam uera confessio. Foller. in pract. crim. in 4. part. 3. part. rub. & si confitebuntur, num. 25. & 30. & tacitum non habet plūs uirtutis quam expressum. Mantica de coniecturis ultimar. volunt. lib. 4. tit. 1. n. 25. & lib. 5. tit. 6. num. 1.

- 11 Hinc etiam est, quod cum minor non puniatur pena ordinaria pro delicto, sed puniatur pena extraordinaria, Foller. pract. crim. in 4. part. principali, rubr. poenis debitis feriantur nu. 17. & Farinac. pract. crim. tit. de poenis temperandis. quest. 92. per totum & non puniatur pena mortis, Bertazzol. conf. crimin. 118. nu. 1. tom. 1. Marf. in l. 1. nu. 91. ff. ad leg. Cornel. de Syrijs, & in conf. 24. num. 37, conf. 30. num. 20, conf. 39. num. 59. conf. 47. num. 14. & conf. 48, num. 54. Cabal. resolut. crimin. casu 134. Carerius pract. crim. tit. de homicidio ver. circa itaque nu. 51. fol. mihi 246. & Grammat. dec. 23. num. 11. cum duobus seq. & ibi Mari. & dec. 48. n. 12. idem non potest foriudicari, Marf. in l. de minore, num. 41. ff. de quaestionib. Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, num. 7. & 33. Mastrill. decif. 161. Thor. compend. decif. tom. 3. sect. 2. ver. minor fol. 88. & Angelis ad Gizzarell. decif. 13. post. num. 1. nam minor ex contumacia non potest condemnari ad mortem, Mastrill. d. decif. 161. num. 1. & Marfil. in d. l. de minore in d. n. 41. in fine. & statutum puniens ad mortem contumacem, non comprehendit minorem, Romanus sing. 816. Affil. in Const. Reg. minorum iura. post. num. 10. Vrsil. ad Affil. dec. 208. n. fine, & Mastril. d. dec. 161. num. 2. & minor non potest foriudicari, si sit allegata, & probata minor aetas. Amend. ad Franch. dec. 230. num. 5. & si sit allegata minor aetas, & sit processum ad sententiam foriudicationis, sententia est nulla, ut decifum refert, Anna sing. 379. Leonard. s. pract. offic. cap. 13. nu. 40. Bertaz. conf. 389. n. 3. lib. 2. Mastril. d. decif. 161. n. 4.

& de Virgilijs de legitimazione persone. cap. 3. num. 24. & 25.

- 14 Et licet aliqui dicant, quod in M. C. V. allegata minori aetate, non impediatur, quin possit procedi ad sententiam foriudicationis, & de allegata minori aetate habeatur ea ratio, quae de iure abenda erit, Reo inquisito existente in fortiis curia, Foller. d. rub. foriudicentur. nu. 7. & ibi Angelis n. 1. Chartar. de execut. sent. cap. fin. num. 224. cum pluribus seq. Leonardis dict. cap. 13. post dict. n. 40. Baiard. ad Clarum §. fin. quest. 44. n. 47. & seq. & Farinac. pract. crim. dict. tit. de inquisitione. d. quest. 11. nu. 33. tamen opinionem Follerii, & aliorum esse satis duram, testantur Mastrill. d. dec. 161. n. 12. & Pascal. de viribus patris potest. part. 2. cap. 10. n. 22. in vltima impressione, nam non debet plūs operari ficta confessio, quam vera confessio Rei, Bald. in l. 2. §. quod si actor. n. 4. C. de iure iurando Follerius in pract. ca crim. in quarta parte. tertiae partis rub. & si confitebuntur. n. 25. & 30. & de Nigris in cap. Reg. 155. post. n. 25. alias esset condemnare plūs ablentem contumacem, quam praesentem, quod fieri non debet, Franch. dec. 329. n. 2. & licet Follerius, & sequaces dicant, quod de minori aetate habenda sit ratio tempore capturae ipsius Rei, tamen isto medio tempore posset evenire, ut minor esset interfectus vigore sententiae foriudicationis, & occideretur, qui occidi non posset, dum minor non puniatur pena mortis, ut dixi supra nu. 12. ideo non est foriudicandus, sed probata minori aetate, est supersedendum in proferendo sententiam foriudicationis, prout ita passim observatur in M. C. V. Campana in sua opera de foriudicatione resolut. 2. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de minore. cap. 1. à n. 1. vsque ad num. 6. in mo ipse met. Foller. in d. pract. crim. in quarta parte tertiae partis. rub. & si confitebuntur. n. 8. dicit quod si sit citatus minor opposita, & probata minori aetate, impeditur contumacia, & bannum. & vide infra n. 78. in fine.
- 15 Immo si sit lata sententia foriudicationis contra minorem, & tempore prolationis sententiae non sit oppositum de minori aetate, existente Reo deinde in vinculis, potest allegari minor aetas, qua probata sententia foriudicationis non potest executioni demandari, Thor. in compend. tom. 1. ver. foriudicatus, & to. 2. vers. sententia fol. 632. Giurba. conf. 83. num. 3. & Farinac. d. quest. 11. num. 26. cum pluribus seq. &
- 16 à fortiori contra sententiam foriudicationis potest opponi, esse latam contra pupillum, Argo. no comment. 152.
- 17 Et minor restituitur in integrum aduersus bannum contra eum latum. Affil. d. const. Reg. minorum iura n. 9. Farinac. d. quest. 11. n. 32. Boer. dec. 63. & Leonardis d. cap. 13. post d. num. 40. licet alij teneant, quod minor non restituitur aduersus suam contumaciam. Mauris. de restit. in integ. cap. 169. & Vrsillus ad Affilium dec. 287. n. 9. tamen ueritas est, quod contumacia non priuat minorem beneficio restitutionis in integrum l. minor. 9. ff. de minoribus. & Marfil. tract. de bannitis. ver. contumacia num. 126. & minor quando est laesus, semper restituitur aduer-

- aduersus sententiam contra eum latam; l. 1. & 4. C. si aduersus rem iudicatam, & Rouit in pragmat. 1. num. 22. de minoribus.
- 18 Sed minor non admittitur per procuratorem ad petendum restitutionem in integrum aduersus sententiam contra eum latam in criminalibus, sed personaliter comparere debet ad hoc petendum. Marf. pract. crim. §. sequitur modum. 9. Monticel. pract. crim. reg. 13. num. 11. & Farinac. pract. crim. tit. de varijs, & diuersis questionibus. quæst. 99. num. 62. cum pluribus seq.
- 19 Sed si minor committat atrocissimum delictum, propter quod possit puniri pena mortis de hoc plura tradunt exempla Franch. decis. 230. Thef. decis. 161. Sanfel. dec. 57. Cabal resol. criminalium. casu 134. num. 9. Riccio, dec. 77. part. 1. Marinis quotid. resol. cap. 169. tom. 2. & Danza d. tit. de minore. cap. 2. à nu. 2. usque ad finem, tunc minor potest foriudicari, & eo foriudicato contra eum sententia foriudicationis executioni demandari potest. Campana d. resol. 2. num. 9. cum pluribus seq. nam in
- 20 Regno minor potest puniri pena ordinaria, vel extraordinaria in arbitrium Iudicis, confiderata delicti atrocitate, personæ qualitate delictorum reiteratione, ac ceteris alijs considerandis. Pragm. 1. de minorib. prag. 2. de furtis, & Prag. 2. §. fin. de commissarijs. lase Revert. in dec. 325. & ibi Marinis. & minor in delictis atrocioribus non restituitur aduersus eius confessionem. Bartol. in l. auxilium. §. in delictis ff. de minoribus. Marfil. in cons. 9. num. 18. & Asillad Afflictum in dec. 208. num. 3. Sanfel. dec. 57. num. 8. prout restituitur in ceteris delictis, & vide infra nu. 25. immo minor in delictis atrocioribus nunquam admittitur ad revocandam suam confessionem. Marfil. in l. de minore. num. 35. ff. de questionibus.
- 21 Et in statu ecclesiastico tunc ratio ætatis haberi debet post sententiam contra bannitum latam pro homicidio, quando bannitus non excedit decimum quartum annum, alias executio sententiæ fieri debet, vt in Constit. Pii. IV. Chart. de execut. sent. cap. fin. n. 230. & seq. Farinac. d. quæst. 11. num. 30. verū quid dicendum in 4. impr. & conf. 121. & Campana d. resolut. 2. num. 20. & 70.
- 22 Sed sunt aliqui, dicentes quod sicut quando minor delinquens est præsens, ipsi sit dandus curator, ut iudicium valeat, per l. clarum, C. de auctorit. præst. & per Const. Reg. minorum iura alias si contra minorem indefensum profertur sententia, est nulla ipso iure, l. cum & minores, cum l. seq. C. si aduersus rem iudic. l. acta §. contra indefensos, vbi DD. ff. de rei iudicat. ita, & quando minor condemnatus in contumaciam, sit providendus de curatore, alias iudicium in contumaciam factum sit nullum, & ideo non potest damnari propter fictam confessionem, resultantem ex contumacia vigore statuti, Foller. pract. crim. in 3. parte princ. rub. & si confitebuntur. num. 25. & danza de pugna DD. d. tom. 3. d. tit. de minore. cap. 3. num. 1. cum tribus seq. nam minor ex contumacia non potest haberi

- pro confesso, nisi interueniat auctoritas curatoris. Baldus in d. l. clarum num. 6. tamen sunt aliqui, qui tenent, quod quando minor citatur pro causa capitali, si non comparet, & sit effectus contumax, & habitus pro confesso vigore statuti, non est necesse citare eius curatorem, sed ipse potest banniri, & condemnari in contumaciam absque curatoris præsentia, & auctoritate, ita Bal. in l. 1. num. 59. C. de confessis. Nethus de bannitis in 1. par. 1. temp. quæst. 1. Menoch. conf. 100. à nu. 120. usque ad num. 165. Guazzinus ad defensionem reorum. def. 30. cap. 4. num. 21. in fine, & defens. 32. cap. 3. num. 50. Campana d. resol. 2. num. 18. Farinac. d. tit. de inquisitione, dict. quæst. 1. num. 26. & seq. & tit. de Reo confesso, & conuicto, quæst. 81. cap. 10. n. 366. Gutierrez practica. quæst. lib. 1. cap. 76. n. 1. Addentes ad Farinac. in dec. 208. 61. lit. P. & Facchineus controuer. Iuris lib. 9. cap. 4. Et vide de Virgiliis de legit. persona. cap. 3. num. 19. & Riccio in coll. 1962. & minor contumax in delictis non potest dicere de nullitate processus, si contra ipsum fuerit processum, nullo modo dato curatore, quando ex forma statuti contumax habetur pro confesso. Terep. ver. Iur. sentent. tit. 198. cap. 3. Immo quando minor est præsens, si consteatur delictum, valet confessio, & ex ipsa confessione potest damnari, dato quod ipsi non sit datus curator, vt dixi in pract. torquendi Reos. c. cap. 13. num. 11. & 12. & 22. ibi addidi.
- 23 Et minor potest contrahere contumaciam, & dicitur verus contumax, quando fuit declaratus pro confesso, & conuicto, l. si minor, ff. de bonis auctorit. Iudicis possid. l. minor, ff. de minoribus, l. si finita §. si forte, ff. de danno infecto, Clar. pract. crim. quæst. 60. num. 25. & Campana de resol. 2. post. num. 9. sed alij dicunt, quod contumacia non cadit in minore. Marfil. in tract. de bannitis d. ver. contumacia. n. 127. & a fortiori in pupillo, qui non potest fieri contumax. Paul. de Castro in l. contra Pupillum. n. 3. ff. de re iudic. Gratian. in dec. 34. num. 8. & Gallap. in pract. S. R. C. part. 2. cap. 4. num. 2.
- 24 Sed minor in contumaciam condemnatus, non audito eius curatore potest restitui ad nouas defensiones, Facchineus d. cap. 41. Sed contrarium tenent Menoch. d. conf. 100. à nu. 280. usque ad finem, & Baiard. ad Clarum §. fin. quæst. 44. num. 90. qui dicit, quod minor bannitus in contumaciam non debet restitui aduersus bannum, nisi fuit impeditus legitimo impedimento, & num. 48. dicit, quod Iudex non potest retractare sententiam contra minorem latam, habendo rationem ætatis, quæ de iure haberi deberet, nisi de voluntate, & licentia Principis, quod ego non sequor, nam Iudex potest cognoscere de restitutione in integrum aduersus sententiam per eum latam, vt dixi in tract. de foro compet. cap. 53. num. 11. & seq. & Boss. pract. crim. tit. de remedijs contra bannum. nu. 3.
- 25 Et non solum minor restituitur aduersus confessionem fictam resultantem ex eius contumacia, Virgiliis in d. cap. 3. post dictum num. 25. in fine, nam contumacia non priuat minorem beneficio resti-

- restitutionis in integrum.* & uide *supra* postea, 17. sed etiam restituitur aduersus confessionem veram a se factam, l. certum §. in pupillo, ff. de confessis, Afl. dec. 208. Mynsing. cēt. 3. obfer. 81. Riccius coll. 286. & Rouit. in prag. 1. nu. 9. de minoribus, *Carroba fug.* 121. & *Mascord. de probat. conclus.* 371. post. num. 2. licet hoc non habeat locū in delictis atrocioribus, in quibus minor non restituitur in integrum aduersus eius confessionem, & uideas *supra* post, num. 20. & confessio facta à minore potest reuocari, etiā non probato errore, Boff. pract. crim. tit. de confessis num. 67. unde minor confitens delictū, de quo aliter non appareat, nisi per dictam suam confessionem, debet aduersus ipsam confessionem in integrum restitui absque aliqua probatione erroris, Cabal. de omni genere homicidij, num. 625. Garzia à Toletto in dicto 246. & Grammat. conf. crimin. 16. num. 1. Et allegant minorem errorem, illam probare tenetur, ut docet meus *Ayunculus* in cap. 29. huius tract. num. 5. et in penultimis, et odiosis quis reputatur minor, dato quod momentū deficiat ad complectendam annos decem & octo. *Burgas* de modo procedenti ex abrupto, quæst. 66. num. 24. *Pasqual.* de uiribus Patriæ. potest. part. 1. cap. 9. in addit. num. 9. & *Imbrian.* de primo & 2. beneficio confid. 3. num. 90. & *Femina* quando est minor agetur uocem, & masculus annorum decem, non possunt excommunicari, de *Virgilijs* de legitimat. i. one personæ. cap. 34. num. 57.
- 86 Et statutum disponens, ut foriudicatus pro quocunque delicto possit impunè occidi, intelligitur, si sit foriudicatus pro delicto, pro quo venit imposita pœna mortis naturalis, Decius conf. 65 in 1. limitatione, vol. 1. Grandis de bello exulum prædicamento qualitatis, quæst. 2. num. 7. *follet.* in prag. de foriudicatis. num. 6. *Farinac.* pract. crim. tit. de varijs, ac diuersis quæstionib. quæst. 103. n. 260. cum duob. seqq. & num. 264. & *Monticell.* d. pract. crim. reg. 3. num. 4. & 9.
- 87 vbi dicit, quod statutum contrarium disponens non valet, citat *Marf.* pract. crim. §. agredior. nu. 2. idem tenet *Farinac.* d. quæst. 103. num. 269. & 272. cum duobus seqq. & *Clar.* pract. crim.
- 88 §. homicidium, ver. plerumque in fine, vbi tamen dicunt, quod si adest tale statutum, ut banniti ex leui causa possint impunè occidi, si quis eos occidat, non punitur, & bannitus ob delictum, propter quod non imponitur pœna mortis, non potest impunè occidi, *Mench.* de arbit. iudic. lib. 1. quæst. 90. nu. 41. & *Capolla* cons. crim. 5. num. 12.
- 89 Et aduerte, quod si quatuor eant per campaneam armata manu cum armis prohibitis ad modum exulum extrā vias publicas cum concurrenti diffamatione, in hoc casu isti tales dicuntur foriudicati, etiam si non constat per ipsos fuisse commissum aliquod delictum, & puniuntur pœna mortis, Pragm. 12. de exulib. Grandis de bello exulum, in prædicamento quantitatis, quæst. 3. nu. 17. & in prædicamento pati, quæst. 1. nu. 3. *Rouit.* rub. de exulib. nu. 22. *Muscattell.* pract. crimin. rubr. de furtis, & latrocinij, nu. 48. *Capib.* de Baronib. Prag. 8. part. 2. num.

114. *Gazzius* in dicept. criminal. lib. 1. *discept.* 192. late *Danza* de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 1. per totum, vbi 30 cap. 1. per totum tenet, quod si una mulier, & tres homines eant per campaneam, habet locum supradicta dispositio loquens de quatuor euntibus per campaneam, *Corneus* conf. 216. nu. 1. lib. 3. & *Tonnutis* in tract. de præiudicatione, cap. 11. num. 23. & per campaneam de foriudicatis 51 resolut. 3. & contra istos Regis Audientie procedunt, ad modum belli, Pragm. 10. §. 4. de off. iudicum, ver. l' armare, sed si quis incederit in 32 comitiū foriudicatum per campaneam, quatuor delictum non commiserit ex solo incestu condemnatur ad extremes, *Carauit.* in Pragm. 1. nu. 187. de exulib. Grandis de bello exulum prædicamento pati, quæst. 1. num. 3. *Danza* dicta. de armatione per campaneam, cap. 1. num. 17. *Muscattell.* in d. rub. de furtis, & latrocinij num. 46. & *Thor.* in noto 29. tom. 2. & licet *Rouit.* in d. rub. de exulibus num. 22. in ultima impressione dicat quod dicta prag. 12. de exulibus fuit temporalis, & hodie non reperitur in volumine pragmatiarum, admen si quis sit visus armatus cum armis igneis in comitiū quatuor bannitorum, & cum eis commisit delicta, punitur pœna mortis, & contra eum potest breviri tempus foriudicationis infra quatuor dies, ut in Pragmat. Ducis Medinæ edita die 25. Iulij 1643. §. 3. quæ est prag. 21. de exulibus. tom. 2. quæ postea fuit confirmata per Magnum Admiratum Castiliæ sub die 19. Maij 1644. §. 6. quæ est prag. 22. de exulibus. tom. 2. Aduerte quod non sufficit ut quis associetur cum quatuor bannitis tantum, & cum armis igneis, ut puniri possit pœna mortis, sed necesse est, ut cum eis commiserit delicta, ut dictum est, alias secus, quia non solum non punitur pœna mortis, immo neque etiam foriudicari potest. *Capib.* in d. prag. 8. part. 2. d. n. 114. Nam in principio pragmatice Ducis Medinæ in præfatione ponuntur illæ duæ qualitates, & deinde in verbis dispositiuis dicitur, quod si quis sit visus cum armis igneis in comitiū quatuor bannitorum, puniatur pœna mortis, ergo omnes tres qualitates concurrere debent, ut pœna mortis imponi possit, quia illud quod colligitur ex præfatione legis, dicitur expresse actū etiam si deficiat in dispositione. *Georg.* alleg. 31. num. 49. nam præfatio tollit inopritudinem, & dat intellectum tot. leg. *Gutierrez* pract. quæst. lib. 1. cap. 89. n. 3. & *Rouit.* in prag. 15. n. 28. de militibus. Et illud attendendum est, quod in præfatione dicitur, quia ex proemio legis colligitur mens, & causa finalis ipsius legis. *Muscattell.* in pract. civil. part. 3. vers. probandum. n. 26. Et in præfatione colligitur mens statuentis. l. prima in principio, ff. de origine iuris. *Grammat.* dec. 65. n. 48. Et qualibet dispositio ex proemio regulatur, & ab eo causam finalem accipit. l. final. ff. de hered. instit. cap. quia propter. de electione. *Perez.* de immanis. eccles. cap. 2. num. 8. & *Freccia* de present. inst. part. 9. quæst. 3. nu. 13. Nam quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repetitis intelliguntur. *Bartol.* per illum text. in litem quia §. idem *glicano* ff. de pactis. immo quando præfatio

præfatio legis est generalis, licet lex ipsa sit specialis, tamen est generaliter intelligenda l. regula. §. pen. ff. de iuris, & facti ignorantia; Spevellus in dec. 142. n. 23. part. 3. Et quando verba enunciatio legis inducant, ut in eo, quod tractatur? vide Genam de verbis enunciatis. lib. 2. quæst. 5. Sed contra eum qui tantum fuit visus armatus cum armis igneis in comitina quatuor bannitorum, & cum eis non deliquit, non potest procedi ad modum belli per Regias Audiencias. Campanus de forind. resol. 8. d. n. 6. usque ad n. 9. & non obstat si dicatur, quod Regia Audiencia possit procedere in delegatione præ prohibita asportatione armorum igneorum, ut in pragmat. 24. §. 1. de armis. tom. 2. Sed procedere in delegatione, & ad modum belli, est idem. Campanus eodem tract. resol. 5. vers. Non obstat infuso, & post vers. per pragmaticam, Nam respondemus, quod intentio supradictarum pragmaticarum Ducis Medinæ, & Magni Admirali fuit ad imponendum penam Mortis contra istos propter incessum campanæ cum quatuor bannitis, & non proprio delatione armorum igneorum, ut colligitur ex dicta præfatione dictarum pragmaticarum, quæ neque procedunt, si associatio cum armis igneis sit facta cū foriudicatis numero quatuor non discurrentibus per campaneam. Campanus d. resol. 8. n. 9. & facit prag. 6. de exilibus, & prag. 4. §. 3. de recept. Malefact.

Sed si quis associetur cum armis igneis in committenda quatuor bannitorum ad defensionem suæ personæ, ut non sit interfectus à suis inimicis, & cum eis non commisit delicta, non est puniendus poena mortis, & faciunt dicta per nos infra cap. 18. n. 20. & in dubio associatio cū bannitis præsumitur potius casualis, quàm deliberata, & dolosa, ut delictum excludatur. Paschal. de iur. par. pot. part. 4. cap. 3. n. 41. & associans se casualiter cum bannitis, non punitur de receptione. Danza de pugna DD. tom. 1. sit. de receptatoribus. cap. 1. n. 39.

- 33 Aduerte etiam, quod foriudicatus pro vno delicto potest foriudicari pro alio delicto, Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 16. vers. sed numquid, Foller. pract. crim. rubr. banniantur, n. 36. Bossius pract. crim. tit. de banni nullitate, n. 9. Grassus de effect. cler. eff. 9. n. 316. Cabal. resolut. crim. casu 157. n. 9. Viuius commun. opin. lib. 2. opin. 31, Nellus de bannitis in 1. part. primi temporis. tit. 3. Farinac. pract. crimin. tit. de inquisit. quæst. 11. n. 58. Palma in suo diversorio. parte 2. gl. 23. n. 34. Gaillus de pace publica lib. 2. cap. 11. Cepolla conf. crim. 6. n. 3. & 13. & Thorus compend. dec. tom. 3. sect. 3. vers. status conductus fol. 223. vbi dicit, quod contumax pro vno delicto poterit pro alio delicto contumax fieri, citat Carauit. ritu. 205. n. 1. Prout etiam excommunicatus pro vna causa, potest excommunicari pro alia causa, cap. quantum libet. in fine, 47. dist. cap. cum premissa, & cap. officij de sent. excommun. & docent 36 Grassus dict. eff. 9. n. 315. Cepolla d. conf. 6. nu. 4. & Palma d. num. 34. Sed si quis committat plura delicta eodem instanti, semel tantum potest foriudicari, Cabal. resolut. crim. casu 100. nu. 12. 17 & seq. & in casu 157. n. 7. vbi dicit, quod licet

quis occidens eodem instanti duos homines, cōmittat duo homicidia, & pro quolibet homicidio imponi debeat poena mortis, tamen cum quis non possit occidi, nisi semel, ideo semel tantum punitur, & vna tantum condemnatio in poenam mortis fit, citat Bart. in l. numquā plura, n. 11. ff. de priuatis delictis, & Cabal. d. casu 157. d. n. 7. in fin. loquitur in specie quando 38 quis condemnatur in contumaciam pro duobus homicidiis eodem instanti commissis, & dicit, 39 quod vna condemnatio fit, prout in simili videmus, nam percutiens unum clericum plures eodem instanti, semel tantum potest excommunicari, cum dicatur unica percussio, ut dixit in tractatu de foro cōpetiti c. 43. n. 6. reus Anz. vbi etiam dixit quod percussus unica percussione plures clericos, 40 tot incurrit excommunicationes quod sunt Clerici. & producit plures testes, vel scripturas 45 falsas vnica poena falsi punitur, Arnono sing. 100. Nouarius dec. 93. & Roit. prag. 1. n. 3. de falsis Et producit scienter falsum capitulum, & super eo inducit testes, & eorum falsis attestationibus utens, vna poena punitur, & non pluribus penis pro fabricatione, & usu. Cabal. resolut. crim. cas. 145. Roit. in d. prag. 1. n. 19. Et percutiens aliquem pluribus vulneribus eodem tempore, & in eadem rixa, vno tantum, vel pluribus ictibus, an vna tantum poena, vel pluribus teneatur, & quomodo quis puniatur de pluribus delictis eodem contextu, vel vnico actu commissis? vide Cabal. casu 155. & casu 167. 46 vbi casu 157. & 158. latè tractat si quis in eodem facto vnum vulnerat, & alterum occidat, an de homicidio tantum, an vero etiam de vulnerere puniatur, & an resultantibus ex eodem facto pluribus delictis diversis, poena vnus cum poena alterius confundatur, an verò omnium criminum poenæ locum habere debeant? de quo etiam vide Marf. in pract. crim. §. pro complimento, n. 38. Ricciūm decis. 57. part. 2. Roit. in Pragm. 4. n. 4. de armis, Viuius commun. opin. lib. 1. opin. 281. & Capyc. Lat. in decis. 78. & supra dicta omnia faciunt ad questionem illam, an occidens plures homines eodem instanti cum vnico, vel pluribus ictibus scopictæ teneatur ad vnicam poenam duætorum mille, vigore Pragmat. Ducis Medinæ, vel teneatur ad duplica- 47 tam poenam, quot sunt homines mortui? & faciunt dicta per meum Auunculum in hoc eodem cap. n. 123. circa medium, vers. sed si quis vnico actu, & faciunt etiam dicta per Grassum de except. except. 14. d. n. 57. usque ad 69. & per Blanc. in pract. crim. vers. visis indicij. n. 113. fol. mibi 53. qui dicit, quod si duo vel tres fuerint, occisi ab aliquo vnica vel pluribus, percussionibus in eodem instanti in eadem rixa, iste interficiens patitur vnā poenā tantam homicidij, & dicitur bannitus præ vno homicidio, nec est comprehensus à lege ut bannitus præ duobus homicidijs, nam habet beneficium se redimendi. Blanc. sequitur Farinac. in dec. rota 61. post n. 13. Et statutum puniens præstantem auxilium, aliqui ad delictum committendum sub certa poena, si quis prestat opem pluribus ad vnum maleficium committendum, non tenetur pluribus poenis

nis pro pluribus auxiliis, sed vna tantum poena pro vno auxilio, & non pro multiplici, sic etiam qui mandat pluribus, vt vnum committant delictum, vna tantum poena, ac si vni tantum commisset, & non multiplici punitur, ita Cabal. resolut. crim. casu 280. *Et quando quis reperitur inquisitus de pluribus delictis diversis temporibus commissis, pro quibus in unoquoque ipsorum est imposita poena mortis, tunc Iudex potest pro quolibet delicto separatim citare, & foriudicare d. reum Sanfelix. dec. 138. num. 8. vbi n. 9. citatur Lucam de Penna in l. si quis decurio. in fine. Cod. de decurionibus. li. X. quidam praxim procedendi contra reum ex diversis criminibus inquisitionem.*

48 Et pro omnibus delictis, pro quibus venit imponenda poena mortis naturalis quis potest foriudicari, tam si procedatur per accusationem, quam per inquisitionem, Clar. pract. crim. §. fin. q. 11. in princ. & probatur in Cap. Regni 155. in principio, & addam in n. 41. hoc eod. cap.

Sed pro delictis, pro quibus non venit imponenda poena mortis naturalis, Reus citatur ad informandum, ut in prag. 6. §. 4. de meretricibus, & si non comparet, reputatur contumax, & punitur tantum ad poenam contumaciae, quae quanta sit, dicam infra cap. 7. a n. 13. vsque ad n. 18. & non potest condemnari ad poenam delicti in eius contumaciam, ipso Reo absente, & ita practicitur in Regno nostro, & probatur in Cap. Regni 155. vers. sed si de contumacia. licet de iure communi possit procedi ad condemnationem contra Reum absentem in eius contumaciam pro delictis, pro quibus venit imponenda poena minus relegationis, secus si ultra, vt in l. absentem. ff. de poenis, l. 1. ff. de requir. Reis, & in l. absentem, C. de accusat. & dixi supra cap. 1. n. 5. & Farinac. d. quest. 11. post. n. 1. & in tit. de variis, ac diversis questionibus. quest. 99. n. 66. tamen in Regno est secus, nam Reus absens in eius contumaciam, tunc foriudicatur, quando committit delictum, pro quo venit imponenda poena mortis, alias secus, vt diximus. Et de iure communi Reus absens in casibus, in quibus non potest condemnari, si citatus non comparet, & sit effectus contumax, etus bona annotantur, & deinde si comparet, semper auditur ad demonstrandum eius innocentiam, sed bona annotata non recuperat etiam, quod fuerit de crimine absolutus, nisi infra annum compareat, & ostendat suam innocentiam, quia tunc recuperat bona annotata, l. 1. vbi DD. ff. de requir. Reis. §. 1. & 2. cod. eodem tit. de requirendis reis Grandis de bello exulum in praedicatione quantitas quest. 1. n. 2. Boss. pract. crim. tit. de requir. Reis in princ. & in tit. de citat. nu. 5. Clar. pract. crim. §. fin. quest. 44. in fine primi ver. Chartar. de execut. sent. cap. 1. nu. 6. & seq. & Patinac. pract. crim. tit. de inquis. quest. 11. num. 2. & post num. 83. & dixi supra d. c. 1. nu. 4. & vide constitutionem Regni quae incipit Grandis iustitias per quam disponitur, ut contumax in causis criminali capitali condemnatur ad 3. partem suorum bonorum mobilium, & annotari debeant omnia eius bona mobilia, & stabilia, & Sanse-

lic. dec. 393. n. 1. & 2. & est Cap. Regni 155. vers. sed post. & prag. 28. §. 11. de offic. mag. Iust.

Sed diximus, quod pro illis delictis quis potest foriudicari, pro quibus venit imponenda poena mortis naturalis, ideo credo, non esse extra materiam, hic connumerare omnes casus, pro quibus venit imponenda poena mortis naturalis.

49 Est autem ante omnia aduertendum, quod lex imponens poenam capitalem, in dubio non intelligitur de morte naturali, sed de mitiori, & sic de morte ciuili, glos. in l. 1. C. ne iud. man. crist. & Marant. in suo speculo part. 4. dist. 2. nu. 3. Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & poenis quest. 19. num. 3. cum plurib. seq. Pegner decis. crimin. 1. nu. 6. Ballis tract. var. lib. 4. quest. 8. & Capyc. Latro dec. 179. in princ. part. 2. nam

50 in interpretatione legum poenae molientis summa potius quam exasperanda, interpretatione, ff. de poenis, & in poenis benignior interpretatio est facienda, cap. in poenis de regul. iuris in 6. Et ideo lex imponens poenam capitalem, in dubio non intelligatur de poena mortis naturalis, Nigris in cap. Reg. contra effrenatos, num. 32. licet etiam si quis sit condemnatus simpliciter ad poenam capitalem, non potest vita priuari, Chartar. de execut. sent. cap. fin. nu. 295. vbi num. 301. dicit, quod statutum disponens, vt quis capite puniatur, intelligitur de exilio, & nu. 302. dicit, quod ex hoc assessores solent dicere in sententia condemnationis ad mortem, & ita aliquem decapitari debere, ita vt moriatur, vel ita quod anima a corpore separetur, & idem tenet Capyc. Latro dec. 179. num. 9. part. 2. & Guazzin. ad defens. reorum def. 33. cap. 7. n. 6. sed si bannitus simpliciter condemnatus sit in poenam mortis, & tunc vita priuandus est, quia in hoc in sententia dictum non sit, nam appellatione mortis, de naturali semper intelligitur, lex ea parte §. insulam, & ibi DD. ff. de verbor. obligation. & Chartar. dict. cap. fin. post num. 302. sed contrarium tenet Farinac. d. q. 19. nu. 13.

Sed pro pluribus delictis de iure est imposita poena mortis naturalis, quae hic connumerare intendo, & Primo.

51 Homicidia, & sic, qui committit homicidium dolose, & appensate, punitur poena mortis naturalis. l. ff. ad legem Cornel. de Sycariis l. poena parricidij. ff. ad leg. pomp. de parricidij. & est tex. de iure Regni in Constit. terminum vitae, Boss. pract. crim. tit. de homicidio, nu. 109. Clar. pract. crim. §. homicidium, vers. sed quero, Cabal. de omni genere homicidij, n. 277. & seq. & Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, quest. 119. num. 12. vsque ad num. 26. Quod amplius, &

52 Primo, vt hoc procedat, siue homicida sit nobilis, siue plebeus, nam semper punitur poena mortis, Clar. d. §. homicidium, dict. vers. sed quero, & probatur in d. Constit. Reg. terminum vitae Farinac. d. q. 119. nu. 17. & seq. & in tit. de poenis temperandis quest. 98. num. 105. cum trib. seq. vbi num. 100. dicit, quod nobilis decapitatur, ignobilis vero furcis suspenditur, & idem tenet Franchis. decis. 569. Marfil. de bannitis. ver. nobilissima. n. 19. & Ann. in cons. 34. & probatur

- tur dict. Constitut. Reg. terminum vitæ, & est
tex. de jure communi in l. morti §. sed enim
sciendum ff. de pœnis.)
- 53 Secundò amplia, ut non valeat statutum dis-
ponens, ut pro homicidio imponatur pœna pecu-
niaria, Clar. d. §. homicidium, ver. sed numquid,
Marfilii in d. l. prima, num. 17. ff. ad legem Cor-
nel. de Sycariis. *Revert. decis. 15. num. 1. Marta
de juris dictione part. 4. cens. 1. casu 60. num. 8.
cum plur. seq. Farinac. d. quæst. 119. à n. 27. us-
que ad n. 45. et in tit. de accusatione quæst. 14. n. 7.*
- 54 Tertio amplia, ut si quis occidat hominem
habentem animam, licet mortuorum assimilan-
tem animalibus irrationabilibus, tamen puni-
tur pœna mortis, Cabal. resol. crim. casu 129.
- 55 Quarto amplia, nam occidens hominem de
proximo suspendendum, vel de proximo mori-
turum, punitur pena mortis, ut dicam infra cap.
17. ver. sed postquam nu. 12. unde si Cajus vul-
nerat Titium læthaliter, & deinde Sejus occi-
dat, Titium, occidens punitur pœna mortis, &
Cajus, non punitur pœna mortis sed tantum puni-
tur de vulnere litem Mela, §. Celsus, & l. huic
scripturæ, §. si servus, ff. ad leg. Aquil. Marlin d. l.
1. n. 87. ff. ad l. Cornel. de Sycariis, Cabal. resol.
crim. casu 158. n. 20. & de omni genere homicidii
n. 169. Farinac. d. tit. de pœnis temperandis, quæst.
96. à n. 49. usq; ad n. 55. Guaz. ad defensā Reorum
defens. 4. cap. 10. num. 18. Boer. dec. 323. num. 9.
Amendola ad Franch. decis. 324. num. 4. & Ar-
nono probl. 6. Quod intellige, si prima, & secun-
da vulnera sint læthalia, aliàs si prima sint læ-
thalia, & secunda non læthalia, primus percus-
sor punitur pœna mortis, & secundus punitur
de vulnere. Farinac. d. quæst. 96. n. 44. cum duob.
seq.) Et occidens aliquem, qui per prius erat ab
alio læthaliter vulneratus, dicitur homicida vul-
nerarius, Riccius decis. 91. part. 2. licet contrariū
teneat Franch. de feud. quæst. 15. n. 16. Et percuti-
ens aliquem vulnere non læthali, si deinde alius
eundem vulnerat vulnere læthali, hic tenetur de
homicidio, Bart. in l. si in rixa, ff. ad leg. Cornel.
de Sycariis, Clar. d. §. homicidium, ver. aut vero plu-
ra, & ver. sed quid si Reus, & Affl. in Cōst. Reg. ter-
minum vitæ, n. 32. & 40. Quod intellige, si percu-
tiens vulnere non læthali non sit confocius cum
percutiente vulnere læthali aliàs etiam tenetur
uti præstans opem in homicidio, l. in actione, §.
ope, ff. de furtis, Grammat. conf. crim. 4. num. 1.
& 2. Affl. in d. Cōst. Regni terminum vitæ,
num. 40. (& Farinac. d. quæst. 96. num. 47. & seq.
& num. 67. cum duob. seq.)
- 56 Quintò amplia, nam licet homicidium sit fa-
ctum à pluribus cum uno vulnere, & non con-
stat de vulneratore, tamen omnes tenentur de
homicidio, Grammat. conf. crimin. 5. nu. 1. Clar.
d. §. homicidium, ver. alia etiam est defensio
& Thes. decis. 31. & dicam infra cap. 10. num. 9.
- 57 Sextò amplia, nam si quis ex pluribus per-
cussionibus decedat, non confitit, cujus ictu
perierit, in hoc casu omnes de homicidio tenen-
tur dict. litem Mela, §. si plures, & l. ita vulnera-
tus, §. idem, ff. ad legem Aquil. l. 1. §. fin. & l. seq.
ff. de his, qui deiecerunt, vel effud. & Clar. d.
§. homicidium, d. ver. alia etiam est defensio,
quod intellige, si omnes deliberato animo vo-
luerunt eum occidere à principio, aliàs omnes
puniantur pœna extraordinaria. Affl. in Cōst.
- Reg. terminum vitæ, nu. 41. (& Farinac. d. quæst.
96. num. 31. & seq. & num. 38. cum plurib.
seq. & addam infra cap. 10. num. 9.)
- 58 Et præsumitur quis auxilium præstare de-
linquenti, quando assistit armatus in homici-
dio, cap. sicut dignum, extra de homicidio,
Mascard. de prob. concl. 1144. num. 1. & concl.
1416. num. 21., & hoc dato, quod assistens nul-
lo modo arma traxit, nam adhuc dicitur præ-
stare auxilium - glos. in l. 2. §. & si quis, ff. de
vi bonorum rapt. Ponte de potest. Proregis, tit.
1. §. 5. num. 12. (Farinac. præct. crim. tit. de con-
sultorib. quæst. 131. num. 67. cum plurib. seq.
Marl. in præct. crim. §. pro complemento, num.
36. & Mascard. de probat. conclus. 159. num.
2. conclus. 1144. num. 8. & conclus. 1392. num.
12. sed si quis casu assistat in delictis, non puni-
tur, Grammat. dec. 25. num. 3. & 6. & Riccius
dec. 64. part. 2. Et quando quis casualiter inter-
venit rixæ, non tenetur de facto alterius, sed
tenetur tantum de eo, quod ipse fecit, l. final.
ff. ad l. corneliam de Sycariis. Farinac. d. quæst.
96. num. 28. cum duob. seq.) & Cabal. resol.
crim. casu 192. num. 4. ubi num. 7. tenet, quod
in dubio quis præsumitur assistere, & adesse
maleficio dolose, & ex proposito, & non ca-
sualiter, [sed alii tenent, quod tractatus, &
deliberatio non præsumitur, sed præsumitur,
quod casu, & non appenatè quis in rixa inter-
venit, ita Menoch. de arbit. jud. casu 349. n.
6. & cas. 310. num. 3. Boss. in præct. crim. tit. de
homicidio num. 21. & 25. Mascard. de probat.
conclus. 1289. num. 1. Farinac. d. quæst. 96. num.
75. cum plurib. seq. ubi num. 81. dicit quod as-
sistentes homicidio possunt torqueri ad scien-
dum, an deliberatè, & præcedenti tractatu
assisterunt.] & Cabal. ibi num. 5. & 6. dicit,
quod si Titius rixatur cum Sejo, & supervenit
frater Seji, & occidit Titium, Sejus non
tenetur de facto sui fratris; (intellige, si Sejus
à principio esset insultatus, secus si erat agres-
sor, quia tunc punitur pœna extraordinaria
pro homicidio facto à suo fratre, ita Farinac. d. tit.
de homicidio, quæst. 125. num. 289.) Et inter-
venientes casualiter, & accidentaliter delicto,
tenetur tantum de eo, quod ipsi fecerunt, & non
de eo quod alii fecerunt tam respectu pœnæ,
quam respectu interesse partis, Boss. præct. crim.
tit. de pœnis, n. 2. & seq. & Cabal. resol. crim. casu
198. num. 11.
- 59 Septimò amplia in occidente infantem nat-
um, nam occidens punitur pœna mortis, l.
pen. C. ad leg. Cornel. de Sycariis. Thes. dec.
13. num. 1. (& Farinac. d. quæst. 119. num. 22.)
Et hoc procedit, dato, quod infans esset na-
tus in septimo mense, vel incepto septimo
mense, secus si in octavo mense, Thes. d. de-
cis. 13. num. 2. nam natus in septimo mense,
dicitur legitime natus, & lex fingit eum vive-
re posse, l. septimo mense, ff. de statu homi-
num, & Boer. decis. 220. *Marinis quotid. re-
sol. lib. 1. cap. 277. num. 1. & 2.* Et ideo si quis
occidat partum animatum jam natum in quar-
to, vel sexto mense, non punitur pœna mor-
tis, sed alia mitiori, Thes. d. decis. 13. num.
2. *Et quem esse natum in septimo octavo vel no-
no mense, standum est dicto obstetricum Phis-
icorum, & peritorum in arte d. l. 7. mense ubi
DD.*

DD. & l. 1. §. inspicendo, ubi etiam DD. ff. de ventre inspic. Afflic. dec. 236. & Mascard. de prob. conclus. 805. num. 3. concl. 1130. num. 2. & 3. concl. 1174. num. 5. & 7. & concl. 1089. num. 1. & 2., ubi num. 3. dicit, hoc etiam procedere si periti deponunt per verba, me hoc credere, vel iudicio meo, & num. 7. dicit, quod arguentissima presumptio est, partum esse immaturum, quando mulier patitur in pariendo multa sava accidentia, & idem tenet d. Mascard. in d. conclus. 805. num. 4. & 5. sed non creditur matri, asserenti filium esse natum in sexto vel in octavo mense. Bursat. conclus. 63. num. 21. Boerius dec. 220. in fine, & dec. 299. in principio. Borrellus in cons. 28. num. 8. & Mascardus in conclus. 805. num. 6. in conclus. 1151. num. 22., & in d. conclus. 1089. num. 6. & 7., ubi num. 8. hoc limitat quando mater est perita in arte, & non est ex causa suspecta; sed partus presumitur natus tempore maturo, & congruo, quando emisit vocem post partum & vixit per tres dies, fuit baptizatus, & Ecclesiastica Sepultura traditus. Mascard. d. conclus. 1089. à num. 9. usque ad finem, & in dubio quis presumitur perfecte natus. Borrellus in d. conclus. 28. num. 5. Gizzarellus dec. 43. num. 4. & dec. 79. num. 14. & ideo qui dicit partum esse natum in 6. vel in octavo mense, id, probare debet. Mascard. in d. conclus. 1151. num. 1. ubi num. 30. dicit, quod impossibile est, probare partum, esse natum in 6. vel in octavo mense.

- 60 Sed faciens abortare mulierem partu animato, punitur poena mortis, si hoc dolose, & appensate faciat, l. 1. ff. ad l. Pomp. de paricid. secus si partus non sit animatus, quia tunc non punitur poena mortis, sed fustigationis, & temporalis exilii, l. si mulierem, ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, l. Divus Severus, ff. de var. & extraord. crim. l. Cicero, ff. de poenis, glos. in d. l. Divus Severus Olfalus dec. 90. in princ. Foller. pract. crim. rub. Poenis debitis fiantur, num. 65. vers. sed qua poena Nigris in cap. Reg. ad perverforum, num. 49. Donatus Scialoja Vir apprime doctissimus Angeli mei Avunculi consanguineus in sua Praxi purgandi infirmos lib. 1. tract. 2. sect. 3. cap. 2., qui dicitur monum Avunculum testatur. Carrabba in sing. 123. & Affl. in Cons. Reg. terminum vitæ, num. 29. de quo latè per Menoch. de arbit. judic. casu 357. Clar. pract. crim. §. fin. quest. 63. (& Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, quest. 122. à num. 131. cum pluribus seq.) & plures casus in hac materia distinguunt Thel. decis. 12. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de abortu, cap. 2, per totum, sed quando quis pecunia facit abortare mulierem prægnantem partu animato, punitur poena mortis, (Farinac. d. quest. 122. num. 154.) & Affl. d. num. 29. ubi dicit, quod in tantum faciens abortare mulierem partu animato punitur poena mortis, in quantum sciat, mulierem esse prægnantem, alias non punitur (& faciunt dicta per nos infra cap. 17. num. 20. & Farinac. pract. crim. d. quest. 122. num. 153.) Et quædam mulier, quæ procuravit abortum vivum, ut suam pudicitiam regetet, fuit fustigata, & detrusa in carcerem perpetuum, ut refert Franch. decis. 592. & Thel. d. decis. 12. num. 13. (& vide Farinacium pract. crim. tit. de poenis temperandis quest. 92. num. 136. & quest. 97. num. 150. & in tit. de homicidio, quest. 122. num. 144. cum pluribus seq. & num. 158.) Et in masculo anima infunditur in quadraginta, & in femina in octuaginta diebus, Gomez. de delictis cap. 3. rubr. de homicidio post num. 32. Vivus dec. 82. num. 1. & seq. Novar. in addit. ad Franch. d. decis. 592. Danza dict. tit. de abortu, cap. 4. [Farinac. dict. quest. 122. à nu. 139. usque ad num. 144.] Quid si quis det poculum mulieri ad eam ingravidandam, si ipsa (eo sumpto) moriatur, dans poculum punitur poena relegationis, l. 3. §. sed ex Senatus consulto ff. ad l. Cornel. de Sycariis, Novarius in addit. ad Franch. d. decis. 592., & Danza d. tit. de abortu, cap. 3. num. 6. & per totum illum cap. 3. dubitat quid si ex hoc mulier non decedat, & quid si mulier adhibeat medicamenta, ut non concipiat, qua poena puniatur (& dans, vel recipiens poculum amatorum abortionis, conceptionis, sterelictatis, vel sanitatis, qua poena puniatur, latè scripsit Farinac. pract. crim. d. quest. 122. à nu. 91. usque ad num. 130.)

- 61 Sed in pluribus casibus homicida excusatur à poena mortis. Et primò, quando quis interficit hominem ad suam necessariam defensionem, puta si non poterat evadere periculum vitæ, si non occidebat suum inimicum, nam in hoc casu occidens non punitur, clem. unica de homicidio, l. scientiam, §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquil. l. 2. Cod. ad l. cornel. de sycariis, & est tex. de jure Regni in d. Cons. Reg. terminum vitæ, ubi Affl. num. 14. Cabal. de omni genere homicidii, num. 67. (Farinac. pract. crim. tit. de homicidio quest. 125. à num. 1. usque ad num. 139. latè Mascard. de probat. conclus. 1131. à num. 4. cum pluribus seq. usque ad num. 8. Pascal. de viribus patria potest. par. 3. cap. 6. num. 1., & Marf. in d. l. 1. num. 28. ff. ad l. Cornel. de Sycariis ubi nu. 29. dicit, quod si Presbyter celebrans Missam sit aggressus, potest aggressorem interficere, & deinde continuare Missam. Cabal. d. tract. de omni genere homicidii, num. 68. Grassus de effectibus clericatus, effect. 9. num. 241. Novarius in prag. 2. nu. 17. de abolis., & Farinac. dict. quest. 125. num. 29. ubi à num. 121. cum pluribus seq. dicit, quod insultatus aufugere non tenetur, sed potest aggressorem occidere, dato quod evadendo illius manus fugere posset, Mascard. d. conclus. 1131. num. 13. cum pluribus seq. nam vim vi repellere licet, l. ut vim, ff. de iust. & jure, de quo latè Clar. d. §. homicidium, versic. excusatur autem, cum pluribus aliis ver. seq. & latè Marf. pract. crimin. §. quoniam, à num. 62. usque ad num. 97., et occidens clericum propter suam necessariam defensionem, non incidit in poenam excommunicationis cap. 3. de sent. excom., et latè Grassus in d. effect. 9. à n. 238. usque ad num. 266. ubi num. 235. cum duobus seq., dicit quod percussus clericum ex primis motibus, non incidit in poenam excommunicationis, et idem tenet Novarius in dec.

dec. 175. num. 2. & percutiens clericum pro defensione sui Patris vel filii non efficitur excommunicatus, Paschal. in d. cap. 6. num. 33. & 34. & à fortiori interficiens equum ad defensionem, non tenetur parti ad interesse, Guazzin. ad defensionem reorum, defen. 38. cap. 5. num. 11. & Marf. in tract. de bannitis, ver. animalia; num. 18. immò vulnerans equum ob dolorem fretus non tenetur parti ad interesse, Anna sing. 173. Riccius coll. 2100. in fine, & Carrocus de locato, & conducto part. 4. rub. de casib. quæst. 12. num. 190. fol. 182. (sed ista defensio, propter quam quis excusatur à pœna homicidii, debet esse facta cum moderamine inculpatae tutelæ, & paribus armis, & ut sit in continenti, DD. in d. l. ut vim, Clar. d. §. homicidium, ver. scias tamèn, Mascard. d. conclus. 1131. num. 29. cum pluribus seq., & num. 42. cum pluribus seq., & Cabal. de omni genere homicidii num. 92. cum quatuor numeris seq. & est tex. de jure Reg. in Conlit. Reg. pacis cultum, alias excedens in se defendendo non punitur pœna ordinaria, sed pœna extraordinaria pro excessu tantùm, Marf. in d. l. 1. num. 41. ff. ad l. Cornel. de Sycariis, Clar. d. ver. scias tamen, Riccius decis. 163. par. 2. & Cabal. de omni genere homicidii, num. 98. cum plurib. seq. hinc est, quod licet aggressus si in se defendendo excedat moderamen inculpatae tutelæ, & percutiat clericum non sit excommunicatus, propter talem excessum, tamen non tenetur petere Romam, sed potest absolvi à proprio Episcopo. Grassus de effect. cler. effect. 9. n. 265. & Novarius in pract. elect. foris tom. 2. sect. 3. quæst. 23. num. 8., Et magis excusatur, qui se defendit cum minoribus armis, Grammat. conf. crim. 63. num. 3. (& an & quando dicatur servatum moderamen inculpatae tutelæ, vel dicatur excessum, & quomodò excessus puniatur, latè explicat Farinac. d. quæst. 125. num. 330. usque ad num. 419.) Et quis non solùm pro defensione propriæ personæ potest aggressorem interficere, sed etiam pro defensione suorum consanguineorum, Grammat. conf. 68. num. 4. (Arnono dialogo 39. Paschal. in d. cap. 6. num. 23., & 31. Bald. in l. ut vim num. 13. ff. de iust. & jure. & Farinac. d. quæst. 125. à num. 281. usque ad num. 290. ubi à num. 267. cum plurib. seq. hoc ampliat etiam in extraneo, qui potest impunè occidere aggressorem ad necessariam defensionem aggressi.) Et quidam, qui ut auxiliaretur fratri suo interfecerat aliquem, cum eo rixantem, fuit absolutus, ut testatur Clar. d. §. homicidium ver. item locum habet, & Marf. in d. l. 1. num. 111. Vivius in dec. 62. Novarius in prag. 1. num. 12. de icu scopitæ, & Paschal. in d. cap. 6. num. 30. & idem est in Marito, qui si interficiat aggressorem uxoris suæ, non punitur. Alber. in l. 1. §. si vir. ff. ad Senat. cons. syllan., ubi dicit ita fuisse observatum per illum tex. & Boerius in dec. 263. num. 13. immò si aliquis velit me expellere à mea possessione, possunt amici, & consanguinei meilicem expellere, ac etiam percutere expellentem pro mea defensione, Bar. in l. devotam, C. de meta, & Epide lib. 12. & Garzia à Toletto in dicto 506., & quis volens interficere aggressorem pro sua necessaria defensione,

- si interficiat alium tertium, occidens non punitur ut addam infra in hoc eodem cap. n. 94. in fine.*
- 62 Et insultatus occidens insultantem punitur pœna relegationis arbitrio Judicis, dummodò non excedat tempus quinquennii, Grammat. conf. crim. 18. (& occidens aggressorem, non punitur pœna mortis, Grazia à Toletto in dicto 462. Sed Farinac. d. quæst. 125. nu. 57. cum duob. seq. dicit, quòd occidens insultantem, vel aggressorem ad sui necessariam defensionem non punitur, ubi num. 61. & seq. dicit, quòd si quis occidat venientem contra eum cum ense evaginato, non punitur, et est tex. in l. 3. C. ad l. Cornel. de sicariis Mascard. conclus. 1131. num. 11. et 12., ubi num. 9. dicit quòd occidens preparantem ad offensam, licet praparam non dum offenderit, od suam defensionem occidisse dicitur, & num. 118. dicit quòd si aggressus se defendat contra aggressorem, & excedat moderamen inculpatae tutelæ, & ob id aggressor se defendendo occidat aggressum, aggressor punitur pœna legis Cornel. de Sycariis.)
- Et in dubio præsumitur, illum esse aggressorem, quia aliquam injuriam, vel vulnera recipit, Anna sing. 693. sed quod in dubio, qui superat judicandus sit provocans, & superatus aggressus, dicit Cabal. resol. crim. casu 231. n. 18. cum duob. seq. ubi num. 17. dicit, quod in dubio, qui est fortior, validior, & audacior præsumendus est aggressor, & idem tenet Anna dict. sing. 693. Sanfelice. dec. 410. num. 3. et Mascard. de probat. conclus. 1133. num. 6. & 7. et qui est bona fama et vita pacifica, præsumitur aggressus, et qui est rixosus præsumitur aggressor. ita Mascardus in d. concl. 1131. num. 25. & 36. & in d. concl. 1133. num. 5. & n. 20. cum tribus seq. ubi a num. 1. usque ad num. 4. et 9. cum duobus seq. et 14. cum duobus seq. dicit remittendum esse arbitrio Judicis an offendens vel offensus dicatur aggressor, qui Judex ex conjecturis, et præsumptionibus resultantibus ex qualitate facti et personarum poterit indicare hanc dubitationem, Et quis in dubio judicandus sit aggressor? plures conjecturas connumerant. Cabal. d. casu 231. à num. 6. usque ad num. 21. Menoch. de arb. jud. lib. 2. cent. 4. casu 363. Boer. dec. 237. (Farinac. d. quæst. 125. à num. 436. usque ad num. 526. Mascard. in d. conclus. 1133. a num. 5. usque ad finem et in conclus. 1250. per totam, et Grammat. in conf. crim. 62. Et qui poterat vulneratum in terra prostratum occidere, & non occidit, signum est, quod ad defensionem vulneravit, Cabal. resol. crim. casu 288. nu. 60. ubi num. 62. dicit, quòd verba hæc, amazza, amazza, in rixa prolata, non inferunt necessitatem, ut qui ea protulit, fuerit aggressor, & inceptor rixæ.
- 63 Secundò minans alicui mortem, potest impunè ab eo occidi in illo actu, Baldus in l. 1. C. quando liceat se sinè Judice vendic. Marf. pract. crim. §. diligenter, num. 87. Boer. decis. 169. Affl. in Conlit. Reg. terminum vite, num. 30. Clar. d. §. homicidium, ver. sed quomodo (Arnono in problem. 87. & Farinac. dict. quæst. 125. num. 67. cum pluribus seq. sed occidentem minantem in illo actu minarum puniri pœna extraordinaria, et non ordi-

diaria, dicit Mascard. de probat. conclus. 1061. num. 2. , & 3. ubi in conclus. 1162. n. 118. dicit quod offendens sibi minquantem non dicitur frangere pacem.

64 Tertiò, si percussio te, qui es in actu percussendi me, videor te percutere ad meam defensionem, *Marf. pract. crim. §. expedita, num. 16. & in d. l. 1. num. 40. Clar. d. §. homicidium, ver. sed quomodo in fine, Cabal. resolut. crim. casu 88. num. 4. cum trib. num. seq. , & Farinac. d. q. 125. n. 74.*

65 Quartò, si quis occidat eum, qui expectabat interfectorem, ut eum occideret, iste talis occidens excusatur, *Clar. d. §. homicidium, ver. potest etiam Farinac. dict. quæst. 125. num. 65. & Mascard. in d. conclus. 1171. n. 24.*

66 Quintò, quis pro defensione suorum bonorum potest aliquem interficere, *Clar. dict. §. homicidium, ver. hæc autem, & Catalan. de indulto cap. 35. num. 74. , & est tex. de jure Reg. in Const. pacis cultum, (& an , & quando pro defensione rerum liceat resistantiam facere, & in valorem occidere, latè scripsit Farinac. pract. crim. d. tit. de homicidio d. quæst. 125. à n. 168. usque ad num. 266. , & idem metus inferitur pro perditione bonorum, quam ex amissione vita Baldus in l. isti quidem ff. de eo quod metus causa, & Palma in sua pract. par. 1. gloss. 16. num. 9. & bona dicuntur secundus sanguis hominis, l. advocati, ubi glossa, & Doctores Cad. de advocatis divers. jud. Afflictus dec. 24. num. 4. , & Palma in d. pract. in prefat. num. 24. & in d. gloss. 56. nu. 10. ubi dicit, quod qui perdit patrimonium, dicitur perdere vitam, nam pauperitas est durior morte, & pauperibus vita, est mors, & mors solatium, l. quisquis Cod. ad l. Jul. Majest. Palma in d. prefat. num. 34. & 35. , & in d. gloss. 16. num. 10.*

67 Sextò, si provocatus occidat provocantem, non punitur pœna mortis, *Affl. in Const. Reg. terminum vite, num. 24. Et quando quis dicatur provocatus, ad hoc ut ad sui defensionem dicatur occidisse aliquem, vide Mascard. de probat. in conclus. 1250. per totam. Et quidam cum fuisset injuriatus, & verberatus interfecit injuriantem, & verberantem cum pugione in continentem, fuit condemnatus ad regias triremes in perpetuum, Grammat. dec. 98. ubi Petrus in addit. num. 1. dicit quod nobilis ad evitandum alapam, seu pugnum à plebeo, potest dictum plebejum impunè occidere, citat Vivium dec. 46. num. 12. , & idem tenet Sanfelice in dec. 410. num. 5. Immo si sit lapsus multum temporis spatium à die illate injuriæ, adhuc occidens injuriantem non punitur pœna mortis, *Gizzarell. dec. 18.**

68 Septimò, occidens aliquem in rixa non punitur pœna mortis, sed pœna relegationis, l. lege Cornelia, §. 1. ff. ad l. Cornel. de Sycariis, l. lex Julia, §. fin. ff. ad l. Jul. repetundarum, & Grammat. dec. 17. num. 4. Hinc est, quod si quis occidat aliquem cum armis igneis in rixa, non potest forjudicari, *Thor. compend. decis. tom. 3. vers. citatio, fol. 154. , & ver. forjudicari, fol. 467. eodem tom. 3. (& Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de variis criminum cognitionib. cap. 4. num. 4. cum duob. seq. , & latè Campana de forjud. resol. 1. num. 5. cum plurib. seq. , & n. 19.*

cum plurib. seq. , & probatur in prag. 3. de istu scopiæ cam. 1. , & in prag. 5. tom. eodem tit. tom. 2.

Et ut homicidium dicatur commissum calore rixe, non est necesse, ut illud committatur in actu rixe; sed sufficit, quod etiam ex intervallo post rixam, & inde ad aliquos dies committatur, dummodò daret calor rixe, & infra quodd tempus dicatur durare calor rixe, omne ad arbitrium Judicis remittitur, considerata qualitate facti, & personarum, *Menoc. de arbit. Judic. lib. 2. casu 361. num. 18. , & seq. & Farinac. d. tit. de homicidio quæst. 126. n. 214. ubi num. 213. dicit, quod si quis sub calore rixe procurat occasionem altercationis, & in rixa occidat suum inimicum, in hoc casu dicitur habere animum deliberatum ad occidendum suum inimicum, & proinde punitur pœna mortis, citat Boffium pract. crim. tit. de homicidio n. 56.)*

69 Octavò, occidens aliquem ira motus, non punitur pœna mortis, sed mitiori, l. Græccus, Cad l. Jul. de adult. Thef. decis. 178. *Clar. pract. crimin. §. fin. quæst. 60. vers. est etiam, Marf. in d. l. 1. num. 77. Nigris in cap. Regni ad perverforum, num. 28. (Farinac. pract. crim. tit. de poenis temperandis, quæst. 91. per totam) Immo si crimen sit commissum calore iracundiæ in Palatio Principis, delinquens non punitur pœna mortis, *Merlin. controvers. forens. cap. 66. tom. 1. Sequitur Novarius in prag. 3. num. 7. de carcerariis, ubi num. 5. , & 6. dicit, quod quis non punitur pœna ordinaria, quando delinquit in palatio Principis ad injuriæ propulsationem, sed minus punitur, etiam si modum excesserit inculpate tutelæ, citat Mutam dec. 36. Riccium dec. 245. par. 3. , & Castill. in dec. 172. Et homicidium commissum calore iracundiæ, qualiter sit puniendum? vide Mastrill. dec. 278. Et homicidium, quando dicatur commissum consultò, & animo deliberato ad finem, ut homicida possit puniri pœna ordinaria? vide d. Mastrill. dec. 297.**

70 Nonò, si pater occidat filium, vel filius patrem una ex causis ingraticudinis, propter quam occisus poterat exharedari ab occisore, in hoc casu occidens non punitur pœna mortis, *Marf. in d. l. 1. num. 105. ff. ad l. Cornel. de Sycariis (Farin. pract. crim. tit. de homicidio q. 120. num. 167. cum duob. seq. Cabal. resolut. crim. casu 15. num. 10. , & Menoch. de arbit. Judic. casu 356. num. 31. , & 58.) Undè si pater occidat suum filium, qui cognovit novercam carnaliter, non punitur pœna mortis, sed punitur pœna deportationis, l. Divus, ff. ad l. Pompejam de parricidiis (Cabal. d. casu 15. num. 1. cum plurib. seq. , & Farinac. d. quæst. 120. num. 170. cum plur. seq. , & quæst. 121. num. 117. , & seq. ubi dicit, hoc procedere si pater occidat filium in actu adulterii commissi cum sua uxore, secus si ex intervallo, quia tunc punitur pœna mortis, & idem tenet Marf. in dict. l. divus ante num. 121. Sed quod non puniatur pœna mortis, sed alia mitiori, dato quod pater ex intervallo occidat filium adulterantem novercam, tenent Cabal. resolut. crimin. cas. 15. num. 6. , & seq. , & Pascal. de virib. patriæ potest. par. 1. cap. 5. nu. 31. in fine. Et ipse Farinac.*

in

- in d. quæst. 121. num. 119. dicit, quod filius non potest impunè occidere patrem repertum in adulterio cum sua uxore, & ident tenet Pasc. d. num. 21. Sed si filius occidit Patrem qui eum posuit in hospitali, ut uleteretur, pena parviciidii non tenetur, & idem est & contra Pasc. de Virib. pat. potest. par. 1. cap. 2. num. 99. & quando filius resistit Patri eum verberanti, & ipsum percutiat, potest impunè occidi, Marfil. in pract. crim. §. aggredior num. 79. et seq. Clarus in §. final. quæst. 56. vers. 1. et Pasc. in eodem tractat. par. 3. cap. 4. num. 7. et seq. ubi num. 9. dicit, quod quando ex nimio excessu apparet magnam inhumanitatem patris, tunc dictus Pater non transit sine pena, et filius, vel servus non possunt percutere patrem, vel Dominum ipsos verberantem. Bartol. in l. ut vim post n. 4. ff. de quæst. et iure.
71. an liceat patri, filiam fornicantem occidere? docet meus avunculus Thomas Afflic. de iustit. & iure par. 2. disput. 17. n. 95. Certum est peccare, si illam in flagranti crimine non deprehendit; ita habetur in l. 22. ff. de adult., quod si illam in flagranti crimine deprehendat, potest illam impunè occidere, quo ad forum externum, quavis in foro conscientie peccet, & verus sit homicida ob rationes superius allatas. Ita Med. Sot. Arag. Bannes, & alii Authores superius citati, quibus adde Pet. Nav. lib. 2. cap. 2. n. 220. Less. lib. 2. cap. 9. dub. 3., & Wiggers loc. cit., nam lex humana non potest dispensare in homicidio, sed solum impunitatem concedere, ut patet ex cap. inter hac 32. q. 2., & ex superius dictis, dicit tamen Sot., & post illum Pet. Nav. leges civiles quæ impunitatem patri filiam occidenti concedebant, fuisse abrogatas, idem docet Tnuor. disput. 4. q. 8. dub. 3. n. 4. dicit tamen Less. loc. cit. dub. 3. in fine, posse patrem post latam à Iudice sententiam, si fiat illi à Iudice facultas, filiam occidere, ut de viro divinus, sed mihi videtur paternæ pietati hoc repugnare, unde licet non esset in tali casu pater homicidii reus, non posset tamen à culpa excusari, cum naturalis pietas repugnet.
71. Decimò, si quis percutiat aliquem in capite cum baculo, sequuta morte, si percutiens sit bonæ vitæ, & non sit solitus delinquere, non punitur pœna mortis, sed relegationis per septennium, Gram. vot. 22. licet regularitèr si quis non habens alia arma, sed solum habens baculum percutiat aliquem in capite, & percussus moriatur, percutiens puniatur pœna mortis, ut dicit Cabal. de omni genere homicidii, n. 214.
72. Decimoprimum, si quis percutiat aliquem in capite cum baculo, & percussus non ex percussione decedat, sed ex febre, percussor non punitur pœna mortis, sed pœna relegationis in perpetuum, Gram. conf. crim. 2. Et quando quis vulnerat aliquem non lethaler, & vulneratus non decedat ex vulnere, sed ex mala curatione, tunc vulnerans punitur ex vulnere, & non de homicidio, l. qui occidit, §. fin., & l. si ex plagis, ff. ad legem Aquil. Affl. in Conf. Reg. terminum vitæ, num. 16. Revert. in dec. 15. num. 2., & ibi Marinis num. 2. Et vulneratus si infra modicum tempus decedat, præsumptio est contra vulnerantem, Boer. decif. 237. & Riccius collect. 2100. & præsumitur vulne-

ratus esse mortuum & vulnere, quando vulneratus decedit post vulnus infra triduum. Mascard. de probat. conclus. 1098. n. 1. ita quando vulneratus decedit infra quatuordecim dies post vulnus, semper præsumitur mortuus ex vulnere. Clarus in §. Homocidii num. 20., & Capib. de Baronibus tom. 2. cap. 21. n. 46., & vide Mascard. in d. conclus. 1078. per totum. Revert. dec. 422., & ibi Marinis, & Mascos. varior. resol. lib. 2. cap. 128. sed in dubio pronunciandum est, aliquem non esse mortuum ex vulnere, Bald. conf. 728. in fine, vol. 2. Grammat. conf. crim. 2. num. 9., & Anna sing. 664. Et lethaler vulnerans, excusatur à pœna ordinaria, si vulneratus fecit incantari vulnus, & perit, Cabal. de omni genere homicidii, num. 237. cum plur. seq. (sic etiam si vulneratus non adhibeat medicum, si decedat, non præsumitur mortuus de vulnere lethali, sed quia male curatus, & ideo vulnerans non punitur pœna mortis, Garzia à Toledo in dicto 486., & faciunt dicta per Mascard. de probat. conclus. 1039. à num. 1. usque ad num. 4. sed in dubio non præsumitur negligentiam, aut malam curam fuisse adhibitam in sanando vulneratum, sed alleganti contrarium, incumbit onus probandi, l. quoties §. qui dolo, ff. de probat., & Mascard. in conclus. 1093. num. 4., sed inhordinatè vivens, non præsumitur mortuus ex vulnere. Mascard. in conclus. 1220. num. 12., & quomodo probetur, quomodo fuisse mortuum ex vulnere sibi illato, vel ex mala curatione, latè Guazzinus ad defensionem Boer. def. 4. cap. 10. ubi cap. 11. latè examinatur, quando vulnus dicitur lethale, & quando non lethale, & vide Farin. d. tit. de homicidio, quæst. 117. per totum, & Nigris in cap. Reg. ad perverso. à n. 55. usque ad finem. Et statur dicto medici, an vulnus sit lethale vel non. Plac. in epit. de lib. lib. 1. cap. 27. n. 6. Angel. Ar. de malef. vers. una percussione, & vulnere n. 1. Boer. dec. 202. n. 21., & Mascard. de probat. conclus. 1078. n. 5. ubi n. 32. dicit, quod statur dicto unius Medici testantis vulnus illatum non esse lethale, & num. 42. cum duobus seq. dicit, quod Medici inter eos contradicentibus, scilicet an vulneratus ex vulnere decesserit, in dubio in favorem inquisiti præsumendum est; nimirum vulneratum non ex vulnere decessisse, citat Grammat. in conf. crim. 2. num. 9. Menoch. de arbit. iudic. casu 275. in fine., & Marfil. in conf. 7. num. 59., & periti ubi sunt æquales, magis credendum est faventibus reo. Mascard. in conclus. 1174. num. 44., ubi n. 4. dicit, quod an vulnus sit mortale nec no? Chirurgo magis quàm Phisico creditur, & quando Medici discordant inter vos, tunc magis est adhibenda fides Medicis, qui curaverunt infirmum, quàm ceteris, qui deponunt, & non interseverunt. Novarius dec. 106.

73. Decimosecundo, ut homicida puniatur pœna mortis, requiritur, ut appareat, quod habuit animum occidendi, ita Cabal. de omni genere homicidii, num. 251. aliàs si appareat, quod non habuit animum occidendi, & tunc non punitur pœna mortis, sed pœna extraordinaria, ut in l. Cod. ad l. Corneliam de ficiariis. Cabal. ubi supra num. 232. cum plur. seq. (& si sumus in dubio, an homicida habuit animum occidendi, vel non, & tunc statur juramento ipsius

ipſius homicidæ, Arnono ſing. 44. & latè Maſcard. de probat. conſul. 864. à n. 20. uſque ad n. 26., & quòd occidens non habuit animum occidendi, probatur conſecturis, & præſumptionibus, puta ſi occidens erat amicus occiſi, Arnono cautela 7. gloſſ. in d. l. 1., & Maſcard. in d. conſul. 864. n. 14., & 26. Sed vulnerans aliquem in capite cum baculo, dicitur habere animum occidendi. Grammat. in d. conſilio crim. 2. num. 1., de quo latè per Farinac. in conſicrim. 311. lib. 3., & in præct. crim. in tit. de homicidio quaſt. 126. num. 131. cum pluribus ſeq., & num. 196., & ſeq. ubi num. 124. dicit, quòd ſi quis habeat panem ſe aptiora arma ad necandum, & baculo percutiat aliquem in capite, ſequuta morte, homicida non pœna mortis, ſed minori pœna punitur.

74 Hinc eſt, quòd ſi quis percutiat mulierem prægnantem cum pede, & ex hoc ſequatur abortus, licet abortus eſſet animatus, tamèn percuffor non punitur pœna homicidii, ſed punitur pœna extraordinaria, Cabal. de omni gen. homic. num. 233., & ſeq. Cavalc. de brachio Reg. p. 4. n. 167. (Farin. præct. crim. d. tit. de homicidio q. 122. num. 151., & quaſt. 126. num. 143., & ſeq.) & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de homicidio, cap. 7. num. 1., & 2. ubi n. 4., & ſequens dicit, quòd ſi quis percutiat aliquem pomo enſis, vel haſta roncæ, ſi percuffus deſcedat, percuffor non punitur pœna mortis, ſed punitur pœna extraordinaria, dum non habuit animum occidendi, nam ſi habuiſſet animum occidendi, utique eum percuiſſet acie, vel ferro roncæ. (& idem tenet Farinac. d. qu. 126. num. 156.)

75 Et quidam, occidit aliquem in rixa cum baculo, & pugione, dum erat etiam armatus ſcopiæ, fuit exiliatus per ſex meſes, Giurba conſ. 82. Et percutiens aliquem in capite cum ligno, ſi eum percutere poterat cum ferro, non punitur pœna ordinaria, ſed punitur pœna extraordinaria, Cabal. de omni genere homicidii, n. 303. cum pluribus ſequentib., & Farin. d. qu. 126. n. 124.

76 Et quidam Preſbyter, qui cum ſecuri volto, & non cum taleo percuiſit aliquem in humero, de qua percuffione percuffus deſceſſit in undecimo die, fuit declaratus irregularis, & in perpetuum hannitus, ut deciſum reſert Triviſ. deciſ. 58. lib. 2.

77 Quòd ſi quis apponat manum in gutture aliqujuſ, eum ſuffocando, & propter hoc moriatur, in tali caſu homicida non punitur pœna mortis, ſed punitur pœna extraordinaria, nam in hoc caſu homicidium dicitur caſuale. Riccius dec. 173. p. 1.

[Sic etiam occidens aliquem cum parva lapide, non dicitur habere animum occidendi, & ſucceſſivè non punitur pœna mortis, Farinac. d. quaſt. 126. à num. 137. uſque ad n. 142. ubi dicit, quòd percutiens aliquem cum pede, non dicitur habere animum occidendi, unde ſequuta morte, non punitur pœna mortis, per tex. in l. eum qui. Cod. ad l. corneliam de Sychariis, & num. 145., & 149., & ſeq. dicit d. Farinacius, idem eſſe, ſi quis percutiat aliquem pugno, vel manu vacua, & idem tenet Arnono in epitome. 55., & in Civitate Tentina entas

conſuetudo, ut occidens aliquem pugno, nulla criminali pœna puniatur, ſed tantum ſolvit carolos quinque Camerario illius Civitatis, ut reſert Grandis de bello exulum in predicam. pat. quaſt. 1. poſt num. 11.

Sic etiam ſi quis in rixa percutiat aliquem cum clava, vel cucuma, ſequuta morte, punitur pœna extraordinaria, l. 1. §. Divus ver. ſed ſi clava, ff. ad leg. Cornel. de Sychariis, & Farinac. d. quaſt. 126. num. 152., ubi num. 154. dicit, quòd animum occidendi non præſumitur in percutiente aliquem cum funiculo.

Et ex ſupradictis colligo, quòd licet pragmatica prima de ictu ſcopiæ mandet, ut trahens ictum ſcopiæ, puniatur pœna mortis, etiam non ſequuta morte, tamèn quando ictus eſt cum parvulis globulis plumbeis aptis ad occidendum figetulas, non punitur pœna mortis, quia non ſunt apti ad interficiendum hominem, prout idem eſt, ſi quis trahat ictum ſcopiæ cum pile cartæ, quæ non eſt apta ad occidendum, tunc non punitur pœna mortis, ſed pœna arbitraria. Folier. in d. pragmat. l. n. 51. Campana de forjudicatione. reſol. 1. num. 2., & Thor. in cod. rerum judicat. caſu 46. n. 2.

Sic etiam occidens aliquem cum parvo cultro, quem portabat pro incidendo panem, non videtur habuiſſe animum occidendi, Farinac. præct. crim. tit. de variis, ac diverſis criminib. quaſt. 108. num. 78. & an & quando homicidium dicatur commiſſum animum occidendi, & quando non latè tractant Maſcard. in d. conſul. 864. per totam, & Farinac. in d. conſ. cri. 211. lib. 3., & ex qualitate instrumenti cum quo quis aliquem percutit, deſumitur ſi percuffor habuit animum occidendi, ut notatur in l. 1. §. divus, ubi Bartol. ff. ad legem Cornel. de ſycariis, & Maſcard. de probat. in conſul. 1254 n. 114.

78 Decimotertio, ſi infans, vel furioſus committant homicidium, non puniuntur, l. infans, ff. ad l. Cornel. de Sychariis, Conſt. Reg. terminum vitæ, Cabal. reſolut. crim. caſu 297. num. 22., & ſeq., & de omni genere homicidii, n. 179. (Farinac. præct. crim. tit. de pœnis temperandis, quaſt. 92. à num. 45. uſque ad num. 57. ubi loquitur de infante, & quaſt. 94. per totum, de furioſo) & Clar. præct. crimin. §. fin. quaſt. 60. verſ. item quero, ubi in fine dicit, quòd furioſus non poteſt in contumacià condemnari. Immo ſi furioſus occidat ſuum patrem, neque punitur, leg. penult. §. fin. ff. ad leg. Pomp. de parricidiis, (& Farinac. d. quaſt. 94. n. 27. ſed talis furioſus propter gravitatem, criminis carcera- tur, l. congruit, §. furioſi, & l. ſeq. ff. de officio Præſid. Farinac. d. quaſt. 94. num. 45., & Cabal. reſol. crim. caſu 297. num. 35. cum duob. ſeq. ubi num. 32., & ſeq. dicit, quòd ſi furioſus poſt commiſſum delictum efficiatur ſanæ mentis, adhuc non punitur (& idem tenet Farinac. d. quaſt. 94. num. 4.) & ipſe Cabal. ibi num. 1. cum pluribus ſeq. quòd ſi quis committat homicidium, & poſtea efficiatur furioſus, neque punitur pœna corporali, ſed tantum punitur confiscatione bonorum, ſi pro delicto ſit impoſita etiam publicatio bonorum, (& idem tenet Farinac. d. quaſt. 94. à num. 13. uſque ad n. 23. nam furioſus factus poſt delictum commiſſum puniri poteſt pœna pecuniaria. Thomas Delbene de im-

immunis. eccles. lib. 2. cap. 13. dubit. 1. n. 12. Immo si lata sententia superveniat furor, neque exequitur sententia condemnatoria ad mortem, Clar. pract. crimin. §. fin. quæst. 60. ver. sed quæro, sed si quis habeat lucida intervalla, & tunc si delinquat tempore, quo est sanæ mentis, in hoc casu punitur, aliàs si delinquat tempore, quo est in furore, quia non punitur, dict. l. Divus (Farinac. d. quæst. 94. num. 5. & 6.) Cabal. d. casu 297. num. 38. ubi num. 39. cum plurib. seq. dicit, quod si sumus in dubio, an delictum sit commissum tempore furoris, vel sanæ mentis, & tunc præsumitur commissum tempore furoris, & delinquens debet absolvi; (sed alii dicunt, hoc esse remittendum arbitrio iudicis; ita Farinac. d. quæst. 94. à num. 8. usque ad num. 12.) & dicit Cabal. num. 45. usque ad finem ibi, quod si furiosus sit traditus ad custodiam suorum consanguineorum, si delinquat, consanguinei puniuntur. Unde dum infans, & furiosus non puniuntur, si sint banniti, vel forjudicati, contra eos non potest exequi sententia forjudicationis. Farinac. pract. crimin. tit. de inquisit. quæst. 11. num. 45. vers. sed quænam, & num. 62. in fin. vers. ampla sectando. (& contra sententiam forjudicationis potest opponi, esse latam contra furiosum, & pupillum. Arnono commentario 152., & Farinac. pract. crimin. tit. de inquisitione qu. 11. post num. 45. vers. sed quænam. ubi dicit, quod si cietat infans, vel furiosus, si opponatur, citatam esse infantem, vel furiosum, opponens debet audiri ad impediendum contumaciam, & bannum. Et dixi supra num. 14. in fine.

29 Decimoquarto, si prodigus committat homicidium, non punitur pœna capitali secundum aliquos, sed quod puniatur pœna capitali, tenent Franchis dec. 461. Clar. d. quæst. 60. vers. ulterius quæro, & Cabal. resolut. crimin. casu 48. qui omnes citati DD. tenent, quod prodigus delinquens punitur tam pœna corporali, quam pœna pecuniaria, & confiscatione bonorum, verum d. casu 48. n. 5. dicit hoc procedere, quando prodigus delinquit in committendo, secus si omittendo, quia tunc non punitur (& idem tenet Farinac. d. qu. 94. num. 46., & seq. & de Virgiliis de leg. persona cap. 8. num. 31., & Cabal. ibi num. 6. dicit, quod confessio ipsius prodigi delinquentis in committendo non nocet ipsi, ut possit ex ea condemnari, & idem tenet de Virgiliis d. cap. 8. num. 32., & prodigus equiparatur furioso. Bartolus in l. hæc autem, in principio ff. Quibus ex causis in possessionem eat, & dicitur insensatus. Mascard. de probation. conclus. 1240. num. 1. ubi per rotam late tractat quomodo probetur prodigalitas.

80 Decimoquinto, si filius, vel servus committant delictum de mandato patris, vel Domini, non puniuntur pœna ordinaria, sed mitiori, l. servos, ubi Bald., & Salic. C. ad l. Jul. de vi publica, Nigris in cap. Reg. ad perversorum, num. 27., (& Farinac. in pract. crim. tit. de pœnis temper. quæst. 97. num. 149. qui loquitur in filio delinquentem de mandato patris, ubi n. 150. dicit, idem esse, si filius delinquat de mandato matris, & num. 162. cum plurib. seq. loquitur in servo delinquentem de mandato Domini,

qui excusatur à pœna ordinaria, ut in d. l. servos, & in l. 2. Cod. de sepulchro violato.

81 Decimosexto, si uxor committat delictum de mandato mariti, excusatur à pœna ordinaria, sed punitur pœna extraordinaria, ita decisum testatur Mastrill. decif. 246. (& dicit Farinac. d. quæst. 97. num. 151.)

82 Decimosextimo, si ebrius committat homicidium, punitur pœna extraordinaria, & non pœna mortis, Afflict. in d. Const. Reg. terminum vitæ, num. 23. Cabal. de omni genere homicidii, num. 187., & seq. Marf. in d. l. 1. num. 63. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, Clar. in d. quæst. 60. vers. præterea quæro. (Farinac. in d. tit. de pœnis temperandis, quæst. 93. per tot., & Garzia à Toledo in dicto 279., ubi dicit, quod ebrius delinquens non punitur de delicto commissio, sed solum pro culpa nimie potationis, & idem tenet Farinac. d. qu. 93. num. 4.) quod intellige, dummodò ebrietas non sit procurata ad illum finem, ut homicidâ evitaret pœnam ordinariam homicidii, vel dummodò ebrietas sit magna, aliàs si ebrietas sit procurata, vel si sit levis, & tunc homicidâ punitur pœna mortis; ita Cabal. resolut. crim. casu 297. à num. 7. usque ad num. 17. Farinac. d. qu. 93. num. 18., & 21. Menoch. de arbit. in d. casu 326. n. 7., & Mascard. de probat. conclus. 580. num. 9., ubi n. 4. dicit, quod ebrius delinquens probare debet tempore commissi delicti, verè fuisse ebrium, aliàs non excusatur, nam in dubio quis non præsumitur ebrius, nisi ebrietas probetur. Ripa in l. si unquam num. 80. D. de revocand. donat. Anna singul. 667., & Mascard. de probat. conclus. 579. num. 1. in fine, ubi num. 4. dicit, quod testis deponens de ebrietate etiam non interrogatus, tenetur reddere causam probabilem ebrietatis, aliàs non probat, & quomodo probetur ebrietas, late tractat Mascard. in d. conclus. 579. per totam, & ebrius est immunis à delicto, etiam in causa hæresis, aliàs secus, cap. sanè 15. qu. 1. l. omnes. §. per vinum, ff. de re milit., & l. respectandum §. delinquant ff. de pœnis. Giazzini in discept. crim. lib. 1. discept. 59. n. 7., & Mascard. in d. conclus. 580. n. 9.

83 Decimo octavo, si quis dormiens aliquem occidat, non punitur. Cabal. de omni genere homicidii, num. 182., & seq. Marf. in d. l. 1. n. 64. (& Farinac. in d. tit. de pœnis temperandis, quæst. 98. à num. 62. usque ad num. 72.) Intelligit si ipsi talia evenire non soleant, aliàs si erat solitus dormiens occidere aliquem, si non clausit ostium, vel si non celavit arma, & dormiens aliquem occidat, punitur pœna extraordinaria, Clar. d. quæst. 60. vers. quæro etiam, Cabal. de omni genere homicidii, num. 185., & seq., & Farinac. d. quæst. 98. n. 73.

84 Decimonono, si maritus occidat suam uxorem, & ejus adulterum hominem vilem in adulterio deprehensos, non punitur, l. nec in ea, §. fin., & l. marito, ff. ad l. Jul. de adult., & l. Gracchus in princ. C. eod. tit. Paschal. de virib. pat. potest. par. 1. ca. 5. n. 29. Clar. §. homicidium, vers. sed quid dicendum, Cabal. resolut. crim. casu 300. num. 19., & de omni genere homicidii, num. 23. Marf. in d. l. 1. num. 19., & Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, qu. 121. par. 2. num. 64., ubi num. 93. dicit, hoc procedere.

si maritus occidat adulterū vilem, & ejus uxorem se copulantes in domo ipsius mariti, & non in alia domo, etiam fœci, & probatur in d.l.marito, & dicit Cabal.d.casu 300. num.28. intellige etiam procedere, si maritus occidat suam uxorem, & adulterum vilem in continenti, secus si ex intervallo, Farinac.d.quæst. 121.n.111., & Cabal.d.casu 300.n.28., intellige etiā procedere si maritus occidat suam uxore, & adulterū vilem incontinenti secus si ex intervallo Farinac.q.21.n.111.& Cabal.d.casu 300. n.19.& 22.nam si ex intervallo eos occidat, non pœna mortis, sed mitiori pœna punitur; Cabal. d. casu 300. num.24. Sed si adulter non sit vilis, & tunc maritus occidens eum, & ejus uxorem adulteram, non punitur pœna mortis, sed pœna extraordinaria, d.l.nec in ea, §. fin. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores, ff. ad leg. Jul. de adult. d.l.gracchus, §. sed si legis, l. si quis in gravi. §. si maritus, ff. ad Senat. Conf. Sillan., & l. i. §. fin. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Farinac. dict. quæst. 121. num.59.60.63., & 68. Pascal.in d.cap.5.num.29. Clar.d.verf. sed quid dicendum, & Cabal. de omni genere homicidii, num 23., & d. casu 300. à num.5. cum plurib. seq., & num.80., & seq. ubi n.19. dicit, quod maritus occidens adulterum in flagranti crimine repertum, si adulter non vilis sit, exilio damnatur. Sed in Regno nostro Neapolitano maritus potest impunè occidere uxorem suam, & adulterum in adulterio deprehensos si in continenti eos occidat, nulla facta distinctione, si adulter sit honestus, vel vilis. Const. Reg. si maritus, & Pascal.d.cap.5.num.33., & seq., & *Maritus percutiens, vel occidens Clericum deprehensum in adulterio cum sua uxore, non incidit in excommunicationem cap.3. de sentent. excomm. Grassus de effect. Cler. effect.9.num.186. cum duobus seq., & Novarius in dec.184. n.3. ubi per totam dicit, secus esse in concubinario, & idem tenet Riccius in dec. 147. par.4., sed frater percutiens Clericum turpiter inventum cum sua sorore, & filius percutiens Clericum turpiter inventum cum sua matre, non sunt excommunicati, cap.3. in fine, ubi glos. de sentent. excommunic. Immo maritus potest filio mandare, ut uxorem, & adulterum occidat, & hoc faciens filius excusatur, & non punitur, ut est in d.l.gracchus, Farinac.d.quæst.121. n.79., & seq., & Pascal.d.cap.5.num.18. aliàs si filius occidat adulterum, & matrem in adulterio deprehensos absque mandato patris, quia punitur. Cabal.d.casu 300.num.77. cum duob. seq., & Farinac.d.quæst.121. num.46., & seq. ubi num.83. cum trib. seq. dicit quod maritus potest hoc mandare cuilibet extraneo, ut occidat suam uxorem, & ejus adulterum, & idem tenet Clar.d.§. homicidium, verf. dubium est, & *Afflict. in const. Regni si maritus num.4.* sed vide Cabal. dict. casu 300. à num.45. usque ad num.58., & à fortiori maritus potest convocare filios, & alios extraneos ad occidendum suā uxorem, & ejus adulterum. Farinac. d. quæst. 121. num.87., & seq. de quo latè Cabal. d. casu 300. à num.58. usque ad num.77., sed alii tenent, quod si quis associetur cum marito in occidendo uxorem adulteram punitur, Trivis. dec.22.lib.2., & facit tex. in l. si quis uxori, ff. de furtis, & *maritus potest ordinare uxori, ut**

singat præbere aures adultero, & interim se præparare ad offendendum d. adulterum. Bajard. ad Clarum in §. adulterium. n.65., & Cabal. res. sol. crim. casu 300. n.62.

Et sponsus occidens sponsam de futuro se copulantem cum aliquo, punitur, Cabal. de omni genere homicidii num. 26. ubi num.27. cum plurib. seq. dicit, idem esse in concubinario, qui si occidat suam concubinam se copulantem cum aliquo, punitur, & *idem est se concubinarium occidat copulantem cum sua concubina adhuc punitur. Riccius decis. 147. par. 4., & Dauza de pugna DD. tom.1. tit. de concubinis n.31., & seq.* licet etiam si maritus causam præbeat uxori adulterandi, puta si teneat concubinam, tunc non potest suam uxorem deprehensam in adulterio impunè occidere, Cabal. de omni genere homicidii num. 84., & d. casu 300. num.84. Arnono iu dialogo 41., & Farinac. d. quæst. 121. num.102., vel puta si maritus fuit læno suæ uxoris, quia tunc si eam interficiat, punitur pœna mortis, argum. l. cum mulier, 49. ff. solut. matrim., & Sanfelix. decis. 264. post num.4. Sed è contrario, si uxor occidat suum maritum deprehensum in adulterio, uxor punitur. Riccius dec. 147. par.3. Sed punitur pœna extraordinaria, & non pœna ordinaria. Farinac. d. quæst. 121. num.120., & seq. ubi dicit, quod si uxor interficiat mulierem vilem, se copulantē cum suo marito non punitur.

Et pater si occidat adulterum, & suam filiam in adulterio deprehensos, non punitur, dummodò ambos occidat in flagranti crimine, & in domo sua, vel generi, & quod filiam ipsam habeat in potestatem, & ipsa sit nupta, l. patri, & l. nihil interest, & d. l. nec in ea in fine, ff. ad leg. Jul. de adult. Clar. d. §. homicidium, ver. dixi etiam, Farinac. d. quæst. 121. par. 1. à num.1. usque ad num. 55. Cabal. de omni genere homicidii num. 46. & seq. & d. casu 300. Pascal. d. cap.1. à num. 1. usque ad num. 14. & Mars. in d. l. 4. num.20. Sed si non concurrant supradicta requisita, & pater occidat filiam in adulterio deprehensam, licet non puniatur pœna mortis, tamèn punitur pœna extraordinaria, Cabal. de omni genere homicidii num.47. Undè pater non potest impunè occidere filiam viduam se copulantem cum aliquo, Cabal. d. casu 300. num. 89. & seq., & Farinac. d. quæst. 121. num. 37., ubi num. 38. dicit, quod nequè potest impunè occidere filiam virginem se copulantem cum aliquo; sic etiam pater non in omni loco, sed domi suæ tantum, vel generi potest impunè occidere filiam, & ejus adulterum, d. l. patri, Cabal. d. casu 300. num. 28. & Farinac. d. quæst. 121. nu. 26. & nequè mater potest impunè occidere filiam, & ejus adulterum, Farinac. d. quæst. 121. num. 50. Et quando pater potest impunè occidere filiam, & ejus adulterum, potest hoc filio, & cuilibet extraneo committere, Clar. dict. verf. dubium est. Pascal. d. cap.5. num.22. & seq. Farinac. dict. quæst. 121. num. 14. & latè Cabal. d. casu 300 à num.45. usque ad num.58. Undè licet frater non possit impunè occidere suam sororem, & ejus adulterum, Farinac. d. quæst. 122. num. 48. & Pascal. d. cap. 5. num. 20. ubi num. 21. dicit, quod si frater occidat suam sororem in adul-

adulterio deprehensam eodem instanti, puni-
tur poena extraordinaria; & sic poena exlii, aliàs
si ex intervallo, punitur poena triremium per-
petuò Sanfelice. decis. 264. nu. 4. tamèn si fra-
ter occidat suam sororem, & ejus adulte-
rum, parte hoc mandante, non punitur,
Pascal. d. cap. 5. num. 17. & Farinac. d. quæst.
121. num. 18. & seq. ubi num. 20. dicit, quod
• licet patri amicos, & alios in auxilium con-
vocare pro occidenda filia in adulterio depre-
hensa, & isti auxiliatores nulla poena tenentur
si occidant ipsam filiam, & vide Pascal. d.
cap. 5. num. 24. cum duob. seq. & Cabal. dict.
casu 300. à num. 58. usque ad num. 77., &
quandò pater potest filiam impune occidere, & ejus
adulterum, potest absque metu excommunica-
tionis occidere clericum adulterantem cum sua
filia, cap. 3. de senten. excommun. Pascal. de
viribus Patriæ pot. part. 1. d. cap. 5. num. 15. ubi
num. 16. dicit, quod pater potest occidere officia-
lem in flagranti adulterio cum filia reperiunt, &
num. 5. dixit quod dum in Civitate Neapolitana
filia nupta. efficiatur sui juris, pater eam in-
terficere non potest, si eam invenit in adulterio,
& num. 37. dicit quod si ad notitiam Judicis
pervenit, quod pater vel maritus minati sint
occidere uxorem vel filiam de adulterio suspe-
cta, debet ante tempus præcavere, & eas in
auto ponere, eisq. præcipere, ut idoneè caveant
de eas non offendendo; citat Afflictum in const.
Regni legum asperitatem num. 7. ver. tertio no-
ta, & Cab. d. resol. crim. casu 300. num. 23.

85 Vigesimo, si delictum sit antiquum, puta
si sit elapsum decennium à die commissi deli-
cti, tunc delinquens non punitur poena mor-
tis, l. si diutino ff. de poenis Clar. d. quæst. 60.
vers. præterea. Afflict. decis. 287. num. 2. & in
Constitut. Reg. terminum vitæ, nu. 36. Thef.
decis. 76. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit.
de temporis diuturnitate, & Guazzin. ad de-
fensam Reorum, def. 2. cap. 3. sed hoc proce-
dit in delictis levibus, secùs in delictis gravibus,
in quibus parùm curatur, quòd delictum sit anti-
quum ad imponendam poenam ordinariam,
Clar. d. quæst. 60. ver. præterea, & licet con-
trà Clarum teneat Farinacius quæst. 10. num.
88. dicens, quòd etiàm in delictis gravibus
antiquitas delicti prodest delinquenti quoad
poenam ordinariam, tamèn opinio Clar.
est vera, ut tenent Bajard. ad eum dict.
quæst. 60. num. 112. Guazzin. dict. cap.
3. num. 5. & 6. & Danza d. tit. de temporis di-
uturnitate cap. 1. vers. & ex his, usque ad fin.
sed in delictis gravibus diuturnitas temporis
operatur ad obtinendam gratiam à Principe,
vel poenæ commutationem, & hoc prodest
etiam illis, qui fuerunt in contumaciam con-
demnati, Clar. d. vers. præterea; Sed si sint
elapsi anni viginti à die commissi delicti, &
reus non fuit citatus de delicto, tunc dicitur
• præscripta actio, & ampliùs molestari non po-
test, l. quærela, ubi glos. & DD. C. ad l. Cor-
nel. de falsis, & l. in omnibus, ff. de diversis
& temp. præscrip. Farinac. tit. de inquisitione
quæ l. 10. & Guazzin d. def. 2. cap. 2. per totum,
ubi num. 78. & 79. & 81. hoc limitat in crimi-
mine parricidii, sodomie, & læsæ majestatis,
quæ nullo tempore præscribuntur, sed in crimi-

mine sodomie, contrarium decisum refert, San-
felice. dec. 387. licet cum opinione Guazzin. tene-
at Catalanus de indulto cap. 33. nu. 88. & seq.
Sed crimen hæresis nullo tempore præscribitur
• Farinac. de hæresi. quæst. 197. §. 1. num. 31.
pro ut etiam crimen suppositi partus, nunquam
præscribitur, sed perpetuò agi potest l. qui sal-
sum §. 1. ff. ad l. Corneliam de falsis, & Gigas
de crimine læsæ Majestatis lib. 1. tit. qualiter
in crimine læsæ Majestatis procedatur quæst.
14. num. 1. & quæst. 19. num. 2. & idem est
in crimine Apostatatus l. 2. & l. apostatarum
Cod. de Apostatis. Gigas in d. quæst. 14. num.
3. in fine & in d. quæst. 19. num. 2. & idem
est in crimine læsæ Majestatis, ut dictum est
Gigas in d. quæst. 14. num. 3. & in d. quæst.
19. num. 5. & idem est in crimine parricidii,
quod nullo tempore præscribitur l. final. ff. ad
l. pom. de parricidii p. 5. et l. in cognitione, ff.
ad S. C. Syllan. Gigas in d. quæst. 14. num. 2.
et in d. quæst. 19. n. 4. sed stetit quando reus diu
carceratus punitur poena extraordinaria, Cabal.
resol. crim. cas. 142. in principio. Guazzin.
ad defens. reorum def. 2. cap. 2. per totum &
Grammat. conf. crim. 63. num. 5.

86 Vigesimo primò, si juvenis sollicitatus vi-
tio nefando occidat sollicitantem, non puni-
tur, l. 1. §. 1. vers. item Divus ff. ad l. Cor-
nel. de Sycar. Bajard. ad Clar. §. sodomia nu.
15. & §. homicidium num. 296. (Farinac. pract.
crimin. quæst. 148. num. 18. Pascal. de viribus
patriæ potest par. 1. cap. 5. n. 64. Ansaldo de
jurisdic. part. 4. tit. 5. cap. 2. num. 37.) & Ricc
dec. 116. num. 5. par. 2.

87 Vigesimo secundò quis existens in comitiva
cum amico suo, cui facta fuit violentia, po-
test impune amicum defendere, dum modò hoc
non faciat ex intervallo Cabal. resol. crim. ca-
su 294. num. 441. & seq. (undè pro defensione
socii in itinere, licitum est ejusdem socii in
discrimine vitæ constituti aggressorem occidere.
Farinac. pract. crim. tit. de homicidio quæst.
125. num. 290., et faciunt dicta hoc eodem cap.
num. 61. in fine., & est ratio, nam qui offen-
dit me associantem, me videtur offendere, &
idè possum ipsum offendere. Foller. pract.
crim. in fragmentis, tit. de fidejussorib. post
num. 263. et injuria illata Socio itineris dici-
tur illata alteri socio gloss. in l. item apud La-
beonem §. teneatur ff. de injuriis.

88 Vigesimo tertio, si quis occidat nocturnos
depopulatores agrorum, & vinearum, non
punitur, l. 1. C. quando liceat unicuiquè sine
Judice se vindic. Cabal. de omni genere homi-
cidii, num. 56.) & Farinac. d. quæst. 25. num. 104.)

89 Vigesimo quarto, latrones dicuntur diffi-
dati, & banniti, & ab omnibus possunt im-
pune occidi, Catalan. de indulto cap. 35. nu.
106. & seq. & à fortiori fur nocturnus impune
potest occidi, l. furem nocturnum, ff. ad l.
Cornel. de Syctariis, & est Const. Reg. termi-
num vitæ, ver. qui tamen ubi hæc sunt for-
malia verba, qui tamèn aggressorem, vel la-
tronem in dubio vitæ discrimine constitutus
vel nocturnum furem cum clamore, quem
aliter comprehendere non valebat, occiderit,
juxta divorum parentum nostrorum statuta,
propterea nullam calumniam subistere debe-
bit

bit, unde meritò Clar. d. §. homicidium, vers. ultima est defensio. dicit, quod ut fur nocturnus possit impunè occidi, plura concurrere debent. Primo, ut fiat prò defensione sui ipsius, vel rerum suarum, aliàs non potest quis occidere fugem, si recedat sinè rebus suis. Secundò requiritur, ut volens occidere furem, nocturnum, clamet. Tertio requiritur, ut eum non cognoverit, nequè haberet testes, qui potuerint illum cognoscere, & contrà eum deponere de furto. quarto requiritur ut eum capere non potuerit; & Clar. sequitur Cabal. de omni genere homicidii num. 20. (Farinac. d. quæst. 125. à num. 259. usque ad n. 266. & Grassi. de eff. cler. eff. c. 58. n. 1., ubi n. 2. dicit, secus esse in Clerico, qui non potest furem occidere, & ultra supradicta quatuor requisita, requiritur etiam, ut agatur de periculo amissionis magna rei. Pascal. de viribus patr. potest. par. 3. cap. 6. n. 36. sic etiam fur diurnus, si telo se defendat, potest impunè occidi, l. si ut allegas, C. ad legem Cornel. de Sycariis, intellige, ut procedat quando quis dubitat, an venerit ad furandum, vel ad occidendum, nequè potuit ei parcere absquè propriæ vitæ periculo, nam in hoc casu potest illum impunè interficere, & idem est, quando reperitur à Domino asportare res suas, & cum illis aufugere, nequè aliter dictæ res poterant recuperari, quia nolebat eas restituere, & telo resistebat, Clar. d. vers. ultima est defensio, Cabal. de omni genere homicidii, num. 21., & seq. Pascal. in d. cap. 6. num. 37., & Farinac. d. quæst. 125. num. 258. Sed fur nocturnus potest impunè occidi si vel telo se defendat, si vel non. Farinac. d. quæst. 125. à num. 199. usque ad nu. 202. secus in fure diurno, qui non potest impunè occidi, si telo non se defendat, Farinac. d. qu. 125. num. 202., & 252. cum pluribus sequentibus. nisi fur diurnus sit incognitus domino rei furatæ, quia tunc potest impunè occidi, etiam quod telo non se defendat. Farinac. in dict. qu. 125. num. 254., & seq. ubi n. 256. dicit, quod fur diurnus, etiam quod cognitus sit à domino rei furatæ, occidi potest, quando is fugitivus est, & num. 257. dicit, quod non licet occidere fugem, quando ipse potest capi, & ad Judicem duci) sic etiam distrubator publicarum viarum potest impunè occidi à distrubato, l. i. C. quando liceat unicuique sinè Judic. se vind. Afflict. in d. Const. Reg. terminum vitæ, num. 24. (& Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionibus, quæst. 102. num. 12., & in d. qu. 125. num. 205., & seq. intellige in actu distrubationis. Rocius ad Franchis, decis. 577. in fine; sic etiam piratæ dicuntur diffidati. Authent. navigia, C. de furtis, & æquiparantur hostibus fidei, & Principis, Bald. num. 2. & Paul. de Cast. in d. Auth. navigia, & possunt ab omnibus impunè occidi, Ansaldo de iurisdictione, part. 4. tit. 10. cap. 1. num. 29. & 37. Sic etiam Rebelles possunt ab omnibus impunè occidi, Bart. in extravaganti, qui sint rebelles ver. rebellando, nu. 22. & Farinac. d. quæst. 102. num. 13. & seq. ubi hoc ampliat, dato quod quis non sit declaratus rebellis, dummodo deinde post occasionem constet de rebellionem.

90 Vigesimoquintò, raptor mulierum potest à consanguineis mulieris raptæ impunè occidi,

tempore, quo rapit raptam consanguineam, si reperiatur in flagranti, l. unica, C. de raptu virginum. Farinac. qu. 145. Intellige si raptor reperiatur in loco remoto. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de raptu, cap. 2. num. 42. cum duob. numeris seq. Et servus detegens crimon raptus Virginis, consequitur libertatem, & Dominus dicti servi habet prætium à Fisco. l. si quis servus. Glossa ibi. Cod. quis ex causis servi prò premio libertatem accipiunt.

91 Vigesimo sexto, transfuga potest impunè interfici, sed postquam est captus, & exiit in posse Curia, non potest interfici, ut dicam infra cap. 17. num. 15. ubi dicam, idem esse in forjudicato. Et servus manifestans desertorem militiæ, consequitur libertatem, & Dominus servi habet prætium à Fisco. L. finali. ubi glossas C. quibus ex causis servi prò prem. libert. accip.

92 Vigesimo septimo, Hæreticus potest à quocumque impunè occidi. Carrerius pract. crim. tit. de hæreticis. versic. nunc de pœnis p. 7. fol. mihi 277. à rer. (latè Farinac. de hæresi. qu. 189. n. 24. 32. 35. 36., & 39. Immo hæreticus potest impunè occidi à proprio filio. Menoch. de arbit. Judic. lib. 2. casu 356. n. 34.)

93 Vigesimo octavo, si duo capitales inimici se obviam faciant in aliqua via publica, & alter ipsorum impingat in alterum, & eum aliquo levi verbo, aut facto provocat, si provocatus interficiat provocantem, non punitur pœna ordinaria homicidii, sed extraordinaria. Cabal. de omni genere homicidii. n. 15. usque ad num. 141. Immo si quis casu obviam habuerit inimicum suum, & ira commotus illum occidat, non dicitur homicidium animo deliberato commissum, nisi appareat, quod antea deliberasset illum interficere, quia tunc etiam, quod illum casu obviam habuerit, & occiderit, dicitur animo deliberato illum occidisse, Clar. d. §. homicidium post verb. ex proposito. Cabal. de omni genere homicidii. n. 382. cum plur. seq. Farinac. d. tit. de homicidio. qu. 126. n. 215., & seq. Et Thor. in C. rer. jud. cas. 42. n. 13.

Vigesimonond occidens Judicem, qui posuit eum injustè ad torturam, non punitur pœna mortis, sed alia pœna miciori, Marsi. in tract. de hannitis, ver. carcerati. nu. 23., & in sing. 455. & in pract. crim. §. diligenter. num. 58. Guazzin. ad defenl. Reorum def. 30. cap. 42. num. 7. Garzia à Toletto in dicto 395. Farinac. pract. crim. tit. de judicijs, & tortura. quæst. 37. num. 158. intellige, ut dixi in pract. torquendi reos cap. 12. num. 9.

Trigesimo occidens aliquem iussu Regis, non punitur. Grammat. in dec. 36. num. 87., & facit textus in cap. quod quis mandato de regulis juris in sexto, & in l. non videtur, §. qui iussu ff. de regulis juris.

94 Ultimo, si quis volens interficere unum, interficiat alium, non punitur pœna mortis, sed punitur pœna extraordinaria. Cabal. resolut. crim. casu 31. num. 18. usque ad finem, & de omni genere homicidij. num. 238. Ricc. dec. 371. par. 4. Et Pascal. de vir. pat. pot. in dict. cap. 6. nu. 35., & ita decisum testatur Thef. dec. 243. licet contrarium teneant. Clar. d. §. homicidium, vers. dicunt etiam. Afflict. in Const. Reg. terminum vitæ. num. 39. Anna ibi num.

172. & seq., & *Grassus de effect. cler. effect. 9. num. 278.*, & seq. tamen prima opinio est vera. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de homicidio. cap. 3. num. 24. (*Farinac. pract. crim. tit. de homicidio. quest. 125. num. 152. cum plurib. seq., & num. 156., & seq., & Angelis in addit. ad Gazzarellum. dec. 25. num. 5.*) sed hoc in Regno potest procedere in occidente alium pro alio cum alijs generibus armorum, quam cum ictu scopiæ, nam in Regno punitur pœna mortis trahens ictum scopiæ etiã non sequuto effectu, *Pragm. 1., & 3. de ictu scopiæ.*, & potest forjudicari, ut dicam infra cap. 10. num. 5. (& *Campana de forjudicat. resolut. 1. num. 9. in fine*) sed de jure communi quis non punitur de homicidio, nisi sequuta morte. *Clar. d. 5. homicidium. vers. ultima questio, & Afflic. dec. 21. num. 11.* (de quo latè per *Farinac. d. tit. de homicidio. quest. 124. à num. 1. usque ad nu. 149.* Sed quando quis occidat alium tertium, volens interficere aggressorem pro sua necessaria defensione, occidens non punitur. l. si cum servo, ff. de injurijs. l. is, qui aggressorem. C. ad leg. Cornel. de Sygar. *Farinac. d. quest. 125. num. 139. cum plur. seq. & Riccius in dec. 41. par. 1. unde percussus Clericus, volens percutere laicum, non incidit in pœnam excommunicationis.* *Grassus d. effect. 9. num. 33. licet ibi num. 144. teneat contrarium, ubi nu. 276. subdit, quod è contrà si quis velit offendere clericum, offendat laicum, neque incidit in excommunicationem, & idem tenet Squill. de privil. cler. cap. 6. n. 72., & seq.*

95 Sed dans venenum alicui causa eum necandi, si venenatus adhibitis remedijs reddat se sanum, venenans punitur pœna mortis. *Cabal. de omni genere homicidij. à num. 592. usque ad num. 604.* (latè *Farinac. d. tit. de homicidio. quest. 122. à num. 14. usque ad num. 31.*) sed pœna pecuniaria puniri, dicit *Grammat. in Constit. Reg. mala noxia nu. 7.* sed idem *Grammat. dec. 2. dicit, quod venenans fuit condemnatus ad inferiendum personalitèr ad tempus in diva domo Incurabilem, sed quod debeat puniri pœna mortis, tenet Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de veneno cap. 1. num. 16. cum quinq; numeris seq., & n. 20., & ad dec. Grammat. respondet, & dicit, quod ibi venenans erat quædam fatua, & idèd non fuit punita pœna mortis. Sed venenans aliquem, ut puniatur pœna mortis est necesse, ut constat, venenatum esse mortuum ex veneno. *Farinac. quest. 2. num. 30. Muta dec. Siciliæ 1. num. 6., & seq. Mar. ad Grammat. dec. 33. num. 3., & 4. Cabal. resol. crimin. casu 180., & Danza d. tit. de veneno, cap. 1. num. 14.* Immo si quis confiteatur venenum alicui dedisse, & ex veneno recipientem mortuum fuisse, ex tali sola confessione confitens non potest ad mortem condemnari. *Cabal. d. casu 180., & de omni genere homicidij, n. 615.* Et portans venenum scientèr de mandato alterius, punitur pœna mortis *Amend. ad Franch. decis. 324. num. 6., & Danza d. tit. de veneno cap. 1. num. 22. ubi num. 45. dicit, quod vendens venenum scientèr ad necandum, punitur pœna mortis* (*lejusdem ff. ad l. Corneliam de Sygar.*) aliàs si ignorantèr, sequuta morte, tenetur pœna homicidij non dolosi,*

citat *Cabal. de omni genere homicidij nu. 552., & 561.* [& latè de hoc tractat *Farinac. d. quest. 122. à num. 32. usque ad num. 52.* qui concurrat cum distinctione ipsius Danzæ. Et *Aromaticus* prohibetur vendere toxicum personis suspectis, in quibus potest cadere suspicio, quod toxico velint usi in damnum alterius, secus personis probis, *Arnono in dialogo 44., & Carraba in sing. 249.*

Sed tu scis, quod per pragmaticam 28. de armis, & 4. de ictu scopiæ tom. 2. est imposita pœna ducatorum mille contra committentes delicta cum armis igneis; queritur quid si quis ictu scopiæ dolosè interficiat aliquem, & ex aliqua causa non veniat puniendus ordinaria, pœna sed extraordinaria, an in hoc casu teneatur ad pœnam ducatorum mille? Et puto, quod maximè, nam d. pragm. loquitur de committentibus delicta cum armis igneis, sed semper dicitur delictum, quando venit imponenda aliqua pœna, ergo &c. Secus si quis non dolosè, sed casualitèr etiã interveniente lata, vel levissima culpa, committat d. delicta, quia tunc licet puniatur de lata, vel levissima culpa, tamen non tenetur ad pœnam ducatorum mille. *Nam statuta pœnalia semper intelliguntur habere clausulam in se si delicta dolo fuerint commissa, & non casualitèr, etiã si culpa intervenit.* *Jason in l. lex est num. 21. ff. de legibus, & in l. quod prator. num. 3. ff. ne quis eum, qui in Jus vocatus. Et delictum non imputatur, ubi dolus non est.* *Novarius in pragm. 2. num. 21. de abolitionibus. Et statutum imponens pœnam pro delicto, intelligitur si tale delictum dolosè commissum fuerit.* *Mart. conf. 137. nu. 3. ubi num. 5. dicit, quod in tali casu, lata culpa pro dolo non accipitur.*

96 Hæresis crimen committens, punitur pœna mortis, *Const. Regni in consutilem, Boss. pract. crim. tit. de hæreticis nu. 16., & 37. Clar. pract. crim. §. hæresis, vers. sed quero, quæ sit, & Muscatell. pract. crim. rub. de crimine læsæ Majestatis divinæ, num. 47.* Intellige si hæreticus noluit se pœnitere, & suum errorem corrigere, & hæresim abjurare, quia tunc per Inquisitores declaratur Hæreticus, & traditur Curie sæculari puniendus, appellatione remota, cap. ad abolendam extrà de hæreticis, cap. super eo de hæreticis in 6. (nam hæreticus impœnitens punitur pœna mortis. *Farin. de hæresi quest. 189. num. 3. cum pluribus seq., & quest. 196. num. 4. cum plurib. seq.*) aliàs si vult se corrigere, & hæresim abjurare, non punitur pœna mortis, sed punitur ad perpetuos carceres, cap. pen. §. fin. extrà de hæret. *Boss. d. tit. de hæreticis, num. 17.* (& *Farinac. de hæresi quest. 192. num. 101. cum plurib. seq.*) sed pœna prædicta perpetui carceris, potest per Inquisitores commutari, cap. ut commissi, §. & illorum de hæreticis in 6. *Boss. d. tit. de hæreticis num. 17. Carrerius pract. crim. tit. de hæret. ver. expeditio. num. 7., & ver. modo, num. 10. Clar. d. §. hæresis, vers. sed quero, ubi etiã dicit, quod talis, qui vult se corrigere, non solum pœnam mortis evitat, sed etiã confiscationem bonorum, cap. urgentis de hæreticis (& *Farinac. de hæresi quest. 190. nu. 131. cum plurib. seq. licet contrarium teneat Maximus quotid.**

resol. lib. 2. cap. 5. à num. 6. cum pluribus seq. Tamèn secundum primam opinionem adest decretum Reg. Camera, relatum ab eodem Marinis in fine 2. Tom. Revert. n. 246. fol. 844. per quod disponitur, ut bona hæreticorum confiscata per Regiam Curiam, ipsis restituantur, quando abjurerunt hæresim, solutis tamèn expensis factis per Curiam pro confiscatione, & vide d. Farinac. in tit. de delictis, & panis quæst. 25. num. 16. & post quantum tempus Inquisitores possint commutare pœnam perpetui carceris in aliam pœnam, omne in eorum arbitrium remittitur, d. §. & illorum, ibi (cum videris expedire) Pœna ad Eymericum in direct. Inquisit. par. 3. qu. 59. vers. quæsitum scio, & Inquisitores possunt imponere pœnas pecuniarias pœnitentibus de crimine hæresis, & illas applicare Tribunali Inquisitionis, vel alteri pio loco, Eymericus d. par. 3. quæst. 103. Carrerius d. tit. de hæreticis, ver. de cujus, num. 24. (& Farinac. de hæresi quæst. 193. à num. 108. cum pluribus seq.) nam pœna perpetui carceris potest commutari etiàm in pœnam pecuniariam. Boff. d. tit. de hæreticis, nu. 17. in fine. Et quis potest hæresim abjurare etiàm post sententiam, Clar. d. §. hæresis, ver. sed usque, Boff. d. tit. de hæreticis num. 20. Afflict. in d. Const. Regni in consuetilem, num. 36. (& latè Farinac. de hæresi qu. 192. à num. 55. usque ad n. 64.) sic etiàm punitur hæreticus pœna mortis, quando est relapsus, puta si reincidat in abjuratam hæresim, nam in hoc casu, adhuc traditur Curie sæculari puniendus, appellatione remota, dato, quod velit iterum abjurare, Boff. d. tit. de hæreticis, num. 19. (Farinac. de hæresi quæst. 195. num. 4. cum plurib. seq.) & est tex. in d. cap. ad abolendam, & in d. cap. super eo, ubi etiàm habetur, quod si relapsus habeat contritionem, licet non evadat pœnam mortis, tamèn ipsi non denegantur sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ; quod si contra aliquem magna, & urgens sit suspitio de hæresi, & in judicio hæresim abjuravit, si postea committat, & reincidat in dictam hæresim, in hoc casu dicitur relapsus, licet ante abjuratorem suam hæresis crimen plenè probatum non fuerit. Afflict. in d. Const. Regni in consuetilem, num. 57. (& Farinac. de hæresi quæst. 195. nu. 14. cum plurib. seq.) sed si levis, & modica suspitio illa fuerit, licet ex hoc sit gravius puniendus, tamèn non debet puniri pœna in hæresim relapsorum, cap. accusatus de hæreticis in 6. (& Farinac. d. quæst. 195. num. 20.) & si quis commisit hæresim in uno capitulo fidei, & abjuravit hæresim, si deindè committat hæresim in alio capitulo diverso, in hoc casu dicitur relapsus, d. cap. accusatus, §. cum verò, & Mascard. de probat. conclus. 862. num. 5., & qui post abjuratam hæresim, de qua convictus fuerat, vel postea vincitur, si hæreticos receptat, visitat, associat, vel si munera ipsis donat, vel favorem ipsis impendat, dicitur relapsus, cap. accusatus, §. ille quoque de hæreticis in 6., & Mascard. in d. conclus. 862. n. 6. & Civitas propter crimen hæresis, potest comburi, cap. si audieris, 23. qu. 5. Farinac. de hæresi qu. 197. §. 1. num. 23., & seq.

97 Crimen læsæ Majestatis humanæ commit-

tens, punitur quoque pœna mortis, l. quisquis, C. ad leg. Jul. majest. §. publica autem judicia, inst. de publicis judicijs, cap. Regni nupèr, ver. & quia, Boff. pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis, num. 131. (& Farinac. pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis qu. 116. num. 2., & 3.) quod amplius dato, quod quis tentaverit tantum committere dictum crimen, & non sit sequutus effectus, nam adhuc punitur pœna mortis, d. l. quisquis, Clar. pract. crim. §. læsæ Majestatis, nu. 16. & Bos. prac. cri. tit. de crimine læsæ majestatis n. 42., & seq. Sanfelice. dec. 354. num. 8. Marinis in observat. ad dec. Revert. 42. n. 2. latè Farinac. d. quæst. 116. à num. 147. usque ad num. 171.) & eadem pœna mortis punitur receptans committentem crimen læsæ Majestatis, d. cap. Regni nupèr, ver. addentes, (Farinac. d. tit. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 113. n. 259. & docet idem meus Avunculus in hac praxi cap. 18. num. 29., & ego ibi etiàm addam.

Et qui scit conspirationem contra suum Principem, illam revelare tenetur, aliàs in crimine læsæ Majestatis incurrit. l. quisquis. §. id quod C. ad l. Jul. Majest., & Pascal. de virib. pat. potest. par. 3. cap. 6. num. 6., & punitur pœna mortis Mynfinger. sing. obser. cent. 5. observ. 40. de quo latè Campan. in qu. unica in fin. de forjud., & Revert. in dec. 41., & ibi Marinis à n. 1. usque ad fin. & propter crimen læsæ Majestatis humanæ universitas supponitur aratro, Nigris in d. cap. Regni nupèr num. 82. intellige sequuta declaratione Principis, Boff. d. tit. de crim. læsæ Majestatis, num. 132., & solus Princeps potest condemnare, ut Civitas subijciatur aratro, Nigris in d. cap. Regni nupèr, num. 81. in fine. Sed damnata Civitate ad aratrum, non censentur damnata Casalìa d. Civitatis. Merlin. controuv. forens. lib. 1. cap. 99. num. 86., & Bilotta meus affinis in decif. Beneventana 19. post. num. 2. sed contributio est faciendà tam per Civitatem, quàm per ejus Casalìa. Thorus in Cod. ver. judic. casu 60. à num. 112. usque ad num. 120. in civilibus. Et Crimen læsæ Majestatis non committitur verbis, sed facto. Capic. latro dec. 105. n. 75., & seq. par. 1., & Revert. dec. 56. post n. 6.

98 Assassiniij crimen committens punitur pœna mortis, Clar. pract. crim. §. assassinium, ver. sed quero, (& Farinac. pract. crim. tit. de homicidio quæst. 123. num. 2. cum plur. seq.) Et hoc etiàm, si effectus non sit sequutus, si tamèn assassinus devenit ad actum proximum vulnerando occidendum, nam adhuc tam mandataris, quàm mandans punitur pœna mortis, Prag. 1. de assassinio (& cap. de forjudicat. resol. 16. num. 22., & 31. ubi num. 33. dicit, hoc procedere, quando vulnus est grave, secus si leve, nam modicum vulnusculum nullum habet in se delictum, l. 1. §. proinde, & l. ob quæ, §. fin. ff. de ædilit. edict.) quod secus est de jure communi, quod si non sit sequuta mors, mandans, & mandataris non puniuntur pœna mortis, ut ita pluriès fuisse decisum, testatur Gram. decif. 2. num. 25., & dec. 74. num. 15. Rovit. in d. Prag. 1. num. 20., & 33. cum duobus seq. & num. 53. Nigris super cap. Reg. in præludio, num. 40., & seq. Thor. compend. decif. tom. 1. vers. assassinium, fol. 47., & Clar. d. §. assassinium, vers. scias etiàm, sed Cabal. de omni genere homici-

dij à num. 501. cum plurib. seq. (& Farinac. d. quæst. 123. à num. 77. usq; ad num. 152.) sustinent de jure communi, mandantem, & mandatarium puniri pœna mortis, etiã non sequuto effectu, si tamèn deventum sit ad actum proximum. Immo in Regno nostro mediatores in assassinio, puniuntur pœna mortis, Prag. 2. de assassinio, quod secus erat de jure communi antè d. prag. 2. nãm antè d. Prag. fuit decissum, mediatores in assassinio non puniri pœna mortis, & proinde contrà eos esse superlegendum in sententia forjudicationis, ut refert Rovit. in d. prag. 1. num. 49., & in decis. 15. & Danza de Pugna DD. tom. 2. tit. de assassinio, cap. 2. num. 3. cum plurib. nu. seq. ubi num. 17. dicit, quod mutuans pecuniam pro inveniendò assassinum, punitur uti principalis, citat Rovit. in d. Pragm. 1. nu. 31. de assassinio) & idem dicit Giurba conf. 7. num. 9., & conf. 41. n. 13., & Camp. d. resolut. 16. num. 34. in fine. *Et quid si mandatum sit datum ad vulnerandum tantum, an sequuta morte, mandans teneatur pœna mortis? & dicatur assassinium? vide Campanam in d. resolut. 16. num. 29., & 30. Et quando homicidium dicatur commissum mandato alterius? vide Mascard. de probat. conclus. 866. & in conclus. 1015. à n. 4. usque ad finem.*

99 Sodomiæ crimen committens, punitur pœna mortis, l. cum vir nubet, Cod. ad leg. Jul. de adult. §. 1. Authentic. ut non luxurietur contrà naturam, Clar. pract. crim. §. sodomia, vers. sed quæro (Farinac. pract. crim. tit. de delictis carnis qu. 148. à num. 4. cum plurib. seq. Ansaldo de Jurisdic. par. 4. tit. 5. cap. 2. num. 9., & 13. Muscatell. pract. crim. tit. de adulterio rubr. de dictorum criminum privilegiis, & pœnis nu. 62.) & Cabal. resolut. crim. casu 16. num. 34. ubi num. 36. dicit, quod in Statu Florentino sodomita non punitur pœna mortis, sed in Regno nostro sodomita punitur pœna mortis, Prag. 1. & 2. de sodomia, immò si totus mundus uteretur hoc vitio sodomotico, adhuc talis communis usus non excusaret sodomitam, cap. flagitia, 27. qu. 1. & Rovit. rub. de sodomia num. 6. Et postquam sodomita est suspensus, comburitur, d. prag. 1., & Prag. 2. de sodomia (& Farinac. d. quæst. 148. num. 7. & 8. ubi dicit, quod aliquando, stante nobilitate personæ, absq; pœna ignis sodomitas vidit capite obtruncatos) & quando quis est condemnatus, ut flammis comburatur, prius debet suspendi, & postea comburitur, Covar. lib. 2. var. resolut. cap. 10. num. 9. in fine, Clar. pract. crim. §. fin. qu. 99. versic. unum tamèn, Chartar. de execut. sentent. cap. fin. nu. 451., & seq. Bajardus ad Clarum in §. sodomia num. 7., & Tartag. in pract. crim. cap. 16. post num. 5., & bona sodomita confiscantur. Gasp. Thes. quæst. forens. 17. lib. 3., & Rovit. in rub. de sodomia num. 7. sed tentans habere accessum contrà naturam, effectu non sequuto, non punitur pœna ordinaria sodomix, sed punitur pœna extraordinaria, Peguer. in dec. 72., & 75. [Farinac. d. qu. 148. à num. 56. usq; ad num. 65. Pascal. de virib. patriæ potest. par. 1. cap. 5. n. 62. & 71. Rovit. in prag. 1. num. 2. de sodomia, & Riccius dec. 147. part. 2. ubi num. 5. dicit, quod si quis penetrat virile intrà vas, licet ibi non effundat semen, tamèn punitur pœna ordina-

ria sodomix, & idem tenent Mastrill. dec. 295. num. 2. Tartag. in pract. crim. par. 2. cap. 5. n. 6. Thes. lib. 3. qu. forens. 17. Farin. d. qu. 148. n. 65.) & Clar. d. §. sodomia, in fin. sed ipsemet Riccius sibi contrarius in dec. 82. in fine par. 3. dicit, quod ut quis puniatur pœna sodomix, debet membrum intrà vas contra naturam mittere, & intus coire, citat de Leo in d. l. cum vir nubet, num. 11. C. ad leg. Jul. de adulter., & secundum istam ultimam opinionem tenent Barbof. de off., & potest. Episc. par. 2. allegat. 44. nu. 24. Foller. in Constit. Reg. legum asperitate (& Sanfelice. decis. 354. num. 7. *Qui meum Avunculum Scialoga in hoc loco testatur, & idem antè dixerunt, idem Sanfelice in add. ad dec. 47. Rovit. in rub. de sodomia post nu. 4., & Thor. in comp. dec. tom. 3. sect. 3. ver. sodomita fol. 262.* Et quidam clericus, qui provocavit puerum ad amorem contra naturam, fuit exiliatus, & ipsi factum præceptum, ut amplius non converteretur cum dicto puero, Riccius dec. 82. par. 3. Et quando puer per vim est cognitus contrà naturam non punitur, ut dicam infra cap. 4. nu. 77. in fine ex doctrina Mastrill. dec. 295. nu. 41. (& Farinac. d. qu. 148. num. 79., & Muscatell. ubi supra num. 63., & seq.) secus si consentiit, quia tunc si sit major decem, & octo annis, loquendò de jure Regni, ipse quoq; punitur pœna mortis, d. l. cum vir nubet, & desumitur ex d. Pragm. 1. de sodomia, ubi habetur, quod quis habens rem cum muliere contrà naturam, ambo puniuntur pœna mortis, & est de jure communi, ut testatur Clar. d. §. sodomia vers. vidi quandoq; Sanfelice. dec. 57. num. 12. *Pascal. in d. cap. 5. nu. 59. Thes. in d. quæst. forens. 17., & Muscatell. ubi supra n. 63. aliàs si patiens sit minor tunc extraordinariè punitur, Sanfel. d. dec. 57. num. 12. & vide Revert. in dec. 525. secundum ordinem Marinis, & Thesau. in d. qu. forens. 17. num. 4. quod secus est in sodomita agente, qui licet sit minor, tamèn punitur pœna mortis, Riccius dec. 77. num. 1. par. 1. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de minore in delictis excusando, cap. 2. num. 13. & seq. & Bajard. ad Clarum in d. §. sodomia num. 12., & seq. Sed quod sodomita agens, si sit minor non puniatur pœna mortis, tenet Farinacius in pract. crim. tit. de pœnis temperandis. quæst. 92. num. 83. cum tribus seq., & in d. quæst. 148. num. 76. cum duobus seq., & cogitandum reliquit. Foller. in prag. 1. num. 43. de sodomia, ubi à num. 25. usq; ad nu. 42. sustinet Uxorem cognitam à suo viro contra naturam, puniri pœna mortis, si diu tacuit, nisi constet de tacito ejus conquestu, & quod metu viri non ausa fuit in hoc revelare, quid tunc non punitur pœna ordinaria; & idem tenet Pascal. in d. cap. 5. num. 61., & Bajard. ad Clarum in d. §. sodomia. num. 16., & faciunt dicta supra num. 81., & infra post num. 131. vers. sed uxor. Et quidam accomodavit domum ad committendum crimen nefandum, fuit exiliatus extrà Provinciam per septennium Riccius dec. 79. par. 3. (Sed quod consentientes, domum accomodantes, vel opem præstantes in crimine sodomix puniantur pœna mortis, est tex. in leg. 1. §. qui puero, ff. de extraordin. crim. Ansaldo de Jurisdic. par. 4. tit. 5. cap. 2. n. 10. Bajard. ad Clarum in d. §. sodomia num. 11.,*

& faciunt dicenda infra in hoc eodem capitulo num. 109. in fine.

100 Habens rem cum animali bruto, punitur pœna mortis, & tam ipse, quam dictum animal suspenduntur, cap. mulier 15. qu. 1. Clar. pract. crim. §. fin. qu. 99. num. 8., & ibi Bajard: num. 10. idem Clar. §. fornicatio, vers. cum animali bruto, Guazzin. ad defensionem Reorum, def. 38. cap. 5. num. 9. Cabal. de omni genere homicidij, num. 181. (Farinac. d. qu. 148. num. 46. Muscatell. ubi supra num. 75. Menoch. de arbit. Judic. casu 286. num. 31., & seq. Pascal. in dic. cap. 5. num. 72., & Catalanus de indult. cap. 33. num. 93. 96., & 143. ubi hoc ampliat etiam si effectus tantum sit tentatus, & non sit consummatus.

101 Incestus pœna in ascendentibus, & descendantibus est pœna mortis, Boer. decis. 218. Novar. collect. super Pragm. 2. num. 4. de iurisd. ad invicem non turb. Thes. decis. 100. Cabal. resol. crim. casu 200. num. 6. (& Farinac. d. tit. de delictis carnis quæst. 149. num. 61. cum plurib. seq.) Et idem pater habens rem cum filia punitur pœna mortis. Boss. pract. crim. tit. de coitu damnato. num. 7. Et hoc etiam, si filia sit minor duodecim annis. Cabal. resol. crim. casu 20. num. 4. & Affl. in Const. Reg. si quis rapere.

102 num. 14. in fine. Et licet aliqui teneant, quod pro incestu cum stupro imponatur pœna mortis, etiam si non sumus in ascendentibus, & descendantibus, ita gloss. in l. si adulterium cum incestu, ff. ad l. Jul. de adulter. Clar. pract. crim. §. incestus, vers. sed quæro, quæ sit pœna, tamen veritas est, quod imponitur pœna deportationis, ut est text. in l. si quis viduam, ff. de quæst. Thes. dec. 100. num. 5. Cabal. d. casu 200. num. 102. cum plurib. seq. Franch. dec. 278. Marill. dec. 218. in princ. (Farinac. pract. crim. tit. de delictis carnis quæst. 149. à num. 8. usque ad num. 22., & ita decisum testatur. Sanfel. decis. 417. tom. 3.) Et incestus committitur per eum, qui cognoscit sororem uxoris suæ, l. penult. & l. fin. C. de incestis nupt., & docet Boss. pract. crim. tit. de coitu damnato num. 72. ubi dicit, quod si cognosco affinem ejus, cum qua rem habueram, licet per illicitum coitum sit contracta affinitas, non tamen sequitur pœna incestus juris civilis, sed cum ea prohibeor contrahere matrimonium, idem tenet Thesaur. d. dec. 100. num. 7. sed quod iste talis puniatur pœna incestus tenent (Farinac. d. quæst. 149. à n. 100. usque ad nu. 104. Cabal. resolut. crim. casu 200. num. 45. cum trib. seq., & num. 51. cum trib. aliis seq.) & Amend. ad Franchis decis. 240. nu. 24. ubi num. 26., & num. 29. dicit, quod incestus in figura matrimonij factus non punitur (& idem tenet Arnono in comment. 58.) sed quod puniatur pœna contenta in leg. qui contra legum, C. de incestis nuptijs, dicit Grilland. de pœnis omnifariam coitus, qu. 2. num. 6. ubi in fine, dicit, quod si quis habeat rem cum muliere consanguinea ignorans illam sibi esse consanguineam, adhuc punitur de incestu, si dicta mulier sit honesta, secus si meretrix, quia tunc non punitur propter ignorantiam, sed excusatur, si ignoretur consanguinitas. Amend. ubi sup. num. 27., & Farinac. d. quæst. 149. num. 97. alias si non ignoratur consanguinitas, quia

tunc cognoscens Meretricem consanguineam punitur pœna extraordinaria. Cabal. resol. crim. casu 200. num. 85., & Pascal. de vir. Patria pos. par. 1. d. cap. 5. post num. 42.

103 Sed tunc incestus cum stupro inter transver-sales punitur citra pœnam mortis, quando committitur absque vi, alias stuprans punitur pœna mortis Cabal. d. casu 200. num. 36. ubi n. 26. 33., & 34. dicit, quod si incestus concurrat cum adulterio, masculus punitur pœna mortis, & post num. 48. dicit, quod per illicitum coitum contrahitur affinitas usque ad secundum gradum vigore Concilij Trident. sess. 24. de reformat. matrim. cap. 4. Et Cabal. ibi num. 35. dicit, quod pœna incestus tanto atrocior esse debet, quanto major est proximitas, & conjunctio sanguinis inter illicite coeuntes, (& in statu Ecclesiastico incestus etiam sine adulterio commissus usque ad secundum gradum inclusive tam in mare, quam in foemina pœna mortis punitur, ut in statutis urbis lib. 1. cap. 50., & Farinac. d. quæst. 149. num. 10., & in statu Ecclesiastico vigore statuti lib. 2. cap. 56. incestus cum adulterio commissus inter consanguineos usque ad quartum gradum pœna mortis punitur, Farinac. d. quæst. 149. num. 19. ubi num. 18. dicit, quod de jure communi incestus cum adulterio non punitur pœna mortis, sed punitur pœna arbitraria, quando est commissus inter consanguineos ultra secundum gradum, unde si frater utrinque conjunctus carnaliter cognoscat sororem suam utrinque conjunctam, si cum ipso incestu concurrat adulterium, punitur pœna mortis, ex dictis per Farinac. d. num. 18. Cabal. d. casu 200. num. 35., & idem est, si cum incestu concurrat defloratio, nam adhuc punitur pœna mortis, Farinac. d. quæst. 149. n. 82. alias si non concurrat adulterium, vel defloratio, frater incestuosus punitur perpetuo ad triremes, & ita potest procedere decisio Thes. 100. num. 5. Sed sunt, qui tenent quod pro stupro, & incestu de consuetudine totius Italiae non imponitur pœna corporalis, sed pecuniaria tantum. ita Gizzius in suis disceptat. crim. lib. 1. discept. 24. num. 41. cum plur. seq.

104 Habens rem cum moniali professâ punitur pœna mortis, l. si quis non dicam rapere, C. de Episcopis, & Clericis, Boss. d. tit. de coitu damnato, num. 8. 79., & 81., & seq. Clar. §. fornicatio, vers. cum moniali, citat tex. in §. penult. Auth. de Sanctis Epil. Cabal. d. casu 200. num. 72. (late Farinac. d. tit. de delictis carnis, quæst. 146. §. Sacrilegium à num. 3. usque ad num. 33. & Alex. Sperellus dec. 137. n. 19. par. 2.)

Sic etiam mulier habens rem cum proprio servo, punitur pœna capitis, l. unica, C. de mulier. quæ servo proprio se immiscuit, Ansaldo de Jurisdictione par. 4. tit. 6. cap. 3. num. 21., & Farinac. d. tit. de delictis carnis qu. 137. num. 38. quæst. 141. num. 57., & qu. 147. n. 18.)

105 Sic etiam habens rem cum meretrice per vim, si sit confessus, & convictus, & meretricis conquestus infra octo dies sit, punitur in Regno nostro pœna mortis, Constit. Reg. omnes nostri, sed de jure communi non punitur, Clar. §. fornicatio in princ. ver., & hoc adeo, sed punitur pœna extraordinaria, Cabal. resol. crim. casu 179., & casu 123. sed habens rem cum me-

meretricè absque vi, non punitur. *l. si ea qua. ubi glos., & DD. Cod. ad legem Jul. de adult.* Clar. d. §. fornicatio, vers. hoc autem Grammat. decis. fin. num. 6. & Cabal. d. casu 179. in prin. num. 1. ubi dicit, hoc procedere, dato, quod meretrix sit nupta, nam adhuc habens rem cum ea non punitur. Clar. §. adulterium, vers. quæro numquid, & idem tenet Nigris in cap. Regni, ut sine mortalis peccati, num. 65. (Farinac. d. tit. de delictis carnis, quæst. 141. nu. 82. cum plurib. seq.) & Capic. dec. 44. in fine, ubi dicit, quod licet habens rem cum meretrice nupta, non puniatur, tamen meretrix nupta punitur. Et idem tenet Farinac. d. quæst. 141. num. 85. cum duob. seq. & Bajard. ad Clarum in §. adulterium. num. 28. in fine, sed quod neque meretrix nupta puniatur, dicit Cabal. resol. cr. m. casu 123. & Pascal. in d. cap. 5. num. 41., & vide Sanfelice. in dec. 266., & 341. & glosam in d. l. si ea qua in ver. adulterii, sed coitus Judæi cum Christiana meretrice, vel è contrâ, punitur poena extraordinaria. Bossi. pract. crim. tit. de coitu damnato, num. 21. Clar. d. fornicatio, vers. cum Judæis. Cabal. resol. crim. casu 4. n. 6., & seq. Farinac. d. tit. de delictis carnis quæst. 139. num. 11. cum plur. seq. & Pascal. in d. cap. 5. num. 42. Pro ut etiam habens rem cum meretrice carcerata, punitur ac si accessisset ad mulierem honestam. Hippol. d. Marf. in sing. 150. Reg. Sanfelice. in dec. 249. num. 15., & in dec. 341. & Jo. de Arnone in epit. 84., ubi in epit. 19. dicit cognoscant meretricem conjugatam puniri.

106. Stuprans virginem per vim, punitur poena mortis, *l. 1. §. fin. ff. de extraordinariis crim.* Bossi. pract. crim. tit. de coitu damnato num. 19., & 64. Franch. dec. 534. Riccius dec. 55. nu. 12. part. 3. *Utrius in dec. 299. num. 5.* latè Farinac. d. tit. de delictis carnis quæst. 147. à num. 22. usq; ad nu. 31., & Ansaldo de Jurisdictione par. 4. tit. 6. ca. 3. num. 4. cum plur. seq.) Sed pro stupro voluntario est imposita poena publicationis dimidiæ partis honorum stuprantis, si stuprans sit nobilis, aliàs si ignobilis, punitur poena triremium, §. item lex Julia, instit. de public. judic. Grammat. vot. 4., & dec. 107. Bossi. d. num. 19. Franch. dec. 333. Thes. decis. 3. num. 1. Riccius d. dec. 55. num. 10. Viti. dec. 299., & vide Capiblane de Baronib. tom. 2. c. 44. num. 9., & Caballum resolut. crim. casu 238. à num. 3. cum plur. seq. sed si quis stuprat virginem non viri potentem absque vi, si sit ignobilis, damnatur ad triemes, si nobilis relegatur, aut in exilium mittitur, *l. si quis aliquid, 38. l. 2. §. qui non dum, ff. de pecnis*, sed si per vim quis stuprat virginem non viri potentem, & tunc aliqui tenent, ut etiam stuprator punitur poena triremium si sit ignobilis, vel relegationis si sit nobilis, prout ita decisum testantur, Grammat. decis. 22., & Thes. dec. 148. sed Clar. pract. crim. §. stuprum, vers. fuit aliquandò, dicit, quod quidam, stupravit virginem quatuor annorum, fuit condemnatus ad mortem, & alius, qui stupravit virginem quinque annorum, fuit condemnatus per decemnum ad triemes, sed in fine dicit, quod ipse semper fuit in voto, quod ubi esset solus conatus ad deflorandum, non puniret Reum poena mortis, sed alia poena citrà mortem, puta triremium in perpetuum, vel per decemnum, si

verò quis frangeret pudenda, & tunc puniret Reum poena mortis, sed alij tenent, quod quando quis stuprat virginem non viri potentem per vim, stuprans punitur poena mortis, Bossi. pract. crim. tit. de coitu damnato, num. 67., & seq. Cabal. resol. crim. casu 26. ita decisum testatur Franch. dec. 534. Et quando quis stuprat virginem minorem septennio, semper præsumitur, per vim illam cognitam fuisse, nam mulier in tali ætate non potest consentire. Bossi. d. tit. de coitu damnato, num. 68. Cabal. d. casu 20. num. 9. & Sanfelice. dec. 245. num. 8. (& qua poena puniatur stuprans virginem immaturam, latè scripserunt Farinac. d. tit. de delictis carnis d. quæst. 147. à n. 37. usq; ad n. 49., & Ansaldo de Jurisdictione par. 4. tit. 6. cap. 3. n. 13. cum plur. seq.)

Et stuprans tenetur ducere in uxorem stupratam, & eam dotare, intellige si pater, & ipsa stuprata consentiant in matrimonio, aliàs stuprans tenetur tantum eam dotare, cap. 1. & 2. de adulteriis, Clar. pract. crim. §. stuprum, n. 2. Thes. d. dec. 3. num. 2. & seq., & vide Danzam de pugna DD. tom. 2. tit. de stupro, cap. 1. n. 42. cum plur. num. seq. Cabal. resol. crim. casu 196. post num. 12. [Farinac. d. quæst. 147. num. 97. cum plur. seq., & num. 105., & seq.] & ultra, quod stuprans virginem tenetur eam dotare, si noluit eam ducere in uxorem, tamen punitur etiam poena extraordinaria, Riccius dec. 55., & 248. par. 3. (Farinac. d. quæst. 147. à num. 99. usque ad num. 105.) & Thes. d. dec. 3. num. 2. ubi vers. quinta est conclusio, dicit, quod de consuetudine hodiè nulla alia poena stuprantibus irrogatur, quam, ut vel ducant stupratam in uxorem, vel eam dotent, & idem tenent. Clar. d. §. stuprum, vers. sed quæro Sanfelice. dec. 245. num. 7. Farinac. d. quæst. 147. num. 116., & Thorius in voto 66. post num. 33. tom. 2. & ipse Thes. d. dec. 3. post num. 2. dicit, quod dos taxatur arbitrio Judicis, de quo vide Danzam d. tit. de stupro d. cap. 1. num. 39., & seq. [Farinac. d. quæst. 147. num. 124., & seq., & Ansaldo de Jurisdictione par. 4. tit. 6. cap. 3. num. 80., & dos taxatur secundum facultates stupratoris, & non secundum conditionem stupratæ. Chacchen. dec. 109., & Riccius in coll. 23. sed si stuprator sit pauper, ita ut non possit stupratam dotare, nec illam in uxorem ducere ob aliquod impedimentum, & tunc punitur poena arbitraria, & ita servari in Magna Curia Vicariæ testatur. Sanfelice. d. dec. 245. num. 9. (& Farinac. d. quæst. 147. num. 109. cum plur. seq. ubi num. 118. dicit, quod stuprator tenetur dotare puellam stupratam, etiam si dicta puella dotis præstationem remisit, & idem tenent, Bajard. ad Clarum, §. stuprum, num. 19., & Ansaldo d. cap. 3. nu. 85. item stuprator tenetur dotare stupratam etiam si ipsa nupserit cum alio, & habuerit dotem à patre. Farinac. d. quæst. 147. num. 127. in fine. & si stuprator sit interfectus à consanguineis stupratæ, adhuc ejus heredes tenentur dotare stupratam. Thor. in d. voto 66. tom. 2., & stuprans tenetur dare dotem stupratæ tempore nuptiarum. Novar. quæst. forensi 27. lib. 1. ubi num. 6. dicit, quod dos à puella stuprata peti non potest, nisi sequentis nuptijs, & norantea, quod si ipsa moriatur innupta, dos non transmittitur ad heredes stupratæ, citat Castren. d. conf. 322. vol. 1.

vol. 1. , & Capyc. dec. 204. num. 1. Immo si sit soluta dos ante nuptias, & nuptiæ deinde non sequantur, dos potest repeti. Novel. de dote, par. 6. privil. 76. , & seq. Novarius d. quæst. 27. num. 7. , & Riccius collect. 27 10. (sed Bajard. ad Clar. §. stuprum num. 24. dicit, quod saltem dos deponi debet ad effectum, ne stuprans tempore nuptiarum possit matrimonium impedire, sequitur Farinac. d. quæst. 147. num. 123. ubi n. 112. dicit, quod dos à stupratore constituta stupratæ, si illam duxit in uxorem, soluto matrimonio, non revertitur ad virum à quo data fuit, sed transit ad hæredes uxoris,) sed stuprans virginem non tenetur eam ducere in uxorem, vel eam dotare, si post deflorationem cognoscatur ab alio, Carroccius dec. 58. Riccius dec. 317. in fin. par. 2. , & in praxi par. 3. resol. 73. Novarius d. quæst. forens. 27. num. 6. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de remissionibus causarum, cap. 6. in fin. , & tom. 2. tit. de stupro d. cap. 1. num. 50. Farinac. d. quæst. 147. num. 79. & Pnschal. de vir. pat. par. 1. cap. 5. post num. 40. Idem est quando puella fuit stuprata de ejus libera voluntate, & consensu, quia tunc stuprans non tenetur eam dotare, Diaz pract. crim. canonica cap. 83. num. 4. , & seq. ubi dicit, quod si parentes puellæ non consenserint stupro, stuprans tenetur ad extirpationem damni propter stuprum provenientis, & idem tenet Sanchez de matrimonio lib. 7. disput. 19. num. 11. quod si intervenit consensus puellæ, & parentum, & conventio pretij ipsius stupri, & tunc soluto pretio aliud peti non potest à stupratore. Diaz d. cap. 83. num. 6. Sed in foro exteriori stuprator tenetur dotare stupratam, dato quod ipsa sponte stupro consentit. Navarrus in manuale confessorum, cap. 16. num. 16. Sed Guttierrez canonicarum quæstionum, cap. 37. nu. 22. cum pluribus seq. tres distinguit casus. Primus est, quando puella consentit stupro, sed vehementibus persuasionibus, ac importunis precibus seducta, & tunc stuprator tenetur puellam, aut in uxorem ducere, aut dotare. Secundus est casus, quando mulier stuprata absque ulla persuasione ex parte viri præcedente, consentit stupro, immo ipsa virum induxit ad stuprum, & tunc stuprans ad nihil stupratæ tenetur in utroque foro. Tertius est casus, quando mulier deficiente seductione, & nimia persuasione, aut præca, sed tantum blandis verbis leviter rogata stupro consentit, & in hoc caso in foro exteriori stuprans tenetur stupratam dotare, aut eam ducere in uxorem, secus in foro interiori, & supradicta omnia refert Farinac. d. qu. 147. à num. 119. usque ad num. 123. Et stuprans virginem non tenetur eam dotare, vel in uxorem ducere. Riccius in dec. 55. nu. 15. par. 3. & Grammat. in d. dec. 107. sic etiam stuprans virginem personam vilem non tenetur eam dotare. Danza d. tit. de remissionibus causarum d. cap. 6. num. 29. prout etiam stuprans virginem vilis conditionis, quæ manet in taberna, non punitur, l. quæ adulterium §. fin. C. ad l. Jul. de adulteriis. Add. ad Clar. d. §. stuprum, Thes. d. decif. 3. post num. 3. , & Peguer. pract. crim. cap. 43. post num. 14. Sed nonnulli tenent, quod stuprans virginem vilis conditionis non punitur pœna ordinaria stupri.

sed punitur pœna extraordinaria, ita Add. ad Farinac. conf. 32. lit. K. sequitur Guazzinus ad defensionem Reorum def. 4. cap. 6. num. 15. , & vide Farinac. d. qu. 147. num. 70. , & seq. , & in conf. 90. Sed habens coitum cum persona vili, quæ libenter se probet hominibus, & modo intret unam domum, modo aliam, licet non stet in lupanari, tamen non punitur. Nevizian. in flava nupt. lib. 3. num. 22. in fine; nam ista mulier dicitur meretrix, ut addam infra post num. 111. Sed coitus cum meretrice est impunibilis, & est supra dictum num. 105. committens stuprum cum vidua, non punitur, Clar. dicto §. stuprum, vers. ceterum, & Mascrill. decif. 152. num. 28. sed vide Grammat. d. vot. 4. (& stuprum in vidua commissum absque vi impunibile esse, testatur Farinac. d. qu. 147. à num. 10. usque ad num. 14. ubi num. 49. usque ad num. 53. dubitat, an vidua, vel virgo stuprata puniatur, & dicit, viduam puniri, virginem vero non puniri, etiam si stupro consentit. Sed vide Vivium in dec. 290. num. 4. sed tunc stuprum absque vi in vidua est impunibile, quando adest talis consuetudo, aliàs est punibile, Grilland. de pœnis omnifariam coitus, qu. 7. num. 3. Borell. in summa dec. tom. 3. tit. 6. num. 199. , & Ansaldo. de Jurisd. et. par. 2. tit. 6. cap. 3. num. 54. & seq. ubi num. 56. , & seq. dicit, quod virgo, vel vidua non punitur pœna stupri, si in eo consentit. Sed quidam habuit rem cum vidua sub spe matrimonij, fuit condemnatus in exilium per biennium Thor. in vot. 23. tom. 2. & mulieri asserenti se stupratam esse violentè non creditur, Boer. decif. 319. & Capiblan. de Baronib. in Pragmat. 8. p. 1. num. 330. quod si virgo stuprata distulat querelate stuprantem, stuprum præsumitur voluntarium. Vivius dec. 3. Bazar. ad Clar. d. §. stuprum, num. 40. Capiblan. c. in d. Pragmat. 8. par. 1. num. 331. , & Danza d. tit. de stupro, d. cap. 1. num. 31. sic etiam stuprum dicitur voluntarium, si puella per prius strinxerint manum cum stuprante, nam stringere manum, indicat delectationem, cap. 1. de sponsa duorum ubi gloss. , & Mascard. de probat. concl. 903. n. 24. & in conclus. 1151. n. 10. , & est signum consensus, Angel. in l. Civitas, num. 17 ff. si certum petatur, & Thes. dec. 229. num. 4. versic. , & alijs, sic etiam si stuprata ingravidetur, stuprum præsumitur voluntarium, Boer. dec. 241. Petra ad Grammat. dec. 22. n. 4. ubi nu. 7. dicit, quod potest probari meretricia visa mulieris in defensione Rei, & admittuntur testes qui cum ipsa se copulaverunt, etiam si sint singulares, immo dicit ipse Petra ibi, quod sufficit dictum unius nobilis viri, asserentis, se pecuniam dedisse ob copulam, citat Grammat. conf. 58. sed si aliqua sit stuprata per Tirannum Regem, vel ejus Dominum, stuprum præsumitur per vim, Danza d. tit. de remissionibus causarum cap. 6. num. 30. ubi dicit, quod stuprata per vim connumeratur inter virgines, & licet sit corrupta corpore, tamen voluntate non est maculata, & ideo non perdit aureolam virginittatis, citat Catalanum de indulto, cap. 34. num. 11. , & seq. , & idem tenet Mascard. de probat. conclus. 1417. num. 6. , & Masil. in l. 1. §. præterea num. 13. ff. de quæstionibus, & neque talis stuprata per vim efficitur infamis.

Ratio est. Quia bona, aut mala non efficit materia, sed virtus, ut docet Seneca in epistola 71. & 66. At quid teneatur deflorator, & ipsa Virgo stuprata damni, & interesse, & in foro fori, & poli? vide sapientissimum Thomam de Afflictione meum Patruum Illustrum Virum Alana Religiovis Clericorum Regularem de Justitia, & iure. disput. 8. de rest. Naturâ. sect. 5. tom. 1. Vivius dec. 299. n. 14. & violentia dicitur illata, si mulier fuisset suasionibus, vel blandis verbis induta ad stuprandum, ita ut in tali casu stuprans teneatur de stupro violento, Vivius d. dec. 299. n. 7. Aff. in Const. Reg. si quis non dicam rapere, Cabal. resol. crim. casu 20. num. 10., & casu 211. n. 7. Danza d. tit. de stupro, d. cap. 1. n. 5., & 6. Mascard. de probat. concl. 1416. n. 31. cum duobus seq. sed contrarium, & sic non teneri de stupro violento, sed de voluntario, tenent Capibl. in d. Prag. 8. par. 1. n. 332. tom. 1., & 2. d. cap. 44. post num. 17. Sanfelice dec. 245. num. 7. Farinac. d. quest. 147. num. 34. cum duobus seq., & Ansal. d. de Jurisdic. par. 4. tit. 6. cap. 3. num. 7. nisi promissio fuisset dolosa ex causa dispensationis, vel similibus, Thes. dec. 218. num. 5., & 9. Cabal. d. casu 20., & Capibl. d. cap. 44. num. 18., & seq. tom. 2., & tom. 1. in d. Prag. 8. p. 1. nu. 332. ubi dicit, quod licet constet, ostium stupratæ fuisse fractum, tamen non per hoc præsumitur violenta cognitio, citat Bajardum ad Clar. d. 3. stuprum, num. 36., & idem tenent Danza d. tit. de stupro, d. cap. 1. num. 28., & seq. Farinac. d. quest. 147. num. 31., & Ansal. d. cap. 3. n. 11., & seq., & quidam, qui stupravit quandam mulierem sub colore matrimonii, eo habente uxorem, & cognomen suum mutando, fuit condemnatus ad regias triremes in perpetuum, Thor. in supplemento dec. ver. stuprator fol. 612. Et in dubia non præsumitur mulierem fuisse per vim cognitam. Boer. dec. 319. num. 7. Novar. dec. 105., & Mascard. de probat. conclus. 1081. num. 34. ubi num. 33. dicit quod mulierem auro corrumpens, dicitur illi vim inferre, & ibi eam invitam cognoscere, & idem tenet Mascard. in conc. 1416. num. 28. cum duobus seq. citat Menoch. de arbit. jud. cas. 360. n. 51. nisi ipsa mulier sit ab alio vel ab eodem aliâ auro corrupta, quid tunc non dicitur per vim cognita. Mascard. in d. conc. 1416. num. 33. in fine, & in d. conclus. 1081. num. 35. ubi num. 41. dicit quod mulier in dubio præsumitur virgo, & honesta, & idem tenet ipse Mascard. in conclus. 1417. num. 1., & idem tenet Novarius in praxi alest. fori. sect. 2. quest. 14. num. 2., & 3. tom. 1. ubi dicit, quod quando mulier non habuit maritum, semper in dubio præsumitur virgo, intellige si virginitas allegatur per ipsam mulierem, & non per alium. Mascard. in d. conc. 1417. num. 9. cum duobus seq. ubi num. 13. dicit, quod uxor præsumitur cognita à marito, & num. 16. dicit virginitatem probari per obstetrices, & alias mulieres peritas, quæ per aspectum corporis eam esse virginem cum iuramento asserunt. citat text. in cap. proposuisti, & in cap. causum de probat.

107 Officialis cognoscens mulierem intuitu officii punitur poena mortis, Faber. in §. item lex Julia. num. 6. inst. de public. judic. Et idem est in custode carceris, Guid. Pap. sing. 689., & in decil. 448. num. 3., & Clar. pract. crim. §. fornicatio, vers. cum carcerata; quod amplius datur,

quod ipsa mulier sit meretrix, Mastril. dec. 191. num. 19., & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officialib. in genere, cap. 5. num. 9. cum duobus seq. sed Mastril. ubi supra dicit, quod quando non est cum violentâ, punitur poenâ extraordinariâ, & quidam Officialis, qui accessit ad domum meretricis, prætextu officii, & eam carnaliter cognovit absquâ vi, fuit privatus officio in perpetuum, & condemnatus in exilium per quinquennium, ut refert Mastril. ubi supra in fine, & quod custos carceris, & Officiales cognoscens mulierem honestam carceratam, puniantur poenâ arbitrariâ, dicunt Ansal. d. de Jurisdic. par. 4. tit. 7. cap. 2. à num. 9. usque ad num. 19., & Cabal. resol. crimin. casu 282. n. 5. cum tribus num. seq. ubi num. 9. usque ad finem dicit, idem esse si ipsa mulier carcerata sit meretrix, sed Officialis cognoscens meretricem non intuitu officii, non punitur, ita Alcia determinat. nam Officialis in foro fori potest habere concubinam in Civitate, quam regit, Puteol. de indicatu, vers. adulterium, cap. 1. num. 8., & 10. sed per const. Nicolai VI. disponitur, ut Officiales tenentes concubinas incurrant in poenam privationis officii, & in futurum redduntur inhabiles ad alia officia, ut refert Farinac. d. tit. de delictis carnis quest. 139. nu. 39. & Bajar. ad Clarum in §. fornicatio num. 5. Et licet carnaliter cognoscens publicam meretricem non puniatur, tamen secus est si ipsa sit carcerata, quid tunc punitur, tanquam si habuisset rem cum muliere honestâ. Hipp. de Marsin sing. 150., & cognoscens carceratam, quâ poenâ punitur; vide de Danzam de pugna DD. tom. 2. tit. de visitatione carcerum, cap. 5., & Sanfel. dec. 249. n. 15.

108 Adulterium committens punitur poenâ mortis, l. quamvis 2. C. ad l. Jul. de adulteriis, Cabal. resol. crim. casu 200. num. 101., & seq. si decidit testatur Franch. dec. 240. num. 5. cum pluribus num. seq. Sanfel. dec. 266., & Pascal. de viribus patriæ potestatis par. 1. cap. 5. num. 38. sed in casu Franch. ultra adulterium concurrebat incestus, & venenatio facta in personam mariti mulieris adulteræ, & ideo adulter fuit ibi punitus poenâ mortis, sed quâdo non concurrunt supradicta, adulter punitur citra poenâ mortis. Trivis. dec. 59. n. 7. lib. 2. Sanfelice dec. 291. n. 25. Farinac. d. tit. de delictis carnis quest. 141. num. 18., & post num. 27., & num. 67., & seq., & n. 72., & Ansal. de Jurisdic. par. 4. tit. 3. cap. 2. à num. 49. usque ad n. 54., & Campana de forj. dic. resol. 16. num. 20. & Clar. pract. crim. §. adulterium, vers. sed quæro, & vers. sed quidquid, & ibi Bajar. n. 58. & 69. dicit, quod licet per d. l. quamvis pro adulterio sit imposita poena mortis contra adulterum, tamen hodie in omnibus ferè Provinciis mutata est ista poena mortis, & est imposita poena pecuniaria, & idem tenet Farinac. d. qu. 141. num. 67. 69., & 70. Thorus in voto. 30. num. 10. tom. 2., & Riccius in coll. 1866. in fine, & idem est in crimine stupri, & incestus, pro quo de consuetudine totius Italia non imponitur poena corporalis, sed pecuniaria tantum. Giannius in suis disceptationibus crim. lib. 1. discep. 24. num. 41. cum pluribus sequentibus Et Clar. d. §. adulterium, vers. sed pone, dicit, quod si quis habuerit pluries rem cum nupta, punitur pro uno adulterio, & idem tenet Ansal. d. par. 4. tit. 3. d. cap. 2. num.

102. & accommodans domum ad committendum adulterium, punitur uti adulter, leg. 1. §. qui puero. ff. de extraordin. crim. l. si amicis, & l. qui domum. ff. ad leg. Jul. de adult. Farinac. d. quæst. 141. n. 49., & qu. 144. §. domum accommodans, à n. 42. usque ad n. 51., & Anfaldus d. cap. 2. n. 43. cit. tex. in l. mater. ff. ad l. Juliam de adulteris, nam qui causam damni dat, ipse dare videtur, l. qui occidit, §. in hoc, ff. ad legem Aquil., & l. nihil interest, ff. ad l. Corn. de Syc., & ideo punitur uti adulter. Sanfel. dec. 30. n. 2.

Et Adulter mitius punitur, si adultera accessit ad ejus domum, & eum ad libidinem provocavit, Romanus conf. 167. vol. 2. Marant. conf. 117. num. 4., & Pascal. d. c. 5. num. 39., & an coitus cum meretrice nupta sit punibilis in adulterium, & adulteram, vide Sanfel. d. dec. 266. & 241. *vide supra hoc eodem cap. num. 105.* Sed in Urbe Romanâ pro adulterio est impossib. pena mortis per conf. §. Pii V. Bajard. ad Clarum in §. adulterium post num. 45. & num. 59. & quæ pœnæ imponantur in aliis Regnis pro crimine adulterii latè tractat Daza in addit. ad Grammat. dec. 31. à num. 8. usque ad 17.

109. Lenones puniuntur pœnâ mortis, §. præconizamus, Auth. de leonib. Prag. 1. de leonib. Cabal. resolut. crim. casu 171. nu. 4., & Vivius in decis. 183. Immo complices, & fautores in lenocinio puniuntur eadem pœnâ, quâ puniuntur lenones, Cabal. d. casu 171. num. 5. Novarius in collect. super d. Prag. 1. num. 10. de leonib. Pascal. de virib. patriæ potest. par. 2. cap. 10. num. 19. sed quâ pœnâ puniantur receptatores lenonum? vide d. Prag. 1. de leonib., & minor ætas in crimine lenocinii non excusat à pœna lenocinii, lauxilium, §. fin. ff. de minor. Novar. in d. Prag. 1. num. 7. ubi num. 9. dicit, hoc procedere in minore doli capace, sed Pascal. d. cap. 10. num. 22. dicit, in hoc maxime versari Judicis arbitrium, quod extendi potest usque ad mortem inclusive in minore doli capace, sed præstans lenocinium ob paupertatem excusatur, Viv. dec. 454. Novarius super d. Pragm. 1. num. 11. quod procedit etiam in matre, quæ à pœnâ mortis excusatur, si famis necessitate filiam carnaliter cognosci permittit, Menoch. de arbit. Judic. lib. 2. casu 524. num. 12., & seq. Pascal. d. §. cap. 10. num. 6., & Farinac. d. tit. de delictis carnis, quæst. 144. num. 66., & seq. ubi num. 57., & 63. dicit, quod parentes lenones suarum filiarum puniuntur pœna mortis, & num. 62. dicit in Regno Neapolitano aliam esse statutam pœnam per conf. Reg. leno, & aliam, quæ incipit matres sic etiam si quis præstat lenocinium, & effectus non sit sequutus, mitius punitur arbitrio Judicis, Foller. pract. crim. rub. item, quod fuit leno, num. 31. Cabal. d. casu 171. num. 15., & Pascal. d. cap. 10. nu. 21. sed licet de jure leno puniatur pœnâ mortis, tamen de consuetudine lenones non puniuntur pœnâ mortis, sed fustigantur cum mitra, & aliâ pœnâ extraordinariâ puniuntur. Peguer. dec. crim. 15. Reg. Rovit. in d. Prag. 1. num. 2. Farinac. d. tit. de delictis carnis qu. 143. §. pœna lenocinii à num. 4. usque ad num. 13. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 68. num. 23. Cabal. d. casu 171. n. 6., & seq. & casu 284. n. 2., & seq., Giassius in discept. crim. lib. 1. discept. 26. à n. 5. usque ad 9. Pascal. d. cap. 10. num. 4. ubi num. 5. dicit, quod

1. nihilominus in Regno Neapolitano per d. Prag. 1. leno puniatur pœnâ mortis, & quidam maritus leno suæ uxoris fuit punitus pœnâ ultimæ supplicii, ut decisum refert Riccius coll. 1795. & Vivius in d. dec. 183. & Farinac. d. tit. de delictis carnis, quæst. 144. num. 77. ubi à nu. 78. usque ad num. 80. dicit, hoc procedere, quando maritus fuit leno suæ uxoris quæstus causa, alias punitur pœnâ extraordinariâ, & de jure communi, licet ex consuetudine leno non puniatur pœnâ mortis, tamen si ille, qui committit lenocinium, sit maritus, pater, aut frater, tunc puniatur pœna mortis, Cabal. d. casu 171. num. 8. ubi num. 9. dicit, quod in Alemania lenones uxorum fustigantur super alinum versa facie, & quidam leno suæ uxoris publicæ meretricis, fuit expulsus à Regno, ut refert Sanfel. dec. 266. sed lenones masculorum ad committendum vitium nefandum, puniuntur pœnâ mortis, Cabal. ref. crim. casu 284. & Farin. d. qu. 143. n. 22. Et in Urbe Romana per conf. Sixti V. lenones puniuntur pœna mortis, & hoc procedit in d. Urbe Romana tantum quando ibi est commissum lenocinium. Giassius in d. discept. 26. n. 14., & licet bona officialis non sint tacite obligata pro fudicatu, tamen secus est, quando officialis non exigit pœnam à lenonibus. Sebast. de Neap. in cap. Regni 132. n. 15. & ibi Dugris n. 50.

110. Deosculantes mulieres per vim, licet de jure communi non puniantur pœnâ mortis, sed puniuntur pœnâ arbitrariâ, Afflic. in dec. 276. Gramat. conf. cf. 48. n. 1. Farin. d. tit. de delictis carnis, qu. 142. par. 4. à n. 160. usque ad n. 168. Menoch. ca. u 287. & Cabal. resolut. crim. casu 96. ubi num. 9. dicit quod deosculans masculum luxuriose per vim, adhuc punitur pœna arbitrariâ, & idem tenet Farinac. d. quæst. 142. num. 158., tamen in Civitate Neapolitanâ deosculantes mulieres per vim, puniuntur pœnâ mortis, cap. Reg. ut sine mortalis peccati, quod postea fuit ampliatum, ut d. cap. Reg. habeat locum in toto Regno Neapolitano, ut in Prag. 1. de osculantib. mulieres, & Franch. dec. 333. num. 6. & Revert. in dec. 221. & ibi expresse Marinis n. 1. licet Bajard. ad Clarum, §. fin. qu. 83. num. 31. dicat, quod nunquam vidit in practica servari dictam pragmaticam Regni, quamvis est in viridi observantia, & ita decisum testatur Vivius in dec. 117., & vide Thor. in codice rerum judicatarum. alleg. 44. sed si quis deosculatur mulierem sub tractatu, & figura matrimonii, non punitur pœna mortis, Gramat. d. conf. 48. Affl. d. dec. 276. Rovit. in d. Prag. 1. num. 4., & Cabal. d. casu 96. num. 15., & de jure communi punitur pœna arbitraria, qui osculatur mulierem non libidinis causa, sed ut eam duceret in uxorem contra ejus parentum, & consanguineorum voluntatem, Cabal. resolut. crim. casu 96. num. 11., & seq. et Farinac. d. quæst. 142. num. 168. ubi seq. dicit, quod si inter osculantem, & puellam præcessisset tractatus, & consensus inferendi osculum, ut matrimonium sequatur, in hoc casu nulla imponitur pœna, & præsertim si postea matrimonium sequatur, citat Clarum, §. fin. quæst. 83. verbi osculum, & Cabal. d. casu 96. num. 15., & ita decisum testatur Grammat. in d. consilio crim. 48. Proût etiam si quis amplexus fuit mulierem causa eam deosculandi, si eam non potuit deosculari, non pu-

punitur pœnâ mortis, sed punitur pœnâ extraordinariâ, ita Peguer. in quæst. crim. cap. 7. & Rovit. in d. Prag. 1. nu. 1. (sic etiam osculans mulierem magno amore excecatus non punitur pœnâ mortis juxta d. Pragm. 1. sed punitur pœnâ extraordinariâ, Riccius dec. 155. part. 3. Farin. præct. crim. tit. de pœnis temperandis. quæst. 98. nu. 84. & d. quæst. 142. num. 170. & Novarius in praxi elect. fori to. 1. sect. 2. quæst. 35. nu. 5. & faciunt dicta per Clarum, §. fin. quæst. 60. ver. est, & amor, & per Tiraquel. de pœnis temperandis causa 4. & per Farinac. d. quæst. 98. à nu. 77. usq; ad nu. 92. & amor dicitur furor, cap. cum in juventute. de præsump. §. illud, Auth. quib. modis natur. effic. sui, Boër. dec. 23. num. 75. & 76. & Farinac. d. quæst. 98. nu. 78. & *Ebriis Amantes, & furiosis equiparantur. Mascard. de proba. conclus. 1428. nu. 9. & Farinac. in d. quæst. 98. n. 77. & seq. unde merito Petrarca in sui operis principio ait. Se vi sia chi per prova intenda amore, spero trovar pietà non che perdono, & docet idem meus Avunculus in suo celeberrimo tract. de foro competenti. cap. 16. nu. 26. & quis excusatur ab hæresi, quando nimio amore captus demones invocat ad finem obtinendi amorem aliqujus puellæ, Pascal. de virib. pat. potest. part. 4. cap. 5. nu. 61. de quo vide Farinac. d. quæst. 98. n. 81. & seq. & si quis sit condemnatus in exilium, & propter magnum amorem, quem habet in muliere existente in loco prohibito, frangat exilium, in hoc casu non punitur pœnâ fractionis exilii, sed debet redire ad causam suam, Giurba conf. crim. 47. Novar. d. quæst. 35. in fine, & Sanfel. dec. 255. post num. 2. Et in Galliâ osculari mulieres est de urbanitate, immò si vir transeundo per viam inveniat mulierem, & eam non deosculatur, dicitur proditor, Rota in florileg. præct. conclus. conclus. 2. nu. 49. & licet Farinac. d. quæst. 142. num. 154. & 159. dicat, quodd vir osculans mulierem honestam nuptam, virginem, aut viduam, tam ipse, quam ipsa mulier puniatur pœnâ extraordinariâ de jure communi, tamen dicit num. 156. quodd nunquam vidit pro osculo luxurioso de consensu mulieris dato aliquem criminaliter molestatum, citat Caballum d. casu 96. nu. 11. & præstantes auxilium osculantibus per vim mulieres, puniuntur pœnâ extraordinariâ, & quidam auxiliator fuit punitus ad triremes per septendium, concurrentibus aliis delictis, ut refert Thor. in compend. dec. tom. 3. vero auxilium præstans. fol. 95. sequitur Novarius in d. prag. 1. nu. 9. de oscul. mulieres.*

11 Raptores mulierum puniuntur quoque pœnâ mortis, l. raptores. C. de Episc. & Cler. l. unica, C. de raptu virg. Const. Reg. capitalem, & Const. Reg. si quis rapere, Clar. præct. crim. §. raptus, ver. sed quæro, Thes. dec. 217. nu. 1. (latè Farinac. d. tit. de delictis carnis, quæst. 145. à nu. 7. cum plurib. seq. & Ansaldo de Jurisdic. parte 4. tit. 4. cap. 2. num. 1.) Et raptus tunc dicitur, quando quis libidinis causâ per vim asportat mulierem de loco ad locum, Clar. d. §. raptus, in princ. & Trivis. dec. 17. & dec. 40. lib. 2. secus si non causâ libidinis, quia tunc non punitur pœnâ raptus, Nigris in cap. Reg. ut sine mortalis peccati, num. 61. & Mascard. de probat. conclus. 1259. nu. 33. ubi nu. 20. & 21. dicit quodd non dicitur raptus, quando quis mulierem aspor-

tat de loco ad locum causâ commoditatis coitus. Et raptor mulieris punitur pœnâ mortis, dato, quodd non cognoscat carnaliter mulierem raptam, Afflic. in d. Const. Reg. si quis rapere, n. 7. Catalan. de indulto, cap. 34. num. 157. & seq. Bofs. præct. crim. tit. de raptu mulierum, n. 14. (& Ansaldo d. cap. 2. à nu. 13. usq; ad num. 30.) sed quodd raptor non puniatur pœnâ mortis, si raptam non cognovit carnaliter, tenent Boër. dec. 316. Vivius commun. opin. ver. raptor honestæ, Cæpol. conf. 57. Gramat. dec. 2. num. 29. Thesaur. dec. 217. nu. 1. & Trivis. dec. 41. lib. 2. sed Nigris in d. cap. Regni, ut sine mortalis peccati, nu. 61. dicit, primam opinionem de jure esse veriolem, sed sacundam opinionem esse æquiolem, & humaniolem, & Clar. d. §. raptus, ver. sed quid, dicit, quodd si raptor non cognovit raptam carnaliter, ex quodd non potuit id commodè facere, & procedit prima opinio, aut non cognovit, quia non voluit, & procedit secunda opinio, & idem tenet Mascard. in d. conclus. 1259. nu. 35. cum duobus seq., & vide Danza de pugna DD. to. 2. tit. de raptu cap. 2. nu. 29. cum duobus seq. (& Farinac. d. quæst. 145. à n. 196. usque ad nu. 214.) Et raptores mulierum puniuntur pœnâ mortis, dato, quodd mulier rapta à principio, vel ex post facto consentiit in raptu, vel si blandis verbis fuit inducta ad raptum, Clar. d. §. raptus ver. adde, quodd pœna, Affl. in Constit. Reg. si quis rapere, nu. 2. Sanfel. dec. 267. Capibl. de Baro. lib. tom. 2. cap. 44. nu. 20. & Mascard. in d. conclus. 1259. n. 27. cum pluribus seq. & vide Danzam. d. cap. 2. nu. 20. (& Farinac. d. quæst. 145. à num. 105. usq; ad num. 151.) sed quodd indistincte raptor non puniatur pœnâ mortis, si raptus fuit factus muliere raptâ consentiente, & hoc si vè rapta sit in potestate alterius, si vè non, tenent Trivis. dec. 17. & decif. 40. lib. 2. & Thes. dec. 217. ubi nu. 8. dicit, quodd si mulier à principio non consentiit, si post raptum consentiat, raptor punitur pœnâ mortis. Immo rapiens meretricem adhuc punitur pœnâ mortis, Thes. d. dec. 217. nu. 2. sed ut puniatur pœnâ mortis, est necesse, ut ipse raptor meretricis sit confessus, vel convictus, Affl. in Constitutione Regni omnes nostri, num. 8. sed quodd raptor meretricis non puniatur pœnâ mortis, tenent glos. & DD. in d. l. unica, C. de raptu virginum, Nigris in cap. Reg. ut sine mortalis peccati, nu. 64. Trivis. dec. 23. lib. 2. Mari ad Grammat. dec. 107. num. 10. Petra ad Grammat. decif. 26. Mastrill. dec. 207. nu. 4. Marfan. d. l. unica, nu. 26. Cæphal. conf. 140. lib. 1. (Farinac. d. tit. de delictis carnis quæst. 145. à nu. 153. usque ad num. 195. Arnono dialogo 40. Mascard. in d. conclus. 1259. à nu. 9. cum pluribus seq., & Clar. in d. §. raptus, ver. quæro numquid, ubi dicit, quodd raptor meretricis punitur pœnâ arbitrariâ, idem tenent Mastrill. dec. 207. nu. 10. Cabal. resolut. crim. casu 179. nu. 6. & Danza d. cap. 2. nu. 33. & seq. Immo si mulier honesta sit rapta in habitu meretricali, adhuc raptor non punitur pœnâ mortis, quia in habitu, quo quis reperitur, præsumitur, Riccius decif. 296. n. 11. par. 2. & Danza d. cap. 2. num. 35. ubi num. 36. & seq. dubitat, an rapiens mulierem, quæ per prius fuit meretrix, sed postea desinit à meretricando, puniri debeat pœnâ mortis. Et mulier reputetur in-

honestâ si ipsa olim fuit talis, licet inhonestè vivere defierit, l. palam, §. non solū, ff. de ritu nupt. & Cabal. resol. cr. casu 124 nu. 9. *mulier semel impudica semper impudica præsumitur, ex regula semel malus, de regulis juris in 6., & quia de præsentis præsumitur in præteritum. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26. & Mascard. de probat. in conclus. 1081. nu. 45., & mulier præsumitur meretrix si nunc unam domū, nunc aliam ingreditur. Grāmat. in cons. crim. 58. n. 16, Mascard. de probat. in conclus. 1067. n. 25. & Giazzius in cons. 1. n. 128. quod posuit post suas discep. cr. lib. 1. Sed quælibet mulier præsumitur honesta, l. merito ff. pro socio, Cabal. d. casu 125. num. 5., & Mascard. in d. conclus. 1081. n. 41. & in conclus. 1428. n. 48. & licet per d. l. unicam, vers. & si non sunt, inter raptorem, & raptam nunquam possit contrahi matrimonium, tamen de jure Canonico potest contrahi, cap. accedens de raptu, Clar. d. §. raptus, ver. quæro modo, Cabal. resolut. crim. casu 196. num. 2. sed matrimonium non potest contrahi inter raptorem, & raptam, durante tempore, quo rapta est in potestate raptoris, Concil. Trid. sess. 24. de reformat. matrimon. cap. 6. Riccius dec. 342. par. 4. Cabal. d. casu 196. num. 3. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 301. num. 2. Et raptor si vè raptam ducat in uxorem, si vè non, semper eam tenetur dotare, d. cap. 6. Concil. Trident. in fine. Quod si sit sequutum matrimonium inter raptorem, & raptam, adhuc raptor punitur pœnâ mortis, Affl. & in d. Const. Reg. si quis rapere num. 13. & in Constitut. Reg. capitalem pœnam, num. 6. Clar. d. §. raptus, d. vers. quæro modo, sed quod si sit sequutum matrimonium inter raptorem, & raptam ex consensu parentum, raptor non puniatur pœnâ mortis, sed puniatur pœnâ extraordinariâ, tenent Cabal. d. casu 196. nu. 5. cum duobus numer. sequentib. (Farinac. d. quæst. 145. à n. 97. usque ad num. 104.) & Peguer. quæst. crim. c. 42. ubi cap. seq. habes, quando raptores mulierum puniuntur pœnâ mortis naturalis; sed in Regno semper raptor punitur pœnâ mortis, dato, quod sit sequutum matrimonium inter eum, & raptam, ut in dict. Constitut. Regni capitalem (& facit tex. in l. commissum, C. ad legem Juliam de adulteriis, ubi habetur, quod nuptiæ postea cum adultero factæ non extinguunt crimen adulterii.) Sed si ante raptum præcessissent sponsalia de futuro, & tractatus matrimonii inter rapientem, & raptam, & ipsa rapta consentisset raptui, sequuto matrimonio per verba de præsentis, raptus est impunibilis, cap. pen. ubi DD. extra de raptu, & Cabal. d. casu 196. nu. 8. ubi num. 9. & 10. dicitur quod de sponsalibus, & tractatu matrimonii factis ante raptum statur dicto rapientis, & raptæ, citat tex. in cap. penul. extra de raptu, & ibi num. 12. & seq. subdit, supradicta procedere à fortiori in stupro. Et complices, & fautores, & auxiliatores in raptu etiam puniuntur pœnâ mortis, d. l. unica, C. de raptu virginum, cap. Reg. ut sine mortalis peccati, ver. ipsius quoque, Const. Reg. capitalem, ubi Affl. num. 1. & in Const. Reg. si quis rapere, num. 16. Et mulier rapiens virum adhuc punitur pœnâ mortis, Marf. in d. l. unica, num. 223. & Riccius dec. 214. num. 5. & seq. par. 1. Sed quod mulier rapiens virum puniatur citrà pœnam mor-*

tis, dicit Clar. d. §. raptus, vers. sed pone, sequitur Danza d. cap. 2. num. 14. & 16. (& Farinac. d. quæst. 145. à num. 38. usque ad num. 24.) Sed rapiens novitium à religione, pœnâ mortis punitur, Bajard. ad Clar. d. §. raptus, num. 22. & Danza d. cap. 2. num. 14. nam si rapiatur puer causâ libidinis, rapiens pœnâ mortis punitur, Clar. d. §. raptus, vers. unum tantum, & ibi Bajard. num. 22. Danza dict. cap. 2. num. 14. (& Farinac. d. quæst. 145. num. 45. cum plur. seq. Riccius dec. 214. part. 1. & Marinis d. cap. 301. num. 11. Et contra raptores mulierum in Regis Audienciis proceditur ad modum belli, quando raptus est factus extra urbem violenter, ut in Pragm. 10. §. 48. ver. li ratti, de off. Iudicum. (Et receptans mulierem raptam, vel raptorem, punitur pœnâ mortis, Marf. in d. l. unica num. 229. & licet contrarium teneat Farinac. pract. crim. tit. de consultorib. quæst. 133. num. 46. & seq. tamen primam opinionem sequitur Farin. d. tit. de delictis carnis d. quæst. 145. num. 36. & dicam infra cap. 18. num. 29.)

Et rapiens mulierem, magno amore excetatus, non punitur pœnâ mortis, Bursat. cons. 455. & Farinac. pract. crim. tit. de pœnis temperandis quæst. 98. nu. 87. Nam qui magno amore captus delinquit, minus punitur Menoch. de arbitr. Judic. casu 228. & facit dicta supra num. 110., quod minus debet puniri habens rem carnalem cum muliere pulcherrimâ, quam cum deformi, ita Gulielm. Benedic. in cap. Raynarius de testamentis part. 2. ver. quidam Petro tradiderunt num. 28. ubi etiam dicit quod minus peccat, qui habet rem cum muliere pulcherrimâ, quam cum deformi citat. glos. in cap. final. 14. q. ultim. & vide Neviz in silva nup. 1. 2. num. 58. Palma in sua pract. p. 1. glos. 1. num. 22. & pulchritudo mulieris movet etiam animum Imperatoris, glos. in l. Emilius. ff. de minorib. Et est super quando pulchritudo non movet cor etiam Tyranni, ut dicit Tassus in Hierus. liber. cant. 2. n. 21.

*Fu stupor, fu vaghezza, e fu diletto,
S' amor non fu che mosse il cor villano.*

- 112 Mulieres inter se corrumpentes puniuntur pœnâ mortis, l. fedissimam, C. ad leg. Iul. de adulter. Boër. dec. 216. circa finem, Clar. §. fornicatio, vers. inter mulieres, sequitur Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de stupro, cap. 1. n. 21. (intellige, quando se corrumpunt cum aliquo instrumento, secus si solâ fricatione, quia tunc puniuntur pœnâ extraordinariâ, Farinac. d. tit. de delictis carnis, quæst. 148. nu. 40., & seq. Menoch. de arbitr. Judic. casu 286. num. 36., & seq. & Masfrillo de indulto. cap. 31. num. 17., & 18.)
- 113 Percutientes imaginem Dei, & ejus Sanctorum puniuntur pœnâ mortis, Cabal. resol. crim. casu 91. (Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, quæst. 20. num. 68. & seq. & Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 68. ver. imaginem) & ita de ceteris testatur Franchis dec. 504. & docuit meus Avunculus Scialoja in tractatu de foro competent. cap. 43. nu. 2.
- 114 Extrahentes frumentum à Regno Napolitano puniuntur pœnâ mortis, Pragm. 20. de extract. Idem est contrâ extrahentes monetas à Regno Pragm. 16. & 23. de extractionib. & Pragm. 6. 2. 7. de monetis. Idem est contrâ extrahentes à Regno argentum, vel aurum, dict. Pragm.

Pragmat. 16. & idem est contra extrahentes à Regno arma, nam quoque puniuntur pœna mortis, Pragm. 22. de extract. & de materiâ extractionis in Tractatu de Foro compet. cap. 26. à nu. 82. usq; ad nu. 100.

- 115 Dans alapam Officiali intuitu officii puniuntur pœna mortis naturalis l. omne, §. qui manus, ff. de re milit. Grammat. dec. 36. num. 4. Riccius dec. 31. num. 4. & seq. par. 1. Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 25. num. 28. & ita decisum testatur Thor. in cod. rerum judic. alleg. 10. cum duobus seq. & dicit Carrab. in singul. 108. Quod procedit, etiam si quis det alapam Officiali, qui stat sindicatus, Jas. in l. principalib. ff. si certum petatur, & Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 68. nu. 21., & faciunt dicta per Farinac. in pract. crim. in tit. de variis, ac diversis crim. quæst. 105. inspect. 4. nu. 200., & n. 203., & offendens officialem in indicatu capite punitur, quando mundas manus habuit, aliàs pœna extraordinaria punitur, Arno. no singul. 12., & Carrab. in sing. 108. ubi in sing. 225. dicit quod Officialis durante ejus sindicatu est à subditis honorandus. Sed si quis det alapam Officiali in loco privato ob privatum odium, & non intuitu officii, non punitur pœna mortis, Leonardis pract. official. cap. 9. num. 12., & vide Borrellum conf. 24. Et omnia supradicta dicit Pascual. de Vir. pat. pot. par. 1. cap. 10. num. 61., & Danza in addit. ad Grammat. in dec. 36. à n. 27. usque ad nu. 40. Et quâ pœnâ sit puniendus ille, qui protulit verba injuriosa contra Officiales regios, vide Revert. in dec. 242. Sed privatus puniens aliquem Alapâ manu aperta in facie, punitur pœna exilii, Vivius dec. 46. (& Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 23. n. 3.

Et quidam nobilis Neapolitanus, qui famulo unius ex capitaneis deputatis ad custodiam Civitatis ab eo provocatus, quia ipsi dixerat, Non ci vedi, alapam dedit in Ecclesiâ, fuit punitus in exilium per bimestre tempus, Grammat. dec. 14., & Farinac. pract. crim. d. tit. de variis, ac diversis crimin. d. qu. 105. inspect. 4. post n. 208. ubi à nu. 207. cum quatuor seq. tenet, alapam dici gravem, et atrocem injuriam per tex. in l. Prætor edixit, §. fin. in fine, ff. de injuriis, licet contrarium teneat Nigris in cap. Reg. de injuriis, n. 12. Sed quidam, qui det alapam in faciem Doctoris ex causâ officii advocacionis, fuit condemnatus ad remigandum in Regiis triribus per quinquennium, ut refert Jo. Lagavarius ad Kovit. in prag. 1. n. 19. de custodia rerum, & de pœnâ imponendâ contra dantem alapam in aliquem, latè scripserunt Riccius in coll. 1682., & Thorus in voto 96. tom. 1. & in compend. dec. tom. 1. var. alapam.

- 116 Perturbans divina officia, punitur quoque pœna mortis, §. si quis cum sacra ministeria, Auth. de Sanct. Episc. l. si quis in hoc genus, C. de Episc. et Cler. & Kovit. in Prag. 1. num. 24. de pœnis.
- 117 Famoso libellum faciens, punitur etiam pœna mortis, cap. si quis famosum, §. qu. 1. l. 1. C. de famoso libello, Franch. dec. 533. Intellige, si in libello sit descriptum delictum, propter quod diffamatus veniat puniendus pœnâ mortis, aliàs imponitur pœna arbitraria, Caravit. rit. §. 11. n. 24. Sed de consuetudine faciens famosum libellum, non punitur pœna mortis, sed punitus pœnâ arbitraria, Cabal. resolut. crim. casu 235. nu.

36. cum duob. seq. (Clar. d. quæst. 68. n. 25., & latè Farinac. d. q. 105. inspect. 11. à nu. 422, cum plur. seq.

- 118 Macriatas facientes tam de die, quàm de nocte in Regno puniuntur pœna mortis, Pragm. 2. ver. Per lo qual, de injuriis, sed de jure communi puniuntur pœnâ arbitraria, Cabal. resolut. crim. casu 71., & Farinacius dict. inspect. 11. num. 469.
- 119 Barones, & quicumque alii privati in Regno moventes publicè bellum, puniuntur pœnâ mortis, & eorum bona confiscantur, Const. Reg. comes; & incidunt in crimine læsæ Majestatis, Reg. Constant. in l. unica n. 12. cod. ut armorum usus lib. 11.
- 120 Depopulatores agrorum, vinearum, vel arborum, puniuntur pœnâ mortis, Cabal. resolut. crim. casu 21. & ab omnibus possunt impunè occidi, ut diximus supra hoc eodem cap. n. 88.
- 121 Ignem dolosè immittens in aliquam domum, pœnâ mortis punitur, l. capitalium, §. incendiarii ff. de pœnis, & l. qui ædes, ff. de incendio, ruinâ, & nauf. sed ut hoc locum habeat, est necesse, ut incendium sit factum de nocte, Const. Reg. super incisionib. sed per aliam Const. Reg. qui dolosè statutum est generaliter, ut Incendiarii domorum in Civitate, capite puniantur, sed immittens ignem extra Civitatem, punitur pœnâ tririum, si sit ignobilis, si verò nobilis, & tunc punitur pœnâ relegationis, Capyc. dec. 27. n. 18. Rov. in Pragm. 2. nu. 45. de jurid. invicem non turb. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 68. ver. incendiarii, & Cabal. resolut. crim. casu 22. sed contra incendiarios tam domorum, quàm tuguriorum, & tam si incendium sit factum intus loca habitata, quàm extra, & contra incendiarios sylvarum, segetum, vel victualium repositarum in areis, proceditur in Regiis Audientis ad modum belli, dummodò incendium sit factum appensate, & non casualiter, ut in Pragm. 10. §. 48. vers. Incendii, de offic. Judic. & pœna incendii quæ sit, vide Farinac. d. tit. de variis, ac diversis criminib. quæst. 110. cap. 1. ubi latè tractat, quando ex incendio quis teneatur ad damna, & interesse damnum passio. Et statutum loquens de compunctis domum, non habet locum in domuncula. Anna in repet. const. Reg. Si quis aliquem. n. 46. & seq. & ibi filius in addit. licet contrarium tenet Palma in sua pract. par. 1. gl. 1. n. 15.
- 122 Præstans auxilium Turcæ, vel Moro, ut aufugiant à Regno, punitur pœnâ mortis, Pragm. 1. & 2. de nuptis, in quâ Pragm. 2. dicitur etiam, quod navitæ in Regno non possunt relinquere barcas absque custodia in liçore mariæ cum remis, & aliis stiliis aptis ad navigandum sub pœnâ tririum per triennium, & edocens ædificationem navigiorum incognitorum Turcis punitur pœnâ mortis, l. fin. C. de pœnis, (& Kovitus in prag. 2. n. 3. de emptione, & venditione. Et Christiani prohibentur etiam mercimonii causâ navigare ad Barbaros, & Saracenos, & ad eos deferre victum aliump, aut alias res, l. 1., & 2. cod. quæ res ad port. non poss. Sic etiam non possunt Christiani deferre ad infideles arma d. l. 2. & prag. 2. de extract. Sic etiam non possunt frumentum deferre, vel saleem. l. cotem. ff. de publ. vectigal., & contra facientes pœnâ mortis puniuntur, & eorum bona confiscantur. d. l. coram. in principio. Et Christiani non possunt portare infidelibus annos

omnes merces l.1.cod.de lictorib.& itin.cust. lib. 12. Immo Christiani non possunt deferre aurum ad infideles, neque causâ emendi mancipia, vel alias res l.2.cod.de commerc. & mercat., & arma possint portari Infidelibus causâ redimendicaptivos Catholicos? vide Novarium in di& prag.2.n.15. cum duobus seq.de extract., & neque Christiani possunt animalia portare ad barbaros. l.usurpatione.C.de vest.& comm.l.cuiusq; ff.ad l.julian majest., & omnia suprâdicta procedunt etiam de iure canonico, ut dicit Nigris in cap.Regni, ut illorum n.18., & Novarius in d.prag.2.â n.1.usquē ad num.7.de extract. Immo Principi Christiano non licet pro defensione sui Regni uti auxilio turcharum, vel aliorum infidelium, quando bellum habet cum fidelibus, secus si bellum habet cum infidelibus ita Cochier. in disput.unicâ post suas decisiones.Pascal.de viribus pat.potest.par.3.cap.6.n.38., & Anna con.7.n.12.

- 123 Fur de jure communi non punitur pœnâ mortis, sed punitur pœnâ extraordinaria, l.pen., & l.fin. ff. de furtis, Clar. pract crim. §. furtum, vers. sed quæro (Franch. decif. 315. n.1., & dec. 521. n.1., & Campana de forjud. resol. 16. nu.10., & Farinac. de furtis quæst. 167. n.6. & seq.) Sed in Regno furans infra augustalem, punitur pœnâ fustigationis, cap. Reg. ad hoc, quæ pœna fustigationis, nunquam imponitur Clericis, Riccius dec. 103. par. 2. & Genuensis in pract. Archi. Neap. cap. 91. Et neque imponitur nobilibus, l. capitalium, §. non omnes, ff. de pœnis cap. contra 26. quæst. 5., & vide Josephum Ludovicum in dec. lucens. 1. n. 23.; Sed furans ultra augustalem, infra tamen unciam, ipsi amputatur manus, d. cap. Reg. ad hoc, quæ pœna amputationis manus non est in usu, Gizzarell. dec. 13. nu. 7. Sed loco amputationis manus successit pœna triremium, Mastrill. dec. 168. nu. 2. Sed furans ultra unciam punitur pœnâ mortis, d. cap. Reg. ad hoc, ubi Nigris num. 61. dicit, quod si sint plures, qui committunt furtum ultra unciam, omnes possunt suspendi, etiam si quilibet ipsorum habuerit minus unciam, nam si plures simul aliquam rem furentur, omnes in solidum ad pœnam furti tenentur, Cabal. resol. crim. casu 198. nu. 1. & 2. sed hoc procedit respectu pœnæ, sed quoad rei furatæ restitutionem faciendam Domino, vel quoad interesse partis, licet omnes fures teneantur in solidum, tamen uno solvente, ceteri liberantur, l. 1. C. de cond. furtiva, Thes. dec. 274. n. 3. & 4. Sanfelice. dec. 44. n. 3. & 4. & Cabal. d. casu 198. â num. 4. usque ad n. 11. ubi n. 12. dicit, quod si plures casu delinquant, & ignoretur, à quo commissum sit delictum, licet omnes in solidum teneantur ad pœnam, tamen unica solutio liberat omnes. Sed tunc si furtum excedat unciam, imponitur pœna mortis, si sit factum dictum furtum cum qualitatibus aggravantibus delictum; puta cum effractione, cum barbis, vel clavibus adulterinis, de nocte, vel si furtum sit magnum, ita Gizzarell. d. dec. 13. nu. 7., vel si concurrat qualitas sacrilegii, Sanfelice. dec. 35. sed Muscatell. pract. crim. tit. de furtis num. 18. tenet, quod pro furto excedente unciam fur punitur pœnâ triremium; Immo quis pro furto mille, & ducentorum aureorum non fuit punitus pœnâ mortis, Clar. §.

furtum, vers. sed an pro uno furto, unde Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de furtis, cap. 6. circa fin. tenet contra Gizzarell. ut pro furto minimo excedente unciam, licet concurrant qualitates aggravantes, fur non puniatur pœnâ mortis. Et de jure communi pro uno furto magno, & enormi imponitur pœna mortis, concurrentibus qualitatibus aggravantibus, Sanfelice. dec. 272. *Leguer. in suis quæst. crim. cap. 27., & 28. & Cabal. resol. crim. casu 18. ubi casu 19. dicit, quod de iure communi committens tria furta punitur pœnâ mortis, si furta non sint levia, & concurrant circumstantiæ aggravantes (& pro utroque casu, idem tenet Campana d. resol. 16. d. n. 10. & vide Farinac. de furtis. quæst. 167. n. 45. cum duobus seq. & num. 48. cum duobus seq.)* sed in Regno nostro per d. cap. Reg. ad hoc, committens plura furta, licet minima, punitur pœnâ mortis, & licet d. cap. loquatur de pluribus furtis, tamen intelligitur de tribus Sebast. de Neap. in d. cap. ad hoc, n. 13. & Nigris ibi nu. 64. & docent Catalanus de indulto, cap. 30. n. 27. & seq. (& Campana d. resol. 16. nu. 11.) Et meritò committens tria furta punitur pœnâ mortis, nam solitus delinquere acrius punitur, quam non solitus, l. capitalium, §. solent, ff. de pœnis. *Et ideo pro primo delicto minus proceditur contra reum, nam non qui peccavit, sed qui perseveraverit dicitur reus nisi delictum esset atrocissimum. Capibl. de baronibus in prag. 6. n. 22., & seq., & desumitur ex l. 3. Cod. de Episcop. audient. Thor. in vot. 21. â nu. 48. usque ad n. 53. tom. 1., & Anna in repetitione conf. Regn. Si quis aliquem â n. 62. usque ad n. 72.* Et quod committens plura furta in Regno puniatur pœnâ mortis, dicit, fuisse d'ecisum Grammat. dec. 48. Immo committens tria furta debet suspendi, dato, quod de duobus primis habuisset gratiam, vel esset punitus, Nigris in d. cap. Reg. ad hoc, n. 68. Catalanus de indulto, cap. 30. n. 31. Clar. d. §. furtum, n. 13. & seq. Sanfelice. dec. 39. n. 7. *Grassus de except. except. 14. nu. 46., & seq. & Decianus tract. crim. lib. 3. cap. 35. n. 71.* Sed si quis unico actu furetur plures res, non dicuntur plura furta, sed unicum dicitur furtum, & pro uno furto debet puniri, Bart. per illum tex. in l. eum qui, §. idem respondit, ff. de furtis, Nigris d. cap. Reg. ad hoc, nu. 69. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de furtis cap. 5. n. 10. cum duobus num. seq. *Grassus de except. except. 14. nu. 66.* Sed si quis faciat tria, vel plura furta in unâ nocte, non reputatur unum furtum, sed plura furta reputantur Boer. dec. 219., & Riccius collect. 282. circa med. (Sed alii tenent contrarium, & sic quod si quis unâ, eademque die, vel nocte committat plura furta, licet in pluribus domibus, tamen unum furtum dicitur, ita glos. in d. l. eum qui, §. idem dicit, Menoch. de arbit. Jud. casu 295. nu. 20. Giurba conf. crim. 93. num. 5., & 6. & Campana d. resol. 16. n. 11. in fine. *Quam opinionem sequitur Practica papiniensis in formâ libelli inquisitionis. verr. Florenos fol. mihl 256. Sic distinguendo. Aut plures res furantur uno; & eodem tempore, & tunc dicitur unum furtum tantum pro omnibus rebus & non plura furta, ut habetur in l. eum qui §. idem dicit, & ibi notat. per Bartol. ff. de furtis, aut plures res fuerunt diversis temporibus furata, & tunc quot erunt res, tot erunt furta, ut in d.*

In dicta l. *anno*, qui §. Pomponius.

Et si quis fateatur plura furtiva fecisse in eodem loco diversis tamen temporibus, in hoc casu fur punitur pro unico furto, & non pro pluribus. *Boissius in pract. crim. tit. de furtis n. 17.*, & *Foller in pract. crim. rub. & si confitebuntur. num. 99.* Prout etiam habens rem pluries cum nupta punitur pro uno adulterio, ut dictum est supra hoc. eodem cap. nu. 108. Quod si quis committat duo furta extra Regnum, & tertium in Regno, pro isto tertio furto fur non debet suspendi, *Clar. d. §. furtum, nu. 11.* licet contrarium teneant *Nigris d. cap. Reg. ad hoc, n. 66.* *Bald. pract. crim. tit. de iurisd. qu. 4.*, & *Grassus ubi supra nu. 49.* Tamen primam opinionem sequitur *Decianus in tract. crim. lib. 4. cap. 29. n. 16.*

(Et dictum cap. Regni ad hoc, imponens poenam mortis contra furantem ultra unciam, procedit etiam contra committentem crimen peculatus, & sic contra eum, qui surripuit res Fisci, vel Universitatis ultra valorem uncie, *Cabal. resol. crim. casu 99.*, & licet *Franchis dec. 315.* dicat, istum talem fuisse condemnatum ad Regias tiremes perpetuo, tamen hoc fuit, quia non erat convictus de hoc crimine, & sic fuit imposita poena extraordinaria, secus si esset convictus, quia tunc datur poena ordinaria, & sic mortis, *Sanfelicius dec. 186.* & est textus in §. *Item lex Julia peculatus. iust. de publ. iudic.*, & in l. unica cod. de crim. pecul., & vide *Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 291.*, & in observat. ad *Revert. in dec. 14. 112. 226.*, & 490.

Et quando in processu non constat de valore rei furatæ, in dubio intelligitur rem valere infra augustalem, & imponitur poena fustigationis, *Nigris in d. cap. Reg. ad hoc, n. 116.* ubi d. num. 116., & nu. 49. dicit, quod debet probari valor rei, attentâ communi estimatione, l. pretia rerum, ff. ad leg. falcidiam. Et quid si aliunde non possit probari valor rei furatæ, an possit probari iuramento illius, uti res ipsa furata fuit? vide *Mascard. de probat. conclus. 822. a. n. 2. usque ad finem*, sed quando de quantitate rerum sub iuramentum minus apparet standum est iuramento damnum passi. *Peguer. in dec. 22. Jul. Clar. in §. furtum n. 18.*, & *Riccius in collat. 282. in fine*, ubi dicit, quod bona furis, sunt tacite obligata pro furto Domino rei furatæ, citat *Vivium in dec. 451.*, & idem tenet *Gaitus de credito in appendice ad cap. 4. n. 124. fol. mihi 422.* *Bayardus ad Clarum in d. §. furtum n. 37.*, & *Negusan. de pignoribus par. 2. membro 4. n. 124.* licet contrarium teneat *Merlinus de pignoribus lib. 3. tit. 1. quæst. 35.*, & probato furto in genere statuitur iuramento disrubiati contra disrubitantem pro quantitate rerum disrubiatarum de *Nigris in cap. Regni. frequens. nu. 89.* cum pluribus seq., & *Jul. Clarus in d. §. furtum n. 19.* intellige quo ad actionem civilem, secus pro poenâ; unde si fur confiteatur quinque aureos disrubiasse, & furatus dicat decem furans non potest puniri poenâ mortis ex quo per confessionem furati constat furtum excedere unciam, sed tantum facit indicium ad torturam contra disrubitantem. de *Nigris in d. ca. Regni frequens n. 128.*

124 Latro famosus punitur poena mortis, l. capitalium, §. Grassatores, & §. famulos, ff. de poenis, *Clar. d. §. furtum, versic. scias tamen* (& *Franch.*

dec. 315. n. 1., & *dec. 521. n. 1.*) Sic etiam qui furatur in viâ publicâ punitur poenâ mortis, dummodò hoc faciat armatâ manu, & quodd pluries furetur in viâ publicâ, d. l. capitalium, §. grassatores, ff. de poenis, *Sanfelicius dec. 40.* Sed si quis committat unicum furtum in viâ publicâ, & furtum sit magnum, adhuc punitur poenâ mortis, *Capiblanco de Baronib. tom. 2. cap. 52. n. 3.* sed *Mastrilli de indulto cap. 22. n. 2.* tenet, quod si furtum sit commissum cum violentiâ in viâ publicâ, quamvis minimum sit, tamen furans punitur poenâ mortis, sequitur *Vilcont. in suis conclus. vers. furtum, colum. 4. fol. 109.* Mele ad *Gizzerell. d. dec. 13. nu. 22.* *Danza d. tit. de furtis, cap. 6. in fine* (Sed opinio *Mastrilli*, & sequacium procedit de iure Regni Siciliæ ultra Farum, prout idem *Mastrilli* testatur in d. dec. 147. n. 10. & idem est in Regno Cathaloniz, in quo pro unico furto facto in viâ publicâ, imponitur poena mortis, *Peguer. dec. 40. n. 7.*, & idem est in Regno nostro Neapolitano, in quo non servatur dispositio iuris communis dicti §. grassatores, sed pro unico latrocinio facto in viâ publicâ, licet sit modice quantitatis, tamen poena mortis imponitur, prout ita servari testantur *Tapia in tract. Juris Regni lib. 5. tit. 41. n. 4.* & seq. *Merlin. cont. forens. lib. 1. cap. 17. n. 16.*, & *Campana de forjud. resol. 16. n. 12.* qui movetur ex pragmat. de furtis, Et ita pluries fuisse observatum in Regno nostro Neapolitano per commissarios Campanæ audivisse, testatur *Thor. in add. ad Jo. Grand. de bello exulium in predicamento quantitat. quæst. 2. ad n. 19.* Sed vide *Muscatell. in pract. crim. in tit. de furtis. rub. de panis n. 27.* qui tenet contrarium. Item si quis aggrediatur aliquem in viâ publicâ causâ eum disrubiandi, si deventerit ad actum proximum, puta incipiendo eum spoliare, quamvis ex ejus manibus evaserit, tamen ipse aggrediens punitur poenâ mortis. *Farinac. de furtis qu. 174. par. 1. n. 6.*, & 7. Et furtum factum in mare, adhuc dicitur factum in viâ publicâ, *Franch. dec. 142.* & *Capiblanco d. cap. 52. n. 12.* Et sicut in Regiis Audienciis contra disrubitorem publicarum viarum proceditur ad modum belli, ita & contra furantes in mari, ut in *Pragmat. 10. §. 48. ver. nelli furti*, & ver. li delitti de off. iud. Immo Reg. Audiencia possunt procedere ad modum belli contra eum qui semel furtum commisit in viâ publicâ *Thor. in cod. rerum iudic. casu 40.* Et quomodo probetur delictum in genere contra disrubitorem in viâ publicâ vide *Thor. in addit. ad Jo. Grand. de bello exulium in predic. pat. quæst. 3. special. 92. ad n. 2.* & in cod. rerum iudicatarum casu 32.

125 Sacrilegii crimen committens punitur etiam poenâ mortis, l. aut facta, §. locus ff. de poenis (& l. sacrilegii ff. ad legem Juliam peculatus) ita delictum testatur. *Sanfel. dec. 243.* nam crimen sacrilegii est majus furto, d. l. aut facta, §. locus, & l. sacrilegii, ff. de poenis, & *Boer. dec. 254. n. 8.* Sed tunc sacrilegus punitur poenâ mortis, quando furatur rem sacram de loco sacro *Peguer. in suis quæst. crim. cap. 14. nu. 16.* nam si furetur rem sacram à non sacro, tunc punitur poenâ extraordinariâ, & surripiens rem non sacram à loco sacro punitur poenâ furti, *Peguer. d. cap. 14. n. 15.*, & seq. Et quidam Presbyter inquisitus de sacrilegio quarundam rerum argentearum fuit

sue Ecclesiæ, & Neapoli venditarum, fuit per quinquennium condemnatus ad remigandum, Ricc. dec. 293. par. 2. Et quidam, qui furatus fuit pixidem, fuit condemnatus ad triremes per decennium, Ricc. dec. 27. par. 3. (Sed quidam, qui fracto tabernaculo surripuit pixidem valoris ducatorum triginta, in qua repositum erat Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, fuit punitus poenâ mortis, ut refert Sanfelice. d. dec. 243. ubi n. 6. dicit, quodd etiam fuit punitus poenâ mortis quidam, qui in Ecclesiâ surripuit patenam argenteam pauci valoris,) Sed de jure Regni sacrilegus punitur poenâ arbitraria, nisi forte manifeste Tempia Dei destructa, vel fracta sint violenter, aut dona, & vasa sacra nocte sublata sint, quia tunc punitur poenâ mortis, Conf. Reg. multæ leges, & sacrilegus de jure Canonico est excommunicatus, cap. attendendum est, 17. qu. 4.

326 Furantes tempore noctis in Civitate Neapolitanâ, et ejus suburbis (vulgo detti quelli, che cappejano) puniuntur poenâ mortis, dato quod res sit minima, et non sit sequutus effectus, sed tantum tentaverint, et isti tales suspenduntur in loco delicti statim absq; processu, si fuerint apprehensi in flagranti crimine, Pragm. 1. de furtis, (et secundum dictam Pragmaticam primam fuisse decisum, testatur Sanfelice. dec. 40. in fine) qui, si sint minores annis duodecim ulque ad annum decimum octavum, pro primâ vice suspenduntur, pro secundâ ipsis amputantur aures, et pro tertiâ suspenduntur Pragm. 2. de furtis, licet minores de jure communi pro furto non puniantur poenâ ordinaria, sed poenâ extraordinaria, Nigris in d. cap. Reg. ad hoc, nu. 100. et delinquens de nocte acrius punitur, quæ qui furatur de die, l. aut facta §. tempus in fine, ff. de poenis, gloss. in l. si ut allegas, C. ad l. Cornel. de Syca. & in l. furem, ff. ad l. Cornel. de Syca. Marf. in rubr. ff. ad l. Cornel. de Syca. num. 12. & Cabal. resol. crim. casu 21. nu. 3. et 4. et casu 97. num. 10. Nam delicta nocte commissa, dicuntur graviora. Marf. conf. 83. nu. 16. & Mascard. de probat. conclus. 1114. num. 14. Et dicitur furtum de nocte commissum ab occasu solis usque ad exorientem solem. Federic. de Senis in conf. 44. Bursat. in conf. 319. vol. 3. Rovit. in Pragm. 1. nu. 3. de furtis. Cotta in suis memorabilibus ver. diem.

(Et dicta Pragmatica prima de furtis, procedit etiam contra externos hujus Regni furantes in Civitate Neapolitanâ de nocte, qui etiam puniuntur poenâ mortis, Rovit. in d. Pragm. 1. n. 2. et decisum refert Franch. dec. 521.

Et magna Curia pro furtis, et recaptis factis in Civitate Neapolitanâ procedit uti delegata appellatione remotâ, Pragm. 1. de deleg. Et est alia Pragm. edita 28. Maij 1648. quæ est Pragm. 26. de exulibus, & vide infra in cap. 10. post nu. 17. quod procedit etiam pro furtis, et recaptis factis in suburbis dictæ Civitatis, Thor. in supplem. decis. ver. Magna Curia fol. 392. Sed d. Pragm. 1. de delegat. non extenditur ad fures externos advenientes Neapolim cum re furatâ extrâ Neapolim, nam contra istos Magna Curia non procedit uti delegata Sanfelice. dec. 41. Thor. in d. supplem. ver. delegatio fol. 155. et ver. fures fol. 244. & Jo. Laganarius ad Rovit.

in Prag. 1. ad num. 36. l. B. ver. hic tamen, ubi de delicto. & vide eundem Thor. in voto 92. nu. 58. & seq. tom. 1.

327 Testes deponentes falsum in causâ civili, et eos instruentes puniuntur poenâ amputationis manus, & exilii in perpetuum Pragm. 3. de falsis, sed reiterantes deinde falsitatem puniuntur poenâ mortis, Pragm. 3. de falsis. Prout idem est in Notario reiterante falsitatem, qui etiam punitur poenâ mortis, Franch. dec. 440. Sed testes committentes semel tantum falsitatem in causâ criminali, tam si deponant falsum pro, quam contra inquisitum puniuntur poenâ mortis, sic etiam et consulentes, et instruentes eos puniuntur quoq; poenâ mortis d. Pragm. 4. de falsis. Thor. in cod. rerum indicatarum casu 29. Quod amplia dato, quod Reus non veniat puniedus poenâ capitali, nam adhuc testis qui deposuit falsum, contra dictum reum punitur poenâ mortis. Rovit. in d. Pragm. 4. nu. 1. de falsis amplia etiam dato quod reus ipse sit liberatus, nam adhuc testes deponentes falsum contra dictum Reum puniuntur poenâ mortis, Guid. Pap. dec. 44. et Rovit. in d. Pragm. 4. num. 1. de falsis, sed de jure communi testis, si deponat falsum in causâ criminali, non tamen capitali, non punitur poenâ mortis, l. 1. in princ. ff. ad l. Cornel. de Syca. et Ricc. col. 2176. ver. quod procedit, ubi dicit, quodd testis deponens falsum in causâ criminali, etiam capitali pro Reo, et contra Filium, non punitur poenâ mortis, sed punitur mitiori poenâ, idem tenent Cab. resol. crim. casu 165. n. 23. cum plurib. seq. Marf. in l. 1. §. præterea, nu. 6. ff. ad l. Cornel. de Syca. [et Grammat. voto 5.] sed in Regno punitur poenâ mortis, ut diximus, (et de jure communi committens falsum in causâ capitali contra Reum punitur poenâ mortis, d. l. 1. §. præterea ff. ad leg. Cornel. de Syca. Cabal. d. casu 165. nu. 4. ubi nu. 7. et seq. dicit, quodd hoc sufficit, si delictum, super quo falsum deposuit, sit capitale tantum, et non publicum, et n. 12. cum plurib. seq. dicit quodd ut ille testis, qui deposuit contra reum in crimine capitali puniatur poenâ mortis, est necesse, ut Reus sit condemnatus, et contra eum sententia sit executio ni demandata Ludovic. dec. lucens. 15. nu. 19. cum plur. seq. quod secus est in Regno nostro, in quo si reus sit liberatus, adhuc testes deponentes falsum contra Reum puniuntur poenâ mortis, ut diximus, sed tu vide. Capyc. Latrum dec. 172. part. 2.) Quod limita, et primò in rustico committente falsum, nam ipse non punitur poenâ ordinaria falsi Rovit. in Pragm. 4. nu. 20. de falsis, sed punitur poenâ extraordinaria, Sempronius Ascia determ. 156. et Novar. ad Pragm. 1. nu. 7. de falsis (nam rusticus excusatur à poenâ falsi, Arnono soliloquio 52. et in cautela 92.) Nisi ipse rusticus sit persona sagax, quia tunc non excusatur à poenâ ordinaria, gloss. in l. Athlete, §. de rusticis, ff. de excusat. tutorum, Surdus decis. 237. num. 12. Secundò limita, si testis commisit falsitatem non in facto principali, sed in circumstantiis negotii, qui tunc non punitur poenâ ordinaria falsi, sed punitur poenâ extraordinaria, Rovit. d. Pragm. 4. num. 21. Grammat. decis. 45. Nigris in cap. Reg. ad perversorum, num. 30. et Trivis. dec. 49. num. 46. lib. 2. Et quando testis non deposuit

fuit falsum in facto principali, nec circa qualitates substantiales, sed circa alia extrinseca, non punitur de falso, sed punitur pœna stellionatus, Marf. consil. 70. num. 11. Clar. d. §. falsum, vers. sed quid si testis. Tertio, limita, nam si quis committat falsum, si ipse nullum emolumentum consequutus sit, non punitur pœna ordinaria falsi, sed punitur pœna extraordinaria. Novarius in Pragm. 4. num. 3. de falsis. Et e contrario si testis sit pecunia corruptus, licet dicat veritatem, tamen punitur de falso, Vivius decif. 171. num. 4. sed quod puniatur pœna extraordinaria falsi, tenet Guazin. ad defensam Reorum def. 14. cap. 8. num. 3. et cap. 12. nu. 2. nam testis non potest recipere munus à producente antè depositionem, secus post depositionem factam, quia tunc potest munus à producente recipere, Marfil. in l. 1. r. num. 5. et 6. ff. ad l. Cornel. de falsis, et in sign. 190. et Trivif. dec. 49. num. 4. lib. 2. Et falsitas statim dicitur probata, ut testis puniri possit de falso, quando est probatum, testem deprecuisse pecunia corruptum, licet non sit probatum, ipsum testem commisisse falsum, Felin. in cap. licet causam nu. 30. vers. secundus casus est extra de testibus, & Rovit. in d. Pragm. 4. n. 3. de falsis, & Novar. in d. prag. 4. num. 5. de falsis, sed Clar. in d. §. falsum, vers. quæro numquid, dicit, quod ad hoc, ut testis dicatur falsus sufficit probare, quod dixit falsum in sua depositione, & non est necesse probare, quod fuit corruptus, ubi vers. seq. dicit quod qui accepit aliquid pro dicenda veritate, punitur pœna extraordinaria; sed si dubitetur eum falsum, vel verum dixisse, & tunc statim, quod probatur aliquid accepisse, potest torqueri super falsitatem, & testis pecunia corruptus, licet dicat veritatem, tamen non probat, l. 1. §. 1. ubi Bar. ff. ad legem Cornel. de falsis, & Vivius de. 171. n. 5. & Guazzin. ad defensam Reorum def. 14. cap. 12. n. 7. Quarto si testis deponat aliquid, quod in se verum sit, sed tamen ipsi sit incognitum, non tenetur vera pœna falsi, sed alia pœna arbitraria punitur, & idem est in eo, qui corrumpit, & inducit dictum testem ad sic deponendum, Cabal. resolut. crim. casu 38. Quinto limita, nam si testis non iuravit non punitur pœna ordinaria falsi, sed punitur pœna extraordinaria, Marant. in suo speculo par. 6. actu 6. num. 21. Guazzinus ad defensam reorum def. 14. cap. 8. n. 4. & Joseph Ludovicus d. dec. lucen. 15. n. 74. & seq. Et quod testis non iuratus deponens falsum non puniatur pœna falsi, tenet Garzia à Toledo in dicto 30. sed quod testis puniatur de falso, dato, quod non iuravit, tenet Ricc. coll. 2176. vers. sed quid si falsum, & Cabal. casu 69. & hæc opinio Riccii, & Cabal. à fortiori potest procedere in causis criminalibus, in quibus deponens falsum tenetur pœna falsi, dato, quod non iuravit, Clar. in d. §. falsum, vers. tu scis, & Trivif. dec. 53. num. 17. lib. 2. ubi num. 15. dicit, quod testis non iuratus, tacens veritatem in criminalibus, tenetur pœna extraordinaria falsi, & non pœna ordinaria. Sexto limita, nam si testis deponat falsum coram actuario, & non coram Iudice, non punitur pœna falsi, Pollær. pract. crim. sub. & si constebatur n. 11.

in tertia parte principali. Septimo limita, nam deponens falsum, si ejus depositio aliter sit nulla, non punitur pœna falsi ordinaria, sed punitur pœna falsi extraordinaria, Novar. qu. forensi 63. tom. 2. sed alii tenent simpliciter, testem deponentem nulliter falsum puniri pœna falsi, ita Arnono soliloquio 44. sed primam opinionem sequuntur Farinacius de testibus. quest. 67. §. 5. n. 219. limitatione 5. & Reg. Sanfel. in dec. 231. num. 8. in fine, Et receptus uti principalis in se, & testis quoad alios deponens falsum in causa criminali punitur pœna extraordinaria, Sanfel. dec. 231. sed punitur de perjurio. Guazzinus ad defensam reorum def. 20. ca. 3. num. 7. ubi post n. 10. dicit quod licet non puniatur tamen quo ad alios potest torqueri. & testis falsus ultra supradictas pœnas, tenetur parti ad interesse, Cabal. resolut. crim. casu 165. n. 27. Riccius coll. 2176. vers. testis crim. & Novarius pract. elect. fori tom. 1. sect. 2. quest. 8. n. 12.

128 Notarius conficiens falsum instrumentum in Regno, punitur pœna mortis, Const. Reg. Judices, Grammat. dec. 27. n. 1. & ita decifum testatur Capyc. dec. 153. Franch. dec. 444., & Riccius coll. 2176. vers. de Notario; Immo conficiens instrumentum falsum, tanquam Notarius, cum verè non sit Notarius, sed habeatur uti talis, adhuc iste talis punitur pœna imposita per statutum contra conficientes falsa instrumenta, Franch. d. dec. 444., & Cabal. resolut. crim. casu 89. Sed quando instrumentum est aliter nullum, & tunc Notarius non punitur pœna falsi, Grammat. d. dec. 27. n. 3. Afflict. dec. 21. num. 12. & Riccius dec. 125. par. 1. prout etiam testis deponens falsum super inquisitionem nullam, non punitur Rov. in d. prag. 4. num. 19. de falsis; sed Notarius pro contractu nullo ex defectu materie potest puniri de falso, Mastrill. dec. 250. in fine. ubi num. 68. dicit quod quando est commissæ falsitas non nociva parti, falsificans punitur pœna extraordinaria falsi, & idem tenet Jul. Clarus in pract. crim. in §. falsum vers. non excusatur.

129 Falsificans fidem Banci, & eam præsentans in Banco ad finem habendi nummos, dato, quod non sequatur numeratio, tamen punitur pœna mortis, Prag. 5. de falsis, & Sanfel. dec. 408. Et omnes authores, & fautores pro falsitate dictæ fidei puniuntur pœna mortis, & depositio principalis, sub cujus nomine est subscripta apoca, seu fides banci, facit plenam probationem, Pragm. 8. de falsis. Quod etiam procedit contra falsificantes, & præsentantes apocas banci, Pragm. 9. de falsis. Procedit etiam contra præsentantes fides veras banci, sed cum retrocessione falsa, nam hi tales etiam puniuntur pœna mortis, Pragm. 10. de falsis, sed omnes supradictæ Pragmaticæ non procedunt in Clericum, Riccius dec. 70. par. 1.

130 Sigillum, vel scripturas Regias falsificantes, licet de jure communi non puniantur pœna mortis, & ejus bona publicantur, Constitut. Reg. qui literas, & C. Reg. ut quæ ab Excellentia, & Afflict. dec. 404. sed est necesse, ut quis falsificet utrumque, scilicet sigillum, & scripturam, d. Const. Reg. qui literas, & Grammat. d. dec. 47.

dec.27.num.9. sic etiam falsificans scripturam, Apostolicam, punitur pœnâ mortis, Affl.d.dec.404. Cabal.d.casu 206.num.3., & Grammat.d.dec.27.num.10. & *quidam qui pluries falsificavit provisiones Regiæ Camera Summaria fuit punitus pœnâ mortis, ut decisum refert Rever. dec.302.secundum ordinem Regent.de Marinis, sed assistens in crimine falsitatis alicujus literæ Regis, & eâ utens non punitur pœnâ mortis. Thor. in cod.rerum judic.alleg.16.*

1. Falsificantes monetam, puniuntur pœnâ mortis, l.1.C.de falsa monetâ, Const.Regni adulterinam, & cap.Regni, ut quæ ab Excellentia, & Farinac. in pract. crim. tit. de crimine lesæ Majestatis quæst.115. à num.8. usque ad n.13. ubi num.18. Cum plurib. seq. dicit, quod pœna falsæ monetæ procedit etiam in fabricante monetam bonæ ligæ, & justî ponderis, & *idem tenent Mascard. de probat. conclus. 1070. n.3., & Rovit. in prag. 1. n. 16. de monetis*, amplia etiam contra tondentes monetâ, nam ipsi quoque puniuntur pœnâ mortis, Grammat. dec.72., & Const. Regni, qui nummos, cap. Regni jam sæpè, & Pragm. 1. de monetis, Mastrill. de indulto cap.27.num.14. citat tex. in l. quicumq; ff. de falsis; sed quod de jure communi tondens, radens, vel aliter minuens, vel tingens, & colorans monetâ, puniatur pœnâ extraordinariâ, dicit Cabal. resolut. crimin. casu 191. sed vide Farinac. d. quæst. 115. num.54., & seq., & quoad tondentes monetam vide eundem Farinac. ibi à num.99. usque ad n.113. qui dicit, istos puniri pœnâ mortis, & *an hoc procedat in tondente monetam majoris ponderis usque ad justum pondus? vide Reg. Rovitum in d. prag. 1. n. 15. de monetis*, amplia etiam contra auxilium præstantes in faciendo falsam monetam, nam isti auxiliares puniuntur pœnâ mortis, Pragm. 2. §.11. de monetis, & de jure communi substat Farinac. d. quæst. 115. n.31. cum duob. seq. unde accommodans domum scienter pro fabricanda falsa moneta punitur eadem pœnâ, qua punitur ipse cudens dictam falsam monetam, d. l.1.C. de falsa moneta, d. prag. 2. d. §.11. de monetis, & Riccius dec.163. par.3. sed uxor præstans auxilium marito in tonsione, & diminutione monetæ, punitur pœnâ extraordinaria, Mastrill. dec.246. Giurba conf.85., & Sanfelice. decis.276. nu.4. amplia etiam contra facientes cugna absque permisso Superioris, nam isti tales puniuntur pœnâ mortis, d. Pragm. 2. §.15. de monetis, & isti puniuntur etiam in modo procedendi, tanquam si essent veri falsi monetarii, Prag.16. de monetis. Quod si reperiatur magna quantitas falsæ monetæ apud aliquem, qui est suspectus de tali crimine, si dictam falsam monetam expendat, punitur etiam pœnâ mortis, si non ostendat, à quo habuit dictam monetam falsam, Const. Reg. adulterinam, cap. Regni, ut quæ ab Excellentia nostra, & ita decisum testatur Fran. dec.401. sed hodie per Pragm. 2. §.1. de monetis, est imposita pœna amissionis monetæ, & uncia- rum aurei centum, quos si quis solvere non possit, punitur pœnâ triennium per triennium, si sit ignobilis, vel relegationis, si sit nobilis, Reg. Rovitus in Prag. 1. n.4. de monetis, & de jure communi vide Clar. pract. crim. §. falsum in fine, vers. expendens, & Cabal. resolut. crim.

199. ubi dicit, quod expendens monetam falsam punitur pœnâ extraordinariâ falsi, si nummi sint alterius materiæ, quam plumbei, vel stanei, aliàs punitur pœnâ ordinaria falsi, quod intellige, si quis scienter illam falsam monetam expendat; secus si ignoranter, quia tunc non punitur, Cabal. d. casu 199. n.6. & 7. & n.25. & quidam Clericus, qui Impendebat falsam monetam, fuit condemnatus ad triremes per quinquennium per Guriam Archiepiscopalem Neapolitanam Riccius dec.343. par.2., & expendens, seu retinens falsam monetam, quæ pœna puniatur, latè scripsit Farinac. d. quæst. 115. à n.114. usque ad n.166. & Merlin. contr. forens. tom.2. cap.26. qui refert fuisse condemnatam quandam mulierem ad domum pœnitentiæ per decemnum, & eo finito ad exilandum à Regno in perpetuum, ex eo, quod ipsa mulier fuit capta cum certâ quantitate pecuniæ diminutæ rasæ, sive incisæ, quam a suo amasio habuit, qui diu hanc exercuit artem, ipsa muliere curam habente expendendi eam, sic etiam expendens parvam quantitatem pecuniæ falsæ, punitur pœnâ extraordinaria, & non pœnâ ordinaria. Novarius in quæst. forensi 37. part.1. sed falsificans, vel tondens monetam alterius Principis, quæ in Regno non expenditur, non punitur pœnâ mortis, secus si expendatur, Franc. dec.440. Cabal. resolut. crim. casu 27. Rovitus in d. Prag. 1. n.14. de monetis, & Farinac. d. quæst. 115. n.75. cum plurib. seq. & n.89. ut in simili, nam monetæ hujus Regni, & monetæ Hispaniæ non possunt fundi in Regno sub pœnâ triennium per triennium. Pragm. 13. §.7. & Pragm. 14. §.12. & 6. de monetis, & licet hoc non habeat locum in monetis alterius Regni, ut dicit Franch. dec.440., & Rovitus in d. Prag. 1. n.11. de monetis, tamen si illa moneta alterius Principis sit recepta in Regno, neque potest fundi. Rovitus in d. Prag. 1. n.11. de monetis: sic etiam tondens monetam, si deinde illam non expendat, non punitur pœnâ mortis, Rovitus in d. Prag. 1. n.12. de monetis (& Farinac. d. quæst. 115. n.93. sic etiam si quis falsificat monetam æneam parvulam, non punitur pœnâ mortis, Mastrill. de indulto cap.27.num.12. Affl. & in Const. Regni adulterinam, & in Const. Regni, qui nummos, Sanfelice. dec.59. Riccius dec.104. post. nu.2. par.1. Cabal. d. casu 199. nu.19., & seq. Novarius in quæst. forensi 37. n.4. cum plur. seq. par.1. Mascard. de probationibus d. conclus. 1070. nu.5. Menoch. de arbitr. jud. casu 316. nu.19. Anna in const. Reg. Si quis aliquem nu.48., & Farinac. d. quæst. 115. n.90. ubi num. seq. dicit, hoc non procedere in Statu Ecclesiastico, in quo pœna ultimi supplicii puniuntur non solum cudentes falsam monetam auream, vel argenteam, sed etiam æneam, ut in statutis Urbis lib.2. cap.44., & *idem tenet Novarius in quæst. forensi 147. nu.9. par.1. in qua refert fuisse laqueos suspensum quemdam, qui cudebat monetam æneam valoris duorum semissium, vulgò dicta de due tornefi, & vide eundem Novarium in prag. 1. n.8. de monetis* Sic etiam, si quis falsificat monetam non animo illam expendendi, sed meretricem eludendi, non punitur pœnâ mortis, Rovit. in d. Pragm. 1. n.13. de monetis; sic etiam si falsa moneta non sit perfecta, puta si non sit impressa imago, tunc

tunc falsificans non punitur pœnâ mortis, sed mitiori, Grammat. dec. 74. Franch. dec. 440. Cabal. d. casu 27. & Nigris in cap. Regni, ut quæ ab Excellentia, n. 10., licet contrarium teneant Novarius in collectaneâ ad Pragm. 1. de abolit. num. 35., & Maltrill. de indulto cap. 27. nu. 17. tu vide Farinac. d. quæst. 115. num. 92. 94. 95., & seq. Et omnes inquisiti de falsa monetâ, tenentur à Regno extractare infra quindecim dies, prag. 4. de monetis, sed hodiè infra sex dies, & includuntur etiam fabricantes cugna falsa, prag. 19. §. 1. & 2. de monetis.

132 Partum supponens punitur pœnâ mortis l. 1. C. de falsis, l. qui falsum, §. 1. ff. de falsis, Affl. in dec. 21. num. 8. & dec. 404. n. 17. in fine, Marf. in l. si mulierem, num. 2. ff. ad leg. Cornel. de Sychar. Boff. pract. crimin. tit. de partu supposito. num. 1. & Peguera dec. crim. 80. num. 8. Sed quodd sit pœna deportationis, dicit Cinus in d. l. 1. n. 2. C. ad leg. Cornel. de falsis, alii verò dicunt, quodd hodiè pœnâ suppositi partus sit exilii sine publicacione bonorum, ita Menoch. de arbit. Jud. casu 306. num. 3. nisi reus sit servus, quia tunc punitur pœna mortis pro partu supposito, Farinac. pract. crim. tit. de falsis, quæst. 150. par. 10. n. 240. cum duob. seq. Et partus suppositus probatur conjecturis, & presumptionibus. Mascard. de probat. in conclus. 1152. n. 2. ubi n. 35. 46., & 48. dicit quodd in hoc crimine admittuntur socii criminis. vide Farinacium in d. quæst. 150. d. par. 10.

133 Arbores alienas incidentes, licet de jure communi puniantur pœnâ arbitrariâ, ut in toto tit. ff. de arborum furtim Cæsarum, & Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis quæst. 20. n. 113. tamen in Regno puniuntur pœna mortis, Const. Reg. super incisionibus, & appellatione arborum veniunt vites, hederæ, & arundines, l. 2. & 3. ff. arborum furtim Cæsarum.

Et adverte, quodd ut d. Const. Reg. super incisionibus locum habeat, est necesse, ut quis incidat plures arbores, ibi Arborum, & quodd sit de nocte, ibi Nocturnis temporibus: Et d. Const. dicit, quodd isti tales capere puniuntur, & supra hoc eodem cap. n. 49. & seq. diximus, quodd lex imponens pœnam capitalem, in dubio non intelligitur de morte naturali, sed de civili, sed Affl. & in d. Const. super incisionibus nu. 1. dicit, quodd isti tales puniuntur pœna mortis.

134 Fornarii non possunt emere farinam intus Civitatem Neapolitanam, neque per triginta milliaria circum circa, sed illam emere tenentur à Regia Dohana, prag. 7. de an nona, & deinde dicti fornarii dictam farinam vendere non possunt, aliàs puniuntur pœna mortis, prag. 2. de pistoris. quod de consuetudine non servatur.

135 Naves, & navigia, quæ veniunt in Civitatem Neapolitanam, non possunt alleviari, & in ipsis praticari, nisi prius sit data facultas ab officialibus sanitatis, aliàs contrafacientes puniuntur pœna mortis, prag. 9. de salubritate aeris.

136 Portantes scalas intus Civitatem Neapolitanam noctis tempore puniuntur pœnâ mortis, prag. 1. de scalis prohibitis, Grammat. dec. 36. Franch. dec. 333. num. 1. Cabal. resolut. crim. casu 97. num. 2. ubi num. 1., & 3. cum plurib. num. seq. dicit, quodd apponens scalam in finestra, vel pariete mulieris causâ castitatis violandæ, punitur pœnâ arbitrariâ, & idem tenet Farinac.

d. quæst. 20. num. 145. & in tit. de pœnis temperandis quæst. 98. num. 89., & seq., & Sperell dec. 137. num. 36. par. 2.

137 Capietes homines per vim, & illos asportantes de loco ad locum causâ extorquendi remissionem; puniuntur pœnâ mortis, prag. 1. de capient. homines per vim, quæ hodiè est 2. de exulib. latè Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de remissionibus partium cap. 2. Et in statu Ecclesiastico extorquens pacem per vim, & metum, incurrit in pœnam criminis læsæ Majestatis, Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 59. num. 51. Et dicta pax est nulla, ut dicam infra cap. 24. n. 56. Immo hodiè obtinentes remissionem scienter per vim per interpositam personam, puniuntur pœna mortis tam ipsi obtinentes, quam illi, qui procurant facere dictas remissiones, ut in Pragmatica 25. de exulibus tom. 2. 1647. quæ Pragmatica fuit ampliata etiam non obtenta dicta remissione, sed tantum si per vim fuit actum haberi dictam remissionem, ut in Pragmatica 27. de exulibus tom. 2. Sed supradictas Pragmaticas intelligo procedere, quando quis procurat per vim habere remissionem de delicto gravi, secus si de delicto levi, quia tunc talis procurans non punitur pœnâ mortis, sed aliâ pœnâ mitiori punitur, cum de minimis non curet Prætor, & faciunt dicta per nos in praxi torquendi reos cap. 12. à n. 14. usque ad 31. quibus ego addidi multa, & ibi etiam multos numeros addidi. scilicet 32. usque ad num. 49., & si remissio sit procurata per vim, & metum pro delicto gravi, metus debet esse talis, qui cadat in constantem virum, ut procurans remissionem per vim puniatur pœna mortis, nam si sit parvus metus, puto, neque istum talem puniri pœna mortis, arg. l. metum, §. 1. & leg. seq. ff. de eo, quod metus causa, & cap. ad audientiam, & cap. cum dilectus, de iis, quæ vi metusque causa fiunt, nam vani timoris nulla est extimatio l. si quis ab alio ff. de rejudicata, & l. vani. ff. de regulis juris. Sed metus debet esse talis, qui possit cadere in constantem virum, d. l. metum, & d. cap. ad audientiam, & d. cap. cum dilectus, & l. interpositus cod. de transact. Sed minor metus terret mulierem, quam virum. gloss. in cap. cum locum de sponsalibus, & Revert. in dec. 321. post n. 2. Et iustus metus in muliere dicitur, qui cadere potest in constantem mulierem. Boerius in dec. 100. num. 2., & Mantica de conject. vultim. volum. lib. 2. tit. 7. nu. 6. & 7., & remittitur in arbitrium Judicis, qui dicatur iustus metus. l. 3. ff. ex quibus causis majores. Glossa in d. cap. cum dilectus, in ver. metum mortis, & Judex ad hoc arbitrandum, considerare debet qualitatem metus, qualitatem personæ inferentis metum, & persona contra quem est illatus metus, & locum, ubi est factus metus, & tunc dicitur extorta remissio per vim, & metum, quando timore, minis vel inconcussois precibus superiorum est facta remissio. Novarius in prag. 2. n. 4. de exulib., & Carreb. in sing. 31.

Et in omnibus narratis casibus, in quibus est imposita pœna mortis naturalis, potest contra Reum absentem in ejus contumaciam procedi ad sententiam forjudicationis, ut diximus supra in princ. hujus cap.

138 Sed quæritur, quid si quis sit forjudicatus pro

pro aliquo de li & o, & contra eum sit exequuta sententia forjudicationis, si postea appareat per alium fuisse commissum dictum delictum, an ipse verus delinquens possit forjudicari? & dicas quodd sic, faciunt dicta per Marf. in l. i. n. 14. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis per Cabal. resolut. crim. casu 37., & per Guazzin. ad defensionem reorum defens. 2. cap. 8. num. 15. ubi num. 16. dicit, quodd sententia contumacialis lata contra unum, non nocet alteri.

139 Queritur etiam, quid si quis vulnerat aliquem armis prohibitis, & antequam vulneratus moriatur, vulnerans sit citatus ad informandum tantum, nam non poterat citari ad capitula, dum ex ipso vulnere imponitur poena amputationis manus per Const. Reg. si quis aliquem, an sequuta morte vulnerati ex ipso vulnere, ipse vulnerans possit citari ad capitula, & forjudicari? & dicas quodd sic, precedente tamen informatione de morte inde sequuta, secus si ipse vulnerans esset in fortis Curie, & esset condemnatus ad dictam penam amputationis manus, & sententia esset executioni demandata, nam si deinde sequatur mors vulnerati ex ipso vulnere, vulnerans non punitur pena mortis, Martil. in pract. crim. §. sequitur, num. 21., & in tract. de bannitis ver. absoluti num. 4. Franchis decis. 324., & Monachus dec. lucen. 15., & faciunt dicta per Nigris in cap. Reg. ad hoc, num. 71., & vulnerans aliquem lathaliter si sit captus, non debet ad mortem condemnari, nisi sequuta morte vulnerati, Boer. decis. 323. num. 6., & Riccius in coll. 1905.

140 Queritur etiam, quid si per aliquod statutum sit imposita pena mortis, vel pecuniaria alternativè ad arbitrium Principis, an in hoc casu possit procedi ad sententiam forjudicationis contra Reum absentem in ejus contumaciam? & dicas, quod non, nisi reus sit carceratus, & compilato processu, sit per Principem declarata pena mortis, quia tunc si postea Reus aufugiat, potest forjudicari, Campana de forjudicat. resolut. 16. post num. 4.

141 Ultimo queritur an in casibus, in quibus quis potest forjudicari Judex contra forjudicandum, procedere possit ex officio? Et Jul. Clarus in pract. crim. §. final. quæst. 11. num. 1., dicit quod potest procedi ex officio in casibus permissis tam contra reum presentem, quam contra reum absentem, & potest procedere ex officio, quando ex delicto venit imponenda pena mortis naturalis, vel civilis, vel membri mutilationis, ut in ritu 311., & in cap. Regni ut delatas, cum duobus seq. Sed quando pro delicto venit imponenda pena mortis naturalis quis potest forjudicari, ut dictum est supra in hoc eodem cap. n. 1. cum pluribus seq. ergo quis potest forjudicari in ejus contumaciam, tam si procedatur per accusationem, quam ex officio, ut expresse probatur in cap. Regni 155. in princ., & licet regulariter nemo puniri possit sine accusatore. l. rescripto. §. si quis ff. de muneribus, & honoribus, quod etiam est de jure divino. Joannes cap. 8. ibi Mulier ubi sunt, qui se accusant. & dicunt de Nigris in cap. Regni. Item quod prædicti Justitarii. n. 1., & Ciarlinus controvers. forent. lib. 2. cap. 65. n. 1., & 2. tamen in omnibus criminibus

vel proceditur ex officio in casibus permissis, vel ad instantiam partis. Jul. Clar. in d. §. finali, qu. 2. n. 1. & licet de jure accusatio, & inquisitio non possint simul cumulari, & accusatio faciat cessare inquisitionem, tamen de consuetudine possunt simul cumulari, & accusatio non facit cessare inquisitionem. Jul. Clar. in d. quæst. 3. à nu. 4. usque ad finem. Et quando Judex procedit ex officio in casu permissio, succedit indocum accusatoris. Jul. Clar. in d. §. finali. quæst. 42. ver. quidquid. & licet quando proceditur per inquisitionem, reus non possit condemnari pena ordinaria inducitur à lege pro illo crimine, pro quo agitur ex officio, sed mitiori pena puniri debeat. cap. inquisitionis. de accusat., & dicunt Maranta in suo speculo par. 4. diffin. 10. Novarius de gravam. vassallorum tom. 2. gravam. 113. Tiraguellus de panis temperandis, causa 53., tamen hoc in praxi non servari testatur. Jul. Clar. in d. §. finali. quæst. 60. vers. potest etiam allegari, vel dicas supradictam conclusionem procedere de jure canonico, secus de jure civili, quo jure etiam si per viam inquisitionis procedatur, impertitur pena ordinaria. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 30. num. 5. Menoch. de arbitr. Judic. casu 594. Farinac. in pract. crim. tit. de reo confesso. quæst. 81. num. 2. in fine, & Laganarius ad Reg. Rovit. in prag. 1. ver. at rursus, cum ver. seq. de falsis.

S U M M A R I U M.

- 1 Delictum in genere probari debet, ut quis possit forjudicari, & late de delicto in genere agitur. ibid.
- 2 Indicia ad torturam precedere debent & sufficiunt, ut quis possit forjudicari, & quid in Statu Ecclesiastico? num. 4. sed in duobus casibus requiruntur plenaria probationes, ut quis possit forjudicari, n. 3., & 105.
- 3 Citari quis non potest ad informandum pro delicto, pro quo procedi debet absque tortura, quando non adsunt plenaria probationes, sed citari debet ad deponendum.
- 4 Sententia forjudicationis est nulla, & non est exequenda, quando est lata non precedentibus indiciis ad torturam.
- 5 Testes curie non debent repeti, parte audita, antequam proferatur sententia forjudicationis, quod amplius, ut ibid.
- 6 Indicia ad torturam non sunt à lege diffinita, sed omne in arbitrio Judicis remissum est.
- 7 Testis unus de visu, si sit omni exceptione major, facit indicium ad torturam contra delinquentem, & num. 10. sed ad probandum actum remotum, vel proximum maleficium, requiruntur duo testes, ut faciat indicium ad torturam contra inquisitum, n. 11.
- 8 Fuga delinquentis post delictum sequutum, an & quando faciat indicium ad torturam contra ipsum fugientem? usq; ad n. 17.
- 9 Comparens spontè, & ponens se carceratum, demonstrat habere indicium innocentie, & debet sub fidejussoribus relaxari, dato, quod simus in delictis gravibus.
- 10 Torqueri possunt omnes existentes in domo, in qua quis fuit repertus occisus, si omnes ipsi sint mala fama, & vita, & non constat de occisore,

- cisore, & nu. 30., & dominus domus potest torqueri, si quis reperiatur occisus prope dictam domum, duobus concurrentibus, ut ibi num. 18. sic etiam potest torqueri, qui solus reperitur in loco commissi delicti, ibid., & nu. 19.
21. *Afferens se prius invenisse occisum, an contra eum faciat indicium ad torturam?*
22. *Delatio armorum facit indicium ad torturam contra deferentem arma, & idem est contra fugientem cum armis, si ibi reperiatur vulneratus, vel si penes ipsum reperiatur arma sanguinolenta ibid.*
23. *Aufugiens prope locum delicti tempore delicti potest torqueri, nisi sponte compareat.*
24. *Præparans arma si deinde sequatur homicidium, potest torqueri.*
25. *Corrumpens testes potest torqueri pro causa principali.*
26. *Testi dicenti falsum testimonium tulisse, & fuisse corruptum à producente, non creditur, & talis confessio non facit indicium ad torturam contra producentem.*
27. *Testes duo instrumentarii deponentes, instrumentum non fuisse confectum coram eis, faciunt indicium ad torturam tantum contra Notarium.*
28. *Falsitas probatur conjecturis, & præsumptionibus, & est difficilis probationis, & probatur per testes inhabiles.*
29. *Comparatio literarum facit indicium ad torturam, si reus sit mala fama, & solitus committere falsitates.*
30. *Receptans malefactorem post delictum, an possit ex hoc torqueri?*
31. *Allocutio secreta cum delinquente facta ante delictum, an faciat indicium ad torturam?*
32. *Judex ex sua conscientia tantum, non præcedentibus aliis indiciis, non potest reum torquere.*
33. *Taciturnitas facit indicium ad torturam contra tacentem.*
34. *Vacillatio, & trepidatio, an faciant indicium ad torturam contra vacillantem, & trepidantem.*
35. *Fama publica an faciat indicium ad torturam? & n. 26., & 27.*
38. *Inimicitia an faciat indicium ad torturam, & quomodo istud indicium impugnari possit? n. 40. usque ad n. 42.*
39. *Inimicitia quando dicatur capitalis, vel non capitalis ad arbitrium Judicis remittitur.*
42. *Mina an faciant indicium ad torturam contra minantem?*
44. *Testis minans velle deponere falsum, si deposuit, & aliter non constat de falso, non potest torqueri super falsitatem, sed tantum dictum ipsum non probat.*
45. *Contumacia facit indicium ad torturam contra ipsum contumacem, limita si ipse contumax sponte compareat, n. 46. limita etiam si contumacia sit contracta coram Judice laico contra Clericum, num. 48. limita etiam, ut n. 49.*
50. *Confessio extrajudicialis de delicto facit indicium ad torturam contra consistentem, amplia etiam si sit revocata non docto de errore, num. 51. sed debet esse specialis, & non generalis, ut faciat indicium ad torturam, num. 52., & debet probari per duos testes, alios non facit indicium ad torturam d. num. 50. & 53.*
54. *Confessio delicti facta coram Judice incompetenti facit indicium ad torturam adversus consistentem coram Judice competenti, amplia dato, quod sit revocata non docto de errore, n. 56. limita, nisi talis confessio coram Judice incompetenti facta sit extorta per vim, & metum n. 55. limita etiam si cum ipsa confessione non concurrant alia indicia, & adminicula, n. 57. & quid si confessio sit facta coram Actuario absente Judice n. 58. & quid si sit facta coram Judice, sed non Curia sedente n. 59.*
60. *Testes dicentes, audivisse à consistente in actu confessionis, tale crimen commississe, non faciunt indicium ad torturam, quod si penes aliquem reperiatur carta, in qua ipse scripsit peccata sua, propter hoc non potest puniri. ibid.*
61. *Arma alicujus reperta prope cadaver occisi faciunt indicium contra dominum dictorum armorum, & quomodo elidatur hoc indicium ibid.*
62. *Res furtiva si reperiatur penes aliquem, an contra eum faciat indicium ad torturam?*
63. *Conversans in aliqua domo, ubi fuit factum furtum, si ipse sit mala fama, & vita potest torqueri, & idem est contra famulum aufugientem absque licentia domini. ibidem, & idem est contra eum, qui visus fuit exire à domo furata, num. 64., & an idem sit contra dominum scale reperta in loco furti, & an forma pedis reperta in loco furti faciat indicium ad torturam, & an pro furto facto in cauponâ domestici possint torqueri? ibidem d. num. 64.*
65. *Confessio occisi non facit indicium ad torturam contra nominatum ab ipso occiso.*
66. *Occisus si dicat non fuisse occisum à Titio, si contra Titium adsint indicia ad torturam ipse Titius non potest torqueri, nisi adsint plenarie probationes, quia tunc potest puniri.*
67. *Confessio extrajudicialis accusatoris sufficit ad absolvendum reum.*
68. *Socii criminis dictum non facit indicium ad torturam contra consocium criminis, & ideo si quis sit forjudicatus ex dicto socii, sententia forjudicationis executioni non demandatur. n. 69. sed in criminibus exceptis dictum socii facit indicium ad torturam contra consocium. n. 70. & 71. sed plura concurrere debent, n. 72. 74., & 75., & quid si socius criminis sit alter inhabilis, an ejus dictum faciat indicium contra consocium in criminibus exceptis n. 72.*
76. *Dictum mandatarii, an faciat indicium ad torturam contra mandantem?*
77. *Dictum pueri stuprati, an faciat indicium ad torturam contra stuprantem?*
78. *Dormire cum puero, an faciat indicium contra dormientem in crimine sodomia?*
79. *Mulierem asserenti, se stupratam fuisse ab aliquo, an credatur, & an ex hoc dicto nominatus possit torqueri?*
80. *Socii criminis si deponant contra consocium faciunt indicium ad torturam contra ipsum nominatum, sed non sufficiunt ad condemnandum.*

- dum ipsum confocium nominatum, limita in pluribus casibus à num. 81. usque ad n. 85.
- 86 Obiicere volens contra testem, quia est socius criminis, quomodo dicere debeat?
- 87 Visus cum armis propè locum delicti potest torqueri.
- 88 Conversatio sola cum malis hominibus non facit indicium ad torturam contra conversantem.
- 89 Pax, & transactio procurata per reum ab offenso, an faciant indicium contra ipsum reum? & n. 90.
- 91 Sanguis si profluat à vulneribus occisi, tempore, quo suspectus accedit ad ejus cadaver, facit indicium contra ipsum suspectum.
- 92 Falsa moneta si reperiantur penès aliquam, an contra eam faciant indicium ad torturam? & quæ probationes requirantur, ut quis possit condemnari in crimine falsa monete? num. 93. & quæ probationes faciant indicium ad torturam in dicto crimine; vide post n. 93. & 94.
- 95 Testes domestici faciunt indicium ad torturam tantum, secus si sit unus testis domesticus.
- 96 Indicia ad torturam debent esse luce clariora in sua specie indiciorum, & debent esse probabilia, & verisimilia, & non debent esse æquivoca, & in dubio judicandum est, indicia non esse sufficientia ad torturam n. 97.
- 98 Indicia legitima etiam requiruntur ad torquendum reum in delictis occultis.
- 99 Testibus deponentibus de nocte vidisse occisorem, non creditur, nisi dicant, quod lucebat Luna.
- 100 Testis si dicat cognovisse delinquentem sua voci facit indicium ad torturam contra ipsum delinquentem.
- 101 Indicia remota plura esse debent, ut reus possit torqueri.
- 102 Indicia plura imperfecta, quorum unum quodque deperse non facit indicium ad torturam, an conjugantur ad faciendum indicium perfectum ad torturam?
- 103 Pœna ordinaria, nunquam imponitur ex præsumptionibus.
- 106 Probationes, quæ requirantur, ut possit declarari, quem incidisse in aliquam excommunicationem?
- 107 Indicia, quæ requirantur, ut quis possit torqueri in crimine veneni.

CAP. IV.

Quæ probationes requirantur,
ut quis possit forjudicari.

Contra aliquem procedi non potest, nisi prius constet de delicto in genere, l. i. §. item illud, ff. ad Senat. Conf. Syllan. Boss. præct. crim. tit. de delicto, n. i. Blanch. præct. crim. in princ. vers. mortuo homine nu. i. Cabal. resol. crim. casu 255. num. i. Guazzin. ad defensionem Reorum def. 4. cap. i. num. i., & per totum, Clar. præct. crim. §. fin. quæst. 4. in princ. Farinac. præct. crim. tit. de inquisitione quæst. 2.

nu. i., & per totum, & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de corpore delicti, cap. i. num. i., ubi num. 8. hoc ampliat etiam si procedatur ex delegatione, ex abrupto, vel ad modum belli, & idem tenet Guazzin. in d. def. 4. cap. i. num. 2. Et non potest deveniri ad condemnationem, sed Reus debet absolvi, non confitendo de corpore delicti, Farinac. d. tit. de inquisitione quæst. i. nu. 5. cum duob. seq., & Danza d. cap. i. num. 12., & non confitendo de delicto in genere, omne quod fit, dicitur nullum, Guazzin. in d. def. 4. cap. i. nu. 5.; & de Marinis quotid. resol. lib. i. cap. 22. num. 9., unde si sit lata sententia condemnationis, ipsa est nulla, non confitendo de corpore delicti, Guazzin. d. def. 4. d. cap. i. nu. 18., & cap. 2. num. 4., & sententia ipsa non convalidatur, dato, quod deinde constet de corpore delicti, Guazzin. d. cap. i. num. 21. Boe. dec. 259. Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 66. num. 9. & de Angelis ad Follet. rub. capiat informationem num. 12., & idem, ut Reus absens in ejus contumaciam possit forjudicari de aliquo gravi delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, ante omnia debet constare de delicto in genere, aliàs non potest deveniri ad sententiam forjudicationis, Campana de forjud. resolut. i. post num. 2. Chartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 141., & seq., & Ambrosi. de process. infor. lib. 5. cap. i. num. 22., & est ratio, nam non confitendo de delicto in genere, quis non potest citari, Danza ad cap. 2. num. 12., & Guazzin. d. def. 4. cap. i. num. 13. ergo si non potest citari, non potest reputari contumax, & consequenter non potest forjudicari, est & alia ratio, nam si confitens occidisse hominem, si aliter de homine occiso non appareat, non possit ex tali confessione condemnari, Boss. præct. crim. tit. de delicto, num. 15. Chartar. d. c. fin. num. 9. Blanch. ubi supra num. 2. Danza d. cap. i. nu. 10. & seq. Follet. præct. crim. in tertiâ parte principali, rubr., & si constebuntur, num. 34. Arnono cautela 8. Guazzin. d. def. 4. cap. 2. num. 11. in fine, Farinac. præct. crim. tit. de inquisitione quæst. 2. num. 7. Mascard. de probat. conclus. 354. per totum, & Cabal. d. casu 255. num. 2., ubi n. 3. dicit, idem esse in legitime convicto, & non potest deveniri ad examen Rei non confitendo de corpore delicti, Danza d. cap. i. n. 12., & Guazzin. d. def. 4. d. cap. i. num. 14., ubi dicit, quod si Reus sit examinatus non confitendo de corpore delicti, & fateatur delictum, talis confessio tibi non præjudicat, nam corpus delicti non potest probari per confessionem rei, sed aliunde constare debet, Guazzin. in discept. crim. lib. i. discept. 95. num. 5., & 6. Grammat. in dec. 48. nu. 4., & Guazzin. d. def. 4. cap. 3. per totum, ubi cap. 6. nu. 14. dicit, quod non dicitur constare de corpore deflorationis per solam confessionem puellæ asserentis, se fuisse stupratam ab aliquo, Guazzin. in cons. 2. num. 2. post suas discept. crim. lib. i. Prout non dicitur constare de corpore delicti si puer confiteatur se fuisse subagratum ab aliquo. Guazzin. in discept. crim. lib. i. discept. 25. n. 41., & in cons. 2. num. 71. post discept. lib. i. Sed confitens occidisse hominem, & eum projecisse in mari, potest condemnari pœnâ ordinariâ, licet aliter non constet de delicto in genere, Salernitanus de. 12. Pascal. de viribus

ribus patrie potest. par. 3. c. 1. in fine in ult. impressione, & Thor. in compend. dec. tom. 2. ver. confessio, fol. 98., & Farinac. d. quæst. 2. nu. 10. sed hoc procedit quando cum ipsa confessione concurrunt alia adminicula circa corpus delicti, puta si fuit repertus sanguis propè littora maris, vel si fuerunt repertæ res occisi super occisorem, ita Bosl. d. tit. de delicto, num. 15. de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. capiat informationem, n. 10. Cabal. d. casu 255. Guazzin. ad defensionem reorum def. 4. cap. 3. num. 10., & seq., & Farinac. d. quæst. 2. num. 10. *vel si ultra d. confessionem concurrat fama, occisum esse mortuum.* Marfilis in l. 1. post num. 2. & n. 32. ff. de quæstionibus, & in conf. 40., & Follerius in d. rub., & si confitebuntur num. 34. Et consitens plura furta secisse, si non constat de delicto in genere, ex ista confessione non potest condemnari, Foller. d. rub., & si confitebuntur d. n. 34. Guazzin. d. def. 4. cap. 3. num. 7., & Grammat. in dec. 48. num. 4. & consitens fabricasse falsam monetam, non potest puniri, si falsa moneta non reperiatur, & non constat de delicto in genere. Cefalus in conf. 230. num. 11. lib. 2. Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione. quæst. 2. num. 22., & Pascal. de viri. pat. pot. part. 3. cap. 1. post num. 72. Ergo si ex vera confessione quis condemnari non potest, non confitito de delicto in genere, ut diximus à fortiori non potest condemnari ex confessione ficta resultante ex contumacia ipsius rei, ita arguit Chartar. d. cap. fin. d. n. 141., & seq. & sicut defictus corporis delicti non potest suppleri per veram confessionem rei, ita neque per fictam, Sperell. dec. 137. num. 23. par. 2. Farinac. in dec. civil. 665. tom. 1., & Thor. in voto 97. num. 4. tom. 2. nam ex ficta confessione resultante ex contumacia Rei non potest sequi condemnatio, nisi constet de delicto in genere etiam si adsit statutum, quodd. contumax habeatur pro confesso, Guazz. d. def. 4. cap. 3. num. 12., & def. 32. cap. 2. post num. 1., & neque contra absentem potest deveniri ad sententiam condemnatoriam, non confitito de delicto in genere, etiam stante statuto, ut contumax habeatur pro confesso, Foller. pract. crim. in 4. par. 3. part. rub., & si confitebuntur, num. 15., & Guazzin. d. def. 4. d. cap. 1. nu. 19. Et sententia lata contra absentem in ejus contumaciam, non confitito de corpore delicti, est nulla, Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. q. 2. post num. 7. vers. amplia, & Danza d. cap. 1. n. 10. Unde si quis sit forjudicatus pro homicidio certi hominis, qui existit vivus, forjudicatio non tenet, Chartar. d. cap. fin. num. 41., & Rovit. in rub. de sentent. forjud. num. 9. facit tex. in l. inde Neratius §. fin., & l. seq., & l. qui stygium, ff. ad leg. falcid. ubi habetur, quodd. si quis confessus sit occidisse servum, qui servus si non sit occisus, hæc confessio non præjudicat confitenti, Farinac. quæst. 81. num. 24., & Pascal. in d. par. 3. d. cap. 1. num. 60. nam quando apparet de innocentia Rei, annihilatur ejus confessio, quam fecit de delicto, Marf. in l. 1. §. fin. ff. de quæst. Chart. d. cap. fin. post num. 40., & Farinac. pract. crim. tit. de reo confesso, & convicto qu. 81. cap. 1. num. 25., & ideo condemnatio exequi non debet, quando judici constat de innocentia rei confitentis condemnati. l. 1. §. si quis ultro, ff. de quæstionibus. Grammaticus in voto 7. num. 2.

& Mascard. de probat. conclus. 353. num. 26., & vide infra in cap. 14. n. 23.

Et licet aliqui teneant, quodd. contra forasfictos non requiratur delictum in genere, quia isti solent abscondere cadavera, eiiciendo in flumine, vel in mari, ut tenent. Cassonius in tract. de tormentis cap. 2. num. 4. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. spec. 62. num. 2., & in spec. 92. num. 2., & Muscatel. pract. crim. in proemio, num. 52. tamen veritas est in contrarium, & sic, quodd. etiam contra forasfictos requiratur delictum in genere, ita Guazzin. d. def. 4. cap. 4. post num. 5. Pascal. d. p. 2. d. cap. 1. num. 72. Farinac. d. quæst. 2. num. 11., & Angelis ad Foller. d. rub. capiat informationem, post num. 10. qui in specie reiiciunt opinionem, Grand. ubi sup.

Sed si quis fuit visus cum aliqua persona, quæ deinde non reperiatur, & per spatium temporis non apparuerit si concurrat fama, ut ipsa sit mortua, dicitur probatum delictum in genere, Ballis in tract. var. lib. 2. quæst. 9. num. 4., & seq., & Sanfel. dec. 28. ubi num. 4. dicit, quodd. si medici testantur anum adolescentis provectæ ætatis esse capacem priapi absque fractura, & quodd. ex hoc non apparent signa, in hoc casu esse probatum delictum in genere in crimine nefando concurrentibus aliis indiciis sufficientibus ad torturam nam etiam in crimine nefando, est necesse ut probetur delictum in genere. Muscatell. in pract. crim. tit. de adulterio. num. 8. 27., & seq. & Guazzin. ad defensionem reorum def. 4. cap. 6. nu. 12., & 13. licet contrarium teneat Bajardus ad Clarum in §. Sodomia num. 12.

Sed delictum in genere non dicitur probatum si ictus scopiæ non aliter sit consumatus, sed tantum ignis succensus sit in focone, & ideo talis, qui traxit dictum ictum fuit liberatus, sed per pragmat. 5. de ict. scopi. puniatur assistens licet à principali delinquente delictum non fuit consummatum. Marin. quotid. resolut. tom. 1. cap. 323. in fine in ultima impressione, & Thor. in suppl. dec. vers. delictum, fol. 156., & dicam infra cap. 10. post n. 5.

Et ultra probationem corporis delicti in genere, requiritur etiam, ut sint probata indicia sufficientia ad torturam, ut possit deveniri ad sententiam forjudicationis, ita Clar. pract. crim. §. fin. qu. 44. vers. quæro numquid, Affin. in Conf. Reg. pœnam eorum, num. 47. Natta conf. 594. n. 14. vol. 3. Ambrosinus de processu informativo lib. 5. cap. 1. num. 2., & 5. Rovit. rubr. de sent. forjud. num. 36. Maranta conf. 110. num. 7. Giurba conf. 83. num. 4. Angelis ad Gizzarell. dec. 12. in fine, Novar. dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 18. num. 3., & seq. Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimos casus est, num. 21. fol. mihi 15. Surtierez. pract. quæst. cap. 76. lib. 1. Vivi. dec. 349. Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. qu. 11. post num. 16. vers. à quibus. Campana de forjud. resol. 15. n. 1. cum duob. seq. Capyc. Latro de 161. num. 13. cum plur. seq. de Virgiliis in tract. de legitimat. persona. cap. 33. num. 2., & 3., & Mastrill. in dec. 249. Rosa resolut. crim. fol. mihi 91. num. 4., & Cardinalis de Luca Miscell. disc. 19. num. 14. qui Scialojam meum Avunculum allegat. sed Capol. conf. 40. num. 28., & seq. dicit, quodd. licet delictum non probetur contra accusatum,

factum, vel inquisitum contumacem, tamen devenitur ad sententiam condemnatoriam, dummodo de ejus innocentia clarè non appareat, Capol. sequitur Cabal. resol. crim. casu 256. in fine, ubi num. 1. antea dixit, quod statutum communiter vigens per Italiam, ut imputatus de maleficio contumax existens habeatur pro confesso, & convicto, & condemnatur in pœnam criminis, tale statutum intelligitur, dummodo constet legitime de delicto, sine quo nec imputatio, nec condemnatio sequi potest, & contumax, licet ex forma statuti debeat haberi pro confesso, tamen, ut valeat condemnatio de delicto contra accusatum, debet ultra contumaciam constare de delicto, aliàs non valet bannum, nec condemnatio, Foller. pract. crim. in 4. par. 3. par. rub., & si confitebuntur num. 15., & num. 25. in fine, & Marf. pract. crim. §. postquam, num. 48. cum plur. seq., & Gravetta in conf. 941. num. 26. vol. 5., & per contumaciam tantum, vera delicti pena, imponi non potest, ut ita decisum testantur Chacher. in dec. 105., & Novarius in rub. prag. contumacibus. num. 11. Unde ex sola contumacia quis non potest forjudicari. Chartar. de execut. sent. cap. 1. post num. 5. Mastrill. dec. 296. num. 20. Angelis ad Foller. rub. forjudicentur, num. 9., & Arnono soliloquio 9. Sed debet constare de delicto, aliàs non potest forjudicari, Arnono soliloquio 7., & 14., & alii citati per Farinac. d. quæst. 11. num. 16. vers. Immo & est ratio, nam nemo condemnari potest, nisi sit testibus legitime convictus, vel ore proprio confessus, l. qui sententiam, C. de pœnis, Chartar. de execut. sent. cap. 1. num. 437. Cabal. resol. crim. casu 200. num. 110., & casu 288. num. 2. Farinac. pract. crim. tit. de reo confesso, & convicto, quod 1. num. 1. Et ut quis condemnari possit, requiruntur duo, vel tres testes. cap. novit ille, de iudiciis. cap. licet, & cap. in omni negotio, de testibus. l. ubi numerus. ff. de testibus, & in l. i. iurandi. ubi DD. Cod. eod. tit. de testibus, & legitur in Evangelio Matthæi cap. 18. Mascard. de probat. in pref. quæst. 5. post num. 117. & Farinac. de testibus. quæst. 63. cap. 5. per totam, & Fisco vel accusatore non probante delictum, reus absolvi debet. l. qui accusare. ubi glossa. Cod. de edendo. Mascardus in d. prefat. quæst. 9. num. 52., & quod 17. num. 1., & in conclus. 36. per totam. Farinac. in frag. par. 1. vers. accusatore. a num. 26. usque ad num. 32. Giannius in disceptat. crim. lib. 2. post consilia. num. 54. & Capicius Latro in dec. 75. post num. 4. Sed quia in Regno Reus perseverans in contumacia per annum habetur pro confesso, per Const. Reg. pœnam eorum, sed habitus pro confesso vigore alicujus statuti potest condemnari propter istam fictam confessionem, & quemadmodum valet sententia lata ex expressa confessione, ita quoque valet lata ex ficta confessione, Chartar. d. cap. 1. num. 44. ubi num. 48. dicit, quod ficta confessio dicitur liquidissima probatio, & idem tenet Foller. in d. rub., & si confitebuntur, num. 28. licet ipse Foller. ibi num. 38. dicat, quod ficta confessio non probat verè delictum, & idem teneat Chartar. d. cap. 1. num. 425. tamen ex ficta confessione potest deveniri ad sententiam diffinitivam condemnatoriam, Chartar. d. cap. 1. num. 226. cum plur. seq., & licet Afflict. in d. Const. Reg. pœnam eorum, num. 20. in

antiqua impressione, & num. 47. in nova dicat, quod sufficit tantum contumacia, & non requiritur alia probatio, ut quis possit forjudicari, tamen veritas est, quod requiruntur indicia ad torturam ultra contumaciam, ut quis possit forjudicari, ut diximus. Sed validum est statutum disponens, ut ex sola contumacia, aliter non confitendo de crimine, possit quis ad mortem damnari, Chartar. d. cap. 1. num. 27. & Afflictus in Const. Regni. pœnam eorum post num. 13. in ultima impressione. aliàs, si non adsit tale statutum, contumacia sola loco probationum non succedit, ut bannum sequi possit, & sententia valeat, Chartar. de execut. sent. cap. fin. num. 24. Et quod contumax possit condemnari absque plenis probationibus, & de facto non servari, ut conflet de delicto in specie, dummodo præcedant legitima indicia, tenet Chartar. d. cap. fin. num. 137., & seq. & n. 142.

3 Sed quando quis committit delictum, propter quod possit statim forjudicari, vel si committat delictum, propter quod post citationem elapsis quatuor diebus dicatur forjudicatus; prout est in crimine recaptus, ut dicam infra cap. 10. num. 17. in hoc casu requiruntur plenariæ probationes, ut Reus possit forjudicari, ita Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 52. num. 15., & Angelis ad Foller. rub. forjudicentur num. 2. aliàs si non adsit plenariæ probationes, inquisitus non potest citari cum breviatione dierum quatuor, ita Novar. dec. Regiæ Audientia Apulæ 80. & in collec. super Prag. 10. num. 4. de exul. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sent. forjud. cap. 4. a num. 9. usque ad num. 18., & cap. 5. num. 14. & cap. 7. num. 15., & Campana de forjud. cap. 8. num. 3. 10. & 11. sed d. Pragm. 10. in princ. de exul. dicit, quod ad fundandam citationem cum breviatione dierum quatuor sufficiunt indicia, quæ requiruntur, ut quis possit citari in aliis delictis sed in ceteris delictis requiritur indicia ad torturam, ut quis possit citari ad informandum, Pragm. 27. §. 1. de offic. Magistri iustit. Riccius dec. 102. par. 2. Jul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 20. vers. ad formandam in princ. & vide infra hoc eodem cap. n. 5. in fine. Viscont. ad Praef. de Franch. dec. 329. ergo opinio Capibl. & aliorum non videtur tuta, sed Novar. in d. collec. super d. Pragm. 10. num. 4. de exul. respondet ad d. Prag. 10. de exul., & dicit, illam non servari, & fuisse editam tempore, quo erat multitudo bannitorum. At vide Campanam ubi supra. Et dum contra incedentes per Campanam ultra decem dies in comitiva bannitorum, & simul cum incesso delicta committentes, & publicam quietem turbantes sit imposita pœna forjudicationis ipsos facti ut dicitur infra in cap. 10. num. 15., ut hoc locum habeat, est necesse, ut ipsi sint plenariè convicti de dicto incesso per Campanam. Sed quo ad ipsa delicta simul cum incesso commissa sufficit si sint probata per indicia sufficientia ad torturam, dicit Campana in d. resol. 8. a num. 1. usque ad n. 4.

Et in Statu Ecclesiastico per Const. Pii Quinti. non potest procedi ad sententiam condemnatoriam contra Reum absentem, nisi præcedant legitima indicia ad inquirendum, Facchineus contr. jur. lib. 9. cap. 40. & Farinac. d. quæst. 11. post num. 16. vers. prima tamen aliàs si sit lata dicta sententia, non præcedentibus dictis iudiciis, ipsa

ipsa non est exequenda, Chartar. de exec. sent. cap. 1. n. post num. 22. 29. & 58. cum plur. seq. nu. 66. cum plur. seq. & num. 81. cum plu. seq. ubi à num. 95. usque ad num. 133. disputat, an capto bannio, ipse debeat citari, & eo audito debeat discuti, si præcedant legitima indicia ad inquirendum, vel sufficiat, ut Judex ex ipso per inspectionem processus se informet, de quo dic, ut per eum ibi. *Sed in Regno Galliarum ut Absens possit condemnari in ejus contumaciam est necesse ut plenarie sit convictus de delicto.* Boerius in dec. 63. nu. 8. & 9.

5 Sed quando sumus in delictis, in quibus procedit debeat absque tortura, & tunc, ut quis possit citari ad informandum, requiruntur probationes plenarie ad condemnandum, alias debet citari ad deponendum, Vivius dec. 121. num. 3. Prout etiam, quando sumus in delictis, in quibus proceditur cum tortura, si non adsit indicia sufficientia ad torturam, Reus citatur ad deponendum, Genuens. pract. Archiep. Neap. cap. 33. post num. 4. Et effecto contumace in citatione ad deponendum, Reus citatur deinde ad informandum, & ita practicatur, Laganar. ad Rovit. in prag. 37. ver. annotare nu. 12. de off. Magist. Just. & quando sumus in delictis, in quibus potest inferri tortura, ut reus citari possit ad informandum, & ad personaliter comparandum, est necesse, ut adlint indicia ad torturam contra citandum, Arnono sing. 75. Mauson. de contraband. quæst. 11. nu. 16. *Giazius in discept. crim. lib. 2. discept. 9. num. 468., & discept. 22. nu. 36., & dictum est supra hoc eodem cap. num. 3. circa finem, & in praxi torquendi Reos cap. 2. nu. 11., & quando fit citatio contra aliquem, ubi non constat de delicto, vel ubi procedi non potest, citatus dicitur gravatus.* Follerius in pract. crim. canonica cap. 9. num. 43.

6 Quod si non adlint indicia ad torturam, & sit processus ad sententiam foriudicationis, sententia est nulla, & non est executioni demandanda, Chartar. de execut. sent. in præfatione, num. 114. & Farinac. pract. crim. tit. de Inquisit. quæst. 11. num. 16. & 78. nam quando quis citatur non præcedentibus indicis, citatio, & contumacia est nulla, Viscont. ad Præsid. de Conch. dec. 329. *Rovitus in prag. 37. num. 3. de offic. Magistri Justit. Riccius in dec. 103. post num. 6. part. 2., & Novarius in dec. 55. num. 6., & probationes in criminalibus sunt de substantia iudicii, & ideo sine probationibus sententia dicitur nulla,* Chartar. de execut. sent. cap. fin. nu. 23. *Guazzin. ad def. reor. def. 35. cap. 4. nu. 2., & Mascard. de probat. in præfat. quæst. 1. post num. 10. ubi nu. 13. dicit, quod probatio est anima processus, immo sententia est ipso jure nulla si Judex in sententia dicat. Condamno Talem stantibus probationibus, si deinde probationes non apparent in processu.* Mascard. in conclus. 35. nu. 5., & *sententia lata absque probationibus est nulla ipso jure.* Mascard. in conclus. 1302. nu. 41.

7 Sed quaeritur, an, ut possit deveniri ad sententiam foriudicationis, sit necesse, ut testes examinati ad informationem curiæ repetantur, ipso Reo citato? & videtur dicendum, quod sic, nam licet curia possit in criminalibus recipere testes, parte non citatâ ad informationem ipsius curiæ, ut deinde procedere possit ad capturam, vel ad

citationem inquisiti, Farinac. pract. crim. tit. de opposit. contrâ examen testium, quæst. 72. cap. 2. num. 134., & seq. Grammat. conf. crim. 15. nu. 2., & *Mascard. de probat. conclus. 1372. num. 6.* tamen non potest deinde procedere contra Reum ad torturam, vel ad condemnationem, nisi repetitis testibus, parte citatâ, Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 11. ver. item quaero, & quæst. 45. vers. cæterum, & Cabal. resol. crim. casu 269. num. 4. cum plur. seq. nam testificata non tenent, si testes sint recepti parte non citatâ, l. fin. ubi DD. C. de testibus, cap. 2. de testib., & est tex. de jure Reg. in ritu 143. 145. & 147. Rovit. in Pragm. 9. num. 17. de ord. Jud. Trivis. dec. 53. num. 7. lib. 2., & *Mascard. de probat. conclus. 682., & in d. conclus. 1372. num. 1.* Et testes recepti parte non citatâ, etiam si essent mille, tamen non probant, & neque faciunt indicium ad torturam, Riccius collect. 2145. & dec. 52. num. 1. & 2. part. 4. Grammat. voto 30. num. 7. & seq., & *Mascard. in dict. conclus. 1372. num. 2.* Immo etiam in causis, in quibus proceditur ad modum belli, & ex delegatione, testes debent repeti citatâ parte, non obstante quovis stylo, & consuetudine in contrarium, Pragm. 10. §. 51. de offic. Jud. Merlin. contr. forens. cap. 42. in fin. centur. 1., & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de testium repet. cap. 5. per totum contrâ Grandem de bello exulum in prædicamento pati quæst. 3. spec. 90. in fine, & licet de jure communi possit induci per consuetudinem, ut testes probent in criminalibus etiam si sint recepti parte non citatâ, ut tenet Cabal. resolut. crim. casu 269. tamen secus est in Regno per d. prag. 10. §. 51., & si de jure communi aliqui dicant, repetitionem testium posse tolli per consuetudinem, ut dicunt Cabal. ubi supra, & Riccius dec. 134. nu. 8. part. 4. tamen contrarium jure fundatur, & talis consuetudo non est servanda, Riccius dec. 139. num. 43. part. 4. *Guazzin. d. def. 24. cap. 9. num. 15., & Danza d. tit. de testium repet. cap. 1. num. 10. cum duob. seq.* Immo Princeps non potest statuere, ut credatur testibus receptis non auditâ parte, Riccius dec. 149. num. 2. part. 2., & in dec. 52. num. 3. & dec. 294. num. 5. part. 4., & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de testium repet. cap. 1. nu. 7. Et repetitio testium citatâ parte est facienda in causis criminalibus, dato quod testes examinati essent omni exceptione majores, Riccius dec. 294. num. 19. vers. in multis par. 4. Nisi Reus det testes curiæ pro repetitis, quia tunc non repetuntur, d. Prag. 10. §. 51. nam quando testes curiæ dantur pro repetitis per Reum, habetur æquè, ac si per Judicem repetitio facta fuisset parte citatâ, Capyc. dec. 47. Sed datis testibus pro repetitis, potest reus re integrâ suum consensum revocare, & petere, ut testes repetantur, Guazzin. ad defensam reorum defens. 24. cap. 6. num. 10. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de testium repetitione, cap. 3. num. 9. Riccius decis. 204. part. 3. Bajard. ad Clarum §. fin. quæst. 45. num. 27. Sanfelice. dec. 259., & Farinac. d. quæst. 72. cap. 2. num. 156. ubi num. 149. dicit, quod testes, quos reus habuit pro ritè, & rectè examinatis, probant contrâ ipsum, etiam si sint recepti non citato ipso reo. Sed omnia supradicta procedunt, quando Reus citatus comparuit, secus si non comparuit, & sit effectus contumax; quia tunc potest in contumaciam con-

condemnari, non repetitis testibus curiæ, parte citatâ, Clar. ubi supra Cabal. resol. crim. casu 269. num. 22., & Farinac. d. quæst. 72. cap. 2. num. 100. cum plurib. seq., & Mascard. de probat. conclus. 497. num. 12., & ita in Regno nostro practatur, in quo per Const. Regni pœnam eorum, foriudicatus habetur pro confesso, sed in Regno, quando Reus est confessus potest ex confessione damnari non repetitis testibus ipso Reo citato, ut in d. Pragm. 10. §. 51., & est de jure communi, Riccius d. nu. 19. d. vers. in multis, & Guazzin. ad defensam reorum def. 9. cap. 16., & def. 24. cap. 6. num. 14., & def. 25. cap. 1. num. 29. Et quando pendente contumaciâ Rei, testes decedunt, in hoc casu testes habentur pro repetitis, d. Pragm. 10. §. 83., Danza d. tit. de testium repetitione, cap. 4. nu. 14., & seq., & Bajard. ad Clarum §. fin. quæ. 45. num. 23. Ergo datur intelligi, quod quando proceditur in contumaciam contra Reum, testes repeti non debent, ita in specie tenent Chartar. de execut. sent. cap. fin. nu. 175., Merlin. d. cap. 42. Danza d. tit. de testium repetitione cap. 2. num. 15. & Guazzin. d. def. 24. cap. 9. num. 14. Immo si lēta sententiâ foriudicationis, foriudicatus sit ex gratiâ Principis admissus ad novas defensiones, adhuc testes curiæ non repetuntur citato ipso Reo, sed ipsi testes probant, ut dicam infra cap. 25. nu. 37. sic etiam testes contra assassinum possunt recipi etiam lite non contestatâ, & parte non citatâ, & probant Cabal. de omni genere homicidii, num. 525. & Merlinus contr. forent. lib. 1. cap. 40. num. 5., & quod in crimine læsæ Majestatis, & assassinii testes probent, dato, quod non sint repetiti parte citatâ, tenent Danza d. tit. cap. 2. num. 25., & seq. Bajard. ad Clarum §. fin. quæst. 45. num. 19. Poller. pract. crim. in tertia parte tertiæ par. rubr. & si constabuntur num. 43., & seq. Grammat. conf. crim. 40. num. 8. Capyc. dec. 155., & Riccius dec. 294. num. 19. vers. in multis, par. 4. Sed contrarium tenent Farinac. d. quæst. 72. cap. 2. à num. 120. usque ad num. 224., & Guazzin. ad def. reorum def. 24. cap. 9. num. 7. & 17. Sed de jure Regni Castella, ut procedi possit ad condemnationem contra reum absentem in ejus contumaciâ, est necesse, ut testes Curia repetantur. Carleval. de judiciis tom. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. post num. 753.

Et licet si testes sint examinati per Notarium, & non in præsentiam Judicis non probent, & propter eorum depositiones Reus non possit condemnari, vel torqueri, Clem. 1. ubi glos. de offic. deleg. Poller. pract. crim. in 3. part. 3. partis rub. & si constabuntur, num. 47. Marf. pract. crim. §. nunc videndum, nu. 30., & §. postquam nu. 18., & in l. 1. num. 10. ff. de quæstionibus. Garzia à Toletto in dicto 324., & Guazzin. ad defensam reorum defens. 1. cap. 6. num. 2. ubi num. 3. licet dicat, quod si Notarius asserat in examine de mandato Judicis examinasse, ipsi credatur, tamen veritas est, quod si Notarius examinet testes, & dicat eos examinasse de mandato Judicis, si non constat de mandato in scriptis non creditur ipsi Notario, & successivè receptio testium est invalida, ut decisum refert Aff. dec. 317., & idem Guazzin. sibi contrarius in def. 22. cap. 27. num. 2., & faciunt dicta per Curiam in ritu 144. post num. 3., & Thor. in compend. decif. tom.

1. ver. assertio, fol. 58. Et tamen si testes sint recepti per Actuarium, & non in præsentia Judicis, si ex dictis testibus sit processum ad sententiam foriudicationis, sententia valet, Menoch. conf. 100. à num. 43. usque ad nu. 57. Sed Fiscus non potest capere informationes criminales, sed eas capere debet Officialis, & ejus Actuarius, verum Fiscus potest intervenire, si vult, Prag. 4. §. 2. de offic. Magistri Justit. Guazzin. ad defensam reorum, defens. 14. cap. 1. num. 3. quod si Fiscus procedat ad receptionem testium, examen est nullum, Guazzin. in d. tract. ad defensam reorum def. 1. cap. 6. num. 1., & informationes possunt tantum capi ab actuariis, vel scribis ordinariis, & non ab aliis, prag. 19. §. 15. de off. Mag. Just. Et depositiones testium in criminalibus debent subscribi ab ipsis actuariis vel scribis ordinariis, prag. 12. §. 12. de officialibus, & idem disponitur per prag. editam die 22. Septembris 1654. Sed scribæ, qui scribunt depositiones testium in materia criminali debent excedere annum decimum octavum, Prag. 37. §. 11. de offic. Magist. Just.

8 Sed videamus, quæ sint istæ probationes, quæ faciunt indicium ad torturam, & dicas, quod licet indicia ad torturam non sint à lege diffinita, & omne in arbitrium Judicis relinquatur, Neap. in cap. Reg. ab illo inchoandum, num. 39. Marf. pract. crim. §. diligenter, nu. 24. Grammat. conf. crimin. 14. num. 6. Boss. pract. crim. tit. de indiciis, nu. 30. Clar. pract. crim. §. fin. q. 64. ver. dixi quoque, Guazz. ad defens. reorum def. 30. cap. 4. num. 10. Cabal. resol. crimin. casu 200. nu. 143., Mascard. de probat. conclus. 1291. num. 17. Revert. dec. 43. Tamen, ut Reus possit poni ad torturam, est necesse, ut indicia sint talia, ut sola confessio delinquentis deesse videatur, l. 1. vers. ut sola confessio. ff. de quæst. Guazzin. d. cap. 4. nu. 3. vers. quæ indicia, & Farinac. pract. crim. tit. de indiciis, & torturâ quæst. 37. num. 3. cum pluribus seq. ubi dicit, quod dicta indicia debent esse verisimilia, probabilia, non levia, aut perfuntoria, sed gravia, & urgentia, certa, & clara, & dicam infra hoc eodem cap. num. 96., & Farinac. d. quæst. 37. à nu. 192. usque ad finem, dicit, quod licet sit in arbitrium Judicis, quæ indicia sint sufficientia ad ponendum reum in torturâ, tamen arbitrium debet esse regulatum secundum jus, & æquitatem. Et multa indicia à Doctoribus connumerantur, & nos hic non nulla ponemus, ut Judex sciat, quando ad sint indicia ad torturam, ut possit devenire ad sententiam foriudicationis contra Reum absentem in ejus contumaciam. Et ideo.

9 Unus testis de visu facit indicium ad torturam, glos. in l. si quis, C. ad legem Jul. Majest., & est tex. de jure Reg. in rit. 41. Riccius coll. 133. Carrer. pract. crim. tit. de indiciis vers. quæ autem sint, num. 2. fol. mibi 47., & Farinac. d. quæst. 37. num. 54. Quod intellige, si testis de visu sit omni exceptione major, Bartol. in l. 1. §. item Cornelio, & l. maritus ff. de quæst., Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 22. vers. unum, Guazzin. ad defensam reorum def. 30. cap. 30. num. 2. Carrerius d. vers. quæ autem sint, num. 3. Boss. d. tit. de indiciis. num. 10., & tit. de inquisit. num. 65., & Riccius dec. 268. part. 2. ubi num. 2. dicit, quod si

testis non sit omni exceptione major, dato, quod deponat cum tortura, adhuc non facit indicium ad torturam contra reum; idem tenent Carrer. d. ver. quæ autem sint, num. 5., & Farinac. dict. quæst. 37. num. 59. Et Ricc. d. dec. 268. num. 3. dicit, hoc etiam procedere in crimine læsæ Majestatis, & idem tenent Boss. d. tit. de iudiciis, nu. 11. Guazzin. d. cap. 30. post num. 2., & Farinac. d. quæst. 37. nu. 60., & idem est in crimine hæresis, in quo unus testis de visu non sufficit ad ponendum reum in tortura, nisi sit omni exceptione major. Farinacius de Hæresi. quæst. 185. §. 8. num. 129., & 131. ubi nu. 132. dicit quod contra hominem bonæ famæ unus testis de visu in crimine hæresis non facit indicium ad torturam, nisi alia concurrant. Et quod unus testis de visu si non sit omni exceptione major, non faciat indicium ad torturam, tenent Peguer. in suis quæst. crim. cap. 17. nu. 1. Clar. §. fin. quæst. 21. ver. unus testis, Grammat. conf. crim. 1. nu. 1. Farinac. d. quæst. 37. num. 56. cum plurib. seq., & Gomez var. resolut. lib. 3. cap. 13. nu. 7., & faciunt dicta per Mascard. de probat. conclus. 895. nu. 5., & 6. Giazzium in disput. crim. lib. 1. disput. 2. à num. 149. usque ad finem, & Afflictum in const. Regni. humanitate. num. 17. Hinc est, quod dictum pupilli non facit indicium ad torturam, nisi factum aliter haberi non possit, Marf. pract. crim. §. diligenter, nu. 80. & seq. Et de jure communi in causis arduis, & criminalibus Judex debet esse præsens examinationi. §. hac omnia. Authent. de testibus, & authent. apud eloquentissimum. Cod. de fide instrumenti. Covarruvias var. resol. lib. 2. cap. 13. num. 10., & Mascard. de probat. conclus. 1099. nu. 11. in fine, & ubi est præsumptio de suspicionem testium, potest Judex mandare, ut testes veniant ad deponendum coram eo, Novarius in dec. 121. Et sufficit, ut Judex faciat jurare testes coram ipso, & non requiritur ejus interventus donec recipiantur eorum dicta per actuarium, verum debet illos interrogare super circumstantiis negotii, & deinde remittere eos ad actuarium, ut eorum depositiones extendat. Rovit. in prag. 15. num. 2. de offic. S. R. C. Et in criminalibus possunt recipi testes die feriato, & in eodem die potest eis deferre juramentum. Burgus de modo procedendi ex abrupto. quæst. 25. nu. 16., & Guazzin. ad defensionem reorum defent. 14. cap. 9. nu. 2. ubi nu. 1., & 2. dicit quod in civilibus si testes sint examinati die feriato, non probant, nisi jurassent die non feriato, & deponant die feriato, quia tunc probant. Guid. Papa dec. 125., & Lanfranc. in cap. quoniam contra de probat. cap. 8. nu. 12., & seq. Et de jure Regni est textus expressus in ritu 143. in fine in ritu 148., & 150.

10 Quod si unus testis deponat de ipso maleficio, & non sit omni exceptione major, si concurrant aliâ adminicula, facit indicium ad torturam, Boss. d. tit. de iudiciis, nu. 14. sic etiam si sint testes de visu, & de famâ publicâ, & testes de visu repulserunt, sed illi, qui de famâ publicâ deponunt non repulserunt, in hoc casu Reus potest torqueri, Thor. in Cod. rerum judic. casu 59., & Grammat. conf. crim. 1. num. 6., & dec. 11. nu. 11., & dec. 34. nu. 54. nam testes, qui reprobantur, ut licet non probant, tamen faciunt indicium ad torturam, Grammat. dec. 11. nu. 9., & 10., & dec. 34. nu. 51., & Riccius collect. 210. ver. secundum

do nota, & testes inhabiles, licet non probant, tamen faciunt indicium ad torturam, Cardinalis de Luca miscellan. eccles. discurs. 19. num. 13., Bertazzol. in conf. 474. num. 2., & Trivis. dec. 53. num. 13. lib. 2. nisi testes repulserunt ex capite inimicitie, quia tunc neque faciunt indicium ad torturam contra reum inculpatum, ita Nigris in cap. Reg. vulgaris num. 32. cum seq., & num. 40. cum duob. seq. ubi num. 46. dicit quod si duo testes sint domestici, & alter inimicus non faciunt indicium ad torturam; Et ut unus testis de visu si sit omni exceptione major, faciat indicium ad torturam, vultra ejus dictum, debent concurrere alia adminicula. Marf. in l. p. §. idem Cornelio nu. 1. ff. de quæstionib., & in pract. crim. §. diligenter. num. 5. Giazzius in d. disput. 2. num. 156. 186., & 187., & in discept. 15. num. 8. discept. 21. nu. 6., & 14. discept. 22. num. 21. discept. 35. num. 13., & 4., & discept. 192. num. 54. cum trib. seq., & Grammat. dec. 28. num. 24., & in dec. 34. nu. 31. dicit quod M. C. V. ad depositionem unius testis etiam non omni exceptione majoris, potest reum torquere.

11 Sed ad probandum aliquem actum remotum, vel proximum maleficio non sufficit unus testis, sed duo requiruntur, ut faciant indicium ad torturam Clar. d. §. fin. quæst. 22. ver. visum est, Boss. d. tit. de iudiciis num. 5. & 18. Guazzin. d. def. 30. cap. 31. Farin. d. quæst. 37. num. 13., & seq., & nu. 40. cum duob. seq. Cabal. ref. crim. casu 200. nu. 129., Mascard. in d. conclus. 895. nu. 1. 2., & 4. in conclus. 1229. num. 40., & 41., & concl. 1291. nu. 32., & Marf. in l. de minore. §. plurimum. n. 90., & 45. ff. de quæstionibus, & hoc procedit etiam in crimine assassinii, vel læsæ Majestatis, Farinac. d. quæst. 37. num. 14. 17., & 30. & Guazzinus d. def. 30. cap. 31. num. 2. verf., & hoc est verum, ubi num. 3. dicit, quod isti duo testes deponentes de actu remoto, vel proximo maleficio, debent esse contestes de loco, tempore, & causa, ubi ver. & etiam, dicit ipse Guazzin., quod debent esse omni exceptione majores, & idem tenent Farinac. d. quæst. 37. à num. 18. usque ad num. 29. Boss. d. tit. de iudiciis, num. 15. Gomez dict. cap. 13. post num. 18. Giazzius in d. discept. 2. à n. 22. usque ad nu. 29., & Mascard. in d. conclus. 895. num. 3. ubi num. 13. hoc limitat quando dicitur indicium est probatum per plures testes, quia tunc testes non debent esse, omni exceptione majores.

12 Fuga delinquentis post delictum sequutum facit indicium ad torturam contra ipsum fugientem, Cynus in l. divus, ff. de custod. reor. Jas. in l. admonendi, nu. 158. ff. de jurejur. Foller. pract. crim. rubr. item, quod sororem venenavit nu. 10. Hippol. de Marf. pract. crim. §. diligenter, num. 41. Borrell. conf. 45. nu. 6., & latè Carrer. pract. crim. tit. de iudiciis, & torturæ. verf. tertium, fol. mihi 52. Farinac. d. tit. de iudiciis, & tortura quæst. 48. à num. 3. usque ad num. 20. Danza tom. 3. tit. de iudiciis cap. 3. à num. 15. usque ad finem, & Mascard. de probat. conclus. 499. num. 14., & conclus. 819. per totam. Quod intellige si fuga præcedat inquisitionem, seu informationem, Marf. singul. 114., & sing. 497., & Boss. d. tit. de iudiciis, num. 49., & Mascard. in d. conclus. 819. num. 15. aliàs si quis fugiat, & se absintet post captam informationem, talis fuga non est sufficiens ad

tortura m, Bar.in l.1.ff.de bonis eorum, qui ante sent.m.o rtem sibi consciverunt, Borrel.d.confil. 145. nu m.42. Blanc.de quæst. num.181. Ripa in l.admon endi, num.168.Riccius coll.2120. verſ, quinto nota, Tartag.praet.crim.cap.17.num.9. Farinac. d.tit.de indiciis, & torturâ d. quæst.48. num.27.cum plurib.seq. Danza d.cap.3. nu.26., *Revert.in dec.44.num.5., & ibi de Marinis.nu. 4., & in dec.257., & Clar. d. quæst.21. ver. fuga circa med. ubi dicit, hoc procedere in causis capitalibus, nam in non capitalibus, si cum fugâ concurrat fama publica semper facit indicium ad torturam, si vè sit ante, si vè post accusationem, & idem tenet Farinac.d.quæst.48.nu.22., & Mascard. in d.conclus.819. nu.8., & 18. Sed in capitalibus causis, quando fuga sequitur post accusationem, nunquam facit indicium ad torturam, citat de Amicis conf.37.num.5., & conf. 121.num.3., & idem tenet in conf.7. ver.primo, quod licet, ubi ver.seculo, quod si vè simus, dicit, quod quando reus fugit propter inimicitiam post commissum aliquod delictum, si vè simus in delictis capitalibus, si vè in non capitalibus, si fugit propter inimicitiam, & timorem partis adverse, ne ab ea offendantur, si vè occidatur, tunc talis fuga non facit indicium ad torturam, & idem tenet Farinac. d. quæst.48. num.36. ubi nu. 47. dicit, quod fuga non facit indicium contra fugientem, si ipse fugit propter iudicis sævitiam vel si ipse iudex particulariter minatus sit de illum maletrattando, & idem tenet Mascard. in d.conclus.819. num. 27. Immo plus dicit ipse de Amicis dict. conf.7. quod fuga nullam præsumptionem facit, quando aliqua iusta causa pro eâ potest opinari, citat Cynum in leg. in bonæ fidei quæst.5. C.de rebus creditis, ponens exemplum in scholare committente delictum in Civitate Studii, & aufugiente ad suam Patriam, nam præsumitur, quod ivit causâ videndi amicos, & parentes, & idem tenet Mascard. in d. conclus. 819.num.11., & 12. Immo si quis habeat suspicionem, quod contra eum inquiritur, si post istam suspicionem aufugiat, fuga non facit indicium ad torturam, Farinac. dict. quæst.48.n.28., Mascard. in d.conclus.819. nu.16., & Peguer. in quæst.crim.cap.17.post num.32. ubi dicit, secus si cum fugâ concurrant al. quæ suspensiones, quia tunc fuga facit indicium ad torturam, dato, quod sit facta post accusationem, quod intellige, quando adminicula, & indicia ultra fugam sint plura, & de se urgentia, & gravia. aliâs secus, ita Farinac. d. quæst.48.num.34., & seq., & num. 35. dicit ipse Peguer. ibi, quod quando fuga potest colorari, non facit indicium ad torturam, puta si aufugiens probavit, se absentasse causâ negotiandi, vel quia timebat mortem, vel aliter, & num.36. subdit quod si non potest probari ista coloratio, statim juramento aufugientis, citat Cynum in l. fin. C. de requirendis reis, & Marf. in praet.crim. §.diligenter, num.42. sed tu vide Farinac. d. quæst.48. a num.27. usque ad nu.47.*

13 Sed quando cum fugâ, facta post inquisitionem concurrat contumacia rei, tunc fuga facit indicium ad torturam, Peguer. d. cap. 17. num. 37. Clarus §.fin. quæst.64., & Farinac. dict. quæst.48. num. 10., & ita decisum testatur Mastrill. dec. 296.num.7.

14 Sic etiam quando cum fugâ concurrat fama

publica, fuga facit indicium ad torturam, & si quis autem, coll.9. Auth. de Sanctis Episc. §.li verò, collect.5. Auth. de exhib. Reis, Bart. in l. fin. C. de quæst. Peguer. d. cap.17. num.20., Farinac. dict. tit. de indiciis, & torturâ quæst.47.num.19., & Mascard. de probat. conclus.754.num.10., aliâs sola absentatio delinquentis post delictum non facit indicium ad torturam contra absentem. Giazzius in discept. crim. lib.1. discept. 115.num. 1., & 7.

15 Immo fuga unius socii criminis facit indicium ad torturam contra alium consocium criminis carceratum, ita Grammat.conf.crim.14.num.4. conf.17.num.19., & in dec.11. nu.14., & in dec. 42.num.13., & Mascard. in d.conclus.819.nu.5. ubi num. 6. & 30. contrariam assert opinionem, & hanc contrariam opinionem tenet Giazzius in discept. crim. lib.1. discep. 155.nu.22. cum tribus seq. Sed tu vide Farinac. d. quæst.48. nu.21. cum plurib.seq. ubi num.59. dicit, quod fuga probari debet per duos testes contelles, & num.58. dicit, quod fuga tunc facit indicium ad torturam, quando est adminiculata cum aliqua alia conjectura, vel indicio.

16 Sed advertas, quod indicium, quod resultat ex fuga inquisiti, purgatur per spontaneam comparitionem ipsius inquisiti, Riccius decif. 174. par.4. Mastrill. dec.296. Novarius dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 64. de Amicis conf.7. ver. tertio quia, & conf.85.num.8. Borrell.conf.45. nu.49., Farinac. d. quæst.48. a num.48. usque ad num.55. Danza d. cap.3. num.34. Clar. §.fin. d. q.21. ver. fuga in fin., Mascard. de probat. conclus.1336.num. 3., & Giazzius in d. discept. 115. num.3., & discept. 155. num.28.29., & 47.

17 Et quis persistens in sua libertate, si sponte ponat se carceratum, magnam demonstrat innocentiam, & per spontaneam comparitionem demonstrat habere indicium innocentie pro se Capol.conf.31. Marf. praet.crim. §.diligenter, nu. 204. Grammat.conf.crim.6. nu.4. Farinac. d. quæst.48.num.51, Mascard. in d.conclus.1336. num.1., & Carrerius praet.crim. tit. de indiciis, ver. vilo igitur, nu.25. fol. mihi 69. ubi nu.26. dicit, quod sponte comparens, etiam si pro crimine, pro quo inquiritur, veniat imponenda pœna corporis afflictiva, relaxari debet fidejussoribus, citat Afflict. in Const. Reg. humanitate, & in Const. Reg. Clementiæ, & Grammat.conf.29. & 61., & idem tenet Mascard. in d.conclus.1336.nu.4. & Rovit. in prag.1. nu.20. de falsis, & dictum est in praet. torquendi Reos cap.5. num.16. Et quis præsumitur innocens, si citatus compareat, & semper in iudicio sui copiam faciat, se defendendo ab imputationibus, Cabal. resol. crim. casu 288. nu.46. cum duob. num. seq., & Farinac. d. quæst.48. nu. 52., & licet animus deliberatus ad occidendum præsumatur in eo, qui post homicidium citatus non comparet, & in contumaciam permittit se condemnari, Capol. d. conf.31. num. 3. tamen non præsumitur in eo, qui sponte se constituit, & præsentat in carceribus, Farinac. praet. crim. tit. de homicidio quæst.126. num.206. cum duob. seq.

18 Occisus si quis reperiatur in aliquâ domo, ubi erant plures malæ famæ, & vita, omnes possunt torqueri, aliâs si unus tantum sit malæ famæ, & tunc ipse solus torquetur, quando non constat de

- de occifore; Farinac. præf. crim. tit. de pœnis temperandis quæft. 96. nu. 82. & 91. Boff. d. tit. de iudiciis, nu. 50. ubi num. feq. dicit, quod fi quis reperiatur occifus propè domum alicujus, contra dominum domus facit indicium ad torturam, fi dominus domus fit malæ famæ, & vitæ, & concurrat aliquod aliud adminiculum; idem tenet, Cabal. refol. crim. cafu 230. num. 34. & 50. Tartag. præf. crim. cap. 11. num. 23. Puteo de Sindic. ver. tortus, cap. 3. num. 14. Carrer. præf. crim. d. tit. de iudiciis, ver. decimum tertium, num. 1. cum plurib. feq. fol. mihi 60. à tergo, Farinac. præf. crim. tit. de iudiciis, & tortura quæft. 52. à nu. 120. ufq. ad num. 126., & *Giazzius in difcept. crim. lib. 1. difcept. 128. per totam, & difcept. 163. ubi in difcept. 152. dicit quod habitans in aliqua domo, ubi fuit repertus aliquis occifus; fi habitans fit bonæ famæ, & vitæ, non potest torqueri, fi non conftat de occifore.*
- 19 Sic etiam, fi quis reperiatur in loco delicti, & ubi quis jacet occifus, contra ipfum inventum eft indicium ad torturam, Bartol. in l. fur manifestus, ff. de furtis, Vivius dec. 282. num. 24., & Farinac. d. quæft. 52. num. 133. ubi num. 137. dicit hoc procedere, alio indicio concurrente, & dicitur indicium proximum, & propinquum, Bart. in l. fin. ff. de quæftion. Blanc. de quæft. num. 295., Foller. præf. crim. rub. dentur capitula, quod suffocavit uxorem, nu. 12. Immo fi quis fit inventus propè locum delicti, contra eum eft indicium ad torturam, Puteo de indicat. ver. tortura lo primo cap. 2. num. 1., & Farinac. d. quæft. 52. nu. 134. cum duob. feq. ubi num. 130. cum plurib. feq. dubitat, an fit indicium ad torturam, quando quis vifus fuit pertransire in loco delicti antè delictum.
- 20 Et quando aliquis reperitur occifus in aliqua domo, ubi plures funt homines, & nescitur, à quo fuit occifus, poffunt omnes torqueri inchoando ab eis, qui funt malæ famæ, conditionis, & vitæ. Gramat. conf. crim. 5. nu. 2., & feq., & Carrer. d. ver. decimum tertium, num. 6. 12., & 14. Prout etiam torqueri debent omnes homicidio intervenientes, ubi ignoratur, qui lethale vulnus intulit, fed priùs torqueri debet ille, qui eft malæ vitæ, conditionis, & famæ, Cabal. refol. crim. cafu 192. num. 13. fed fi plures fuerunt in rixa, & occiderunt aliquem, & nescitur quis fit occifor, ille potest torqueri, qui aliàs fuit homicida, non obftante incertitudine, Arnono commentatorio 25.
- Sic etiam, quando quis reperitur occifus intus aliquam domum, contra dominum domus hoc facit indicium ad torturam, fi dominus domus fit malæ famæ, & vitæ, vel fi statim non denunciaverit homicidium curiæ, vel fi ille mortuus domi repertus non potuit verifimiliter ab alio occidi, quàm à domino domus, vel fi concurrat aliqua alia præfumptio, ita Farinac. d. quæft. 52. à num. 98. ufque ad num. 116. ubi num. 117. dicit, quod fi probetur, dominum domus non adfuiffe in domo tempore homicidii, tunc contra eum non eft indicium ad torturam.
- 21 Quod fi quis dicat primò inveniffe occifum, contra eum eft indicium ad torturam, Puteo de indicat. ver. tortura, lo 2. cap. 1. num. 4., & Carrerius d. tit. de iudiciis, ver. decimum quintum, num. 2. fol. mihi 61. à tergo, & *Marfil in l. unius.*

- §. *servo. num. 7. ff. de quæftionibus.* quod ego intelligo, concurrentibus aliis adminiculis contra primum inventorem, & ut non conftet de alio percuffore.
- 22 Delatio armorum facit indicium ad torturam contra deferentem arma, Farinac. d. quæft. 52. nu. 69. cum plurib. feq. ufq. ad nu. 84., & Vivius dec. 282. num. 4. ubi num. 5. dicit, quod contra fugientem, enfe enudato, eft indicium ad torturam, fi ibi reperiatur vulneratus, ubi nu. 6. fubdit, quod fi penès aliquem reperiatur gladius fanguinolentus, vel fi ipfe aufugiat cum gladio fanguinolento, contra eum eft indicium ad torturam, idem tenet, Blanc. de quæft. num. 292., Carrer. d. tit. de iudiciis, ver. vigefimum primum, fol. mihi 62. à tergo, & Farinac. d. quæft. 52. n. 56. & feq. ubi dicit, quod quis potest torqueri, fi ejus enfis, vel gladius reperiatur fanguine afperfus, & malefactus, nifi oftendat, alicui accomodaffe dictum ensem, vel gladium, vel probet, sanguinem aliundè caufatum fuiffe, & num. 58. fubdit tunc reum poffe torqueri, quando ipse fuit repertus cum dicto gladio fanguinolento propè cadaver occifi, & tempore homicidii, aliàs fecus, nifi concurrant aliæ conjecturæ, *fed quod delatio armorum non faciat indicium ad torturam contra deferentem, dicunt Bursat. in conf. 77. nu. 6. in fine, & num. 13., & in confil. 141. num. 7. Bertaz. in conf. 38. num. 19. confil. 46. num. 11., & in confil. 175. num. 3. lib. 1., & Giazzius in d. lib. 1. difcept. 121. fed armorum delatio arguit malum animum. Riccius in dec. 19. num. 2. part. 3., & Novarius in rub. prag. de armis. num. 10., & arma deferens præfumat habere malum animum offendendi nifi ex qualitate personæ, & ex aliis contrarium suadeatur. Farinac. in præf. crim. in ff. de variis ac diverfis criminib. quæft. 108. num. 71., & feq.*
- 23 Sic etiam, fi quis fit vifus aufugere propè locum delicti, tempore delicti, contra eum eft indicium ad torturam, Vivius d. dec. 282. num. 7. ubi num. 9. & 10. dicit, quod talis fuga purgatur per spontaneam comparitionem ipsius Rei, & num. 11. fubdit, quod egrediens pallidus cum gladio fanguinolento à loco, ubi quis vulneratus reperitur, contra ipfum eft indicium ad torturam, & idem tenent Clar. d. quæft. 21. verf. si aliquis, *Mascard. de probat. conclus. 867. num. 25., & in conclus. 1427. num. 2., & Farinac. d. quæft. 52. num. 50. cum plurib. feq. ufq. ad num. 68. ubi dicunt, quod ex hoc Reus potest condemnari pœnâ extraordinariâ, & non ordinariâ, & eft in arbitrium Iudicis in hoc cafu ponere Reum ad torturam, vel eum condemnare pœnâ extraordinariâ, ut dicit Clar. & Farinac. ubi fuprà, & dictum eft in præxi torquendi reos cap. 4. num. 20.*
- 24 Sic etiam, fi quis præparat arma, & deinde fequatur homicidium, contra præparantem, hoc facit indicium ad torturam, Carrerius, ubi fuprà d. tit. de iudiciis, ver. vigefimum quartum, Vivius dec. 282. num. 13., & feq. Blanc. de quæft. num. 78., Farinac. d. quæft. 52. num. 75., & 163., & Borrel. conf. 45. num. 3. ubi num. 19. dicit hoc procedere, quando quis præparat arma finè caufa, aliàs fecus, intellige etiam aliis concurrentibus iudiciis, Farinac. d. quæft. 52. num. 84., & 164.
- 25 Sic etiam contra corruptentem teftem eft indicium ad torturam in delicto principali, puta fi con-

si constat, testem esse corruptum ab inquisito, ut se exam inaret in sui favorem, nam talis corruptio facit indicium contrà inquisitum de aliquo delicto, Viv. dec. 282. num. 27. ubi num. 28. dicit, quodd creditur uni testi contrà corruptentem; sed Guazzin. ad defensionem reorum, def. 14. cap. 12. num. 14. dicit, quodd pecunia data testi, ut testimonium perhibeat, non facit indicium ad torturam ad delictum principale contrà dantem, dummodo non sequatur aliqua subornatio, vel falsitas.

26 Sed testi dicenti, falsum testimonium tulisse, & fuisse corruptum à producente, non creditur, & talis confessio non facit indicium ad torturam contrà producentem, Nigris cap. Regni frequens, num. 85., & Vivius dec. 171. num. 6. licet Boss. pract. crim. tit. de indiciis, num. 156. dicat servari contrarium in practica, tamen prima opinio est vera, prout eam latè defendit, Farinac. d. tit. de indiciis, & tortura quæst. 45. à num. 1. usq. ad num. 11. citat tex. in cap. sicut nobis, extra de testib. ubi num. 22. hoc ampliat etiam si testis deponat in tortura, nam adhuc non facit indicium ad torturam contrà corruptentem, & idem tenet Pascal de vir. pat. potest. part. 3. cap. 1. post num. 72., & licet Bal. in cap. 1. num. 7. si de invest. inter dominum, & vassallum, & Grammat. consil. crim. 1. num. 12., & seq. teneant, quodd testis pecunia corruptus plenè probat contrà corruptentem, tamen hoc non procedit, nisi aliunde constet de corruptela, ita Guazzin. ad defensionem reorum, def. 14. cap. 12. num. 12., & Testis deponens, falsum dixisse præcibus alicujus, non probat, Trivisan. dec. 49. num. 27. lib. 2. ubi dicit, quod asserenti se subornatum, non creditur. citat Grammat. in cons. 35. num. 30. sed si sint duo, vel plures testes, qui deponunt, falsum tulisse testimonium de mandato alterius, tunc faciunt indicium ad torturam contra mandantem, Boer. dec. 319. num. 5. in fine, ver. & secundum hanc opinionem, & Farinac. d. quæst. 45. à num. 24. usq. ad num. 28., & num. 42. cum duob. seq. ubi num. 34. dicit, quodd si cum dicto unius testis asserenti, falsum deposuisse de mandato alterius, concurrat aliqua alia præsumptio, vel adminiculum, tunc facit indicium ad torturam contra corruptentem, citat, Nattam cons. 298. num. 3. lib. 2. Boss. pract. crim. tit. de indiciis, & considerationibus antè torturam, num. 156. in fine, Clarum in §. falsum, ver. subornans, in fine, & Laurentiis dec. 98. num. 1. & 2. Et Nuncio dicenti, se falsam fecisse relationem, ipsi non creditur in præjudicium tertii, ita Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 10. cap. 6. num. 1., & dicam infra cap. 6. post num. 27.

27 Quodd si duo testes instrumentarii deponant, non intervenisse instrumento, & instrumentum non esse celebratum coram ipsis, hæc depositio non est sufficiens probatio ad condemnandum Notarium de falso, sed tantum contra Notarium eorum depositio facit indicium ad torturam, Cabal. resolut. crimin. casu 183., & Mastrill. dec. 170. ubi num. 7. 8., & 15. dicit, quodd ex dictis dictorum duorum testimonium redditur falsum. Quodd si ultra dictos duos testes concurrant confessio extrajudicialis Notarii, & alià adminiculà, si ipse Notarius sit tor-

tus, & non confessus potest extraordinarie puniri, Mastrill. d. dec. 170. sed quodd si testes instrumentarii negant intervenisse instrumento, ex hoc Notarius possit puniri pena falsi, & fides dicti instrumenti corruat, dicit Mascard. de probat. conclus. 1099. num. 16. Et falsitas probatur conjecturis, & præsumptionibus; Et in crimine falsi facilius devenitur ad torturam, quàm in cæteris delictis, Bajard. ad Clar. §. falsum, nu. 10., & Afflict. in const. Reg. qui literas. post num. 3. nam falsitas est delictum difficilis probationis, & probatur per testes inhabiles, Mars. cons. 27. num. 8., & Mastrill. dec. 244. num. 5., & in crimine falsi quis potest torqueri propter conjecturas. Mascard. de probat. conclus. 740. num. 46., & Afflict. in d. const. Regni, qui literas. post num. 4. sed in contrarium faciunt dicta per Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 27. num. 1. cum pluribus seq. sed quis non potest condemnari pena falsi ex solis indiciis, sed plenaria probationes concurrere debent. Revert. in dec. 6. num. 4., & 5., & Muscatell. in pract. crim. in tit. de falsis. num. 32.

29 Et scias, quodd comparatio literarum non facit plenam probationem in criminalibus contrà Reum, sed tantum facit indicium ad torturam, Cabal. resolut. crim. casu 251. num. 12., & seq., & Trivis. dec. 52. lib. 2. Quodd intellige, si Reus sit malæ famæ, & solitus committere falsitates, Tartaglia pract. crim. cap. 11. num. 28. alias sola comparatio literarum, non facit indicium ad torturam. Giazzius in d. lib. 1. discept. 28. Mascard. de probat. conclus. 330. num. 25. cum duobus seq., & conclus. 626. num. 30., & Farinac. in fragm. part. 1. ver. comparatio. num. 447., & seq.

30 Receptans malefactorem scienter post delictum, si inter eos non adsit parentela, contra receptantem est indicium ad torturam, Carrer. pract. crim. tit. de indiciis, ver. decimum sextum, num. 1. fol. mihi 61. à tergo, ubi num. 2. dicit, idem esse contra defendentem, inculpatum, vel eum associantem, visitantem, vel ei dantem munera, & idem tenet Farinac. in cons. 219. num. 1., & receptans delinquentem post delictum, præsumitur particeps ejusdem delicti, l. 3. §. si quis. ff. ad Senat. Consult. Sillan. Grammat. in voto 15. num. 2., Mascard. de probat. conclus. 1264. num. 1., & 2., & in conclus. 1392. num. 15. Farinac. pract. crim. tit. de consultorib. quæst. 132. num. 34., & quæst. 133. num. 25. ubi num. 27. dicit, hoc non procedere, si receptans sit consanguineus, & idem tenet in d. cons. 215. num. 6. lib. 3., & Mascard. in d. conclus. 1264. nu. 7. cum duob. seq., & num. 28. dicit hoc etiam non procedere, si receptatio sit facta ex intervallo, & idem tenet in d. cons. 219. num. 1. lib. 3., & receptans delinquentem post delictum ita demum videtur particeps delicti si sciebat delictum fuisse commissum à delinquirente receptato, alias non dicitur particeps. Mascard. in d. conclus. 1264. nu. 3. ubi num. 4. dicit dari juramento ipsius receptantis ignorasse delictum fuisse commissum à receptato, & quis præsumitur particeps delicti, & potest torqueri si post delictum associatus fuit delinquenti vel si ei auxilium præstavit ad fugiendum post delictum, si aliæ concurrant conjecturae. Mascard. in d. conclus. 1392. num. 13., & 14. ubi num. 16., & 17. dicit quodd commodans

instrumentum ad delinquendum malefactori præsuntur cum illo tractasse delictum, si ipse commodans sciverit eum, cui commodavit instrumentum, delictum committere velle.

- 31 Alloquutio secreta ad aures alicujus, qui paulo post commisit homicidium, facit præsumptionem mandati, si præcedat inimicitia sola ex parte loquentis ad aures, *Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 119. num. 4.*, aliàs si ambo erant inimici, & tunc præsuntur consilium Carrer. ubi sup. ver. vigesimum, fol. 62. num. 1., & Monticel. pract. crim. reg. 7. num. 36., & vide Danzam d. tit. de indicis cap. 8. num. 5., & Mascard. de probat. conclus. 80., & conclus. 902. n. 2.
- 32 Judicis sola visio, quia ipse Judex vidit committi maleficium, non facit indicium ad torturam, Carrer. d. tit. de indicis, ver. trigessimus, fol. mihi 64. nam Judex ex sua conscientia non potest Reum torquere, Boff. d. tit. de indicis, num. 141. Clar. §. fin. quæst. 8. ver. & licet Farinac. conf. 83. num. 3., & Guazzin. ad defensionem reorum, def. 30. cap. 29., & est ratio, nam Judex debet judicare secundum allegata, & probata, & non secundum propriam conscientiam, lillitas, §. veritas, ff. de officio Proconsulis, cap. Pastoralis, §. quia vero, de officio deleg., Vivius dec. 178. Rovit. in Prag. 15. num. 3. de ordine Judic., & Riccius coll. 2108. circa finem, Revert. dec. 365. post num. 2., & Mascard. de probat. conclus. 950. num. 1. cum duobus seq., & non debet considerari id quod est notum Judici, tanquam privato, quia secundum illud, Judex non potest judicare sequendo conscientiam suam privatam, sed solum quando est notum Judici tanquam Judici scilicet, quando ei constat ex actis. gloss. in l. 2. in princ. in ver. atrox, ubi DD. ff. de feriis, & in l. 2. ff. de in litem jurando, ubi Cast. & Jaf. num. 6. dicunt quod si Judex stans in semestra videat Titium interficere se ipsum si Titius non sit confessus vel convictus per testes non debet nec potest Titium condemnare ad mortem, quia non est notum Judici ut Judici sed ut privato. Mascard. de probat. conclus. 1403. nu. 23., & 24. unde Judex non potest aliquem exiliare ex causis suam mentem dignè moventibus, si ex processu sit liberandus, & ideo fuit revocata talis sententia, per quam quis fuit absolutus ab inquisitione, & condemnatus in exilium ex causis mentem Judicis dignè moventibus, ut refert. Trivis. dec. 23. lib. 2. sed quando factum est notorium, tunc Judex potest judicare, licet d. factum non sit probatum in processu, Affid. dec. 318. num. 4., & in const. Reg. humanitate. post num. 32. nam quod notorium est, probatione non indiget, Rovit. in prag. 1. num. 112. de titulorum abusu, & Alex. Sperellus in dec. 132. nu. 2. part. 2., & vide infra in cap. 8. num. 86., Et quod Judex in notoriis possit judicare secundum suam conscientiam tenet Albanus ad Bartolum in lillitas §. veritas. ff. de officio Præsidis, & Mascard. in d. conclus. 950. num. 9. Et Judex an possit damnare reum, qui est innocens, sed per allegata, & probata apparet nocens? vide Thomam de Afflicto meum Patrum nobilissima Religionis Clericorum Regularium de iustitia, & jure in disputatione 12. num. 34. fol. mihi 344. part. 2.

- 33 Taciturnitas facit indicium ad torturam con-

tra tacentem, puta si amicus describat amico, quoddam fama sit in Civitate, per ipsum esse commissum delictum, & ipse, accepta litera, & ea lecta, taceat, & nihil dicat, nec se excuset, nec scribat contra. Idem est si quis in præsencia testium reprehendat aliquem de aliquo delicto, & ille taceat, & non se excuset, Marf. pract. crim. §. diligenter, ver. quæro etiam de notabili dubio, & Carrer. d. tit. de indicis, ver. vigesimum octavum, num. 1., & 2. fol. mihi 64. Sed in delictis præsens, & tacens, non habetur pro consentiente. liquivas §. veteri. ff. de furtis, & Mascard. de probat. in conclus. 1158. nu. 54., & conclus. 1224. num. 42.

- 34 Vacillatio inquisiti facit indicium ad torturam contra Reum vacillantem, Vivius dec. 282. num. 29., & Farinac. d. tit. de indicis, & tortura d. quæst. 52. num. 40. cum pluribus seq. ubi à nu. 18. usque ad num. 28. dicit, quoddam variatio inquisiti facit etiam indicium ad torturam contra eum, & idem tenet Grammat. conf. crim. 5. num. 5., & maxime si inquisitus pluries variat Vivius d. num. 29. Quod intellige si variat circa substantialia negotii, Cabal. resol. crimin. casu 200. nu. 135., & Farinac. d. quæst. 52. num. 31. cum duobus seq. intellige etiam, ut concurrat aliquid aliud adminiculum, Clar. §. fin. q. 21. ver. mendacium, Carrerius d. tit. de indicis, ver. quintum, n. 1., & 4. fol. mihi 54. Foller. pract. crim. rub. Item, quod sororem venenavit, num. 9.; & 29. Cabal. d. casu 200. num. 136., *Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 12. per totam, & præcipue post num. 6., & num. 8.*, & Farinac. d. quæst. 52. num. 29., & seq., unde si inquisitus in suo examine trepidat, & variat, potest torqueri, Boff. d. tit. de indicis, num. 38., & idem est, si Reus vacillat, & variat, nam adhuc potest torqueri, Farinac. d. quæst. 52. nu. 45. cum pluribus seq. prout etiam, nam licet aliqui teneant, quoddam solum mendacium faciat indicium ad torturam, secundum Grammaticum conf. crim. 17. nu. 9., & Mascard. de probat. conclus. 1044. num. 1. tamen veritas est, quoddam solum mendacium, sine alio adminiculo, non facit indicium ad torturam contra mendacem, Thes. dec. 24. num. 2., *Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 13. per totam, & præcipue num. 5.* Clar. d. quæst. 21. d. ver. mendacium, & Farinac. d. quæst. 52. a num. 2. usque ad num. 10. ubi à d. num. 10. usque ad num. 17. plures connumerat casus, in quibus mendacium nihil operatur. Prout etiam nec sola titubatio, & trepidatio Rei facit indicium ad torturam contra Reum, Tartag. pract. crim. cap. 11. num. 21., & Carrerius pract. crim. d. tit. de indicis, ver. sextum, nu. 2. fol. mihi 54., & Clarus d. q. 21. ver. cæterum.
- 35 Fama publica sola de per se non facit indicium ad torturam contra Reum, sed alia adminicula concurrere debent, quia fama publica de facili potest oriri, Peguer. in quæst. crim. cap. 17. num. 12. Caravit. ritu 41. num. 8. cum seq. Marf. in pract. crim. §. diligenter, num. 18., & in l. de minore. §. plurimum num. 27., & seq. ff. de questionibus. Foller. pract. crim. rub. dentur capitula, quod suffocavit uxorem, num. 28. circa med. Ferratius cautela 57. nu. 1. Clar. d. §. fin. quæst. 21. in princ. Mastrill. dec. 295. num. 12. Trivis. dec. 50. num. 9., & seq. lib. 2. Tartag. pract. crim. cap. 11. num. 16. Cabal. d. casu 200. nu. 134. Borrell. conf.

45. num. 45. Farinac. d. tit. de indicis, & tortura, quæst. 47. à num. 4. usque ad num. 10., & Danza de Pugna DD. com. 3. tit. de indicis, cap. 2. num. 23. cum plurib. seq., & Mascard. de probat. conclus. 754. num. 5. 8., & 10. Et idem testes de auditu non faciunt indicium ad torturam, cap. licet ex quadam de testibus, & consequenter ex sola fama non potest contra contumacem proferri sententia condemnatoria, Cæphalus conf. 241. num. 74. lib. 2. Chartarius de esequut. sent. cap. fin. post num. 75., & Farinac. d. quæst. 47. num. 42., *Immo si quis ex solâ famâ sit tortus, & sit confessus, talis confessio non valet, & ex eâ condemnari non potest.* Bald. in conf. 275. vol. 1. Marfil. in d. l. de minore. §. plurimum. post num. 28. ff. de quaest. ionibus, & Farinac. in d. quæst. 47. num. 10. Sed si cum famâ publicâ concurrat diffamatio inquisiti, & sic, quodd inquisitus sit malæ famæ, conditionis, & vitæ, & quodd sit solitus delinquere, & tunc fama publica facit indicium ad torturam, Boss. d. tit. de indicis, num. 65. & tit. de inquisitione, num. 29., & Farinac. d. quæst. 47. num. 22. cum duob. seq., *Quodd intellige, si concurrat diffamatio inquisiti in eodem genere malî, quia tunc unita cum fama publica facit indicium ad torturam, Tartag. d. cap. 1. d. num. 16. Secus si concurrat mala fama in alio genere delictorum, quàm in delicto, de quo inquiritur, & probetur bona fama inquisiti circa materiam, de quâ tractatur, quia tunc non facit indicium ad torturam, Clar. d. quæst. 21. circa princ., Farinac. d. quæst. 47. num. 204., Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 132., & Peguer. d. cap. 17. nu. 13. ubi dicit, quodd bona fama probata in genere non tollit malam famam probatam in specie delicti, de quo inquiritur, & idem tenet Farinac. d. quæst. 47. à num. 193. usque ad num. 198. ubi num. 205. dicit, quodd mala præsumptio de se sola non est sufficiens ad torturam, sed junctis aliis adminiculis facit indicium ad torturam, & Farinac. d. quæst. 47. à num. 277. usque ad num. 286. dicit, quodd quis in dubio præsumitur bonus, & non malus, & idem tenet Mascard. de probat. conclus. 1006., & conclus. 1219. num. 44., & à num. 301. usque ad finem d. Farinac. ibi, late tractat, quomodo probatur bona, vel mala fama alicujus in genere, de quo vide Mascardum de probat. conclus. 23. 234., & 236., & Peguer. ibi num. 14. dicit, quodd Reus potest contra malam famam probare, quodd per triennium proximum benè vixisset, & fuisset bonæ vocis, & famæ, quia tunc illa mala fama contra eum probata nihil ei nocet, sed videtur purgata, idem tenet Clar. d. quæst. 21. circa principium, Guazzin. ad defensionem reor. def. 28. cap. 1. num. 20. Foller. pract. crim. rub. item, quod fororem venenavit, num. 28., & Tartag. d. cap. 11. num. 16. nam licet malus semper præsumatur malus in eodem genere mali, cap. semel malus de reg. jur. in 6., & Farinac. d. quæst. 47. num. 298., tamen si malus egerit per contrariam, dicitur novus homo, cap. ferrum 50. d. ff., & tunc malus non dicitur malus, si vixerit benè per triennium, Riccius dec. 158. par. 2. Nigris in cap. Reg. li. j. post num. 75., Mascard. de probat. in conclus. 465. num. 10. conclus. 600. num. 14., & Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 20. nu. 79., & seq., & discept. 17. num. 8., & 16. Sed si non concurrat fama publica, non per hoc, quodd quis sit malæ famæ,*

vitæ, & conditionis, & quodd sit solitus delinquere, propter hoc potest torqueri, nam hoc solum non facit indicium ad torturam, Clar. §. fin. quæst. 64. ver. sed pone, Riccius dec. 47. part. 3., & Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 173. num. 1., & discept. 20. per totam, ubi num. 19., & 61. dicit, quodd malafama licet sit in eodem genere mali, sola sinè aliis adminiculis non facit indicium ad torturam, contra Boss. pract. crim. tit. de inquisitione, num. 29. Prout etiam conversatio cum malis hominibus neq; sola de per se facit indicium ad torturam contra converstantem cum malis hominibus, Riccius dec. 164. par. 3. & dicam infra num. 88., & testes deponentes de bonâ famâ alicujus, præferuntur testib. de malâ famâ asserentibus. Mascard. de probat. conclus. 234. nu. 2., & 3., & conclus. 1225. num. 10.

67 Et confessio extrajudicialis accusatoris est sufficiens ad absolvendum reum, Foller. præf. crim. in 2. par. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur num. 35. & Giazzius in d. defens. 32. cap. 22. n. 10.

68 Dictum socii criminis non facit indicium ad torturam contra consocium criminis, l. 1. §. Divus Antonius, ubi DD. ff. de quæst. Bertazzol. conf. 225. num. 18. Trivis. dec. 90. num. 14. lib. 2. Borrell. conf. 48. num. 6. Carrerius d. tit. de indicijis. vers. octavum num. 1. fol. mihi 56. Clar. d. qu. 21. ver. successivè quæro, Farinac. d. tit. de indicijis, & tortura quæst. 42. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 466. num. 3. & conclus. 1317. n. 9. cum pluribus seq. & Grammat. in dec. 28. num. 39. quod procedit, dato quodd consocius deponat cum tortura, Grammat. conf. crim.

21. n. 6. Borrell. d. conf. 48. n. 7. Et hoc dato, quodd quodd consocius contra quodd consocius deponit sit male famæ, & vitæ, nam adhuc confessio consocii non facit indicium ad torturam contra consocium, Grammat. d. conf. 21. & in dec. 28. n. 17. Nigris in cap. Regni frequens, n. 55. Farinac. d. qu. 43. num. 25. cum duob. seq. & Mascard. in d. conclus. 1317. num. 20. & faciunt dicta per eundem Farinacium. ibi num. 152. & seq. ubi num. 24. dicit, idem esse econtrà, si socius eriminis, qui deponit contra consocium, sit bonæ vitæ, & famæ, nam adhuc ejus dictum non facit indicium ad torturam contra consocium, & idem tenet Mascard. in d. conclus. 1317. num. 15. ubi num. 18. dicit quodd etiam si essent plures socii criminis adhuc non faciunt indicium ad torturam contra consocium per eos nominatum, & vide infra n. 80. in fine. amplia etiam pluribus aliis modis, ut per Farinac. d. quæst. 43. à num. 5. usque ad n. 55.

69 Quodd si sit processum ad sententiam forjudicationis ex dicto socii criminis, talis sententia non meretur executionem. ex dictis per Charta. de execut. sentent. cap. fin. n. 73. usque ad num. 79.

70 Sed quodd diximus dictum loci criminis non facere indicium ad torturam contra consocium criminis, fallit in criminibus exceptis, de quibus per glossam in l. fin. C. de accusat. per Farinac. d. quæst. 42. à num. 56. usque ad num. 130. per Mascard. in d. conclus. 466. à num. 5. usque ad finem, & in d. conclus. 1317. à num. 21. usque ad num. 37. per Nigris in cap. Reg. frequens, n. 157. & per Peguer. in suis quæst. criminalibus cap. 5. à num. 13. usque ad n. 20. ubi ponunt exemplum in crimine læsæ Majestatis humanæ, & divini, in crimine latrocinii, in crimine conspirationis contra Principem, in crimine falsæ monetæ, ut in l. 1. C. de falsa moneta, est etiam exemplum in crimine assassinii, idem est in crimine disrurbationis publicarum viarum, ut dicunt DD. ubi supra, idem est in crimine furti facti noctis tempore, in quo socius criminis potest interrogari de socio criminis, Peguer. in d. quæst. crim. cap. 37. & Farinac. d. quæst. 42. à num. 42. usque ad num. 46. Idem est in crimine sodomie, nam istud crimen inter crimina exceptuata connumeratur, Cabal. resol. crim. casu 84. n. 4.

71 Et in istis criminibus exceptuatis confessio consocii facit indicium ad torturam contra consocium, gloss. & DD. in d. l. fin. C. de accusat. Trivis. dec. 49. num. 56. lib. 2. Rovit. in Pragmat. 1 num. 10. de persec. malef. & Farinac. d. quæst. 42. num. 56. ubi à num. 189. usque ad num. 192. hoc ampliat, si reus carceratus deponat contra consocium ad interrogationem Iudicis factam de consociis, si ipse reus nulla precedente interrogatione, socios nominet in suo examine, & num. 195. hoc ampliat, dato quodd simus in delictis, in quibus aliter veritas haberi possit, licet regula sit quodd quando testis deponat absque interrogatione ejus dictum sit nullum. Vivius in dec. 171. n. 1. & Giazzius lib. 1. discept. 181. sed Grammat. in dec. 28. num. 11. & 12. dicit quodd si quis ex se confiteatur de aliis absque interrogatione, est suspectus, & non probat contra nominatum, nisi adsint alia indicia contra nominatum, & idem tenet Mascard. in d. 8.

dict. conclus. 1317. num. 43. Et dictum socii criminis facere indicium ad torturam contra confocium criminis nominatum in crimine laesa Majestatis dicit decisum Revert. in dec. 42.

⁷² Hoc tamen intellige, nisi socius, qui deponit contra confocium, esset aliter inhabilis, vel infamis ex alia causa, quia tunc non facit indicium ad torturam contra confocium, etiam in criminibus exceptuatis, *Grammat. voto 24. & conf. crim. 61. num. 3. & conf. crim. 71. nu. 61. Nigris in d. cap. Reg. frequens, num. 56. Farinac. d. quæst. 43. num. 122. 178. & seq. & quæst. 44. n. 25. & in consil. 216. n. 2. & 8. vol. 3. Mascard. in d. conclus. 1317. num. 41. & 42. & Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 8. num. 43. & seq.* Sed in contrarium est veritas, & sic licet confocius, qui deponit contra confocium, sit aliter inhabilis ex alia causa, tamen adhuc facit indicium ad torturam contra confocium criminis, si sumus in delictis exceptuatis, nam si secus esset, delicta remanerent impunita, cum pauci sint socii criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, ita in specie dicit decisum Riccius dec. 149. par. 3. citat Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 24. n. 128. in fine. Sed si socius, qui deponit contra confocium in criminibus exceptuatis sit perjurus, & tunc ejus dictum non facit indicium ad torturam contra confocium, *Farinac. d. quæst. 43. à num. 180. usque ad num. 186. & d. quæst. 44. num. 26. & Giazzius in d. discept. 8. à n. 45. usque ad n. 57.*

⁷³ Requiritur etiam, ut socius deponat cum tortura, ut ejus dictum faciat indicium ad torturam contra confocium in delictis exceptuatis, *Nigris in d. cap. Reg. frequens nu. 58. Bossi. d. tit. de indicibus num. 151. Clar. d. quæst. 21. vers. scias etiam, Farinac. d. quæst. 43. num. 134. & d. quæst. 44. num. 28. & quæst. 45. num. 47. Guazzin. ad defensionem reorum def. 19. cap. 10. num. 5. Arnono soliloquio 60. Mascard. in d. conclus. 1317. num. 38. & Cabal. resolut. crim. casu 84. n. 11. cum duobus seq. casu 185. nu. 5. & casu 200. num. 128. ubi dicit, quod quando principalis non est torquendus, neque debet torqueri confocius ad finem convalidandi ejus confessionem contra dictum principalem confocium, & tortura, quæ infertur delinquenti, ut afficiat confociis nominatis, debet adhiberi specialiter pro confirmatione suæ depositionis, nam non sufficit illa prima tortura, in qua reus confessus est delictum, *Guazzin. ad defensionem reorum. def. 19. cap. 13. num. 11. Cl. §. fin. quæst. 45. vers. cæterum, si reus. Cabal. resolut. crim. casu 33. nu. 10. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de confesso. cap. 9. num. 51. Giazzius in d. discept. 8. num. 61. & seq. Pascal. de vir. pat. potest. par. 2. cap. 1. post num. 51. & Farinac. d. quæst. 45. num. 137. ubi n. 138. dicit, quod tortura in repetitione non est inferenda in caput nominatorum, nisi prima depositio facta in tormentis per reum fuerit ab eo ratificata extra torturam, & idem tenet Guazzin. ad defensionem reorum def. 25. cap. 1. nu. 9. & Farinac. d. quæst. 43. nu. 139. & seq. dicit, quod postquam reus spontè ratificaverit confessionem suam, tam quoad se, quam quoad socios, potest ad confirmationem suæ confessionis, ut socios magis afficiat, iterum poni in tortura, quæ in isto casu debet esse levis, ubi num. 193.**

& seq. dicit quod si reus sit tortus non præcedentibus indicibus, & si confessus, talis confessio non nocet, nec ipsi, nec sociis nominatis, & idem dicit in tit. de reo confesso, qu. 82. n. 8. *Grammat. conf. crim. 21. à num. 18. usque ad n. 22. Carrer. præf. crim. tit. de indicibus, & tortura, vers. circa quartum n. 2. fol. mihi 86. & Guazzin. ad defensionem reorum def. 32. cap. 31. n. 9.*

⁷⁴ Requiritur etiam, ut socius deponat cum juramento, *Marfil. præf. crim. §. diligenter, n. 62. Carrerius d. vers. octavum. num. 22. Farinac. d. quæst. 43. num. 141. cum plur. seq. Cabal. d. casu 185. num. 3. & seq. Clar. d. qu. 21. vers. quæro numquid, Rovit. pragm. 5. nu. 2. de recept. malefact. & Mascard. in d. conclus. 1317. num. 47. Nigris d. cap. Reg. frequens num. 59. ubi n. 61. dicit, quod depositio socii debet recipi parte citata, vel ea præsentem, ut ipsa faciat indicium ad torturam contra confocium, *Clar. d. quæst. 21. d. vers. quæro numquid. in fine. Farinac. d. quæst. 43. num. 144. in fine, Guazzin. d. def. 24. cap. 9. num. 9. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de confesso. cap. 9. num. 49. cum plurib. seq. & cap. 11. & vide infra cap. 18. num. 15. Et juramentum præsumitur præstitum, quoties per verba Notarii illud enunciatur. glossa in l. Theopompus. ff. de dote præleg. Marfil. in l. 1. §. si quis dicatur num. 6. ff. de quæstionibus, & Mascard. de probat. conclus. 956. num. 5. & 6. ubi n. 7. dicit quod licet juramentum præsumatur præstitum, si in actis scriptum reperiatur, testem iurasse, non tamen ex ipsis verbis probatur partem fuisse præsentem, nisi in actis etiam dicatur d. partem præsentem fuisse.**

⁷⁵ Et in tantum dictum socii criminis facit indicium ad torturam contra confocium in criminibus exceptuatis, in quantum cum illo dicto socii concurrant aliquæ conjecturæ, aliæ non facit indicium ad torturam contra confocium, *Nigris in d. cap. Reg. frequens, num. 57. Clar. d. qu. 21. vers. sed quid in criminalibus, citat Boer. dec. 319. num. 1. Grammat. voto 6. n. 7. & d. conf. 61. num. 1. & dec. 28. n. 13. 14. 16. & 22. & in dec. 56. Marinis in observat. ad d. dec. Revert. 42. nu. 1. Garzia à Toletto dicto 40. Cabal. d. casu 200. num. 127. Borrell. conf. 48. n. 12. Bossi. d. tit. de indicibus num. 66. & 149. Tartag. præf. crim. d. cap. 11. num. 18. Farinac. d. qu. 43. à num. 145. usque ad num. 155. Franch. dec. 577. num. 1. Arnono soliloquio 64. Mascard. in d. conclus. 1317. num. 52. & Carrerius d. ver. octavum, num. 10. ubi num. 12. & seq. dicit, quod in delictis, quæ sunt difficilis probationis, dictum confocii criminis, facit indicium ad torturam, dato quod non concurrant aliæ conjecturæ, dummodo confocius deponat cum tortura, & inculpatus sit malæ famæ, & vitæ, & ita potest procedere opinio Cabal. d. casu 84. n. 5. cum pluribus seq. & quæ sint conjecturæ, quæ concurrere debent, ut dictum socii criminis faciat indicium ad torturam contra confocium, plures connumerat *Farin. d. qu. 43. à num. 156. usque ad num. 176. Et omne in arbitrium Judicis esse remittendum dicit Mascard. in d. conclus. 1317. n. 52.**

⁷⁶ Hinc est, quod dictum mandatarii, & sic assassini non facit indicium ad torturam contra mandantem, nisi alia concurrant admini-

cula, Clar.d. quæst. 21. ver. & hac conclusione. Tartag. d. cap. 11. nu. 19. Monticell. pract. crim. reg. 5. num. 5. Grammat. conf. crim. 21. Carrer. d. fit. de indiciis, vers. novum. num. 1. fol. mihi 58. à ter. Cabal. de omni genere homicidii num. 539. & 542. Nigris in cap. Regni frequens, nu. 64. cum pluribus seq. Ansaldo de jurisdictione. par. 3. tit. unico cap. 2. num. 104. cum pluribus seq. Farinac. d. tit. de indiciis, & tortura quæst. 44. num. 2. cum pluribus seq. & num. 11. & seq. & num. 18. & seq. *Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 164. Thor. in codice rerum iudicatarum. casu 55. num. 11. & Riccius dec. 200. par. 3. ubi dicit, quod si deponat socius cum tortura facit indicium ad torturam contra consocium, & vide Boff. d. tit. de indiciis, n. 154. Sed in quodam casu ultra dictum mandatarii concurrebat contumacia mandantis, sed non rectè concepta concurrebat ablentatio consocii mandantis nominati à mandatario, & fama publica, licet non benè fundata, & tamen contra mandantem fuit processum citrà torturam, ut testatur Borrell. conf. 97. & exculpatio mandatarii asserentis, quod fecit ratione propriæ in micitia, & odii, & non ut adimpleret mandatum, excusat mandantem, stantibus tamen aliquibus præsumptionibus pro mandante, licet essent indicia contra mandantem, aliàs si non concurrant dictæ præsumptiones, non excusat; ita Farinac. d. quæst. 44. num. 23. & tit. de consultoribus quæst. 129. num. 153. & seq. & Carrer. d. vers. novum num. 4. ubi nu. 2. dicit, quod unus testis, qui deponit de mandato, ovis facit indicium ad torturam contra mandantem, & exculpatio socii criminis prodest exculpato, si dicat, talem non fuisse participantem in delicto. Baldus in cap. 1. §. injuria de pace tenenda. Grammat. voto 3. & 11. & Carrer. d. ver. octavum num. 29. quod intellige, quando exculpatus non est legitime convictus, sed tantum indicatus, secus si sit legitime convictus, quia tunc exculpatio socii criminis non prodest exculpato, de quo latè per Farinac. d. tit. de indiciis, & tortura quæst. 43. à n. 10. usque ad num. 23. Et licet testibus post depositionem solemniter factam deponentibus se falsum tulisse testimonium non credatur, cap. sicut, & ibi glos. extra de testibus. Marf. pract. crim. n. §. restat modo, num. 3. & Farinac. d. tit. de indicis, & tortura quæst. 46. à num. 56. usque ad n. 59., & licet testi deponenti falsum dixisse in sua prima depositione ad instantiam partis, vel alterius non credatur. Mascard. in d. concl. 1317. n. 6. & Trivisan. in. dec. 49. num. 27. lib. 2. ubi dicit, quod asserenti se subornatum fuisse, non creditur. citat Grammaticum in conf. crim. 35. num. 30. & licet si testis in articulo mortis fateatur, se falsum testimonium tulisse, ipsi non credatur in ista secunda depositione, Foller. pract. crim. in tertia parte principali, rubr. & si confitebuntur, num. 91. & licet si testis dicat extra judicium, se falsum dixisse in judicio, non per hoc tollatur ejus depositio facta in judicio. Maranta in suo. speculo par. 6. act. 8. num. 11. tamen si reus confessus sit perpetrasse delictum ad instantiam alicujus, si postea dum ducatur ad mortem in patibulo publicè confiteatur, falsum dixisse, in hoc casu ei creditur,*

& talis revocatio prodest mandanti. Grammaticus conf. crim. 71. nu. 68. Farinac. d. quæst. 43. num. 11. & quæst. 46. nu. 68. cum pluribus seq. & ita decisum testantur Mastrill. dec. 195. & Sanfelice. dec. 238. licet contrarium teneat Marf. in pract. crim. §. restat. tamen prima opinio est vera, & maxime si appareant aliqua signa, quod inquisitus ex odio à principio inculpasset nominatum, ita Grammat. voto 3. num. 15. & seq. & voto 11. num. 18. & in dec. 56. nu. 10. sed opinio Marf. potest procedere, quando inquisitus loquutus fuit cum nominato, vel nominatus esset aliter convictus, quia tunc talis revocatio parum prodest. ita Nigris in cap. Reg. frequens, num. 82. & seq. de quo vide Foller. pract. crim. 3. part. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, num. 101. qui facit supradictam distinctionem in conciliando opinionem Marf. & Grammatici, & eandem distinctionem facit Farinac. d. quæst. 46. nu. 72. & seq. asserens, quod quando adfunt aliæ probationes ultra dictum socii, si socius in articulo mortis asserat falsum tulisse contra consocium, aliæ probationes remanent firmæ, & operantur eundem effectum, ac si socius non revocasset suam depositionem. Et licet prag. 12. de condemnatis pro delictis dicat *ut nulla sit habenda ratio de fide à Blanchis, asserentibus, condemnatum ad mortem declarasse innocentiam nominati per dictum condemnatum, tamen dicta pragmatica fuit facta absque interventu Regii Collateralis Consilii, & ideo expiravit finito officio illius Proregis tunc temporis, ut dicitur infra. cap. 23. post num. 31. & eo fortius quod fides non facit. fidem. cap. 2. de testibus. prag. 15. §. 21. de susp. offic. vide Alex. Sperell. in dec. 69. num. 15. & 16. part. 1. Sed in causa hæresis testis falsum deponens, licet perjurus sit, tamen favore Fidei probat, dicens contrarium, si tamen ex indiciis constet, secundum dictum non corruptionem, sed veritatem continere, cap. accusatus, §. licet de hæreticis in 6. Riccius dec. 57. par. 1. & in coll. 2366. & vide Covarr. variar. res. sol. lib. 2. cap. 13. num. 9. Sed si testis dixerit aliquid extra judicium, & deinde dicat contrarium in judicio, in hoc casu, quod dixit in judicio valet, & quod dixit extra judicium non valet, glos. & Baldus num. 2. in l. nullum, C. de testibus, sed Bart. in d. l. nullum, dicit, quod iste testis punitur de perjurio, & vide Clar. pract. crim. §. falsum vers. testis circa med. & Foller. pract. crim. rub. item quod commisit falsitatem num. 74. qui dicunt, quod iste testis non punitur: Et quod secundum dictum per testem in judicio prævaleat primo dicto per ipsum testem extra judicium, tenet Ferrat. cautela 13. ubi hoc limitat, nisi primum dictum extra judicium sit factum cum juramento, quia tunc illud prævalet secundo dicto in judicio; sed Foller. d. num. 74. in fine, dicit, quod si testis cum iuramento aliquid factum asserat extra judicium, si deinde dicat contrarium in judicio, iste testis non punitur, verum Foller. ibi num. 75. dicit, quod dictum testis extra judicium habet vim confessionis contra ipsum testem, quod scit, vel ignorat veritatem, de qua postea in judicio deponit, & ex illa confessione potest contra eum procedi.*

Sed

Sed si duo assassini mandatarii confessi fuerint delictum contra mandantes, faciunt indicium ad torturam contra dictos mandantes, l. qui ultimo supplicio, in fine, ff. de quæstionibus, Jaf. conf. 103. nu. 1. vol. 4. Cabal. de omni genere homicidii. nu. 540. & Ansaldo d. cap. 2. num. 109. & seq. & faciunt dicta per nos infra hoc cap. num. 80. Et per Novar. dec. 131. & unus testis tentatus de homicidio committendo, & recusavit committere facit indicium ad torturam super attentato delicto. Novarius in quæst. forens. 124. par. 1. At pro attentato homicidio, non est locus torturæ, & consequenter parum prodest scire si hoc faciat nec ne indicium ad torturam, unde opinio Novarii procedit quando deinde sit sequutum homicidium ab alio, nam si duo deponant de attentatione homicidii antea facta faciunt indicium ad torturam contra tentantem pro homicidio inde sequuto, & vide Thor. in d. casu 55.

Hinc est quod licet socius criminis admittatur in testem contra consocium in crimine simonia. cap. 1. de testibus, & Riccius in dec. 114. num. 5. par. 3. tamen dictum resignatarii asserentis fuisse sibi resignatum beneficium pecunia mediante, non facit indicium ad torturam contra resignantem. Riccius dec. 62. par. 3. licet simonia probetur per signa, & conjecturas. cap. sicut de simonia. glossa in cap. san. 15. qu. 3. & Riccius in dec. 114. num. 2. par. 3.

77 Hinc est etiam, quod licet Boss. d. tit. de indicibus nu. 160. & Marinis in observat. add. Revert. 415. num. 2. in fine. teneant quod solum delictum pueri stuprati factum in tortura, faciat indicium ad torturam contra sodomitam, tamen veritas est, quod solum dictum patientis non facit indicium ad torturam contra agentem in crimine sodomie, nisi concurrant aliæ conjecturæ. Riccius coll. 525. & dec. 85. par. 2. Ansaldo de iurisdictione. par. 4. tit. 5. cap. 1. nu. 32. 38. 43. & 44. & Farinac. pract. crim. tit. de delicto carnalis. quæst. 148. num. 66. & in conf. 216. num. 1. lib. 3. & Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 25. a num. 1. cum pluribus seq. & in discept. 192. per totam, aliàs non creditur puero asserenti se esse carnaliter cognitum à tali. Cavalc. dec. 109. Novar. in coll. super rub. de sodomia. num. 12. & Guazzin. ad defensionem reorum. defent. 4. cap. 6. num. 17. sed cum aliis adminiculis facit indicium ad torturam contra agentem, idem Riccius in praxi fori Ecclesiastici par. 3. relol. 63. Trivisan. dec. 14. lib. 2. Foller. prag. 1. r. 57. de sodomia. Peguer. in qu. crim. cap. 76. V. v. us dec. 157. Mastrill. dec. 295. Genuens. pract. Arch. Neap. cap. 80. n. 2. Muscat. pract. crim. tit. de adulterio. rubr. de delictis criminum privilegiis, & penis, n. 25. Danz. tom. 3. tit. de delicto carnalis. cap. 1. n. 3. Cabal. ref. crim. casu 84. Rov. in prag. 1. n. 4. in fine de sodomia, & Thor. in coll. rer. judic. casu 20. n. 15. Immo hoc procedit etiam si dictum passus non sit factum in tortura, si per vim passus sit, nam adhuc facit indicium ad torturam contra agentem, si concurrant aliæ conjecturæ, Mastrill. d. dec. 295. num. 15. Secus si voluntarie passus sit, quia tunc requiritur tortura. Guazzin. ad defensionem reorum defent. 19. cap. 10. num. 8. Danza d. cap. 1. num. 4. Mastrill. d. num. 15. ubi nu. 16. dicit, quod si pas-

sus sit minor, qui non possit torqueri, tunc ferula cædi debet sub tortura, & Mastrill. ibi nu. 35. dicit, quod si probetur dormitio cum puero, & commotio, & quod unus erat supra alium contra naturam, in hoc casu dicitur probatum delictum sodomie, quod ego non affirmo, nam poterat esse, ut agens coiret extravas, ut considerat Giazzius in conf. 3. n. 27. 33. & 34. quod posuit post disceptat. crim. lib. 1. & in dubio nemo est condemnandus, sed ego ponerem reum in tortura, nisi adlit delictum in genere benè probatum, & adlit confessio pueri, asserentis fuisse commissam sodomiam, quia tunc procedit opinio Mastrill. & vide Danzam de pugna DD. tom. 3. tit. de delicto carnalis. cap. 1. num. 20. & seq. Sanfelice. dec. 354. & Capycius Latio dec. 163. parte 2. Et tale crimen sodomie est difficilis probationis, & ideo proceditur per conjecturas, & admittuntur testes inhabiles, exceptis tamen inimicis. Riccius dec. 29. nu. 2. & 4. parte 3. Mastrillus dec. 295. nu. 1. Mascard. de probat. conclus. 1319. nu. 3. 4. & 7. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de delicto carnalis. cap. 1. num. 1. & 17. & in crimine sodomie reus potest condemnari pœna ordinaria ex indicibus indubitatis. Thorus in supplemento dec. ver. sodomia. fol. 605. & vide quod dixit meus idè Avunculus Scialoya in praxi torquendi Reos cap. 4. num. 15. & quod ibi ego addidi. Sed in crimine attentationis sodomie delictum attentati non facit indicium ad torturam contra attentantem. Riccius collect. 525. & quando puer per vim est cognitus, ipse non punitur. l. scdissimam, ubi glos. & DD. C. ad leg. Jul. de adul. Mastrill. dec. 295. num. 41. & Muscatell. ubi supra n. 63. & seq.

78 Et advertas, quod si quis dormiat cum puero, & concurret mala fama dormientium, dico agentis, & patientis, hoc facit indicium ad torturam. Riccius dec. 29. par. 2. aliàs secus nisi concurrat dictum passus, quia tunc facit indicium ad torturam contra agentem, Mastrill. dec. 295. n. 30. & seq. & Foller. pract. crim. rubr. capiat informat. num. 13. Et an socius criminis faciat indicium ad torturam in crimine sodomie? vide Mascard. de probat. in d. concl. 1319. n. 15. & 16.

79 Hinc etiam est, quod non creditur mulieri, asserenti, se stupratam esse ab aliquo, Boer. dec. 299. Grammat. conf. crim. 45. Vivius dec. 247. Cabal. d. casu 200. num. 113. Guazzin. ad defensionem reorum, defent. 4. cap. 6. num. 14. & Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 8. nu. 41. & discept. 24. n. 1. cum pluribus seq. & in conf. 2. num. 13. & 32. & in conf. 3. num. 11. & 20. quæ consilia posuit in fine d. lib. 1. & multoties evenit, mulierem à pluribus fuisse cognitam, & postea ipsa confitetur, fuisse stupratam ab eo, qui ipsam non stupravit, vel ab eo, qui ipsam pœnitus non cognovit, immò fingit cum omnibus habentibus rem cum ipsa esse virginem, & uti virginem omnibus se vendit, sed si cum confessione mulieris facta in tortura concurrant aliæ conjecturæ, hoc facit indicium ad torturam, Boss. d. tit. de indicibus, nu. 160. Riccius dec. 236. par. 2. puta si sit probata practica inter eos, colloquia, vel oscula, vel tactus. Marcus dec. 893. par. 1. Riccius coll. 2122. ver.

copula autem; vel si adfit confesso confocii, vel adfit fama publica, *qua probatur in criminalibus per duos testes*. DD. apud Clarum in §. finali pract. crimin. quest. 6. vers. sciendum est autem. Nigris in dicto capit. Reg. frequens, num. 75. Sed dictum stuprata, ut afficiat nominato, debet confirmari in tortura, Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 19. cap. 10. nu. 9. Et per solam dormitionem cum muliere est indicium ad torturam contra dormientem. Mastrill. dec. 295. num. 32. cum seq. & est text. in cap. literas extra de probat. Immo sola dormitio facit plenam probationem quo ad adulterium, & fornicationem. Mascard. de probat. conclus. 810. nu. 91, & faciunt dicta per Pascali. de viribus pat. potest. par. 1. cap. 5. post num. 50. Hoc tamen fallit in fratre, qui si visus fuit, dormire cum ejus sorore, & dicta soror efficiatur prægnans, in hoc casu non præsumitur prægnans à fratre, & contra eum non est indicium ad torturam. Riccius dec. 48 par. 2., & idem dicit Mascard. de probat. conclus. 312. n. 7. & 8. Et consanguineus versans cum consanguinea, non præsumitur versare animo luxuriandi. cap. cum juventute de præsumpt. quod secus est inter extraneos. cap. aliter §. item per a. Ta. 30. quest. 5. Mascard. in d. conclus. 810. num. 10. cum duobus seq. Et conjunctio sanguinis omnem sinistram libidinis præsumptionem tollit. l. si qui adulterii. cod. ad l. Juliam de adult. Mascard. de probat. conclus. 984. num. 8., ubi n. 7. dicit quod Clericus amplectans, & osculans mulierem, caritatis, & non luxuria signum præsumitur, & idem tenet Grassus de effect. cleric. effect. 32. & Pascali. in d. cap. 5. num. 10. Et ad probandum adulterium ad finem faciendi divortium, sufficit probare adulterum introisse de nocte, & die in domum adulteræ, & quod ibi erant soli. Trivisan. in dec. 21. lib. 2., & vide Danzam ad Grammaticum in dec. 105. num. 12. Sed Vicino inquisito de stupro cum vicina, non potest infligi tortura ex eo solo, quod sit vicinus, quia sola vicinitas non facit indicium ad torturam, nisi concurrant cohabitatio, & conversatio cum Vicina. Grammat. in voto 6. num. 3. & consil. crim. 35. num. 16. & Giazzius in lib. 1. discept. 87. n. 1. ubi num. 2. dicit quod conversatio debet esse stricta. Sed si stuprata asserat, tempore, quo fuit cognita à Titio, fuisse virginem, & Titius asserat contrarium, cui sit credendum? late disputat Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de stupro. cap. 1. à num. 11. cum plurib. seq. Sed Garzia à Toieto in dicto 412. dicit, quod statur juramento virginis contra deflorantem, qualiter ipsa erit virgo tempore, quo fuit cognita ab ipso deflorante, & idem tenet Vivius dec. 299. num. 17. Ursillus ad Affligum dec. 236. num. 3. Mascard. de probat. conclus. 1343. num. 6. & conclus. 1417. num. 2. & Thor. in voto 53. tom. 1. Sed tunc itatur dicto puellæ, asserentis, tempore, quo fuit cognita à Titio, fuisse virginem, quando ipsa puella erat eo tempore bonæ vitæ, & famæ, secus si habebat malum nomen, & pro virgine non reputabatur, quia tunc ejus juramentum non statur, Foller. pract. crim. rub. capiat informationem. nu. 11. & Farinac. pract. crim. tit. de delictis arnis qu. 147. à num. 135. usque ad num. 140. & quando mulier non habuit mari-

tum, semper in dubio præsumitur virgo. Novarius in praxi elect. fori tom. 1. sect. 2. qu. 14. n. 2. & 3. & Mascard. de probat. conclus. 1417. nu. 1. ubi in conclus. 1343.

Et scias, quod indicium ad torturam, quod resultat ex dicto socii criminis in delictis exceptuatis, eliditur per bonam famam confocii nominati. Grammat. dec. 28. nu. 18. & consil. crim. 71. num. 63. Nigris in cap. Regni frequens n. 57. circa finem. Mascard. in conclus. 1317. num. 16. & 17. & Giazzius in d. lib. 1. discept. 8. num. 58. cum duobus sequentibus & discept. 19. num. 33. & in consil. p. num. 220. quod posuit in fine discept. crim. lib. 1. & Farinac. d. quest. 43. num. 187. licet ibi nu. 188. de hoc dubitet, tamen primam opinionem dicit esse communem, nam ex qualitate bonæ vitæ probata tollitur quæcumque præsumptio in contrarium exstans, ita G. ammet. voto 36. num. 13. & Bertazzol. consil. 248. n. 18. & fama bona probata facit cessare præsumptionem doli. Cæpol. consil. 31. præsumpt. 9. Trivis. dec. 50. num. 18. & seq. lib. 2. ubi num. 20. dicit, quod fama bona probata purgat etiam indicia ad torturam, citat Angel. in l. miles, C. de quest. & Decium consil. 175. circa finem, & idem tenent Boss. pract. crim. tit. de inquisitione, num. 34. Arnoho cautela 59. & Danza de pugna DD. tom. 3. d. tit. de indicis cap. 2. nu. 39. & 40. & Giazzius in d. discept. 19. per totam. Sed tunc probatio bonæ famæ tollit indicium ad torturam, quando indicium provenit ex mala fama probata ex processu informativo, secus si indicium ad torturam proveniat ex aliis, ita Clar. pract. crim. §. fin. qu. 60. vers. frequens etiam, & Cabal. resolut. crim. casu 84. num. 15. nam bona fama alicujus in genere tollit ejusdem malam famam pariter in genere, & omnem præsumptionem ex eadem mala fama resultantem. Farinac. d. tit. de indicis, & tortura. quest. 47. nu. 181. cum pluribus seq. ubi à num. 186. usque ad num. 192. dicit, quod bona fama inquisiti in genere probata non tollit specialia indicia ad torturam sufficientia, sed idem Cabal. casu 200. n. 146. dicit, quod bona fama probata tollit indicia etiam provenientia ultra malam famam probatam contra reum.

80 Sed si duo socii criminis deponant contra confocium, faciunt indicium ad torturam contra confocium nominatum. Clar. d. §. fin. qu. 21. vers. sed pone, & Tartag. pract. crim. d. cap. 11. num. 19. nam confessio sociorum criminis non est sufficiens probatio ad condemnandum alium confocium, l. fin. C. de accusat. c. veniens, ubi gloss. extra de testibus. Sic etiam, licet socius in crimine hæresis admittatur in testem contra confocium in Fidei favorem, cap. in fidei favorem de hæreticis in 6., dummodo deponat cum tortura. Riccius dec. 298. par. 3. tamen dicta sociorum in crimine hæresis faciunt tantum indicium ad torturam contra confocium criminis, & non prebant plenarie, cap. filii, ubi notatur de hæreticis in 6. Riccius dec. 109. & 291. par. 2. & Trivis. dec. 28. lib. 2. Nam ut quis possit condemnari de crimine hæresis, est necesse, ut sit convictus duobus testibus omni exceptione majoribus. Mascard. de probat. conclus. 855. 856. & 857. per totas & præcipue num. 38. & Farinacius de hæres. qu. 188. §. 3. à num. 55. usque ad num.

num. 66. Et est necesse ut duo testes sint testes & non singulares. Farinacius in d. qu. 188. §. 9. à num. 152. usque ad num. 165. & Mascard. in d. conclus. 856. ubi in conclus. 861. num. 5. dicit esse falsam opinionem illorum, tenentium in crimine hæresis probationes leviores sufficere, quam in aliis criminibus, immo alii dicunt quod duo testes omni exceptione majores, non sufficiunt ad condemnandum reum de crimine hæresis, sed debent esse plures, ita Emericus in director. inquisit. par. 3. quæst. 71. & ibi addentes, & an in crimine hæresis quis condemnari possit ex indicis indubitatis, dictum est in praxi torquendi reos cap. 4. num. 14. & in crimine hæresis ex dicto unius socii criminis, reus non potest torqueri, nisi alia concurrant. Farinacius de hæresi. quæst. 185. §. 8. num. 115. ubi post num. 152. dicit, quod duo socii criminis in crimine hæresis faciunt indicium ad torturam contra consocium. Sed in causa Sanctæ Fidei denunciator habetur pro idoneo teste. cap. in omni negotio. de testibus, & Thomas Trivisan. dec. 29. lib. 2. & quod plures loci criminis non faciunt plenam fidem contra consocium criminis, ut ipse possit condemnari, sed tantum faciunt indicium ad torturam, d. cunct. Boer. dec. 319. nu. 4. Peguer. in qu. crim. cap. 5. num. 37. Rovitus in Pragm. 1. num. 10. de perseq. mal. f. & Cabal. resolut. crim. casu 185. n. 2. ubi num. 2. dicit, quod si cum depositione plurium sociorum concurrant alia adminicula, vel indicia, tunc consocius nominatus potest condemnari poena ordinaria, citat Peguer. d. cap. 5. num. 38. & vide Capic. Lat. in dec. 132. par. 2. & Mascard. in d. conclus. 1317. num. 54. ubi dicit quod socius criminis concurrente alio teste fide digno, plenam facit probationem.

Sed tunc depositio duorum, vel plurimum sociorum facit indicium ad torturam contra consocium, quando sumus in delictis exceptis, aliis secus, nisi alia indicia concurrant, Farinac. d. qu. 43. à num. 34. usque ad nu. 42. & qu. 44. num. 6. cum quatuor seq. & Mascard. in d. conclus. 1317. num. 18. & seq. & Giarezzus in d. discept. 8. nu. 67. & in tit. de confessione rei contra fiscum, quem posuit in fine primi lib. discept. crim. cap. 63. qui simpliciter dicunt, quod si sint plures socii criminis, qui deponunt contra consocium criminis, non faciunt indicium ad torturam contra consocium nominatum, intellige quando sumus in delictis non exceptuatis secus in exceptis, it. ex dictis supra post n. 76. in fine.

- 81 Sed si de tribus sociis distrubatoribus publicarum viarum duo confiteantur in tortura, alium tertium esse consocium, confessio illa sufficit ad condemnandum tertium consocium nominatum. cap. Reo frequens, Sanfelix. dec. 37. & dec. 382. n. si ad sit tortura tertii consocii in medio, qui non sit confessus, puta si ad sint confessiones consociorum, & aliæ conjecturæ, unde ex hoc consocius nominatus sit tortus, & non confessus, nam quævis postea superveniant duæ alæ confessiones aliorum sociorum, consocius nominatus non potest condemnari poena ordinaria, nam illa prima depositio fuit elisa per torturam illatam consocio nominato, quæ non potest conjungi cum duobus aliis depositionibus aliorum sociorum criminis ad finem faciendi veram probationem, sed punitur

poena extraordinaria. Franchis dec. 577. Vel niti consocius nominatus sit bonæ famæ, & vitæ, cap. Reg. Constitutionem divæ memoriæ, Muscatell. pract. crim. tit. de furtis, rub. de privilegiis dictorum delictorum, nu. 26. cum pluribus num. seq. Gizzarell. dec. 78. & Sanf. d. dec. 382. n. 4.

- 82 Sic etiam depositio trium sociorum in tortura, quod ipsi cum aliis commiserunt de nocte furtum intus Civitatem Neapolitanam contra itinerantes per vias dictæ Civitatis, vel contra alios tam de die, quam de nocte cum fractura, vel scaliatione, talis depositio sufficit ad condemnandum consocios nominatos, dato, quod depositiones essent singulares, Pragmat. 3. de furtis, & Franch. dec. 570. ubi dicit, dispositionem dictæ Pragmaticæ habere locum, etiam si non concurrat fractura; ponit exemplum in furibus, qui de nocte distrubaverunt, inventa janua aperta.
- 83 Sic etiam depositio trium sociorum criminis deponentium, ipsos cum aliis posuisse ignem in aliqua possessione, ex quo dominus possessionis noluit ipsis mittere pecuniam petitam, si talis depositio sit facta in tormentis, & licet depositiones sint singulares, tamen sufficiunt ad consocium nominatum condemnandum poena ordinaria. Pragm. 13. §. 2. de exulibus.
- 84 Idem est in confessione trium sociorum asserentium occidisse animalia, ex quo dominus animalium noluit pecuniam petitam mittere, nam adhuc talis confessio, si sit facta in tortura, licet tres socii sint singulares, tamen est sufficiens ad condemnandum consocios nominatos, Prag. 14. §. 4. de exulib. licet regulariter testes singulares non sint sufficientes ad condemnandum. Cabal. resolut. crim. casu 293. & late Farinac. de testibus. qu. 64. per totam.
- 85 Sic etiam, si duo banniti confiteantur in tortura, se fuisse receptatos à Titio, hæc depositio est sufficiens probatio ad condemnandum Titium receptatorem, ut dicam infra c. 18. n. 15.
- 86 Et unum finaliter advertas, quod quando quis vult obicere contra testem, quia est socius criminis, non debet dicere, quod est socius criminis, nam ex hoc videretur fateri delictum, sed debet dicere, quod ipse testis facit se socium, & idem non probat, ita Clar. d. qu. 21. ver. in hoc autem. Sed dato, quod socius criminis volens obicere contra consocium deponentem, dicat ipsum esse consocium criminis, hoc ipsi obicienti non noceat, dicit Farinac. d. qu. 43. n. 32. & seq. ubi quæst. 52. num. 165. & seq. dicit, quod mala physionomia, & malum nomen faciunt indicium ad torturam si concurrat aliud indicium in specie illius delicti, pro quo reus inquiritur, & idem tenet Danza d. tit. de indicis cap. 8. num. 11. & Giarezzus in dicto lib. 1. discept. 154.
- 87 Visus si quis fuit armatus propè locum, ubi fuit commissum homicidium cum armis, quibus fuit commissum d. homicidium, hoc contra d. visum facit indicium ad torturam, Blanc. de quæst. num. 301. Borrell. conf. 45. num. 4. 26. & 27. & Danza d. cap. 8. num. 12. & maxime si reperiatur vulnera in occisum ad mensuram gladii, quem portabat ille, qui visus fuit propè

pè locum delicti, licet Farinac. d. quæst. 52. nu. 77. & seq. dicat, hoc indicium esse multum debile, alio non concurrente, dum in una Civitate reperiuntur plures gladii unius mensuræ, tamen si concurrat, quod ipse dominus armorum fuit visus in loco delicti cum dictis armis, tunc absque dubio contra eum est indicium ad torturam. Danza d. tit. de indicis, cap. 6. num. 21. *Sed tortura non potest infligi inquisito ob homicidium commissum in loco, per quem inquisitus erat solitus transire, & conversari, quando non erat solitus maleficia perpetrare.* Giazzius in d. lib. 1. discept. 163.

- 88 Conversatio quoque cum malis hominibus facit indicium ad torturam. Borrell. d. conf. 45. num. 7. Et Mascard. de probat. conclus. 451. n. 2. & 4. Nam malus præsumitur qui cum malis hominibus versatur. l. adiles. §. hoc autem ff. de adilit. aditio. Mascard. de probat. conclus. 1005. num. 2. & conclus. 1006. num. 66. sed veritas est, quod sola conversatio non facit indicium ad torturam. Riccius dec. 164. par. 3. Carrerius d. tit. de indicis, vers. vigesimum quintum, fol. mihi 63. Farinac. d. qu. 52. nu. 87. & 92. & Danza d. tit. de indicis cap. 8. num. 1. *Sed alia concurrere debent, ut conversatio cum malis hominibus faciat indicium ad torturam.* Giazzius in d. lib. 1. d. discept. 136. per totum, & præcipue n. 2. ubi n. 3. dicit, quod hac conversatio debet probari per duos testes, testes de loco & tempore ad effectum adminiculandi, citat Jul. Clarum in §. fin. qu. 22. n. 1.
- 89 Pax, seu transactio procurata per reum ab offenso, contra d. reum facit indicium ad torturam, ita Blanc. de qu. n. 206. Carrer. d. prac. crim. d. tit. de indicis, vers. undecim f. mihi 59. Marf. prac. crim. §. diligenter. n. 177. Boff. prac. cri. tit. de pace, n. 23. & Clar. d. qu. 21. vers. pax, ubi dat cautelam, ut remissio fiat per offensum, absente offensore, quia tunc talis remissio non facit præjudicium offensori, citat Grammat. voto 39. circa finem, & Pascal. de Vir. pat. pot. par. 2. cap. 1. num. 125. sed tunc valet remissio facta absenti, quando Notarius stipulans acceptat remissionem pro absente. Boff. d. tit. de pace nu. 20. & dicam infra cap. 24. num. 58., & transigens se pro crimine, videtur fateri delictum, quod limita, ut per Cepollam cautela 188. & per Mascard. de probat. conclus. 501. per totam, & vide Giazzium in d. lib. 1. discept. 64. & lib. 2. in fine num. 50. & Farinac. in pract. crim. in tit. de inquisitione. qu. 5. à num. 18. usque ad finem. sed petens indultum non videtur fateri delictum, Catalanus de indulto. quæst. 8. & Decianus in tract. crim. lib. 3. cap. 35. num. 82. & seq.

- 90 Quod si quis sit convictus promississe centum Titio, ne ipsum accusaret de morte patris, aut alterius sui consanguinei, ex hoc resultat contra promittentem indicium ad torturam, Carrerius d. tit. de indicis, vers. trigessimum primum. num. 1. fol. mihi 64. à tergo, ubi num. 3. dicit, hoc procedere, si hoc sit promissum ab ipso principali, secus si pater, aut alia persona conjuncta hoc promiserunt, ubi n. 2. hoc procedere, si hoc sit promissum ab ipso principali, secus si pater, aut alia persona conjuncta hoc promiserunt, ubi n. 3. dicit quod si constat, aliquem petisse veniam & remissionem à parte, talis petitio non facit indicium, si venia sit petita extra iudicium, secus si in iudicio, & num. 4. quærit ipse Carrer.

ibi, quid si sit tractata pax, vel transactio, & non sit conclusa, an hoc faciat indicium ad torturam? & distinguit, quod aut erat tractata transactio in casu, quo poterat transig. & non facit indicium, aut in casu, in quo non poterat, juxta tradita in l. transigere, C. de transact. & tunc facit indicium, citat Blancum de qu. num. 307. Et quod paciscens cum accusatore, videatur fateri delictum, & habeatur pro confesso, & convicto, & Judex ex eodem processu possit eum condemnare, est text. in l. 2. C. de abolit., & Nigris in cap. Regn. ad consultationem num. 24. ubi hoc limitat quatuor modis; Primò si concordia sit facta jussu Judicis. l. furti, §. qui jussu, ff. de infam. & Cepoll. d. cautela 188. Secundò limitat, si concordia fiat gratis, quia tunc reus non videtur confiteri delictum, l. in Fisci. ff. de jure Fisci, & d. l. furti, §. pactus, Cepol. d. cautela 188. & Carrab. in sing. 189. Tertiò fallit, si reus in concordia expressè negat delictum, sed dicat, quod talem concordiam faciat ad evitandum dispendia litis, Cepolla d. cautela 188. Quartò fallit, quando reus non intervenit in concordia, quia tunc non habetur pro confesso, Nigris ubi supra, & de hoc vide Guazzin. ad defensionem reorum, def. 32. cap. 15. per totum illud cap.

- 91 Suspectus si accedat ad cadaver occisi, & ex vulneribus profluat sanguis, in hoc casu contra suspectum potest procedi ad torturam Boer. dec. 166. num. 1. Blanch. de quæst. num. 408. Carrerius d. tit. de indicis vers. vigesimum septimum. num. 2. fol. mihi 63. à tergo, Menoch. de arbitrar. jud. casu 270. num. 16. & de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. num. 25. Mascardus de probat. lib. 2. concl. 867. num. 24. & Farinac. d. quæst. 52. num. 154. cum pluribus seq. sed in hoc sit cautus Judex, ut quando faciat accedere suspectum ad cadaver occisi, ut cadaver illud stetisset per aliquod temporis spatium immotum, quod si profluat sanguis, faciat reaccidere suspectum. nam si iterum profluat sanguis, in hoc casu Judex tutè potest ponere suspectum ad torturam, & ita advertit Thes. dec. 173. in fine, & de hoc vide Sese dec. Arag. 111. tom. 1. debet etiam esse cautus Judex, ut prius adduci faciat ministros, & testes examinandos pro isto actu, & si sanguis non profluat in eorum præsentia, adduci faciat cum eis suspectum, alias si duci faciat suspectum cum ministris, & testibus poterit suspectum dicere, quod non causa ejus præsentia sanguis profluit, sed ministrorum, & aliorum astantium, ita Ballis tract. var. lib. 1. quæst. 25. num. 3. sed sanguinem profluentem ex vulneribus occisi, præsentia suspecto, non esse sufficiens indicium ad torturam contra suspectum, dicit Gomez. var. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 15. sed alia indicia concurrere debent, Farinac. d. quæst. 52. nu. 156., & Danza ad Grammat. dec. 82. à num. 18. usque ad num. 27. & de pugna DD. tom. 3. tit. de indicis cap. 8. num. 6. cum duob. seq. sed alii dicunt, quod sit arbitrium Judici, quanta fides sit adhibenda ex isto indicio in considerando, si delictum sit occultum, vel manifestum, & si concurrant aliæ probationes, ita Ballis d. qu. 25. num. 6.
- 92 Pecuniæ falsæ si tantum reperiuntur penes aliquem malæ famæ, & vitæ, & illas non expen-

pendat, & non ostendat à quo illas habuit, contra eum faciunt indicium ad inquirendum, sed si aliàs fuit inquisitus de consione, vel fabricatione falsæ monetæ, & tunc faciunt contra eum indicium ad torturam. *pragm. 2. §. 3. de monetis, & de jure communi, si falsa moneta reperitur penes aliquem, si non ostendat à quo habuit præsumitur ab eo falsificata. Revert. in dec. 207. post num. 2., & ibi Marinis. n. 2.* & quando quis aliàs fuit inquisitus de falsa moneta, vel ejus consione, si penes ipsum reperiantur stilia apta ad monetæ fabricandum, vel tondendum, vel si reperiantur reliquiæ consæ a monetis, hoc sufficit ad ipsum condemnandum pœna mortis d. *Pragmat. 2. §. 12. de monetis*, sed si aliàs non fuit inquisitus, & tunc contra eum est indicium ad torturam. *Riccus dec. 43. par. 1. Boss. præct. crim. tit. de falsa moneta n. 7. nisi instrumenta ipsa pro fabricanda moneta non sint perfecta, quia tunc si reperiantur penes aliquem, contra eum non faciunt indicium ad torturam, ut decisum refert idem Riccius dec. 325. parte 3.*

93 Et advertas, si quiddam ad sit unus testis de visu, & mala fama falsificantis, vel tondentis monetæ, vel si cum mala fama concurrant indicia urgentia, in hoc casu inquisitus potest ad mortem condemnari, d. *pragm. 2. §. 13. de monetis*, sic etiam unus testis de visu, & fama publica est sufficiens ad condemnandum tondentem, vel falsificantem monetam, cap. *Reg. jam sæpè*, sed de jure communi unus testis de visu facit indicium ad torturam contra falsificantem monetam. *Marl. cons. 74. nu. 1. & seq. Catalanus de indulto cap. 28. nu. 66. ubi num. 68. dicit, quoddam si reperta fuerint instrumenta cudendi monetam falsam in domo alicujus, hoc facit indicium ad torturam contra dominum d. & domus, citat. Franch. dec. 440. nu. 1. & idem tenent Bossius in præct. crim. tit. de falsa moneta num. 7. Marfil. in l. qui falsum nu. 106. ff. ad l. Corneliam de falsis, & Mascard. de probat. conclus. 1070. num. 9, ubi num. 10. hoc limitat, quando dominus domus, ubi reperta sunt instrumenta cudendi monetam sit bonæ famæ vita, & conditionis, quia tunc contra eum hoc non facit indicium ad torturam. Et Princeps potest cum causa statuere, ut credatur uni testis Rovitus in *prag. 6. num. 6. de recept. malefact.*, & Revert. in dec. 188., & ibi de Marinis, sed vide Petrum Garziam à Toledo in dicto 526., & statuto induci potest, ut testibus singularibus credatur. *March. in dec. 455. vol. 2. Novarius in prag. 1. nu. 6. de usuris, & Revert. in dec. 188. & ibi de Marinis, & vide Firaquell. in tract. de judicio in rebus exiguis ferendo à num. 2. usque ad num. 6. Et statutum potest facere, ut credatur socio criminis. Ballis tract. var. lib. 5. tit. de capientibus ad effectum componendi post num. 7. fol. mibi 420.**

Et expendens falsam monetam excusatur si doceat, à quo illam habuit, aliàs si non doceat, contra se est indicium ad torturam, si expendens sit malæ vocis, conditionis, & famæ, ita Cabal. resolut. crim. casu 199. à num. 9. usque ad num. 12. & Giannius in d. lib. 1. discept. 29. à num. 1. usque ad num. 9. & non obstat dec. 401. Franch. data ibi concurrebat depositio duorum

consociorum deponentium, illum, super quem fuit reperta magna quantitas falsæ monetæ, & per eum expensa, fuisse falsum monetarum fabricatorem, ideo merito ibi fuit punitus pœna mortis, uti legitime convictus, ex quo etiam non ostendebat Authorem, à quo habuit illam falsam monetam, & erat malæ conditionis, & famæ. Et vide quæ addidi ad *Prax. Cervillini.*

94 Advertas etiam, quoddam si quis artificiat argentum absque licentia, & contra ipsum sit mala fama falsificandi monetæ, contra eum est indicium ad torturam, quoad eruendam veritatem, si artificiat argentum prædictum causa faciendi monetæ falsas, ut in *pragm. 11. §. 3. de monetis.*

95 Et unus testis domesticus non facit indicium ad torturam, nisi concurrat aliqua alia præsumptio, sed duo testes domestici faciunt indicium ad torturam, sed non sufficiunt ad condemnandum. *Boss. d. tit. de indicis, nu. 165. cum duobus seq. nisi essemus in delictis occultis, in quibus duo testes inhabiles bene conjunguntur, ita ut reus possit condemnari ordinaria pœna. Riccius dec. 196. par. 1. & domesticus non potest esse testis pro domestico, ut addidi supra hoc eodem cap. in fine n. 10.*

96 Et sicut probationes in criminalibus in condemnando reum, debent esse luce meridiana clariore, l. fin. C. de probat. l. additis cod. de probat. l. qui sententiam cod. de penis cap. scienti cuncti, 2. q. 8. & cap. literas de præsumptionibus, & Mascard. de probat. concl. 459. n. 2. & 14. concl. 739. n. 2. concl. 740. n. 14. concl. 754. n. 2. concl. 856. n. 26. et concl. 867. n. 8. ita indicia ad torturam debent esse luce clariora in sua specie indiciorum, Bal. cons. 269. num. 6. vol. 1. Cravett. cons. 6. nu. 12. Farinacius quæst. 37. n. 5. Foller. præct. crim. rub. dentur capitula, quod suffocavit uxorem, num. 22. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 30. cap. 4. nu. 3. ver. quæ indicia. Menoch. de præsumpt. qu. 89. num. 3. lib. 1. & de arbit. jud. casu 170. nu. 5. & seq. ubi dicit, quoddam indicia debent esse probabilia, & verisimilia, & non debent esse æquivoca, & quæ multipliciter possint interpretari, Farinac. d. quæst. 37. num. 8. Novel. tract. ad defensionem in prin. num. 40. & seq. Ambros. de processu informat. lib. 4. cap. 1. num. 16, & seq. Guazzin. d. def. 30. d. cap. 4. nu. 3. ver. quæ indicia, & ut Reus possit torqueri, indicia debeant esse sufficientia, certa, probabilia, & verisimilia, ut Judex sit quasi certus, l. miles, §. oportet, C. de quæst. Trivis. dec. 50. n. 8. par. 2. Boss. d. tit. de indicis, nu. 17. & Foller. præct. crim. in 2. par. tertie partis, rub. & si confitebuntur, num. 6. sed quod indicia non debeant esse luce meridiana clariora, dicunt de Ponte dec. 16. n. 21. & Rovit. dec. 63. num. 1.

97 Et in dubio potius est judicandum, ut indicium non sit sufficiens ad torturam, quam aliter, Boss. d. tit. de indicis, nu. 72. Cabal. d. casu 200. num. 145. & Giannius in d. lib. 1. discept. 3. num. 7. discept. 96. num. 25. & discept. 120. nu. 5. Quod si concurrant indicia pro delicto, & innocentia ex parte Rei præferuntur probata pro innocentia, Boer. dec. 165. Novar. in prag. 37. num. 22. de offic. magistr. iustis. nu. 22. & Farinac. d. tit. de indicis, & tortura, quæst. 38. à num. 110. usque ad finem. Et contra indicia, si aliquid

urgeat in contrarium, & sint aliæ conjecturæ, non est deveniendum ad torturam, Grammat. voto 30.n.30. Thes. dec.24. num.13. Danza de pugna DD.tom.2.tit.de armatione per campaneam. cap.3.num.74.in fine, & Gizzarell.dec.89.num.3.

98 Et licet delicta nocturna probentur per conjecturas, l.filius eum diffinimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris, l.si vicinus, C. de nuptiis, l.consensu, §.a barbaris, ff. de re militari. Foller.pract.crim.rub.dentur capitula, quod suffocavit uxorem, & Cabal.resol.crim.casu 288. num.73. ubi dicit, quodd delictum nocturnum est difficilis probationis. Et licet in ipsis delictis nocturnis facilius deveniatur ad torturam, & non requirantur indicia evidentiora, ut requirantur in delictis diurnis, ut Vivius dec. 169. Grammat.conf. crim. 34. Carrerius d.tit.de indiciis, ver.circa quartum, num.19.fol.mihi 87. à tergo, & Boff. d. tit.de indiciis, num.171. cum num.seq. & n.174. Et licet in delictis occultis facilius deveniri possit ad torturam, quam in delictis, quæ palam committuntur, Clar. §.fin. qu.64.ver.& ideo, Boff. d.tit.de indiciis, num.200. Grammat.in dec. 34. num.38. Garzia à Toletto in dicto 26. & Afflict.in constit.Regni super incisionib.num.26. Tamen Judex debet cavere, ne sub pretextu, quodd delictum sit difficilis probationis, deveniat ad torturam sine legitimis indiciis. Burfat.conf.166.num.33. vol.2. Farinac.d.quæst.37. num.150.cum duobus seq. Guazzin. d. def.30. cap.4.num.9. & cap.42. num.6. & Carrerius d. tit.de indiciis, d.ver.circa quartum, d.nu.19. & Cabal. resol. crim. casu 140. & 141. nam in suprad. casibus adhuc requiruntur indicia, sed leviora, quam in aliis delictis. Farinac.d. quæst.37.num.153. Giazzius in d.lib.1. discept. 96. & 111. & Novarius de gravam.unssal.tom. 2. gravam.200.

99 Et quando delictum est commissum de nocte, si testes dicant, vidisse occisorem, eis non creditur, nisi dicant, quodd lucebat Luna, Boff. d. tit.de indiciis, num.171. & seq. Riccius dec.63.par.2. Marf. de bannitis, ver.nocturno tempore, nu.15. Capol.cautela 231. Giazzius in d.lib.1. discept.15. à num.15.usque ad finem, Mascard.de probat.conclus.1114. à num.1.usq; ad 4. & Cotta in suis memorialibus ver. testis, vel nisi dicant, quodd occisor portabat lumen, Clar.d.quæst.21.verfic. sed quid in fine, & Tartag.pract.crim.cap.11.num.26. & quando delictum est commissum de nocte, testes debent interrogari de causa scientiæ, si Luna lucebat, vel si ibi erat lux, vel in claro aere, prag.27. §. 17. de off. magist. justit. sed testes qui dicunt vidisse occisorem, ex quo lucebat luna, non sunt omnino integri, & non sufficiunt ad condemnandum occisorem poena ordinaria, nam luna habet radios lugubres. ita Mascardus in d.concl. 1114. num.5. nisi ultra istos testes interveniat alia conjectura, vel Cæpitudo, ut ex Boffio dicit ipse Mascardus in d. num. 5. Quodd si unus testis deponat, cognovisse delinquentem sua voci, hoc facit indicium ad torturam. Clar. d.ver. sed quid Tartag.d.cap.11.num.27. Arnò dialogo 70. Carraba in sing. 238. & Vivius dec.169. ubi dicit, quodd duo testes impuberes

in occultis probant, & sequitur Ricc. coll. 2120. & idem est, si veritas aliter haberi non possit, quia tunc deo impuberes plenè probant. Bajard.ad Clarum, §.fin. qu.24. nu.108. Sed Judex non debet devenire ad condemnationem ex eo, quod testes dicant, cognovisse delinquentem sua voci, quam habent notam, aliis non concurrentibus indiciis, nam vox hominum est fallax, & multi habent consimilem vocem. Mascard.de probat.conc.22.n.3. cum duob. seq. & d. concl.1114.n.3. & à n.6.usque ad n.11. Sed tunc depositio testis cognovisse delinquentem sua voci facit indicium contra ipsum delinquentem, quando inter ipsum testem, & delinquentem fuit longa amicitia, & practica, ut ex hoc habeat notam vocem delinquentis, ita Giazzius d.l.1. discept.79. & vide Cottam in d. verbo testis.

101 Et scias, quodd licet unum indicium proximum sufficiat ad torturam, tamen secus est, si adsit unum indicium remotum, nam illud non sufficit ad torturam, sed requiruntur plura indicia remota, Bar.in l.fin.num.6. ff. de qu. Boff. d. tit.de indiciis, nu. 71. Blanc. de quæst. num.151. & Farinac.d.quæst.37.num.43. cum plurib. seq. & licet Clar. d. qu.64. ver. sed quæro, dicat, quodd sufficiat unum indicium, sive proximum sit, sive remotum, tamen prima opinio est communis, & sic, quodd requiruntur, vel unum indicium proximum, vel plura remota, Guazzin. in d. def.30. cap.4. num.12. & cap.30. Sed si velis adherere opinioni Clari, ut sufficiat unum indicium remotum ad torquendum Reum, tamen debent concurrere cum illo unico indicio remoto aliqua adminicula. Guazzin. d. def.30. cap.30. num.7. Farinac. d. qu.37. n. 45. & Mascard. de probat.concl. 1391. n.31. Quæ adminicula debent esse plura. Grammat. dec. 28 num.16. & 21. & Farinac. qu.43. num.157. Vel saltem debent esse talia, ut Judex ex qualitate personæ, vel facti arbitretur, talia adminicula sufficere ad corroborandum indicium principale remotum. Mascard. de probat.conclus. 1311. num.53. Peguer. in quæst. crim. cap.5. num.32. & Farinac. d. qu.43. num.162. Et quodd duo indicia remota ad minus requirantur ad torturam irrogandam Reo, dicit Cabal. resol. crim. casu 200. num.130. Ballis tract. var. lib.1. tit. de indiciis quæst.8. & Giazzius d. lib.1. discept. 26. num.32.

102 Quodd si concurrant plura indicia imperfecta, quorum unumquodque de per se non faciat indicium ad torturam, ista indicia ita imperfecta non conjunguntur ad faciendum indicium perfectum ad torturam. Boff. d. tit. de indiciis. num.20. in tit. de par. susp. n.36. Guazzin. in d. def.30. cap.32. Grammat.conf. crim. 3. post num.5. & nu.18. Amicis conf. 7. latè Carrerius d. tit. de indiciis, ver. quæ autem. à nu.4. usq; ad num.10. fol. mihi 45. à tergo hanc opinionem amplexus fuit. S.C. ut testatur Reg. Capyc. latr. dec.191. num.26. Mascard. de probat.concl. 895. num.11. & seq. & Giazzius in d. lib.1. discept. 123. & in conf. 1. num.92. 100. & 167. quodd posuit in fine discept. crim. d. lib.1. licet aliqui teneant, quodd unum indicium fiat ex pluribus præsumptionibus imperfectis, prout tenent Brunus de indiciis, & tortura par.1. qu.2. n.5. & 6. Vivius dec.200. & dec.282. num.21. Nov.

var dec. Regiæ Audientię Apulę 25. & Riccius collect. 2. 120. ver. & ad ampliationem. Et ideo mihi non videtur tuta opinio Cabal. resol. crim. casu 193. afferentis, quodd si ad sint tria indicia remota, & unumquodque sit probatum per unum testem, licet ipsi testes singulares non sint omni exceptione majores, sed sint minus idonei, & aliquem patiantur defectum, tamen faciunt indicium ad torturam: nam prima opinio est vera, & sic quodd ista indicia imperfecta non conjunguntur ad faciendum indicium ad torturam, prout etiam ipsemet Cabal sibi contrarius tenet in casu 200. nu. 137. cum duobus seq. afferens, quodd quando singula indicia de per se sunt in suo genere perfecta, licet ad torquendum non sufficiunt, tunc simul collecta sufficiunt ad torquendum Reum, secus autem quando singula indicia sunt imperfecta in genere suo, quia tunc non possunt conjungi, & simul uniri ad faciendum unum indicium perfectum sufficiens ad torturam, prout etiam licet Peguer. in quest. crim. cap. 17. num. 38. cum pluribus seq. dicat, quodd plures probationes imperfectę cumulentur ad dandā pœnam ordinariam, & licet Puteo de sindicatu, ver. tortura, cap. 1. num. 7. & *Grammat. in dec. 11. num. 16. & 17.* dicat, quodd ex multis indicis resultat plena probatio etiam ad condemnationem capitalem. Et licet etiam aliqui teneant, quodd & si testes non sint valde boni, & tamen quod deficit in fide, suppletur in numero, & sic numerus testium supplet defectum ipsorum, Roman. conf. 475. Marf. conf. 68. *Novarius quest. forensi 94. par. 1. & Garzia à Toletto in dicto 107. ubi dicit, hoc non procedere in testibus vilibus, & ribaldibus, tamen in contrarium est veritas, & sic quodd numerus testium non supplet defectum ipsorum testium in criminalibus ad condemnandum reū, sed tantum ad eum torquendum ita Grammat. in consl. crim. 1. num. 4.* nam in condemnando Reum ad pœnam ordinariam requiruntur probationes legitimę, & sic ut Reus sit testibus convictus, vel ore proprio confessus, l. qui sententiam, C. de pœnis, & dixi supra in princ. hujus cap. post num. 2. & probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores, l. fin. C. de probat. Boer. dec. 164. num. 1. Magon. dec. Lucens. 39. num. 8. & Cabal. resolut. crim. casu 288. nu. 1. & ideo probationes plures imperfectę non conjunguntur ad dandam pœnam ordinariam, ut de communi testatur, *Mascard. de probat. conclus. 459. num. 7. & conclus. 1229. à num. 27. usque ad n. 31. & Franch. dec. 538. num. 16. ubi citat Clar. §. fin. quest. 67. in fine, & idem tenet Farinac. d. cit. de reo confesso, & convicto, quest. 86. num. 3. cum duobus seq. & num. 20. cum pluribus seq. ubi n. 72. cum duobus seq. & in d. quest. 37. à nu. 33. usque ad num. 39. dicit, quodd plura indicia imperfecta conjunguntur ad faciendum unum indicium perfectum ad finem ponendi reum in tortura, sed non per hoc recedo à prima opinione, quam tenet Gomez. d. cap. 12. post num. 18. Et licet aliqui teneant, quodd si sint plura indicia probata per testes singulares sufficiant ad ponendum reum in tortura, ut tenet *Grammat. in dec. 34. num. 30. & 35. & in consl. crim. 32. n. 10.**

- tamen in contrarium est veritas, idem Grammat. in consl. crim. 3. num. 18. Mascard. d. concl. 895. num. 11. & seq. & Farinac. de heresi quas. 185. §. 8. num. 145. & seq. & Giazzius d. lib. 1. discept. 2. num. 14. & seq. & num. 41. cum pluribus seq. & in discept. 153.*
- 103 Et quando quis condemnatur ex præsumptionibus, numquam ei imponitur pœna ordinaria, sed alia mitior pœna imponitur, Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur, n. 59. Cabal. resol. crim. casu 230. nu. 46. & casu 288. num. 11. Mausonius de contrabannis, qu. 16. num. 19. & Farinac. d. tit. de reo confesso, & convicto qu. 86. nu. 1. cum pluribus seq. ubi nu. 15. cum pluribus seq. dicit, quodd reus neque potest condemnari ex violentis præsumptionibus. *Sed extraordinaria pœna, ut decisum refert Grammat. dec. 42. 56. num. 21. & 22. & in dec. 96. num. 4. & 6., & nemo condemnari potest pœna corporali ex præsumptionibus, Mascard. de probat. conclus. 1226. num. 9. & 14. & docuit meus Scialoga in praxi Torquendi reos cap. 4. num. 3., & ego ibi addidi.*
- 104 Et ex supra traditis. Judex videre poterit, quando ad sunt indicia ad torturam, ut procedere poterit ad sententiam forjudicationis contra Reum absentem in ejus contumacia, nam ut diximus supra in principio hujus cap. requiruntur indicia ad torturam, ut quis possit forjudicari pro delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis.
- 105 Sed unum tantum finaliter adverte, quodd quando quis fuit visus armatus cum armis igneis in comitiva quatuor bannitorum, ille punitur pœna mortis, & potest forjudicari, & breviatur tempus forjudicationis infra quatuor dies, sed, ut possit forjudicari, de hoc debet esse legitime convictus, & non sufficiunt indicia ad torturam, ut dicam infra in hac eadem pract. cap. 10. num. 16. Sic etiam licet provocans ad duellum, si citatus non compareat infra tres dies, dicatur ipso iure forjudicatus, & pro forjudicato debeat publicari, ut in prag. 1. de duello, & vide infra in cap. 10. num. 14. Tamen ut hoc locum habeat est necesse, ut delinquens de dicto crimine sit legitime convictus, nam Follerius tenet in d. prag. 1. n. 19. de duello.
- 106 Sed queritur, & primò, quę probationes requirantur, ut possit procedi ad declarandum aliquem incidisse in excommunicationem, & Genuens. in praxi Archiep. Neap. cap. 28. nu. 18. in prima impressione, & cap. 23. nu. 18. in impressione facta de anno 1613. dicit, quodd licet probationes imperfectę in criminalibus non conjungantur, tamen conjunguntur ad imponendam pœnam censurarum, seu ad probandam censuram, & fama cum argumentis sufficit; sed alii dicunt, quodd ex indicis indubitatis non potest proferri sententia declaratoria excommunicationis, ita Ricc. dec. 87. p. 3. Canon. Novarius in summa bullarum to. 1. cit. de immunitate ecclesiastica nu. 86. & Alex. Sperellus in dec. 48. num. 23. & seq. par. 1. Sed ego teneo, quod quis potest citari ad dicendum causam quare, in materia censurarum, quando ad sunt indicia tantum, & deinde si citatus non comparet, potest excommunicari ex contumacia ob non paritionem mandatorum, &

- non ex causa principali, nam contumax potest excommunicari, ut dixi supra cap. 1. n. 9. Sed si citatus compareat, & examinatus negat delictum, & tunc dicitur, ex deductis non esse declarandum excommunicatum, & vide Novarium in qu. forensi 18. lib. 2.
- 207 Secundo queritur, quæ probationes requirantur, ut quis possit torqueri in crimine veneni, & dicas, quod plura indicia connumerat, Farinac. pract. crim. titulo de homicidio, quæst. 122. à num. 62. usque ad num. 90. ubi nu. 57. cum duobus seq. & in d. quæst. 37. nu. 150. & seq. dicit, quod ut Reus de crimine veneni torqueri possit, debent præcedere legitima indicia, sed Judex in hoc crimine veneni debet esse promptior ad ponendum Rem in tortura, quam in aliis delictis, Catalan. de indulto cap. 37. num. 47. & Ricc. us coll. 1375. Et dictum est in practica Torquendi reos n. 6. cap. 3.

SUMMARIUM.

- 1 **J**udex, antequam citet Reum ad informandum, debet videre diligenter informationem captam, & eam pluries legere, & videre videnda.
- 2 Citari potest Reus ad informandum, & ad capitula, si in informatione adsint indicia ad torturam, & agatur de delicto, de quo veniat imponenda pena mortis.
- 3 Citatio si non præcedat, quis non potest dici contumax, & n. 4. & neque potest forjudicari, n. 9. & citatio requiritur in criminalibus, nu. 5. & est de jure naturali, num. 6. Immo est de jure divino, num. 7. & per statutum tolli non potest, n. 8.
- 10 Citatio fieri debet cum inserto tenore inquisitionis.
- 11 Citatio ad capitula est præambulum sententia forjudicationis, et debet fieri solemniter.
- 12 Judicium incipit à citatione.
- 13 Citatio debet continere nomen Judicis, & inquisita, & causam pro qua Reus citatur, tempus in quo citatus tenetur comparere, & debet esse preemptoria, & debet habere datam diei, mensis, & anni.
- 14 Citatio debet subscribi à Judice, & Aduarco.
- 15 Locus, ubi Reus comparere debet, apponendus est in citatione Judicis delegati, secus in citatione Judicis ordinarii.
- 16 Tenor delegationis totus debet inferri in citatione Judicis delegati.
- 17 Contumacia, & totus processus est nullus, quando prima citatio est nulla, & n. 19.
- 18 Nullitas proveniens ex defectu citationis non dicitur sublata à statuto excludente omnes nullitates.
- 20 Citatio in Regno potest expediri die feriato, sed debet notificari die juridico.
- 21 Tempus, in quo Reus comparere debet, præfigendum est in citatione secundum distantiam loci, aliis si incongruum sit præfixum, citatio est nulla, & n. 22.
- 22 Citatio nulla convalidatur, si compareat Reus citatus, secus si compareant ejus agnati, & cognati.
- 24 Forma citationum ad informandum, & ad capitula, & earum relationum plures ponuntur usque ad n. 24.

- 35 Delinquentes cum armis igneis, ultra panam corporalem puniuntur pana ducatorum mille, quod procedit etiam in Curii Baronibus.
- 36 Magna Curia Vicaria, & Regia Audiencia Provinciales pro delictis factis cum armis igneis, prohibita asportatione, vel fabricatione disorum armorum procedunt uti delegata Sua Excellentia, appellatione remota, & cum præsentiis Magna Curia.
- 37 Citatio ad capitula non vitatur, si in ea sit narrata qualitas aggravans delictum, qua non est probata in processu.
- 38 Citatio requiritur, dato, quod statutum disponat, ut quis habeatur pro forjudicato statim commisso aliquo delicto.
- 39 Citatio dicitur sententia interlocutoria.
- 40 Citatio ad informandum est modici præjudicii.
- 41 Sigillum Judicis appositum in citatione absque ipsius subscriptione, an probet commissionem citationis?

CAP. V.

De citatione ad informandum, & ad capitula in materia forjudicationis.



- Apta informatione Judex debet eam diligenter videre, & studere, immò non semel, sed pluries debet legere processum, & quæ videnda sunt videre, Rovitus prag. 1. num. 6. de Officialib. Et Judex non potest inquisitum citare ad informandum, nisi visa informatione, l. 2. ubi Bar. C. de off. Præf. Urbis, & est prag. 37. §. 1. de off. Magistri Juitit., & prag. 3. de citationibus, Reller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 1. & Viscont. ad Franchis dec. 329.
- 2 Quod si Judex, visa informatione, videat, quod ex delicto commisso veniat imponenda pena mortis naturalis, & in processu adsint, & sint bene probata indicia sufficientia ad torturam, debet expedire contra inquisitum citationem ad informandum, & ad capitula, ut possit deinde devenire ad sententiam forjudicationis contra ipsum inquisitum in ejus contumaciam, nam per citationem præcedentem contrahitur contumacia, Bal. in l. ut perfectius, num. 17. C. de ann. except. & Catalanus de indulto, cap. 12. num. 12. & quis non potest dici contumax si nulla citatio præcessit Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 160. & in criminalibus requiritur citatio, l. 1. ff. & C. de requirendis reis, Catalan. d. cap. 12. num. 52. & citatio est de jure naturali, clem. pastoralis, §. ceterum de re judic. Catalan. d. cap. 12. num. 66. & seq. Immo est de jure divino, nam Deus vocavit Adam, dicens. Adam ubi es? ut in Genesi cap. 4. Catalan. d. cap. 12. nu. 117. Marant. in suo speculo par. 6. rub. rectè concipiatur citatio nu. 4. Giazzius in discept. crim. ad reorum defensionem, discept. 22. num. 10. cum duobus seq., & Capyc. Latro dec. 167. num. 8. parte 2. Et ideo citatio per statutum tolli non potest, Catalan. d. cap. 12. num. 69. & Guazzin. ad defens. reorum def.

def. 10. cap. 1. num. 4. Et neque per statutum potest induci, ut possit proferri sententia contra absentem non citatum, Marant. in suo speculo par. 4. dist. 16. num. 11. & citatio neque tolli potest per Principem, Mascard. de probat. conclus. 1233. num. 58. Rovit. in prag. 2. post n. 1. de ordine judic. & Capyc. Latro dec. 167. num. 66. par. 2. ubi num. 25. dicit, quod citatio in notariis non est omittenda, quando agitur contra absentem, citat Clar. §. fin. quæst. 9. num. 4. in fine, & num. 26. dicit ipse Capyc. Latro ibi, quod Princeps contra absentem non citatum procedere non potest, citat Farinac. quæst. 21. num. 68. Unde merito, formato processu, reus debet citari, ut deinde possit contra eum deveniri ad sententiam forjudicationis, Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, num. 38. fol. mihi 16. à tergo. Et in citatione totus tenor inquisitionis debet inferri, Cartar. de exequut. sent. cap. 1. nu. 385. cum tribus numeris seq. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. num. 40. & Clar. §. fin. qu. 31. num. 6. Quod observatur in Regno in citatione ad capitula, prout etiam in casibus, in quibus de jure communi absens potest diffinitivè condemnari, reus requiri, & citari debet accusationi, & inquisitioni contra eum formatæ responsurus, non solum expressa causa criminis, pro quo citatur, sed inserto etiam toto tenore libelli inquisitionis, Cartar. d. cap. 1. num. 6. citat Clarum §. fin. quæst. 31. ver. quæro nunc, & ver. quæro numquid, & in citatione debet inferri totus tenor inquisitionis, & debet exprimi delictum cum omnibus suis qualitatibus, Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. num. 40. ubi tandem dicit, quod in hoc servandus est stylus loci. Et formata inquisitione, inquisitus debet citari ad comparandum intra certum tempus inquisitioni responsurus, Cartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 427.

11 Et citatio ad capitula est præambulum sententiæ forjudicationis, & ab ipsa citatione ad capitula sententia forjudicationis sumit robur, Franch. dec. 322. num. 2. & dec. 560. num. 3. & Riccius coll. 1401. ver. animadvertas tertio. Et dum sententia forjudicationis sumat robur à citatione ad capitula, ideo d. citatio debet fieri solemniter, & cum solemnitate, l. libellorum, ff. de accusat. Horatius Visconte in suis conclus. ver. forjudicatus in medio fol. 102. & Angelis ad Gizzarell. dec. 17. n. 5.

12 Et merito, visa informatione, Judex ante omnia debet expedire citationem, nam à citatione incipit iudicium, §. fin. inst. de pœna temerè litig. Jasep. in rub. ff. de injusvocando n. 1. & citatio est fundamentum ordinis iudicarii, Marant. in suo speculo par. 6. membro 1. num. 1. Nigris in cap. Reg. sivè quis num. 19. ver. citatio enim, Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de feriis, cap. 2. ver. alii, & de Palma in sua practica par. 2. gloss. 20. num. 30. ubi dicit quod à citatione omne iudicium exorditur.

13 Et citatio debet continere nomen Judicis, nomen inquisiti, & de qua causa inquisitus citetur, & debet continere tempus, in quo citatus debeat personaliter comparere, & citatio debet esse peremptoria, Const. Reg. edictorum,

ubi Affl. & in Const. Reg. citationis literæ, Nigris d. cap. Reg. sivè quis, num. 19. ver. & citatio Guazzin. ad defensionem reorum def. 10. cap. 2. num. 10. & 12. Tartaglia in practica crim. cap. 6. n. 6. & Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 4. cum pluribus seq. & quod citatio debeat continere peremptorium, dicit Guazzin. d. def. 10. cap. 1. num. 11. & seq. & cap. 2. ipse Guazzin. ponit alia requisita ad validitatem citationis; sed licet non ponatur peremptorium in citatione, si tamen dicta citatio contineat equipollens, puta si dicat, mandetur tali, ut ad primam juris compareat, aliàs, elapso termino in citatione comprehenso, ulterius non expectabitur, sed contra eum procedetur quali juris, in hoc casu idem est, ac si peremptorium contineret, ita Affl. in Const. Reg. edictorum num. 2. & Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat num. 6. & quod quando in citatione non sit appositum verbum peremptoriæ, ipsa sit nulla, dicit decium Sanfelice. dec. 235. & Thor. Comp. dec. tom. 3. ver. citatio fol. 156. Et citatio si non contineat tempus, in quo citatus comparere debeat, an sit valida, vide Roer. dec. 235. & Caravitam in ritu 123. num. 9.

Et citatio debet habere datam diei, mensis, & anni, Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciant, num. 16. nam pro validitate actorum requiritur, ut inseratur locus, dies, mensis, & annus in quibus celebrantur, Marant. in suo speculo, par. 6. act. 10. n. 51. unde cessio facta absque die, & mense est nulla, Ann. alleg. 53. num. 1. & idem est, in testamento, quod si sit absque temporis inscriptione, est nullum, Auth. quod sine, C. de testam. sed fallit favore piæ causæ, Tiraquell. de privil. piæ causæ privil. 11. sic etiam rescriptum absque die, & consule, non valet, l. si qua, C. de diversis rescript. & consuetudo disponens, ut instrumentum fiat absque die, & anno, non valet, nisi essemus in favorabilibus Riccius coll. 2116. ver. si esset. Et scriptum in imagine instrumenti absque die & testibus, nihil probat. Anna sing. 247. & etiam in libris rationum dies requiritur. Costa in suis memorabilibus ver. dies, & in citatione debet exprimi locus, in quo impedita fuit, ex dictis per Marantam in suo speculo par. 6. act. 10. num. 51. pro ut idem est in instrumento, in quo si deficiat locus celebrari contractus, instrumentum dicitur suspectum de falso. Rovit. in prag. 1. num. 26. de falsis, & non probat. Maranta in d. act. 10. num. 29. Farinac. in pract. crim. tit. de falsitate, quæst. 157. num. 6. & 7. & Rovit. in prag. 2. num. 13. de Notariis, ubi n. 14. dicit, quod si in instrumento non sit appositus annus, illud non valet, pro ut etiam si non sit appositus locus, instrumentum neque valet. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 121. n. 34.

Et in citatione Judicis ordinarii expressio causæ non requiritur, dum ipse præsumitur citare ex causa, Bal. in l. consentaneum, nu. 4. C. quomodo, & quando Judex, Maulonius de contrabandis quæst. 12. n. 4. cum plurib. seq. & Affl. in Const. Regni humanitate post n. 49. Sed alii dicunt quod citatio facta non expressa causa non valet, & citatus non tenetur comparere, ita Bar. in tract. de citatione n. 5. de Pal-

ma in pract. par. 2. glos. 21. num. 1. & 11. Vivius in dec. 274. num. 8. & seq. & quid in crimine haresis? vide Farinac. de haresi quæst. 185. §. 7. num. 112. cum duobus seq. & Decianum tract. crim. lib. 5. cap. 22. num. 8. ubi dicit, quod citatio debet expressam continere causam, pro qua quis citetur, & in civilibus citatio etiam debet continere causam, prag. 2. de ordine judic.

14 Et citationes non solum debent subscribi, & firmari per Judicem, sed etiam ab Actuario, imo omnes actus debent subscribi ab Actuario prag. 26. §. 5. de off. Sacri Regii Consil. & prag. 12. §. 12. de Officialib., Galter. de present. instrum. par. 3. rub. 2. num. 43. & omnia acta debent subscribi ab Actuario, vel ejus substituto, & non ab alio, ut in prag. 13. in fine de ordine judiciorum. Vivius dec. 48. num. 6. Immo omnia acta judicialia, quæ sunt in terris Baronum, debent subscribi per actarium electum per Baronem, & non per alium, aliàs acta non faciunt fidem; Cancrerijs variat. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 60. cum duobus seq., & Tondutis de præventionem cap. 2. num. 23. Bal. in l. 1. in fine, C. de spont. & Grammat. cons. civil. 66. num. 5. & omnia acta debent fieri coram Actuario, ut in cap. Regni 280. ver. neque etiam. Immo acta non valent, si non sint scripta manu Actuarii, Nigris in d. cap. Regni 280. nu. 6., & vide infra cap. 12. n. 41.

15 Et in citatione Judicis delegati est necesse, ut apponatur locus, in quo citandus comparere debeat, quod secus est in citatione Judicis ordinarii, Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 7. Marant. in suo speculo, par. 6. membro 1. num. 64. & ibi Foller, in add. Ass. dec. 289. & in Const. Reg. æd. etorum post n. 11. Sanfelice in praxi judicialia §. 6. n. 1. Menoch. cons. 100. num. 178. & Riccius coll. 2104. ver. item citatio,

16 Et in citatione Judicis delegati debet inferi totus tenor delegationis, aliàs citatio est nulla, Guid. Pap. dec. 286. Riccius coll. 2103. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de off. deleg. cap. 2. num. 1. Marant. d. par. 6. d. membro 1. num. 75. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 1. cap. 1. num. 18. def. 10. cap. 2. num. 8. & def. 13. cap. 3. num. 16. & Leonius in thesauro fori Eccl. par. 2. cap. 2. n. 55. Marciannus in cons. 18. num. 8. & 9. tom. 2. Anna alleg. 143. num. 1. Thorus in voto 1. n. 49. cum pluribus seq. tom. 2. Giazzius in suis discep. crim. ad Reorum defensionem, discept. 22. nu. 94. citat Decianum lib. 4. cap. 24. num. 12. & ita decisum testatur, Campana de forjudicatione resolut. 12. num. 2. cum tribus seq. Immo non sufficit, ut Judex delegatus citet aliquem cum inserta forma delegationis, nam non per hoc probatur delegatio, Auth. si quis in aliquo, C. de edendo, nam debet originalis delegatio exhiberi, l. sancimus, C. de diversis rescriptis, Grassus de effect. cler. eff. 1. nu. 41. & Guazzin. d. def. 13. cap. 6. post num. 2. & non creditur copie, si non ostendatur originale, Thor. in supplem. dec. ver. originale, fol. 456. Et est tenor in cap. 1. & ibi gloss. de fide instrum. & in l. 2. ff. de probat. Sanfelice dec. 182. Covar. pract. quæst. cap. 21. per totum, & præcipue num. 2., & Mascard. de probat. conclus. 711. ubi conclus. 949. n. 4. dicit, quod delegato non creditur asserenti se

delegatum, sed ejus potestas, & jurisdictio debet probari per exhibitionem rescripti in forma probanti. Et si in processu non sit præsentata originalis delegatio, & sententia proferatur, sententia est nulla, Glos. in l. 2. C. de jure fisci lib. 10. Cinus, & Bart. in l. 1. C. qui pro sua jurisdict. Guazzinus d. defent. 13. cap. 2. num. 12. & Merolla in theolog. moral. tom. 3. disput. 7. cap. 4. num. 260. & licet postquam dicatur de nullitate, præsentetur originalis delegatio, tamen adhuc sententia non reconvalidatur, ut ita decisum testatur, Anna alleg. 24. & 143. num. 1. Danza d. cap. 2. num. 23. & seq. & Guid. Papa d. dec. 286. post nu. 2. nam delegatus nullam habet jurisdictionem antè præsentationem sue delegationis, Innoc. in cap. cum in jure peritus de offic. & potest. Judicis deleg. Danza d. cap. 2. num. 21. Guazzin. d. def. 13. cap. 2. n. 12. Anna d. alleg. 24. num. 2. & Guid. Papa d. dec. 286. nu. 1. & delegatus nihil facere potest, nisi prius ostendat literas sue delegationis, Mascard. de probat. conclus. 492. n. 6. & 7., & delegatus si procedat ante præsentationem sue commissionis, processus ab eo factus est nullus, & ipsi potest impunè resisti. Guazzin. in d. defent. 13. cap. 2. num. 12. ubi num. 15. dicit, quod exceptio opponi debet contra processum fabricatum per Commissarium ante literas præsentatas, alias processus est validus citat Guidonem Papam in dec. 286. & delegatio superveniens non retrahitur, ut confirmet processum illius, qui processit, ut Judex delegatus, Guid. Papa d. dec. 286. n. 2. Campana de forjudic. resolut. 13. post num. 2. Riccius dec. 243. num. 6. par. 4. & Grassus de effect. cler. eff. 15. post num. 16. Sed à principio sufficit, ut Judex delegatus citet citandum cum inserta forma sue delegationis, & non est necesse transmittere originalem delegationem cum citatione, sed si postquam citatus comparuit, petat sibi exhiberi originale rescriptum delegationis, illud sibi est exhibendum, Innoc. in cap. præterea nu. 1. ver. ulterius quæro de dilat. & Campana d. resolut. 12. n. 2. & 3. Sed quando agitur de modo præjudicio, tunc sufficit, si delegatus asserat, se esse delegatum, & non est necesse, citare cum inserta forma delegationis, secus si agatur de gravi præjudicio, nam tunc est necesse, ut delegatus citet citandum cum inserta forma delegationis, & non sufficit citanti, asserere, se esse delegatum, aliàs citatus non tenetur comparere, & à fortiori si agatur de gravissimo præjudicio neque est parendum asserenti, se esse delegatum, nisi prius constet plenè de delegatione, aliàs citatus non tenetur comparere coram citante, nisi prius fiat plena fides delegationis, & non sufficit simplex copia, ita Foller. ad Marant. par. 4. dist. 5. nu. 60. & hoc procedit etiam si delegatus esset in aliqua dignitate, nam adhuc ipsi non creditur, si asserat, se esse delegatum, & non ostendat rescriptum, quando agitur de gravi præjudicio tertii, secus si agatur de lævi præjudicio, quia tunc ipsi creditur, dato quod non ostendat rescriptum delegationis, ita Merolla d. cap. 4. n. 261. & late Mascard. de probat. conclus. 160. Et quando delegans est præsens, & ab eo facile veritas haberi potest, tunc asserenti, se esse delegatum, creditur, & ipse non tenetur inferre.

re tenorem delegationis, Danza d.cap.2.num.2. Farinac. in frag. par. 1. ver. delegato, num. 97. Cabal. resol. crim. casu 26. Merolla d.cap.4. post num. 261. & Guazzin. d. def. 1. cap. 1. num. 11. & d. def. 13. cap. 6. num. 4. ubi num. 5. ver. tertio limita dicit, quod tunc delegatus tenetur citare cum inserta forma delegationis, quando citat citandum in longinquis partibus, secus si citandus sit in eodem loco, & Provincia quia tunc non requiritur insertio delegationis in citatione, & idem tenet Farinac. in frag. par. 1. ver. delegato num. 90. cum pluribus seq. & præcipue num. 93. Sed quod delegatus teneatur citare citandum cum inserta forma delegationis, dato, quod delegans sit præsens, & dato, quod citandus sit in eodem loco, & Provincia, dicit decisum Campana d. resol. 12. num. 7. ubi nu. 8. dicit, quod quando delegatio est clausa in corpore juris, tunc non est inserendus tenor delegationis, sed sufficit assertio delegatæ potestatis, & num. 9. dicit, quod delegatus ad universitatem causarum, neque tenetur inserere copiam delegationis in citatione, sed sufficit, asserere se esse delegatum, & idem est, si stilus curiæ sit in contrarium, & sic, ut non inseratur tenor delegationis, quia tunc citatio valet, Menoch. conf. 100. num. 74. & Farinac. d. ver. delegato n. 96. Et quando est inserendus tenor delegationis in citatione, si non sit insertus, & citatus compareat, citatio remanet valida. Vantius de nullitate rub. de nullitate ex defectu citationis nu. 47. & faciunt dicenda infra n. 23. Et delegationes possunt tantum expediri à Prorege, & suo Collaterali Consilio. prag. 2. & 3. de delegat. & non possunt expediri, nisi in forma cancellariæ, tam pro causis civilibus, quam criminalibus, ut in prag. edita per Magnum Admiratum Castiglione sub die 17. Novembris 1645. & est litera nostri Regis, de qua fit mentio in d. prag. & quam per extensum ponit Sanfelice. dec. 411. num. 31. tom. 3. & delegatio non potest probari per testes, sed per literas probari debet Grassus de effectibus Clericatus, effect. 1. num. 40. Guid. Papa in dec. 356. in fine. Afflict. in dec. 361. num. 17. & Mascard. de probat. conclus. 492. per totam, & conclus. 949. num. 1. sed si rescriptum delegationis semel sit exhibitum, & parte citata registratum, si postea sit perditum, potest probari per testes deponentes de tenore illius, & ejus amissione. glossa in cap. cum olim. de privileg. Vantius de nullitate ex defectu jurisdictionis num. 28. Merolla in d. cap. 4. num. 262. & Mascard. de probat. conclus. 492. num. 18. & conclus. 949. num. 5. & si in scriptura delegationis scripta manu alterius, quam delegantis reperiatur appositum sigillum illius, qui delegare potest, ex hac sola sigillatione probatur delegatio, si ita sit stilus loci. Mascard. de probat. conclus. 491. & conclus. 1308. num. 24. cum duobus seq. & faciunt dicenda infra num. 41. & delegationes in criminalibus fieri non debent, nisi in causis gravibus, & exemplaribus, & ob bonum publicum, ut dixi in tract. de foro compet. cap. 8. post num. 120. & ultra DD. ibi citatos adde Capyc. Latro dec. 187. num. 3. ubi num. 17. dicit, quod delegationes sunt odiosæ, & stricte intelligendæ. Et idem tenet Sanfelice in dec. 411. num. 6. & delegationes sunt stricte juris. Merlinus

controver. forent. lib. 1. cap. 67. num. 2. & non extenduntur de casu ad casum. Thor. in codice rerum judic. casu 27. n. 8.

- 17 Et data nullitate citationis, contumacia redditur nulla. Bal. in l. 1. in fine, ff. si quis in iudicanti non obtemp. per l. vir bonus, ff. judic. solvi. & idem tenet Vivius in dec. 121. nu. 7. & Novarius in prag. 11. n. 2. de offic. magistr. Just. Et vitiosa prima citatione processus in contumacia factus non tenet. Bal. in auth. si omnes, C. ut se ab hæred. abst. Affl. in Const. Regn. causas num. 5. Crammat. conf. crim. 71. nu. 8. & conf. civili 152. num. 13. & Vivius in d. dec. 121. d. n. 7. Et citatio minus legitime facta pro nulla, & non facta habetur, ita & taliter, quod si contra absentem citatum feratur sententia ex nulla citatione, sententia est nulla. l. ea qua ubi Bart. Cod. quomodo. & quando Judex. Bal. in l. properandum, §. si quidem, col. 2. C. de judiciis, Grammat. d. cons. 152. num. 14. Novarius in coll. super rub. prag. de sent. forjud. n. 2. Danza de pug. DD. tom. 3. tit. de variis criminum cognitionib. cap. 4. post num. 28. Capyc. Latro dec. 161. num. 12. par. 2. Clar. §. fin. quæst. 3. n. 1. & Farinac. in pract. crim. tit. de del. & is, & pœnis quæst. 21. num. 68. & quando citatio male fit, corrumpit totus processus. Boss. pract. crim. tit. de citatione, num. 13. ubi num. 15. dicit, quod requiritur citatio valida, ut quis possit poni in banno; nam invaliditas citationis reddit bannum nullum. Nigris in cap. Reg. si vè quis, num. 19. ver. & invaliditas, & Nellus de bannitis in 3. p. 1. temporis num. 2. ubi dicit, quod si statutum disponat, ut non possit dici de nullitate, tamen hoc non obstante, potest dici de nullitate proveniente ex defectu, & nullitate citationis, & idem tenent Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 153. & 186. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. num. 37. in fine. Palma in sua practica par. 2. glossa 1. nu. 10. & Vantius de nullitate rub. quis possit dicere de
- 18 nullitate num. 49. & reo non citato, vel non legitime citato processus, & omnia, quæ subsequuntur, sunt nulla. d. l. ea qua. Tartaglia practica crim. cap. 6. num. 5. in fine. Thorus in cod. rerum judic. casu 1. num. 82. & seq. Clar. §. fin. quæst. 31. num. 1. Caball. resol. crim. casu 269. & Guazzin. ad defensionem reorum, def. 10. cap. 1. n. 2. Et Judex ante executionem sententiæ debet animadvertere, an ante sententiam debite emanaverit citationes, Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 151. ubi num. seq. dicit, quod sententia est nulla ex defectu citationis, & num. 154. & num. 155. dicit, quod contumax dici non potest, qui secundum formam statuti citatus non est, nec pro confesso habetur, & nu. 156. dicit, quod bannum, & sententia, ac totus processus corrumpit, si citatio facta non sit secundum formam statuti, & quando citatio est nulla, omnia acta, quæ sequuntur, sunt nulla. Giazzius in discep. crim. ad reorum defensionem discep. 9. num. 240. 243. & 387. & discep. 22. n. 3. 7. 22. 27. & 89. & Marsil. in l. quæstionis. nu. 26. & in l. finali num. 13. ff. de quæstionib. & sententia lata contra contumacem bannitum, & habitum pro confesso ex processu fabricato ex nulla citatione, exequi non potest. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione quæst. 11. n. 37.

- 20 Advertas, quodd in Regno citatio potest expediri die feriato etiam ad honorem Dei, dummodo deinde notificetur die juridico, ut in Ritu 117. Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat num. 34. & Muscatell. in praxi S. R. C. par. 2. glossa intimato, num. 20. & seq. Immo omnes provisiones quocumque die etiam feriato ad honorem Dei possunt expediri. Caravit. d. rit. 117. in fine.
- 21 Et quando citandus habitat in eadem Civitate, ubi habitat Judex, & tunc in citatione dicitur, ut citandus compareat ad primam, aliàs si habitat extra, & tunc in citatione dicitur, ut reus compareat infra certum tempus secundum distantiam loci, ut dicam, infra cap. 7. num. 2. & tempus debet esse congruum secundum distantiam locorum in accessu, & comparitione, aliàs citatio redditur nulla, quando facta est infra breve tempus. *Vivius in dec. 274. num. 15. & dec. 361. num. 1. & Specul. in tit. de citatione, §. 1. ver. item quod facta est infra nimis angustia tempora, & in §. 2. ver. sed numquid, ubi dicit, quodd Judex considerata distantia locorum, & qualitate personarum, viarum, & negotii, moderatum tempus in citatione ponere debet, & est tex. in cap. quod ad consulationem de re judic. & Caravit. in ritu 123. n. 1.*
- 22 Et citatio si contineat terminum, tam brevem, quodd sit impossibile, ut citatus comparere possit infra dictum terminum, citatio est nulla tamquam impossibilis. Caravit. ritu 123. num. 3. Sanfelic. in praxi judiciaria sect. 4. num. 2. Campana de forjudic. resol. 7. Bal. in l. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam, & Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 22. Immo si sit datus terminus brevis, ita ut infra eum citatus comparere non possit, ista citatio non arctat citatum ad comparendum in tempore habili. Sanfelic. d. sect. 4. num. 3. & Guazzin. ad defensionem reorum, def. 10. cap. 2. num. 11. ubi n. 21. dicit, quodd citatio facta pro certo die, & loco, si sententia feratur in alia die, vel in alio loco, sententia erit nulla, & idem tenet Boer. dec. 235. num. 3. circa finem, qui citat rex. in l. aut qui aliter in principio, & in l. fin. ff. quod vi, aut clam, & dicam infra cap. 12. num. 37. *Sed nullitatem oppositam ex dilatione nimis brevi fuisse rejectam, testatur Sanfelic. dec. 225. num. 12. Et quando Judex statuit alicui terminum dierum sex ad comparendum, si citatus comparat ante statutum tempus per comparitionem ipsius, est finita dilatio, & potest procedi in causa contra citatum, etiam non elapsis dictis sex diebus. Bartolus in l. à filio, §. alieno ff. ad S. C. Trebell., & in l. five par. C. de dilat. & de Palma in sua practica par. 1. gloss. 8. num. 20.*
- 23 Et quando citatio est nulla, si compareat principalis inquisitus, citatio convalidatur, l. 1. ubi Jason. in 3. notab. ff. de feriis, & est tex. de jure Regni in prag. 2. de ordine judic. Boss. pract. crim. tit. de citationib. num. 28. Franch. dec. 514. num. 4. & 8. Guazzin. d. cap. 2. num. 24. Sanfel. in praxi judiciaria sect. 6. num. 6. & Mascard. de probat. conclus. 294. num. 11. & citatus nulliter, si comparet & inquisitioni respondet, potest condemnari. *Vivius dec. 274. num. 16. & citatio nulla convalidatur, si reus citatus compareat, siue mihiat ejus procuratorem. Boer. d. dec. 235. post num. 3. Immo etiam si compareat ejus procurator habens mandatum generale, si tamen sit constitutus post citationem, adhuc convalidatur citatio. Tondutis in tract. de preventionem cap. 9. num. 17. cum pluribus seq. Sed ego omnia supradicta intelligo procedere in causis civilibus, in quibus judicium potest agitari cum procuratore, absq; eo, quodd compareat principalis, ut dicam infra cap. 8. num. 44. secus in causis criminalibus, in quibus, reo absente, non admittitur procurator ad reum defendendum, ut dicam d. cap. 8. num. 1. cum plurib. seq. nam si in causis criminalibus compareat procurator, & dicat de nullitate citationis, quod dicere potest, ut dicam d. cap. 8. n. 35. si citatio sit declarata nulla, requiritur, ut iterum Reus citetur ad personaliter comparendum, nam judicium non potest agitari cum procuratore, reo absente ut dixi, sed si citatus compareat, & opponat de nullitate citationis, adhuc convalidatur citatio nulla. Mising. centuria 3. observat. 90. in princ. Palma in sua practica par. 2. glossa 23. num. 1. & 5. & Guazzin. d. num. 24. in fine, & licet contrarium teneat. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 16. num. 114. asserens, quodd tunc nullitas citationis, reo comparente purgatur, quando simpliciter compareret, non opponendo de nullitate citationis, secus si compareat cum oppositione nullitatis, quia tunc nova citatione opus est, ubi declarata fuerit nullitas citationis, tamen ego in heredo opinioni, Misingerii, & Guazzin. ut non sit opus nova citatione, sed procedi potest in causa ad ulteriora per tex. in l. de unoquoque ff. de re judic. & in l. etiam, §. fin. ff. de minoribus, ubi habetur, quod quando Reus est præsens, non requiritur, ut citetur. Galter. de præsenti. inst. in 3. par. principali rub. expediatur citatio num. 27. & seq. & Capycius dec. 1. num. 37. sed si non compareat principalis, sed compareant ejus agnati, & cognati, in hoc casu non convalidatur citatio nulla. Franch. d. dec. 514. d. num. 4. & 8. Guazzin. d. cap. 2. num. 24. & de Palma in d. gloss. 23. n. 8.*
- 24 Et seq. Formas citationum ponit Foller. quas per te vides in aliis num. usq; ad
- 25 Et dicitur in dictis citationibus, ut Reus citetur ad dicendum causam, quare non debeat condemnari ad pœnam ducatorum mille, nam per Pragmaticam editam per Excellentiss. Ducem Medinæ sub die primo Septembris 1638. ver. & perche conviene, de armis, quæ est 28. de armis, & 4. de ictu scopiæ est dispositum, ut ultra pœnam corporalem statutam per Regias Pragmaticas contra committentes delicta cum armis igneis, ipsi delinquentes puniantur pœna ducatorum mille, quæ statim commissio delicto, dicitur applicata Fisco, & potest exigi statim reputato contumace inquisito, & hoc etiam procedit in Curiiis Baronialibus, ut in d. Prag. ver. & accid se possa, quod postea fuit ampliatum, ut hoc procedat etiam contra assistentes, & auxiliantes in delictis factis ab aliquo, cum armis igneis, contra quos potest exigi dicta pœna ducatorum mille, ut in Prag. Comit. de Ofate edita die 15. Novembris 1650. §. fin. quæ est 32. de armis. Sed si delinquentes cum armis

armis igneis, & effecti contumaces sint de eodem delicto absoluti, vel per torturam, vel per defensiones prædicta pœna ducatorum mille non potest exigi. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sententia forjudicationis cap. 6. post nu. 17. in fine, & Sanfel. in add. ad dec. 277. & facit dec. Grammat. 95.

66 Dicitur etiam in dictis citationibus, ut notificetur Reo, quod M.C.V. procedit uti delegata: nam per Pragmaticam editam per Comitum Montis Realis olim Viceregem hujus Regni sub die 29. Martii 1627. §. 1. quæ est 24. de armis, disponitur, ut Magna Curia Vicariæ, & Regiæ Audientiæ pro delictis commissis cum armis igneis, & prohibita asportatione, vel fabricatione armorum igneorum procedant uti delegatae Suae Excellentiæ, appellatione remota, cum præheminentiis Magnæ Curiae. Sanfel. dec. 261. quod postea fuit ampliatum contra astantes, & auxiliantes in delictis factis ab aliquo, cum armis igneis, contra quos etiam Magna Curia Vicariæ, & Regiæ Audientiæ procedunt uti delegatae appellatione remota, ut in Prag. Excellentissimi Ducis de Archos edita die 28. Maii 1647. quæ est 5. de istu scopiæ, & in Prag. Comitibus de Onate edita die 15. Novembris 1650. §. fin. quæ est prag. 32. de armis.

Et Iudex in citatione debet exprimere, an procedat uti ordinarius, vel uti delegatus. Campana de forjudicat. resol. 12. n. 1.

Et concessa simpliciter delegatione, ipsa dicitur concessa, tam contra carceratos, quam contra absentes, qui possunt contumaces reputari, & condemnari per delegatum, cap. præterea, extra de officio, & potest. deleg. verum delegatus non potest coarctare terminum forjudicationis ad horas, prout posset procedere ad horas contra carceratum, sed tenetur expectare tempus à Regiis Prag. præfixum in forjudicando delinquentes. Campana d. resol. 12. num. 10. ubi post num. 13. dicit quod citatio ad informandum potest subscribi ab uno tantum ex Regiis Auditoribus, quando Regia Audientia procedit ex delegatione.

Et quando Iudex ordinarius est à Principe delegatus in aliqua causa, si procedat uti ordinarius, ommissa delegatione, iudicium est validum. Campana de forjudic. resol. 5. post ver. non obstat secundum, & d. resol. 12. post nu. 5. & Marant in disput. 4. num. 3. prout idem est, nam si Regia Audientia in casibus, in quibus potest procedere ad modum belli, de quibus in prag. 10. §. 48. de offic. Jud. procedat ordinariè, omisso modo militari, rectè procedit. Grandis de bello exulum prædic. pati quæst. 3. speciali 77. Maranta disput. 4. num. 3. & Campana ubi supra. Et quando Magna Curia Vicariæ, vel Regiæ Audientiæ possunt procedere ex delegatione, vel ad modum belli vigore alicujus pragmaticæ, si Reus sit præsens, ante omnia debent interponere decretum, esse procedendum ex delegatione, vel ad modum belli, alias procedere præsumitur ordinariè, ita Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de potestate ad modum belli, cap. 6. num. 12. cum duob. seq.

27 Sed advertas, quod si in istis citationibus ad informandum, & ad capitula sit expressa qualitas aggravans delictum, puta si sit dictum

pro homicidio appensatè, temerè, dolosè, & proditoriè commissio, & in processu tantum constet, dictum homicidium fuisse appensatè, & dolosè commissum, sed non fuisse commissum proditoriè, in hoc casu non viciatur citatio, & sententia forjudicationis deinde sequuta valet. Gizzarell. dec. 16. sequitur Rovit. rub. de sent. forjudicationis post n. 2.

38 Advertas quoque, quod si statutum disponat, ut quis committens aliquod delictum, sit forjudicatus ipso facto, in hoc casu delinques debet citari, & in ultimo peremptorio, si non comparet, debet declarari, haberi pro forjudicato, ut dicam infra cap. 10. n. 21.

39 Advertas etiam, quod citatio dicitur sententia interloquutoria, ut notatur in cap. exposuit de dilat. Innoc. in cap. præterea, de dilat. & Socin. de citationib. art. 1. n. 4. & ideo potest revocari. I. quod iussit ff. de re judicat. dummodo citatio non sit sortita effectum suum alias si reus sit contumax reputatus, tunc non potest revocari. Campana de forjud. resol. 5. ver. tertium.

40 Advertas quoque, quod citatio ad informandum est modici præjudicii, sed citatio ad forjudicandum est maximi præjudicii. Franch. dec. 329. num. 6. Vivius dec. 121. num. 4. & Novarius in prag. 37. num. 4. de off. Mag. Just.

41 Citatio si non sit subscripta à Iudice, sed tantum sit signata suo solito Sigillo, per d. sigillum probatur commissio citationis. gloss. in cap. significavit in ver. ad citationes de appellat. Marf. in l. 1. §. qui in rationabilibus n. 9. ff. ad leg. cor. de falsis, & in rub. de probat. num. 303. & Mascard. de probat. conclus. 1308. num. 25. ubi n. 26. dicit, quod in hoc servandus est stilus loci, & faciunt dicta supra num. 16. in fine, & an mandatum probetur per literas signatas sigillo Iudicis sine subscriptione testium & Notarii? vide Mascard. de probat. conclus. 1009. par totam.

S U M M A R I U M.

- 1 Citatio notificanda committitur Nuncio ipsius Curiae, vel alterius Curiae, & Iudex, vel Actuarius possunt, ore eorum, aliquem citare.
- 2 Citatio notificanda potest committi personæ privatae, immò etiam parti, sed ipsis non creditur absq; literis Iudicis committentis, sicut in Nuncio publico, cuius soli verba creditur.
- 3 Citatus nemo in dubio præsumitur.
- 4 Citatio debet notificari die juridico, & non feriato amplius, ut n. 5.
- 5 Citatio debet notificari infra sex menses à die expeditionis, aliàs circumducitur.
- 6 Nuncius, qui notificat citationem ad informandum, ad capitula, & ad forjudicandum expeditam per M.C.V. in Civitate Neapolis, debet esse matriculatus, & debet scribere relationem, & non alius.
- 7 Algerii officium quis exercere non potest in M.C.V. nisi sit approbatus, & matriculatus, & quid sciat scribere.
- 8 Nuncius an perquirere prius debeat Reum de persona, ut deinde possit ipsum rectè domi citare, si de persona eorum non inveniaris? & supra. 10.

- 11 *Citatio facta domi sufficit, ut quis possit ban-
niri, & forjudicari.*
- 12 *Carceratus potest citari domi, & valet cita-
tio, intellige in civilibus, & non in crimina-
libus.*
- 13 *Citatio notificata domi, debet notificari uni
de domo, expresso ejus nomine in relatione, &
ab eo debet recipi juramentum de certioran-
do citatum, quia persona si sit odiosa citato,
citatio non valet, n. 14.*
- 15 *Citatio facta domi solita habitationis inquisi-
ti, in qua nullus habitat an sit valida?*
- 16 *Citatio debet notificari in domo inquisiti sua
solita habitationis, & ita Nuncius refer-
re debet, aliàs est nulla, limitata, ut ibi-
dem.*
- 17 *Notificatio citationis debet fieri in illa domo,
ubi Rens habitat tempore citationis.*
- 18 *Citari an quis possit extra jurisdictionem Ju-
dicis citantis? n. 21. & 22. & an ipse pos-
sit citari per adiutorem? n. 19. & per quos Ju-
dices possit procedi ad citationem per adi-
utorem, n. 20. & an quis possit citari intus Ec-
clesiam? d. n. 21.*
- 19 *Relatio Nuncii est de substantia citationis, &
debet scribi in actis in calce citationis, & non
potest fieri die feriato, & debet apparere in
actis, cui dicta relatio facta sit, & per quem
fit scripta, n. 26.*
- 20 *Procedi non potest ad aliquem actum contra
inquisitum, nisi prius constet de relatione
Nuncii, & quod ipsa relatio sit scripta in
actis, aliàs actus est nullus, dato, quod deinde
recipiatur ipsa relatio, n. 25. & quando non
constat de relatione, sententia forjudicatio-
nis est nulla, n. 28.*
- 21 *Relatio Nuncii potest fieri Actuario, absente
Judice.
Nuncio dicenti non fecisse relationem, an cre-
datur?*
- 22 *Citatio debet fieri coram duobus testibus, limi-
ta ibid.*
- 23 *Statutum datus modum citandi valet, & cita-
tus contra formam dicti statuti non potest di-
ci contumax.*
- 24 *Relatio simpliciter facta, non adjecta particu-
la illa, domi, vel personaliter, est valida, & in
dubio quis dicitur citatus domi, sed Nuncius
potest hoc declarare.*
- 25 *Forma relationis Nuncii, quomodo esse debeat,*

20. dicit, quod quis potest citare per tabellio-
nem, & tabellio potest testificari de citatione
per se facta, & idem tenet Marant. in suo specu-
lo, par. 6. membro 1. n. 47. & seq. Imò quis po-
test judicialiter citari. Riccius coll. 2103.

- 2 Et citatio potest committi per Judicem per-
sonæ privatz, ac etiam suo famulo, vel famu-
lo alterius partis. Marant. d. membro 1. nu. 44.
ubi dicit, quod etiam parti principali potest
Judex committere citationem, ut citet suum
adversarium, & valet citatio, si constat de
dicta commissione Judicis, ubi post num. 45.
dicit, quod quando quis citatur per Nuncium
publicum, tenetur illius soli, verbo credere, si-
ne literis Judicis, sed Nuncio privato, vel fa-
mulo, vel parti non creditur sine literis Judicis
committentis. Et licet Judex possit committere
citationem parti, non tamen creditur suæ re-
lationi, nisi aliter notificatio probetur. Sed
in Regno non potest parti adversæ committi
citatio. Const. Reg. edictorum, ubi Affl. in 3.
not. Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari fa-
ciat, num. 18. Et in Regno citatio non com-
mittitur, nisi habenti publicum officium.
Marant. d. membro 1. num. 46. ubi dicit, hoc
esse in Regno dispositum per duos ritus. Sed
quod Nuncio sine literis non credatur, tenet
Bar. in l. eum qui, §. sed & si, num. 4. ff. com-
modati, & in tract. de citatione num. 2. & 12.
& Mascardus sibi contrarius in eodem contra-
ctu de probat. conclus. 294. sed hac opinio proce-
dere potest in persona illustri, quæ non tenetur
credere Nuncio sine literis Judicis. ita Mascar-
dus in d. conclus. 1120. num. 17. ubi n. 22. dicit quod
in citatione reali neque creditur Nuncio absque
literis Judicis, & idem tenet in eodem tractat.
conclus. 291. num. 27. & commissio facta Nun-
cio expirat, finito officio committentis. Bal.
in l. 1. C. de postul. Alex. in l. fundi, ff. de acqu.
posse. & Anna sing. 119. Et nuncio citanti non
est necesse afferre literas sui officii, quia præsu-
mitur esse Nuncius illius Judicis, cujus citatio-
nem exequitur? Socinus de citatione artic. 74.
quest. 5. in fine, & Rovit. in prag. 2. num. 15. de
citationibus. Sed non creditur Nuncio citanti
extra jurisdictionem Judicis citantis sine lite-
ris, licet portet sigillum publici Nuncii, & ut
publicus notus sit. Follerius in pract. crim. rub.
fiat relatio Nuncii num. 19, ubi num. 20. dicit,
quod nuncius potest per vim introire in domum
citandi ex causa criminali, & post num. 22. di-
cit, quod nuncius tenetur copiam citationis
tradere citato, vel cujus consanguineis presenti-
bus, & si recuset illam dare potest per Judicem
compelli etiam per arrestationem personæ.

- 3 Et in dubio nemo præsumitur citatus. Anna
sing. 611. ubi dicit, quod licet decretum pro-
feratur, partibus præsentibus, tamen adhuc
partibus notificari debet. Et citatio non præ-
sumitur nisi probetur, cap. quod sicut, ubi glos-
sa de elect. Mascard. de probat. conclus. 290. n. 1.
cum tribus seq. & conclus. 1321. n. 9. Sed citatio
probat per relationem Nuncii dicentis se ta-
lem citasse. Mascard. in eod. tract. conclus. 291.
num. 24. Nam nuncio creditur in his, quæ con-
cernunt suum officium. Guazzin. ad defensionem
reorum, def. 10. cap. 5. num. 6. & Mascard. in eo-
dem tract. conclus. 1308. n. 29. & in concl. 1120.
num. 1.

C A P. VI.

De notificatione, & relatione dictarum citationum.

- 1  *Xpeditis citationibus ad informan-
dum, & ad capitula, traduntur co-
pia servienti Curie, ut notificentur
inquisito, cap. parti, de appellat. &
potest committi Nuncio alterius Cu-
rie, sed debet dici in citatione jurato nostræ
Curie, vel alteri servienti quarumvis Curia-
rum. Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter
citari faciat, num. 17. ubi num. 19. dicit, quod
Judex potest ore proprio aliquem citare, & n.*

num. 1. cum tribus seq. ubi num. 27. dicit, quod tamen potest contrarium probari per citatum, & num. 28. dicit, vel nisi nuncius sit suspectus, & n. 25. dicit, vel nisi Nuncius retulit per alium & non per se, qui tunc ei non creditur; prout etiam si Nuncius referat citasse aliquem, & citatum respondisse nolle comparere; in hoc non statuitur relationi ipsius Nuncii. Mascard. in d. conclus. 1120. post nu. 11. & conclus. 1128. n. 4. cum duobus seq. & conclus. 189. nu. 3. & 6. & Guazzini. in d. cap. 5. num. 9. sic etiam si Imperator asserat illum esse citatum contra quem profulit sententiam, præsumitur fuisse citatum. Mascard. in eodem tract. conclus. 890. num. 1. ubi num. 2. dicit quod solo verbo Imperatoris creditur, citat cap. Nobilissimus 97. distinct.

4 Et citatio debet notificari die juridico, nam si notificetur die feriato, non valet, ut in ritu 116. Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 34. V. dec. 274. nu. 18. & Rov. rub. de feriis, num. 9. & in prag. 2. num. 14. de cit., ubi dicit, quod de jure communi de hoc est dubium, sed in conformitatem juris Regni est tex. de jure communi in argumento in l. ex quacunque, ubi notatur, ff. si quis in jus vocat. non ierit, & in l. fin. C. de feriis, & in cap. fin. de feriis. Vantius de nullitate processus, rub. de nullitate ex defectu citationis, & Marant. d. membro 1. num. 119. & vide Guazzinum ad def. reorum def. 10. cap. 3. n. 8. & Socin. in suis fallen. ver. die feriato, reg. 92.

5 Sed si citatio sit expedita à M. C. V. die juridica, & quis sit citatus in aliquo loco hujus Regni, ubi est dies festus, non valet citatio, nam attenditur locus, ubi notificatur citatio, ut in d. ritu 116. ubi Caravit. num. 3. Follerius d. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 36. & Th. comp. dec. to. 1. ver. citatio, fol. 98.

6 Sed advertas, quod expedita citatione, debet notificari infra sex menses, aliàs, elapsis, citatio circumducitur, ut in ritu 121. & 122. & habetur ac si nunquam esset facta. Bal. in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit. Franch. dec. 332. n. 4. & ibi Amend. num. 4. & 7. & Giazzius in discept. crim. ad reorum defensionem discept. 22. nu. 67. tom. 2.

7 Quando quis citatur ad informandum, ad capitula, & ad forjudicandum in Civitate Neapolis per M. C. V., Nuncius debet esse matriculatus, & debet scribere relationem, & non alius, prag. 7. de citationib. aliàs dicta citatio, & relatio est nulla, nam quod contra legem fit, pro irritato habetur, cap. quæ contra, de regul. juris in 6. l. non dubium, C. de legib. Carav. ritu 44. num. 6. & Sanf. dec. 390. Et scriptura Reg. Camera Summaria debent notificari in Civitate Neapolis per portarios ejusdem Regia Camera, & non per alios, aliàs notificatio est nulla, ut in decreto Reg. Camera relato à Marin. in fine dec. Revert. in n. 593. fol. 929.

8 Et in M. C. V. quis non potest exercere officium Alguzerij, nisi sit approbatus, & matriculatus, & debet se obligari de fideliter administrando suum officium sub pœna fustigationis, & unciarum aurei viginti quinque, prag. 34. §. 2. & §. 8. de off. Magist. Just. ubi in d. §. 8. etiam dicitur, quod Alguzerius tenetur scire scribere, & relationes debet scribere manu propria, & est alia prag. 6. §. 24. de officio Justitiariorum, & etiam in materia liquidationis instrumenti relatio in citatione super tenorem instrumenti debet scribi per Alguzerium manu propria. Prag. 8. §. 6. & prag. 9. de instrum. liquid. & in d. pag. 7. de citationib.

Sed quæritur quid si relatio scribatur per alium, & subscribatur tantum per ipsum Alguzerium, an valeat relatio: & puto, quod sic, nam qui subscribit, videtur scribere, & scripturas, ver. sive tota series, C. qui potiores in pig. habeant, & l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de edendo. Affl. dec. 346. num. 14. Riccius dec. 171. par. 2. & Clar. §. testamentum, q. 14. ver. quæro quid si (schedula, & Novar. q. forens. 70. nu. 11. par. 2. & Mascard. de probat. concl. 1347. à n. 4. usq. ad n. 9. qui etiam citat textum in l. emptor. §. lucius ff. de pactis, & in l. sicut § non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypotec. solvat. Et subscriptio ita obligat subscribentem, sicut si totum actum scripsisset, §. 1. instit. de empt. & vendit. Cotta in suis memor. var. subscript. sed relatio facta per Nuncium cecum est nulla. Micalor. de caco muto, & furdo cap. 17. n. 10.

9 Et nuncius, recepta citatione ad informandum, & ad capitula, prius perquirere debet reum in locis solitis, & consuetis, ut ipsum citare possit de persona, & eo non comperto, debet reum domi suæ solitæ habitationis citare. Bar. & alii in l. 4. §. Prætor ait, ff. de damno infecto. Nigris in cap. Reg. sive quis, nu. 19. ver. debet etiam Nuncius. Nellus de bannitis in 3. parte 1. temporis, num. 2. Affl. in Const. Regni, citationis literæ per illum tex. num. 1. & Giazz. disc. 9. num. 242. & seq. tom. 2. Et Nuncius debet referre in calce citationis, se non reperisse inquisitum de persona, & ideò, quod citavit domi eum. Riccius coll. 2104. Affl. in d. Const. Reg. citationis literæ, num. 1. ver. debet ergò. Giazzius d. discep. 22. num. 39. Abb. in cap. causam, de dolo, & contum. Decius in cap. cum parti, de appellat. ubi dicit, citationem domi factam non tenere, nisi sit in subsidium, & citatio de jure personaliter fieri debet, si citandus reperiri potest, sin autem ad domum, aliàs sententia est nulla, ita Giazzius discept. 9. nu. 142. & seq. tom. 2. quod si Nuncius referat simpliciter, reum domi citasse, & non servasse supradictam formam, citatio, & relatio est nulla. Grammat. conf. crim. 71. num. 5. 6. & 7. & conf. civili 152. num. 7. cum duob. seq. & Affl. in d. Const. Regni citationis literæ, num. 1. ver. & dicebat, ubi dicit, quod omissio hujus inquisitionis reddit processum nullum, nam citatio facta domi tunc valet, quando reus non potuit inveniri de persona, factis diligentibus, & hoc confitetur per relationem Nuncii. Tuscus ver. citatio conclus. 248. & seq. & Tondutis in tract. de præventionem, cap. 9. num. 31. 32. 38. & 49. p. 1. & non obstat prag. 2. de ordine judic. quæ simpliciter loquitur, ut quis possit citari personaliter, vel domi. Riccius coll. 2104. & Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. n. 7. nam statutum recipit interpretationem secundum jus commune, & debet interpretari quantum minus lædat jus commune, l. 2. C. de noxalib. cap. cum dilectus, de consuetud. sed de jure communi citatio primò est facienda personaliter

tèr, & secundò ad domum, l.1. §.1. de liberis agnos. l. aut, qui aliter §. planè, ff. quod vi, aut clam, quæ forma si dimittatur, citatio redditur nulla, l.1. §. Offilius, ubi Bald. ff. ne quis eum qui in jus vocat. non ierit, & Alois. Catalan. de indulto cap. 12. num. 54. & seq. Immo Const. Reg. citationis literæ expressè mandat, ut reus citetur de persona, si de persona haberi possit, aliàs potest citari domi, ergò d. prag. 2. debet intelligi secundum jus commune, & d. Const. Reg. citationis literæ, nam una lex declaratur per aliam, sed Foller. d. rub. vel eos verbalitèr citari faciat, num. 28. dicit, quòd sufficit, ut Nuncius de directo vadat ad domum citandi, non facta dicta perquisitione per loca solita, ubi inquisitus praticari solebat, & idem tenet Chartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 183. & dicit ibid. Foller. quòd ita ubique praticatur, quam praticam ibi comprobatur per d. prag. 2. de ordin. judic. quæ mandat, ut quis possit citari personalitèr, vel domi, idem tenent Marant. d. membro 1. num. 126. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 31. ver. sed numquid, Farinac. tit. de inquisitione quæst. 11. num. 41. de Virgiliis in tract. de legit. persona cap. 14. n. 9. Thor. in voto 1. d. num. 22. usq. ad n. 29. tom. 2. & Guazzin. ad defensionem reorum def. 10. cap. 2. num. 16. & 19. ubi d. num. 19. dicit, quòd de jure communi forma citationis est, ut quis citetur personalitèr, vel ad domum habitationis, & in simplici commissione de citando, hoc subintelligitur, Bar. d. l. 4. §. prætor ait, ff. de damno infecto, & Benintendis dec. 57. num. 1. & 2. Sed si citatio dicit, ut Reus citetur personalitèr, vel ad domum, intelligitur, ut tunc Reus citetur in domo, quando ejus copia haberi non possit. Bart. in d. §. prætor ait, & Affl. in d. const. Reg. citationis literæ n. 1. ver. & si citatio, ubi ver. item scias, dicit, quòd si nuncius vadit ad domum illius, quem vult citare, & interrogat cum juramento habitatores in domo habitationis ejus, qui sunt de ejus familia, si citandus sit in Civitate? & illi referunt Nuncio, quòd non sit in Civitate, in hoc casu valet citatio facta domi, & sic non est necesse perquirere Reum per totam Civitatem.

10 Et quando in citatione est dictum, ut Reus citetur de persona, si de persona haberi possit, sin autè domi suæ solitæ habitationis, si Nuncius referat, citasse reum domi suæ solitæ habitationis, & per prius non fecisse diligentiam in perquirendo reum de persona, talis citatio est nulla, quòd si sequatur sententia forjudicationis, erit quoque nulla, ità Guazzinus d. def. 10. d. cap. 2. num. 7. & 22. & Farinac. d. quæst. 11. ver. & nihilominus, nisi Nuncius referat, intimasse Reum domi suæ solitæ habitationis eo modo, & forma sibi commissa, quia tunc præsumitur, per prius fecisse diligentias in perquirendo reum de persona, & eum non invenisse, & quòd idè eum citavit domi, licèt hoc non expressit in relatione. Guazzin. in d. cap. 2. d. num. 7. in fine, & d. def. 10. cap. 4. num. 4. & 6. de Palma in sua practica par. 2. glos. 20. num. 11. & faciunt dicta per Franch. dec. 322. & sufficit etiam si in relatione dicat Nuncius, citasse Reum domi suæ solitæ habitationis,

modo, & forma, ut supra, licèt non dicat modo, & forma sibi commissa, ut decisum refert. Capyc. Latro dec. 161. par. 2.

11 Et citatio ad domum sufficit, ut quis possit banniri in contumaciam. Clar. pract. crim. §. fin. qu. 31. ver. dictum est, Vivius dec. 274. n. 5. Ambros. de proc. inform. lib. 5. cap. 1. num. 19. & faciunt dicta per Minigerium sing. observ. cent. 2. observ. 69. licèt Capycius in dec. 141. post nu. 4. dicat quod ex ficta contumacia quis non possit banniri, tamen in Regno potest procedi ad sententiam forjudicationis contra fictum contumacem, qui domi fuit citatus, Foller. pract. crim. 4. par. 3. partis rub. & confitebuntur, num. 3. in fine, & est tex. de jure Regni in prag. 1. de duello, & in prag. 2. de citationibus, & idè sententia forjudicationis impugnari non potest, & impediri ejus exequutio, ex eo, quòd citatio fuit domi notificata, ità Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 176. cum plur. seq., & quando quis est citatus ad domum, præsumitur habuisse notitiam de citatione. Mascard. de probat. conclus. 292. num. 3., & in Regno Neapolis citatus domi non auditur, si allegat ad suam notitiam non pervenisse citationem. Foller. in d. rub. & si confitebuntur n. 4., immò multoties citatio personalis non est necessaria ad forjudicandum, quia sufficiunt indicia ad torturam ad forjudicandum. Cardinalis de Luca Miscellan. dist. 19. num. 14. Sed contra citatum domi non potest procedi ad excommunicationem, si non probetur, quòd citatio pervenerit ad notitiam citati. Sperel. dec. 48. num. 3. & 37. par. 1. Genuens. in pract. Curie Archiep. Neap. cap. 28. num. 12. Rota dec. 271. Riccius in praxi dec. 454. par. 1. & Affl. in d. const. Reg. citationis literæ post n. 2. & 3. ubi dicit, quòd Neapoli est constitutio sinodalis disponens, ut si quis bis sit citatus domi, & sit contumax possit excommunicari.

12 Et carceratus, licèt certum sit, ipsum esse in carceribus, tamen potest citari domi. Anna sing. 68. & quando carceratus est citatus, valet citatio, quia potest per Procuratorem comparere, ità Foller. d. rub. vel eos verbalitèr citari faciat, num. 30, sed quòd carceratus non possit citari, nec contra eum procedi, dicit Mars. de bannitis, ver. carcerati, nu. 31. & in pract. crim. §. sequitur num. 37. Et Bar. in l. in jus, ff. de in jus vocando, dicit, quòd qui est in carcere, non debet citari, quòd si sit citatus, & non comparet, non dicitur contumax, & Cardin. Albanus in addit. ad Bar. ibi, num. 1. dicit, hoc procedere, si carceratus sit citatus personalitèr ad carceres, quia tunc non dicitur contumax, undè infra in cap. 8. num. 81. dicam, quòd si sit lata sententia forjudicationis contra carceratum per Judicem, qui sciebat dictam carcerationem, sententia est nulla, & opinio Foller. potest procedere, quando carceratus est citatus pro causa civili, pro qua potest comparere per Procuratorem, quia tunc si non comparet, efficitur contumax, Angelus in conf. 65. & Albanus in add. ad Bart. d. num. 1.

13 Et quando citatio notificatur domi, debet notificari uni de domo, ut in const. Regni citationis literæ, & Nuncius in relatione debet

- bet expresse referre, sui de domo citationem notificavit, ita Foller. *pract. crim. rub. fiat relatio Nuncii*, num. 8. Nigris d. cap. Reg. sive quis, num. 19. ver. & debet, & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de variis criminum cognitionib. cap. 4. num. 23. & est *prag. 28. §. 3. de officio S. R. C.* alias notificatio est nulla. *Grammat. d. conf. crim. 71. num. 4. & d. conf. civili 152. n. 5.* Et forjudicatio ex hoc defectu potest annullari. Nigris d. ver. & debet. Immo debet præstari juramentum per illum de domo, ut quantum potuerit, notificabit citationem citato, ut in *Const. Reg. citationis literæ*, alias si non sit præstitum d. juramentum, citatio non valet. Foller. d. rub. fiat relatio Nuncii, num. 9. Marant. d. membro 1. num. 124. & *Gramm. d. conf. crim. 71. n. 5.* Sed d. juramentum numquam vidi præstatum, tam in M.C., & Regiis Audienciis, quam in Curiis Baronialibus, unde merito Affl. & in d. *Const. Regni citationis literæ*, num. 4. dicit, d. juramentum præstari ad uberiores cautelam, ergo si non præstatur, citatio non redditur nulla. *Franch. dec. 514. num. 11.* sed est in usu, ut citatio notificetur uni de domo inquisiti, alias notificatio est nulla, ut diximus.
- 14 Sed quando citatio est notificata domi, si sit notificata alicui de domo, qui est odiosus inquisiti, puta si sit notificata uxori inquisiti, qui inquisitus interfecit patrem suæ uxoris, in tali casu præsumitur, quod uxor non det notitiam citationis marito citato, & ided talis citatio est nulla, quod si deinde ex tali citatione, sit sequuta sententia forjudicationis, sententia est nulla, ut ita decimum testatur. *Merlin. controvers. forens. cap. 41. tom. 1. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de variis criminum cognitionib. cap. 4. num. 50. & seq. & tit. de sententia forjudicationis cap. 11. num. 16. cum plur. seq. & Thor. in Compen. dec. tom. 3. ver. citatio, fol. 157. & ver. forjudicatio, fol. 470. eodem tom. 3. & in supplem. dec. ver. citatio, fol. 85. & Novarius de gravam. vassall. tom. 3. gravam. 9. num. 7. in fine, & idem est si citatio sit notificata alicui de domo, qui est infans, pupillus, vel furiosus, vel alteri, qui non possit dare notitiam inquisito de tali citatione, nam adhuc puto citationem, & forjudicationem ex dicta citatione sequutam esse nullam ex supradictis.*
- 15 Et citatio facta domi solitæ habitationis inquisiti, in qua nullus habitat, est valida, si concurrant requisita posita, per Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 29. & per Marantam d. membro 1. num. 124. in fine, Et sic si dicta citatio in limine domus sit affixa coram duobus testibus cum termino peremptorio dierum triginta, vel quadraginta ad comparandum, d. *Const. Reg. citationis literæ*, vers. si verò domus, ubi Affl. & num. 7. Et quando citatio affigitur in limine domus, debet legi, & publicari, coram testibus. Affl. & in d. *Const. Reg. citationis literæ*, num. 8. & 10. ubi n. 9. dicit, quod scribitur ad cautelam per quot dies stetit citatio affixa in limine domus, & docet Foller. d. num. 29. & quando in domo Rei citandi nullus habitat, reus potest citari in domo, ubi habitat sua familia. *Bart. in l. 4. §. Præ-*

- tor ait, ff. de damno infect. & in l. 1. §. hab. tare ff. de iis, qui dejecerunt, vel effund. & Affl. & in d. *Const. Reg. citationis literæ*, post num. 4. Et vir potest citari in domo suæ uxoris. *Mench. de præsumpt. lib. 2. præf. 27. Merlinus contro. forens. lib. 1. cap. 41. num. 4. & Decianus tract. crim. lib. 4. cap. 16. post num. 8. & contra uxor potest citari in domo viri etiam si alibi habitaret. Albanus conf. 255. vol. 2. & Rovit. in prag. 3. num. 11. de citationibus, & vide Guid. Papam dec. 445. num. 1. & Minsig. sing. observ. cent. 2. observat. 69. & cent. 3. observat. 37.*
- 16 Et reus debet citari in domo suæ solitæ habitationis, *prag. 2. de ordine iudiciorum*. Guazzin. d. def. 10. cap. 2. num. 30. & Farinac. *pract. criminali* tit. de inquisitione, qu. 11. num. 41., & ita Nuncius referre debet, & non sufficit si dicat, notificasse Reo citationem in domo sua, non adjecta particula illa (suæ solitæ habitationis) *Const. Reg. citationis literæ*, Foller. d. rub. fiat relatio Nuncii, num. 6. Nigris d. cap. Reg. sive quis, num. 19. ver. & quando, Marant. d. membro 1. num. 127. *Grammat. d. conf. crim. 71. num. 3. & d. conf. civili 152. num. 11. & Guazzin. d. def. 10. cap. 2. n. 7.* & quando citatio non est facta domi solitæ habitationis inquisiti, citatio est nulla, imò si Nuncius simpliciter referat, Reum citasse domi, non adjecta illa particula (domi suæ solitæ habitationis) citatio non valet. *Sanfelice. dec. 225. num. 8. & Farinac. d. qu. 11. num. 41. ver. & in proposito:* sed si Nuncius referat citasse inquisitum domi modo, & forma tibi commissa, non adjecta particula illa (suæ solitæ habitationis,) prout ipsi fuit commissum in citatione, citatio in hoc casu substat, *Franch. dec. 322.*
- 17 Sed quis debet citari in illa domo, in qua habitat tempore citationis, licet antea fuisset solitus alibi habitare. Marant. d. membro 1. n. 124. in fine, & *Marciannus conf. 18. n. 14. tom. 2. & dicam infra cap. 11. num. 5.*
- Sed Baro potest citari in loco feudi. *Rovit. in prag. 2. num. 20. de citationibus*, *Sanfelice. in praxi sect. 12. num. 5. & dec. 137. nu. 1. Capyc. Latro dec. 167. in fine, par. 2. Tapia in dec. sup. premi Conf. Italia 5. num. 10. Thor. compend. dec. tom. 3. ver. absens fol. 1. Marin. quotid. res. lib. 2. cap. 43. num. 4. & est decretum Reg. Cam. relatum à d. Marin. in fine dec. Revert. nu. 640. fol. 942. ubi etiam habetur, quod ut magis actus iustificetur, citatio debet etiam notificari Erario ejusdem Feudi, nam ibi Baro dicitur habere domicilium. Anna sing. 153. & dixi in tract. de foro compet. cap. 36. de foro rei feudalis, num. 32. Et idem est in officiali qui potest citari in loco, ubi officium exercet, nam ibi dicitur habere domicilium. *Canc. var. resol. lib. 3. cap. 12. num. 229. & officialis dicitur civis illius loci, ubi exercet officium. Anna sing. 365. & Grassus de effectibus clericat. in prax. lud. num. 370. prout idem est in Barone, qui dicitur civis in loco sui feudi. Capibl. de Baronibus super prag. 12. n. 1.**
- 18 Et quando inquisitus reperitur extra jurisdictionem sui Judicis competentis, non potest ibi citari cum literis citatorialibus expeditis per suum Judicem competentem, nisi in dictis literis imploretur brachium illius Judicis, ubi

manet Reus, prag. r. de citationib. Bart. in l. 1. §. Præfides, ff. de requirendis reis. Riccius coll. 2105. latè Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 27. Marant. d. membro 1. n. 40. Guazzinus d. def. 10. cap. 2. num. 28. Muscatell. in praxi S. R. C. par. 2. glos. intimato, num. 14. Campana de forjudic. resol. 12. num. 9. & del Bene de immunit. Eccles. lib. 2. cap. 12. dubit. 5. per totum, & Clar. d. qu. 31. ver. sed hæc quidem, ubi ver. seq. hoc ampliatur dato, quod Judices sint subiecti sub eodem Principe, nam adhuc in dictis literis debet implorari brachium illius Judicis, ubi manet citandus, & idem tenent Covar. pract. quæst. cap. 10. nu. 7. & Chartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 185. & quod citatio personæ extræ sit facienda cum literis hortatorialibus directis Judici loci, ubi adest citandus, dicit Farinac. d. qu. 11. num. 43. ubi in fine dicit, quod in Urbe Romana forenses delinquentes in dicta Urbe citantur ad valuas Curie, copiis citationum affixis.

- 19 Quod si Judex illius loci, ubi manet citandus, noluit implorare suum brachium in citatione Judicis competentis ipsius citandi, & tunc reus potest per ædictum citari in platea publica. Jaf. in l. à divo Pio, num. 19. ff. de re judic. Rovit. in rub. de citationib. post num. 3., & Marin. quotid. resol. lib. 2. cap. 42. num. 6. nam quando citandus est persona extræ, potest citari per ædictum. Riccius dec. 199. par. 3. Guazzin. d. def. 10. d. cap. 2. num. 29. & Marin. in d. cap. 42. num. 7. & 10. sed melius est implorare brachium Regionum superiorum, & deinde citare reum in loco ubi manet. Amend. ad Franch. dec. 514. num. 13. Capibl. de Baronib. prag. 8. par. 2. n. 154. & Riccius coll. 2105. nam quis potest tantum citari per ædictum in casu necessitatis, quando aliquo modo citari non potest. Franch. dec. 516. & quis citari debet per ædictum, quando citandus non habet habitationem, & ignoratur ubi sit. Riccius d. dec. 199. Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 27. & Marinis in d. cap. 43. post nu. 6. prout est in vagabundo, qui potest citari per ædictum, ut dixi in tract. de foro compet. cap. 49. de foro vagabundi, num. 6. & idem est in forjudicato, qui pro alio delicto potest per ædictum citari. Campana de forjudic. resol. 17. num. 9. Et bannitus non dicitur habere domicilium, & ideo non sufficit si ad domum citetur. Guglielmus in dec. 59. par. 3. Sed bannitus non dicitur vagabundus. Menoch. de arbit. judic. casu 531. num. 11. Sed quod dicatur quasi vagabundus, tenet Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 13. n. 2., & addam infra in cap. 26. post num. 4. in fine. Sed iste citandus potest citari cum imploratione brachij Regionum Superiorum, & est certum ubi sit, ergo non potest citari per ædictum, nam quis non potest citari per ædictum, quando est certus locus, ubi manet Barbof. in l. hæres absens, §. 1. num. 95. ff. de judiciis. Gama in dec. 237. Riccius in coll. 2290. vers. scias autem in fine, & Marta de jurisdict. par. 4. cent. 1. casu 27. num. 13. & 14. & quando quis habet certum domicilium, si citetur per ædictum, non valet citatio. Giazzius in discept. crim. ad Reorum defensam. discept. 22. nu. 82. tom. 2. Sed Genuenses non reperiunt in Regno

Neapolitano possunt citari per ædictum in isto Regno data copia citationis Domino Consuli Nationis dictorum Genuentium. Marin. in d. cap. 42. n. 7. & 8.

- 20 Et non potest procedi ad citationem per ædictum, nisi per Judices majores ordinarios, & delegatos à Principe, & non per alios Judices pedaneos, & delegatos ab inferiore. Guazzinus ad defensam reorum, d. def. 10. d. cap. 2. n. 29. in fine, & Marant. d. membro 1. num. 39. in fine, & Merolla in Theologia morali lib. 3. disput. 7. cap. 3. num. 36. citat tex. in auth. qui semel C. quomodo, & quando Judex, & ibi Bar. & copia citationis per proclamam affigenda est in publico, aliàs non afficit. Felin. in cap. quoniam frequenter, §. porro, num. 17. ut lite non contestata. Vantius de nullitate ex defectu citationis, nu. 134. & Tondutis in tract. de prævent. cap. 9. num. 37. & cap. 10. num. 85. par. 1.

- 21 Sed si Reus sit citatus in aliena jurisdictione, non implorato brachio Judicis illius loci, ubi reperitur citandus, in hoc casu citatio est valida, & Reus tenetur comparere. Rovit. prag. 1. num. 17. & 25. de jurisdict. invicem non turb. & in prag. 3. num. 4. de ordine judic. Capibl. de Baronib. prag. 3. num. 240. & seq. & Campana de forjudicatione, d. resol. 12. n. 9. prout etiam est, nam licet quis non possit citari in Ecclesia pro delictis, pro quibus venit imponenda pœna sanguinis. Valasquez dec. 81. & Riccius coll. 109. & 628. tamen si quis sit citatus in Ecclesia, valet citatio, & reus tenetur comparere, dummodò sit citatus personaliter. Rovit. prag. 3. num. 12. de citationib. Boss. pract. crim. tit. de captura, num. 28. & Marant. d. membro 1. num. 129. Sanfelice. dec. 141. & Giazz. in discept. crim. lib. 1. discept. 156. nu. 16. Imò alii simpliciter tenent, quod citatio à Nuncio exequi potest in Ecclesia, ita Sperel, dec. 51. num. 26. par. 1. per tex. in l. præfenti, ubi Bar. num. 3. G. de his, qui ad Eccles. confu. Sed quis potest citari in Ecclesia verbaliter, sed non realiter. Bartol. in tract. de citatione n. 4. hoc tamen limpa si citatio contineat panam, puta si sit factum mandatum penale alicui existens in Ecclesia, ut detineret aliquem locum loco carceris, quia ex hoc existens in Ecclesia, teneretur exire à d. Ecclesia, & ideo talis citatio facta non valet. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 44. sed vide Sanfelice. in dec. 141. sed quod si quis sit citatus à Judice suo competenti, extrà territorium Judicis citantis absque brachio Judicis loci, in hoc casu citatio sit nulla, & proinde contumacia deinde sequuta non teneat, dicunt Novarius qu. forens. 35. tom. 2. Marf. in l. fin. num. 36. ff. de jurisdict. omn. judic. Afflic. in Const. Regni ædictorum num. 14. de Angelis ad pract. crim. Follerii rub. fiat relatio nuncii, num. 45. & Muscatell. d. glos. intimato num. 14. unde merito Foller. in pract. crim. in 4. par. 2. partis, rub. & si constiterint, nu. 10. & Chart. de exequut. sent. c. fin. num. 185. dicunt, quod si contumax vigore statuti habeatur pro confesso; ut habeatur pro confesso est necesse, ut existat in territorio Judicis citantis, secus si sit citatus extrà territorium Judicis bannientis, quia tunc citatus non comparens

- rens non habetur pro confesso virtute contumaciæ modo prædicto contractæ, & dat cautelam. Foller. ibi in fine, ut reus citetur à Judice in cujus territorio degit, & num. 11. dicit, quodd quis potest citari ratione delicti à Judice loci delicti extrà territorium loci commissi delicti cum citatione hortatoriali directà ad Judicem, ubi manet reus, dummodò deinde Judex loci, ubi manet reus, assentiat: & suum brachium imploret, ut diximus.
- 22 Sed Judex potest citare suum subditum extrà suum territorium, si Judex loci, ubi reperitur citandus, requisitus noluit suum brachium impartiri, ita Bossius præct. crim. tit. de citationibus, num. 23. & Guazzinus ad defensionem reorum, d. def. 10. d. cap. 2. n. 28. *Sic etiam consuetudo tribuit jurisdictionem citandi, & procedendi extra jurisdictionem. Novarius in præct. elect. fori tom. 2. sect. 3. quæst. 19. n. 18.*
- 23 Et relatio Nuncii est de substantia citationis. Guazzin. d. def. 10. cap. 3. num. 1. prag. 2. de ordin. judic. Grammat. d. conf. 71. num. 10. & d. conf. 152. num. 15. & Afflict. in Conf. Reg. citationis literæ, num. 13. in fine. Et dicta relatio debet scribi in actis in calce citationis, prag. 2. de citationibus. Affl. in Conf. Reg. citationis literæ, num. 13. Grammat. d. conf. 71. num. 14. & d. conf. 152. num. 20. Bar. in l. multum interest, ff. de condit. & demonst. Foller. d. rub. fiat relatio nuncii, num. 1. & Nigris d. cap. Reg. si vè quis, num. 19. ver. debet etiam, ubi dicit, quodd relatio non potest fieri die feriato, idem tenent Marant. d. membro 1. num. 55. & Guazzin. d. def. 10. d. cap. 3. num. 9. Sed contrarium tenet Lanfrang. in cap. quoniam contra de probat. cap. 1. de citatio, num. 19. & Campana de forjudic. resol. 18. per totum movetur ex ritu 82. & 95. primam opinionem sequuntur. Rovit. in prag. 2. num. 14. de citationibus, & Vivius dec. 274. num. 18.
- 24 Et Judex non potest ad aliquem actum procedere contrà inquisitum citatum, nisi prius constet de relatione Nuncij, & quodd relatio sit scripta in actis, l. 2. C. de sport. Foller. d. rub. fiat relatio Nuncii num. 16. & ibi Angelis in add. num. 41. *Minfig. sing. observat. cent. 6. observat. 10. num. 8. & seq. & num. 10. Gaillus præct. observat. lib. 1. observat. 54. num. 7.* Nigris d. cap. Reg. si vè quis num. 19. ver. & si non apparet, & Marant. d. membro 1. num. 54. & seq. ubi num.
- 25 56. dicit, quodd si Judex prius pronunciat contrà contumacem, & postea recipiat relationem Nuncii, sententia est nulla, idem tenent Guazzin. d. def. 10. cap. 3. num. 3. Angelis post. d. nu. 41. & Bajard. ad Clarum, §. fin. qu. 44. nu. 68. Et debet apparere in actis, cui d. relatio facta
- 26 sit, & per quem sit scripta. Grammat. d. con. 71. num. 12. & 14. & relatio Nuncii potest fieri
- 27 tantum à Magistro Actorum, & non requiritur præsentia Judicis, prag. 2. de citationib. & prag. 28. §. 3. de off. S. R. C. Marant. d. membro 1. num. 57. Guazzin. d. cap. 3. nu. 2. Foller. d. rub. fiat relatio Nuncij, num. 5. *Minfig. in d. obser. 10. num. 10.* & Nigris d. cap. Regni si vè quis, n. 19. ver. debent etiam apparere, *Immo relatio nuncii potest etiam fieri à scriba. Caravita in ritu 82. num. 2. & Campana de forjudic. resol. 18. post num. 2.* Et si relatio Nuncii sit scripta
- per Actuarium, & Nuncius afferat, non fecisse talem relationem, in hoc casu potius creditur Actuario, qui eam scripsit, quàm Nuncio aliter dicenti, nisi Actuarium ex aliqua causa esset suspectus. Abb. in cap. cum parati, & in cap. ad audientiam de appellat. Foller. in præct. crim. rub. fiat relatio Nuncii num. 12. Marta voto 131. Vulpe in præct. judiciali fori Ecclesiastici, cap. 29. n. 6. *Mascard. de probat. concl. 1099. num. 4. & 5. & Guazzin. ad def. reor. def. 10. cap. 5. num. 5.* Sed si Nuncius dicat, fecisse relationem Actuario, sed illam esse falsam, ex quo citationem non notificavit reo, in hoc casu statuitur primæ relationi, & non creditur Nuncio dicenti, fecisse falsam relationem, gloss. in d. cap. cum parati, ver. suus nuncius, de appellat. & in cap. quoniam contrà, ver. citatione in fin. de probat. Boerius dec. 235. num. 3. circa finem. Guazzin. ad defensionem reor. def. 10. cap. 6. & Marta in d. voto 131. num. 6. *Nuncio dicenti se citasse credendum est. Zacchia de salario qu. 79. num. 20. & seq. licet citatus negat se fuisse citatum. Bart. in tract. de citatione num. 14. Mascard. de probat. conclus. 291. n. 19. 20. 25. & 26. & Minfig. sing. observat. cent. 6. obser. 10. n. 7. nisi negans se fuisse citatum sit probata vita, quia tunc magis est credendum neganti, quàm nuncio afferenti. Zacchia in d. qu. 79. n. 23. & seq.*
- 28 Et quando non constat de relatione Nuncii, sententia forjudicationis est nulla. Afflict. in Conf. Reg. pœnam eorum, num. 7. nam in dubio nemo præsumitur citatus, Anna sing. 611. & dixi supra n. 3.
- 29 Et relatio Nuncii debet esse cum duobus testibus; nam quando Nuncius citat reum, debent intervenire duo testes. Conf. Reg. citationis literæ, & Arnono in problema 37. & in differentia 29. Immo per Prag. 2. de ordine Judic. testes debent se subscribere, quod non observatur, sed tantum Nuncius debet referre citasse coràm duobus testibus. Rovit. d. Prag. 2. num. 3. & testes debent esse omni exceptione majores. *Laganar. ad Rovit. in prag. 2. n. 3. de citationibus.* Sed tunc debent intervenire duo testes, quando citatio fit extrà locum Judicis citantis, alias secus. Franch. dec. 560. prag. 28. §. 3. de off. S. R. C. & Foller. d. rub. fiat relatio Nuncii num. 10. Et quando citatio ad capitula fit in loco Judicis citantis, licet non requiratur præsentia duorum testium, tamen si sit electa via notificandi citationem coràm testibus, & sit facta coràm uno teste, in hoc casu citatio est nulla, dum non sit facta coràm duobus testibus. Franch. d. dec. 560.
- 30 Et quando statutum dat modum citandi, valet tale statutum. Clar. præct. crim. §. fin. qu. 21. ver. dictum est, & Chart. de exeq. sent. cap. fin. num. 154. ubi num. 154. & seq. dicit, quodd contumax dici non potest, qui secundum formam statuti, citatus non est, nec pro confesso habetur, ubi n. 156. & seq. dicit, quodd bannum, & sententia, ac totus processus corrumpitur, si citatio non sit facta secundum formam statuti, tam si dictum statutum expresse annullat actum, quam si expresse non annullat, & n. 184. subdit, quodd citatio est nulla, quando non fuit notificata, servata forma statuti, & idem sententia ex ea sequuta

non

non est exequenda. Immo si citatio sit facta contra stylum Curiae, est nulla. Urfill, ad Aff. in dec. 135. num. 2. & consequenter si citatio non sit facta secundum stylum Curiae, & citatus non compareat, non dicitur contumax. Ang. in l. fin. C. decano praestando lib. 10. Marf. sing. 118. & in tract. de bannitis ver. contumacia num. 132. & Boer. dec. 235. n. 3. in fine.

Et Nuncius debet referre cum juramento se citasse reum, aliàs ipsi non creditur. Arnono sing. 20. & Palma in tract. par. 2. gloss. 22. n. 5. Nisi nuncius jurasset in principio sui officii de omnibus legaliter faciendis, & administrandis, quia tunc non est necesse, ut cum juramento referat, reum citasse, glossa in cap. cum parati. de appellat. Arnono in d. sing. 20. in fine. Mascard. de probat. conclus. 189. num. 9. & conclus. 1120. num. 14. & Guazzin. in d. defens. 10. d. cap. 5. nu. 12. Sic etiam bajulo non creditur, nisi portet baculum. Mascard. in d. conclus. 1120. num. 20. & Arnono in problema 60. citat. tex. in l. stigmata, C. fabriciens, lib. 1. qui tex. hoc non probat, sed hodiè bajulus non debet portare baculum. Thor. in addit. ad de Ponte de pot. Pror. tit. 10. rub. de Capitaneis. in princ. Sed portare debet signum consuetum, vel literas, ut cognoscatur alias sibi non creditur. Foller. in pract. crim. rub. fiat relatio nuncii. post n. 19.

31 Advertas, quod si Nuncius simpliciter referat, reum citasse, non adjecta particula domi, vel personaliter, in hoc casu valet citatio, & in dubio praesumitur facta domi. Franch. dec. 322. num. 4. Benint. dec. 57. post nu. 3. Amend. ad Franch. dec. 514. num. 6. Costa in suis memorialib. ver. citationis, & Guazzin. d. def. 10. d. cap. 3. num. 13. ubi num. seq. dicit, quod Nuncius potest hoc declarare, si citavit domi, vel personaliter inquisitum quando in relatione non sit dictum domi, vel personaliter, & vide Rovit. in Pragmat. 3. num. 6. de citationibus, qui remittens se ad Benintendētis d. de. 57. qui, ut supra diximus, tenet, valere d. citationem, & in dubio praesumi, factam domi. Capyc. Latro dec. 161. num. 20. & seq. par. 2. Et in relatione debet apponi dies, in quo fuit facta relatio, & dies in quo fuit notificata citatio, quando citatio fuit expedita diebus praecedentib. & non eodem die, in quo fit relatio, alias citatio est nulla, & reus debet iterum citari. Thor. in addit. ad Jo. Grand. in pract. pati. qua. 3. speciali 55. ad n. 4. in fine.

32 Forma relationis quomodo esse debeat, posui supra cap. praecedenti, num. 31. & 34.

S U M M A R I U M.

- 1 **C**ontumacia prima, & ultima, quando, & quomodo describantur in actis, & n. 2.
- 2 Citandus, si habitat in loco judicii, citatur ad primam, aliàs si extra, & tunc citatur, ut compareat infra certum tempus secundum distantiam loci, quod si dies termini cadat in diem feriatum, & tunc citatus tenetur comparere die sequenti juridico, num. 3.
- 4 Contumacia prima, & ultima si non sint incusata, & descripta in actis, citatio non tenet, & num. 6. & incusatur prima, & ulti-

ma contumacia per Fiscum, etiam si adsit accusator n. 5.

- 7 Decretum, per quod quis reputatur contumax in citatione ad informandum, & ad capitula, quando, & qua forma proferatur.
- 8 Contumacia contrahitur per citationem praecedentem.
- 9 Contumax quis reputari non potest, nisi prius vocetur per Nuncium.
- 10 Contumax declarari debet per sententiam, ipsum esse contumacem, & n. 11.
- 12 Citatus si moriatur antequam pronunciatur contumax, hac contumacia heredi non nocet.
- 13 Contumax qua pena puniatur de jure communi, de jure Regni, & de stylo aliarum Curiarum, usque ad num. 17. & qui excusentur à pena contumacia à nu. 18. usque ad num. 24.
- 14 Stylus Curia est observandus, post n. 14.
- 25 Contumax dicitur, qui curavit ad ipsum non pervenisse citationem, vel si latitavit, vel si abscondidit, ne citari possit, & n. 26.
- 27 Contumax dicitur, qui comparuit, & statim discessit à iudicio, & idem est si quis compareat, & protestetur, quod non intendit in iudicem consentire, num. 28.
- 29 Contumacium nota debet mitti inter Regios Officiales.

C A P. VII.

De contumaciis incusandis in dictis citationibus.



Impedita citatione ad informandum, & ad capitula, & facta relatione Nuncii, quod citationem notificavit reo inquisito, die sequenti, incusatur prima contumacia, nam dies citationis non computatur in termino, ut in ritu 119. & 123. Foller. pract. crim. rub. accusentur contumaciae num. 5. & Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, nu. 39. fol. mihi 16. à ter. Et prima contumacia describitur in actis hoc modo, videlicet; die &c. mensis, &c. anno, &c. in tali Terra, incusata fuit pro ut incusatur prima contumacia, instante Fisco contra T. de T. citatum relatum, & non comparentem. Et deinde expectantur alii tres dies, & die sequenti incusatur ultima contumacia, ut in ritu 123. 223. & 224. & est Prag. 3. de ordine Judic. Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. num. 15. Et ultima contumacia describitur in actis hoc modo videlicet, die, &c. mensis, &c. anno: in tali Terra, Curia pro Tribunali sedente, incusata fuit prout incusatur ultima contumacia contra T. de T. citatum, relatum, & non comparentem, instante Fisco, &c. Et prima contumacia potest incusari coram Actuario tantum, absente Judice, & non Curia sedente, dummodò sit dies talis, qua potuisset regi curia, si regi voluisset, ut in ritu 225. & 227. & Carrerius, ubi supra n. 40. & dummodò non sit dies festus, ut in ritu 82.

95. 225. & 227. aliàs incusatur d e sequenti juridico, ut in ritu 221. & 222. facta mentione, quod prima non fuit incusata die præcedenti ob talem festum. Carrerius ubi sup. num. 41. & Maranta in suo speculo par. 6. membro 1. nu. 68. & est ritus 80. 224. & 226. Sed si quando debet incusari prima contumacia sit dies festus, & ex hoc incusatur die sequenti juridico, non facta mentione, quod non fuit incusata die præcedenti ob talem festum ex hoc defectu non potest annullari forjudicatio deinde sequuta, ut videtur sentire Franch. dec. 639. num. 4. cum pluribus seq. Sed ultima contumacia debet incusari, Curia pro Tribunali sedente. Foller. d. rub. accusentur contumaciæ n. 1. 2. & 7. aliàs citatus non potest reputari contumax, & uti contumax puniri. Vivius in dec. 272. & Riccius in coll. 74. Et quando citandus habitat in eadem Civitate, ubi residet Judex, & tunc citatur ad primam juris, & prima contumacia incusatur die sequenti post citationem notificatam. Foller. d. rub. accusentur contumaciæ, num. 1. aliàs si citandus habitat extrâ, & tunc in citatione dicitur, ut reus compareat infra certum tempus secundum distantiam loci. Marant. d. membro 1. n. 67. & est tex. in l. nonnunquam, ff. de judiciis, & est ritu 122, & ibi Caravita. n. 1. & est Constit. Reg. quæ incipit ædicatorum, & prima contumacia incusatur in ultimo die dicti temporis. Foller. d. rub. accusentur contumaciæ n. 3. & Galtier. de liquid. instrum. in 3. par. principali rub. 3. num. 2. & probatur in d. ritu 122. Ubi Caravita num. 4. dicit, quod si prima contumacia non sit incusata in ultimo die dicti temporis dati ad comparandum, si citatus non comparet, non potest dici contumax, nam citatio in hoc casu dicitur expirata, quando non est incusata prima contumacia, ut dicit d. ritus 122. ubi Caravita in quarto notabili, & probatur in ritu 225. in fine, & ultima contumacia potest incusari die sequenti, elapso triduo à prima contumacia, vel infra mensem, quando citatio est facta contra existentem in civitate, vel infra duos menses quando est facta contra existentem extra Civitatem, ut in ritu 122. ubi Caravita num. 8. & in ritu 226. ubi etiam Caravita. Galtier. in d. rub. 3. nu. 7. & 8. & Franchus in dec. 471. num. 1.
- 3 Et quando quis citatur, ut compareat infra certum tempus, si dies termini cadet in diem feriatum, citatus tenetur comparere die sequenti juridico, ut in ritu 17. & 157. & Maranta d. memb. 1. n. 120. & 122.
- 4 Et advertas, quod si in citatione non sit incusata prima, & ultima contumacia, citatio non tenet. Foller. in pract. crim. in 4. par. tertiz partis, rub. & si confitebuntur nu. 20. & Franchis dec. 204. nu. 18. licet contrarium videantur tenere Menoch. conf. 100. num. 269. & seq. Et contumaciam debent incusari expresse. Pragm. 3. de ordin. Judic. Nigrisi in cap. Reg. si ve quis, num. 19. versic. requiritur etiam; ut reo; Et non sufficit, ut actor compareat, & instet, procedi ad ulteriora, l. properandum, §. & si quidem, C. de indicis, Caravit. ritu 218. num. 5. & Affl. in d. Constit. Reg. ædicatorum. Sed est necesse ut actor se præsentet in termino

citationis, & contumaciam rei absentis accuset, aliàs reus non dicitur contumax. Riccius dec. 69. post num. 1. par. 9. Sed favore Filci, ne delicta remaneant impunita, si citatio sit expedita per M.C.V., & sit notificata in partibus, & propter distantiam loci, Nuncius non dum advenit in M.C. tempore, quo debebat incusari prima, & ultima contumacia, in hoc casu intelliguntur incusata in tempore, & reus non comparens efficitur contumax, prag. 6. §. Carolus Quintus de citationibus, dummodo postea prima, & ultima contumacia describatur in dicta citatione. Rovit. d. prag. 6. nu. 2. de citatione b. Quod secus est in civilibus causis, in quibus, si Actor non incusat contumacias temporibus solitis, reus non dicitur contumax. Marant. d. memb. 1. num. 1. & Thes. dec. 19. & est tex. de jur. Reg. in pragm. 3. de ordine judic. Et quod si citatus non compareat, non possit dici contumax, si pars adversa non accusavit contumaciam suam in iudicio, tenet Mar. de bannitis, versic. contumacia, n. 11. Et debent incusari contumaciæ per partem. Foller. in d. quarta par. 3. par. rub. & si confitebuntur, n. 20. licet Cabal. resolut. crim. casu 110. n. 13. dicat, quod de consuetudine non servatur, ut accusetur contumacia Rei, si ve procedatur per viam accusationis, si ve per viam inquisitionis, sed sufficit, si ex actis constet, quod reus citatus non comparuit, sed contumax fuit; tamen prima opinio est vera, nam citatio circumducitur, Actor & reo in termino citationis non comparentibus, l. post ædictum. §. 1. ff. de judic. Char. de exeq. sent. cap. fin. num. 167. ubi num. seq. dicit, quod quis, ut contumax condemnari non potest, si in termino cadentis citationis accusata non fuerit contumacia citati, & hoc etiam si disponat statutum, ut contumax habeatur pro confesso. Chartar. d. cap. fin. num. 169. ubi num. 170. dicit, hoc procedere quando per viam accusationis proceditur, secus vero si procedatur ex officio per viam inquisitionis, quia tunc sufficit, ut de tali contumacia ex actis constet; sed hoc in practica in isto Regno non servatur, nam in hoc Regno semper contumacia incusatur, si ve ex officio procedatur, si ve ad querelam partitis. Caravit. ritu 122. num. 5. Cacher. dec. 71. n. 5. & 47. & Chartar. d. nu. 170. ubi dicit idem esse in Regno Franciæ, & licet Chartar. ibi n. 171. dicat, quod etiam si per viam accusationis procedatur, hodie non observetur, ut contumacia accusari debeat, aliàs processus sit nullus, sed satis sit, quod ex actis constet, citat Boss. pract. crim. tit. de banni nullitate, nu. 7. in fine, tamen idem Chartar. ibi num. 172. dicit, quod super his solet dari certa forma in qualibet Provincia, & Civitate ex Statutis, & Consuetudine, quæ servanda est, ut etiam tenet. Clar. pract. crim. §. fin. qu. 44. ver. dictum est in fine, & accusator debet expresse accusare contumaciam rei, ut reus dicatur contumax. Mascari. de probat. conclus. 449. n. 8. & 9. & contumacia debent incusari, dato quod extet statutum, ut contumax habeatur pro confesso. Caravita in ritu 122. n. 5.

5 Et quando in criminalibus adest accusator, ultima contumacia debet incusari, instante

Fi.

Fisco, & parte, ut in ritu 206. ubi Caravit. num. 3. in fine, dicit, quod licet hoc sit dispositum per illum ritum, tamen in practica servatur, ut sufficiat tantum, si Fisco instante accusetur ultima contumacia; & quod contumaciæ possint inculari per accusatorem, vel per Fiscum, dicunt Ozalc. dec. 71. num. 47. Thes. dec. 19. & Baldass. Angelis ad Gizzarell. dec. 17. num. 6. sed Clar. pract. crim. §. fin. d. quæst. 44. ver. dictum est; dicit, quod debet servari loci consuetudo.

6 Et quod contumaciæ debeant inculari, & describi in actis, dicunt Afflict. in Const. Reg. pœnam eorum, num. 8. in antiqua impressione & num. 17. in nova impressione Thesaur. d. dec. 19. & Boss. pract. crim. tit. de banni nullitate, num. 7. in fine, & etiam in mandato ad relucendum debent inculari prima, & ultima contumacia, alias dicitur circumductum, & de eo nulla est abenda ratio, & habetur ac si non esset factum. Novarius in quæst. forens. 38. par. 2.

7 Et inculata prima, & ultima contumacia, eodem die, quo fuit inculata ultima contumacia, Curia pro Tribunali sedente, interponitur decretum in citatione ad informandum, hoc modo videlicet. Eodem supradicto die Curia pro Tribunali sedente, vocato in banco juris d. T. de T. citato relato, & non comparente per se, vel per alium, qui eum excusaret per talem servientem nostræ Curie alta, & intelligibili voce more præconis, ut juris, & moris est, & quia dictus T. de T. non comparuit, nec aliquis pro eo, qui ipsius justam excusationem proponeret, & allegaret, ideo instante Fisco, fuit dictus T. de T. reputatus prout reputatur contumax, & condemnatus prout condemnatur ad pœnam in mandato contentam, & dictum quod capiatur de persona, & ita provisum per hoc suum, &c.

Et in citatione ad capitula, inculata ultima contumacia, interponitur decretum, videlicet. Eodem supradicto die, Curia pro Tribunali sedente, vocato in banco juris d. T. de T. citato, relato, & non comparente per se, nec per alium, qui eum excusaret per talem servientem nostræ Curie, alta, & intelligibili voce more præconis, & quia non comparuit, nec aliquis pro eo, qui ipsius justam causam excusationis proponeret, & allegaret, ideo, instante Fisco fuit ipse T. de T. reputatus prout reputatur contumax, & condemnatus prout condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium commodis Curie applicandam, & fuit provisum d. T. de T. esse ponendum prout ponimus in banno, capiendum de persona, & bona ejus annotanda Fisci commodis, & hanc practicam ponunt Foller. d. rub. accusentur contumaciæ, num. 1. & Nigris d. cap. Reg. si vè quis, num. 19. ver. & in ultima contumacia. Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. nu. 9. & Carrerius ubi sup. n. 45.

Et fit supradicto modo, quando debet expectari annus, sed si quis sit citatus cum breviatione dierum quindecim, & tunc M. C. V. inculata prima contumacia, interponit decretum tenoris sequentis, videlicet.

Et quia supradicti citati, relati, & in hanco

vocati non comparuerunt, nec aliquis pro eis, qui ipsorum absentia causam proponeret, vel aliis legitimis excusationibus excusaret, comparente in iudicio Magnifico Regii Fisci Procuratore, & maxima cum instantia ultimam contumaciæ inculante; confito nobis prius legitime de citatione, relatione, & contumaciæ prædicta; triduoque potius de æquitate, quàm de jure expectato, & elapso: ob eorum contumaciæ ipsos banno supponimus, & ad tertiam partem omnium eorum bonorum mobilium condemnamus Fisci commodis applicandam; decernentes nihilominus, reliqua eorum bona, tam mobilia, quàm stabilia esse describenda, & annotanda ad opus, & instantiam dicti Regii Fisci usq; ad circulum dierum quindecim, servata forma Regiarum Pragmaticarum, ut in citatione ad capitula continetur, & ita provisum per hoc suum, &c.

8 Per citationem præcedentem contrahitur contumacia. Bald. in l. ut perfectius, num. 17. C. de annona excep., & Catalanus de indulto, cap. 12. n. 12.

9 Et quis non potest reputari contumax, nisi prius vocetur per servientem Curie, vel alium ejus loco alta voce, & Curia sedente, ut in ritu 209. Follerius in pract. crim. d. rub. accusentur contumaciæ, num. 8. & desumitur ex Pragm. 26. §. 2. de offic. Mag. Just.

10 Et Judex interloquendo debet declarare, citatum esse contumacem. Afflict. in Constitut. Reg. pœnam eorum, nu. 9. in antiqua impressione, & num. 18. in nova impres. Riccius collect. 2576. Rota pract. conclus. conclus. 9. nu. 86. in fine. Boerius dec. 63. Clar. pract. crim. §. fin. qu. 44. ver. sed numquid. Boss. in pract. crim. tit. de banni nullitate, num. 7. in fine. Marf. pract. crim. §. aggredior, n. 106. & Chart. de exequ. sent. cap. fin. num. 174. ubi dicit, quod eodem contextu Judex declarat, & pronunciat eum contumacem, & illum tanquam contumacem condemnat, sed glos. in l. penult. §. tu autem, C. ad S. C. Trebell. dicit, quod sufficit constare ex actis, quem esse contumacem absque eo, quod Judex pronunciet, illum esse contumacem, glosam istam citat Marf. de bannitis, ver. contumacia, num. 139. qui postremò se remittit ad ea, quæ dixit in pract. crim. §. postquam, num. 42. & in §. aggredior, num. 12. & d. ver. contumacia, num. 153. dicit, quod contumacia declaratur, quando Judex procedit ad condemnationem, quia tacite videtur declarare, eum esse contumacem; & contumacia probatur ex actis, puta si constet de citatione, & non constet de comparitione. Marf. d. ver. contumacia, num. 99. ubi nu. seq. dicit, quod contumacia non probatur per verba sententiæ, & num. 102. subdit, quod contumacia in dubio non præsumitur; Et contumax antequàm puniri possit, debet prius constare de contumacia, aliàs condemnatio non valet. Marf. d. ver. contumacia, num. 134. nam cessante contumacia contra absentem, non potest proferri sententia. I. ea qua, ubi Salicet. cod. quomodo, & quando Judex. Et quando statutum dicit, ut contumax ponatur in banno, non est necesse, ut Judex priusquàm ponat contumacem in banno, declarat eum contu-

rumacem in banno, declaret eum contumacem, sed satis est, ut contumacia constet ex actis, Cabal. resolut. crim. casu 119. n. 10. qui citat Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, nu. 9. qui tamen Affl. tenet contrarium, sed opinionem Cabal. tenet Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 44. num. 70. ubi num. 71. dicit, quod in statu Ecclesiastico non est necessaria declaratio sum per contumaciam. Quod si Actuarius notet in quinterno, talem esse contumacem, per talem descriptionem non probatur contumacia, sed debet apparere decretum Judicis, per quod quis declaratur contumax, ita Riccius dec. 69. par. 3. nam super contumaciam requiritur interloquutoria Judicis, non obstante, quod contumacia constet ex actis, Marf. pract. crim. d. §. postquam. num. 42. cum duob. num. seq.

12 Quod si contumax moriatur, antequam contumax pronuncietur, hæc contumacia hæredi non nocet, Marf. d. ver. contumacia, n. 52. & in l. de unoquoque, nu. 213. ff. de re jud. unde hæres non tenetur ad pœnam contumaciæ, quando Reus ad illam non fuit condemnatus, secus si fuit condemnatus. Novar. de gravam. vassallor. tom. 2. gravam. 106.

Et judicium, quod fit, Reo absente, incipit à contumacia. Bal. in l. 1. nu. 30. C. qui accus. non poss. Clar. pract. crimin. §. fin. q. 14. num. 13. & Campana de foriud. resolut. 5. post ver. tertium.

13 Et contumax de jure communi punitur arbitrio Judicis, l. unica, ff. si quis jus dicent, non obtemperaver. Bart. in l. 2. num. 16. ff. si quis in jus vocat. non jerit, Affl. & in Const. Reg. pœnam novem. num. 3. & Thes. dec. 265. num. 4. Et inobediens mandatis Judicis punitur, si Judex aliquod justum mandat, d. l. unica, ubi glos. & DD. Clar. pract. crim. §. 1. vers. scias autem, & Cabal. resolut. crim. casu 85. num. 1. & 2. ubi num. 3. dicit, quod Judex Ecclesiasticus potest non comparentem mulctare, & mulctam exigere per censuras Ecclesiasticas, & idem tenet Foller. pract. crim. canonica, part. 2. cap. 10. num. 24. sed dicta mulcta non debet esse immoderata, & excessiva, sed debet esse juxta mensuram delicti, & non gravior, & Judex ejus arbitrio pro facti, & personarum qualitate illam imponere debet, Farinacius quæst. 18. num. 31. ver. secunda sit conclusio, & Cabal. d. casu 85. num. 7.

14 Sed in Regno nostro punitur contumax in criminalibus ad tertiam partem bonorum mobilium, Const. Reg. pœnam novem unciam, Const. Reg. grandis utilitas, & est ritus 92. & 206. & desumitur ex prag. 28 §. 11. de offic. Magis. Just. Foller. d. rubr. accusentur contumaciæ, num. 11. Vivius dec. 257. & Riccius in coll. 74. in fine. Quod practicitur, quando quis est contumax in citatione ad capitula, & sic in casu, in quo quis potest foriudicari, Marant. in suo speculo par. 6. membro 2. num. 25. & Capicius Latro dec. 77. num. 9. 10. 24. & 25. par. 1. Et pana tertia partis bonorum mobilium statuta contra contumacem, statim quod est accusata contumacia est acquisita Fisco ita, quod si postea contumax comparerit non recuperabit d. pœnam. Afflictus in d. const. Regni

grandis utilitas. post n. 5. sed quando quis est contumax in citatione ad informandum in casibus, in quibus non potest foriudicari, & tunc contumax tenetur ad solutionem carolenorum triginta duorum pro jure contumaciæ, ita Caravit. ritu 211. & Vivius dec. 273. nu. 3. quos citat Novarius dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 180. sed Tapia, quem etiam refert ipsemet Novarius d. dec. 180. dicit, esse solvendo carolenos decem per contumacem, sed ibi dicit, pro purgatione contumaciæ ab inquisito esse solvendam quantitatem juxta qualitatem delicti, & qualitatem personæ inquisitæ, sed quantitatem nunquam excedere summam triginta duorum carolenorum, & idem tenent Riccius coll. 3473. & Rota in florilegio pract. conclus. 9. num. 31. sed tu dicas, quoad quantitatem pœnæ contumaciæ, esse attendendam consuetudinem loci. Rota d. conclus. 9. nu. 28. & Maranta in suo speculo par. 6. rubr. & advertatur circa contumacias, post nu. 9. & quælibet Curia habet particularia statuta, seu stylum circa quantitatem pœnæ contumaciæ, Cavenlis in ritu 220. num. 2. qui stylus Curiæ est observandus, Affl. & dec. 79. num. 4. & dec. 235. num. 4. Guid. Papa dec. 264. & 292. Anna sing. 497. Carav. ritu 1. Viv. dec. 297. & est cap. Regn. 288. ibi ac bonas observantias Regni, Novar. de gravam. vassallorum to. 2. gravam. 39. dec. 50. Ludov. dec. Lucenf. 36. Nevizanus in silva nuptiali. lib. 3. num. 32. Nam stylus pro lege habetur. l. minimè ff. de legibus, & Mascard. de probat. conclus. 846. num. 9. & stylus Curiæ inducitur spatio decem annorum, & sententia lata contra stylum Curiæ est nulla, l. prolatam C. de sent. & interloquut. omnium jud. Riccius coll. 2116. ver. consuetudo autem, & in dec. 117. num. 3. par. 2. (Novar. d. & grav. 39. num. 11.) & Nevizanus d. lib. 3. post n. 32. Et stylus est quid facti, qui non præsumitur, nisi probetur per allegantem, Riccius dec. 53. par. 1. & Mascard. de probat. conclus. 1344. nu. 1. & 2. & stylus Curiæ, quomodo sit probandus, vide Riccium d. dec. 117. par. 2. & Mascardum in d. concl. 1344. à num. 3. usq. ad finem. Sed tunc stylus Curiæ est observandus, quando est confirmatus auctoritate Principis, aliàs secus, & maxime quando est contra dispositionem alicujus legis, quia tunc si non sit confirmatus per Principem, non est observandus, Grammat. conf. crim. 71. num. 20. & conf. civili 152. num. 34. cum pluribus numeris sequentibus.

15 Et in mea Patria contumax in criminalibus solvit pro pœna contumaciæ ducatos quinque, quando Reus est citatus ad informandum tantum, Carolus Rota d. num. 28. sed si sit citatus ad informandum, & ad capitula, solvit ducatos decem pro jure contumaciæ, & ita practicitur, & observatur in dicta mea Patria.

16 Sed in Curia meretricum in Civitate Neapolitana pro contumacia criminali exigebatur tarenus unus à contumace, pragmat. 6. §. 8. de meretricibus. Et in Curia Baronalibus pro contumacia civili etiam exigitur tarenus unus vel minus, secundum loci consuetudinem. Capib.

M

pibl

pibl. d e Baron. tom.1. super prag.14. num.72. Capyc. Latr. dec.77. post num.7. part.1.

17 Et in M. C. V. pœna contumaciæ taxatur arbitrio Fisci, attenta qualitate inquisiti, & gravitate delicti, & in Curiiis Baronalibus pœna contumaciæ taxatur juxta Constitutiones, & Ritus Regni, ut ita decisum testatur Capycius Latro dec.77. nisi in contrarium sit consuetudo, ut diximus, & in dec. non fuit probata consuetudo in contrarium Constitutionibus, & Ritibus Regni, unde merito per S. R. C. fuit dictum, ut interim observentur Constitutiones, & Ritus Regni quoad pœnam contumaciæ, nam quousque non sit probata consuetudo in contrarium, standum est dictis Constitutionibus, & Ritibus Regni.

18 Sed à pœna contumaciæ excusatur Rusticus propter ejus rusticitatem, l. 2. ff. si quis in jus vocatus non jerit, Novar. in rub. pr. de contum. num.7. Farin. præct. crim. tit. de pœnis temperandis quæst. 98. num. 38. Ripa de pest. rubric. de preservativis remediis contra pestem. num. 129. & seq. & Menoch. de arbit. jud. cas. 194. num. 49. & seq. nisi Rusticus sit persona sagax, quia tunc non excusatur à pœna contumaciæ, ita Bal. in l. si illud, ff. de jure jurando, Socin. in suis fallentiis, reg. 17. ver. rusticus, prout etiam licet Rusticus excusetur à præsumpta fraude usurarum propter rusticitatem, & ignorantiam juris, Arnono in sing. 91. Ripa ubi supra num. 232. & Menoch. in d. casu 154. num. 47. tamen secus est in rustico sagaci, Nigris in cap. Reg. 270. num. 24. Et licet contumax non audiat in iuribus suis nisi resectis expensis, & in l. sancimus, C. de judiciis, l. contumacia, ff. de re judicata. cap. ex literis de dolo & contum., & est tex. de jure Regni in ritu 298., & in prag. 3. de ordin. judic. Tamen si rusticus sit contumax, audiat in iuribus suis, etiam non resectis expensis. Thes. in dec. 9. num. 6. Et Rusticus gaudet beneficio electionis fori, quando est grossolanus, secus si sagax, ut docuit sapientissimus meus Avunculus Reg. Conf. S. Clara Neap. Scialoja in tract. de foro competenti cap. 16. n. 18., & est arbitrium Judici inadmittendo rusticum ad beneficium restitutionis in integrum. Muscatell. in præct. S. R. C. part. 6. gloss. privilegiata. num. 7.

19 Sic etiam, si citatus veniat ad comparandum, & cum sit in itinere ob aliquam fluminis inundationem non possit transire, & propter hoc reputetur contumax, in hoc casu constituto de tali impedimento, excusatur à pœna contumaciæ, l. 2. §. quia diximus, & §. si quis in iudicio, ff. si quis cautionib. Caravit. in ritu 268. num. 4. Novarius de gravaminib. vassall. tom. 3. gravam. 56. & Farinac. præct. crim. tit. de delictis, & pœnis, quæst. 18. num. 40. citat text. in l. satisque pœnæ, & ibi gloss. ff. de in jus vocando, & contumax non dicitur, qui fuit impeditus venire, l. contumacia, §. contumacia, ff. de re judic. Menoch. conf. 100. num. 112. & prag. 3. in fine de ordine judic. Quod si non possit probari inundatio fluminis, tunc statur juramento ipsius, qui fuit reputatus contumax, l. scire oportet, §. sufficit, ver. cum enim, ff. de excusat. tutor. Arnono in proble-

ma 38. & Mascard. de probat. concl. 292. nu. 1. Et juxta causam excusat contumacem à pœna contumaciæ. gloss. in l. ex consensu. §. final. ff. de appellat. & Marfil. in l. patre. num. 20. ff. de questionibus, & faciunt dicta per Afflictum in const. Regni grandis utilitas. n. 9. & in dec. 29.

20 Sic etiam à pœna contumaciæ excusatur pauper, qui propter paupertatem illam solvere non potest, Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de contumace, cap. 3. in prin. Farin. d. q. 18. num. 56. & Novarius in tract. de priv. miserab. person. priv. 132. & de gravam. Vassallorum. tom. 1. gravam. 244., & in prag. 3. num. 4. de officio Bajuli, & faciunt dicta per Tiracuellum de pœnis temperandis. causa 32., & per Rovit. in prag. 4. n. 3. de recept. delinquent., & pœna contumaciarum debitarum à pauperibus damnum dati, non possunt exigi integraliter à bajulo, sed arbitrio ipsius bajuli moderantur secundum qualitatem personarum, prag. 3. §. 12. de officio bajuli. Et multa ex causa paupertatis potest remitti. l. illicitas. §. finalii. ff. de officio Præsidis. Genuensis in præct. Archiep. Neap. cap. 3. num. 7. in fine, ubi etiam dicit, quod non habens in bonis non debet lnerre in corpore pro multa, citat Farinac. in tit. de delictis. quæst. 18. num. 57.

21 Et pœna contumaciæ, neque exigere debet à ficto contumace, puta si contumax fuit citatus domi, quia tunc non tenetur ad pœnam contumaciæ, Balb. dec. 371. Novar. ubi supra, n. 10. Maranta in suo speculo par. 6. act. 2. num. 288. & seq. Farinac. d. q. 18. nu. 50. Capicius in dec. 141. num. 4., & Borrell. summa dec. tit. 46. nu. 181. Et qui personaliter citatus fuit, & non comparuit, dicitur verus contumax, Marf. de bannitis, ver. contumacia, nu. 34. ubi nu. 41. dicit, quod qui fuit citatus domi, & non personaliter dicitur fictus contumax, & nu. 111. dicit, quod appellatione contumaciæ in statuto venit vera, & non ficta, & num. 154. dicit, quod ficta contumacia non sufficit ad bannum, de quo dic, ut diximus supra, cap. 6. n. 11. & Marf. d. ver. contumacia, nu. 109. dicit, quod ficta contumacia non sufficit ad multam, & quod contumax verus dicatur ille, qui fuit personaliter citatus, & fictus dicatur, qui fuit domi citatus, dicit Marant. in suo speculo par. 6. rubr. & advertatur circa contumacias, num. 8. sed in Regno Neapolitano quis potest citari personaliter, vel domi, Constit. Reg. citationis literæ, & prag. 2. de ordine judic. & ideò in Regno, si quis sit citatus domi, & sit reputatus contumax, non per hoc, excusatur à pœna contumaciæ, sed illam solvere tenetur, Novarius de gravaminibus vassallorum tom. 3. gravam. 55. & Maranta d. part. 6. memb. 1. num. 128. sic etiam citatus domi in Regno potest foriudicari, ut diximus supra cap. 6. num. 11.

22 Sed quando contumacia non est ritè, & rectè contracta, tunc pœna contumaciæ non potest exigi, nam contumax nullitèr non potest dici contumax, Decius in cap. appellationib. extra de appellat. Grammat. dec. 29. nu. 1. & 2. & Catalan. de indulto. cap. 43. num. 33. ubi num. 32. dicit, quod non dicitur bannitus, qui non

- non ritè, & rectè fuit bannitus, citat Bartol. & Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re jud. Cur. seniore conf. 60. & Decium in cap. prudentiam, de offic. deleg. idem dicit Grammat. dec. 79. num. 10. Marfil in l. de minore. §. plurimum. num. 102. ff. de quæstionib. & bannitus nulliter, habetur pro non bannito. Chartar. de execut. sent. cap. fin. num. 159.
- 23 Et bannitus, qui non potuit comparere in termino banni per mortem Potestatis, non habetur pro contumace. Marf. practica. crim. §. sequitur. num. 39.
- 24 Sic etiam pœna contumaciæ tertiæ partis bonorum mobilium non potest exigi à Neapolitano contumace. Sanfelice. dec. 135. nu. 24. in qua dicit, quod pœna spreti mandati potest exigi contrà Neapolitanum, & utramque opinionem etiam tenet, Montano de regalibus rubr. bona contrahentium incestas nuptias. num. 12. & 15. & pœna spreti mandati exigitur ad rationem unius tarenì pro qualibet uncia Grammat. in cons. civili. 73. num. 2. Capibl. de baronib. in prag. 14. num. 73. & in prag. 16. num. 74. & Thor. in voto 27. nu. 32. cum duob. seq. tom. 2. Sicetiam controveniens banno, tenetur ad tarenam unum pro qualibet uncia. Carraba in fing. 25.
- 25 Sed qui curavit, ad ipsum non pervenisse citationem, dicitur contumax. DD. in Clem. 1. de judiciis. Marf. de bannitis. d. ver. contumacia. num. 37. & Novarius in rub. prag. de contumaciis. num. 3.
- 26 Et quando quis dolosè latitat, & se occultat, ne citari possit, habetur pro citato, & contrà ipsum potest expediri actus. Marant. in suo speculo. par. 6. rub. rectè concipiatur citatio. num. 36., & Carleval. de judiciis. tom. 1. lib. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 3. post num. 879. ubi in Add. quas posuit in fine secundi tomi. fol. 22. citat text. in l. 1. §. sed & artisto, ubi Bar. ff. quod vi, aut clam. & facit etiam textus in l. si dictum. §. si presente. ff. de evictionibus, ubi habetur, quod si venditor latitat, & impedit, ne ipsi fiat denunciatio, tunc tenetur de evictione absque alia denunciazione. Mascard. de probat. conclus. 614. num. 20., & faciunt dicta per Afflictum in cons. Regni eorum fraudibus. num. 7. Immo dolosus non permittens se citari, non debet ex hoc dolo commodum reportare, sed habendus est, perinde ac si personalitè citatus fuisset, l. dies cautioni, §. toties. ff. de damn. infecto, & Alex. Sperell. dec. 48. post num. 34. par. 1.
- 27 Et quando quis comparet in ultimo peremptorio, si statim deinde discedat, adhuc dicitur contumax, nam non dicitur venisse, qui venit, & non stetit. cap. 1. de judiciis, & fingitur non fuisse in loco, qui ibi brevi tempore permansit, ut dicam infra cap. 23. post num. 43., & contumax dicitur, qui sine licentia recedit à iudicio. Bar. in l. consentaneum, in fine, C. quomodo, & quando iudex, & Marf. d. ver. contumacia. num. 30. Nam citatus ad iudicium intelligitur monitus à jure, ut non recedat illicentiat. cap. quæsitum de re judic. Marfil. in tract. de bannitis. in ver. nullitas. num. 63.
- 28 Sic etiam dicitur contumax, qui comparet,

- & protestatur, quod non intendit in Iudicem consentire, nisi addat clausulam, nisi si, & in quantum de jure tenetur, quia tunc non dicitur contumax. Marf. d. ver. contumacia. n. 1. ubi dicit, quod si quis simpliciter protestetur de incompetencia, potest per Iudicem procedi contrà eum, tanquam contrà contumacem, nisi addat clausulam, nisi si, & in quantum de jure teneatur, & idem tenet. Garzia à Toletto in dicto 118.
- 29 Et advertas, quod Regiæ Audientiæ infra sex menses debent una alteri mittere notam contumacium, & infra quatuor menses debent mittere notam prædictam M. C. V., & M. C. infra sex menses etiam tenetur mittere notam contumacium, Regiis Audientiis. Pragmat. 2. §. 2. de emptione, & venditione. Et contumaces Regiarum Audientiarum registrantur in M. C. V. Pragmat. 19. §. 14. de officio Magistri Justit. Sic etiam Regii Fisci utriusque Sicilia tenentur inter eos mittere notas contumacium, singulis annis. Pragmat. 4. §. 6. in fine, ubi de delicto. Et Commissarius Campanæ debet tenere librum, in quo describere debet contumaces. causam contumaciæ, & diem, quo fuerunt reputati contumaces. prag. unica §. 26. de officio Iudicis generalis. Et Præsides provinciales, & Capitanei Regii singulis sex mensibus debent dare notitiam Proregi de omnibus delinquentibus, per eos foriudicatis, & condemnatis. prag. 4. de offic. Iudic., & vide infra cap. 21. num. 17.


S U M M A R I U M.

- 1 Citatus pro causis criminalibus tenetur personalitè comparere ad se defendendum, & non potest comparere per Procuratorem; assignatur ratio, nu. 2. & 4. ampliatur pluribus modis à num. 14. usque ad num. 22. & num. 108. sed limitatur pluribus modis à num. 23. usque ad num. 87.
- 2 Sententia lata contrà absentem est nulla, secus si sit lata in ejus favorem.
- 3 Actuarius in causis criminalibus non potest recipere petitiones, quæ sapiunt defensiones reorum, ab aliis, quam à dictis reis.
- 4 Accusator non tenetur personalitè comparere ad proseguendam suam accusationem; sed potest mittere Procuratorem, & ipse accusator debet in omnibus audiri, & citari debet, si intendat, facere partem in iudicio. num. 9.
- 5 Creditor, & debitor in materia liquidationis instrumenti, an teneantur personalitè comparere, vel possint comparere per Procuratorem? usque ad num. 13.
- 6 Universitas, & mulier in causis criminalibus an possint comparere per Procuratorem? usque ad num. 33.
- 7 Clericus citatus pro causa criminali an teneatur personalitè comparere? & quid in senè? ibidem.
- 8 Citatus ad locum non tutum, an possit comparere per Procuratorem ad excipiendum de loco non tuto? & latè de ista exceptione loci non tuti, usque ad num. 59.
- 9 Extrema tempora an possint opponi per Procuratorem in causa criminali?

- 50 Citatus ad locum inhonestum non tenetur ibi comparere.
- 53 Foriudicatio est nulla, si foriudicatus ostendat locum, ubi debebat comparere, non esse tutum.
- 54 Foriudicatio est nulla, quando foriudicatus non fuit assecratus pro alio delicto per eum antea commissio. Limita; ut nu. 56. & per quem sit facienda ista assecratio? d. nu. 54.
- 60 Infirmitatis exceptio potest opponi per procuratorem in causa criminali, sed ipsa admittitur, dummodo presentetur fides Medicorum attestantium de ipsa infirmitate, & debet presentari instrumentum publicum, & infirmitas ipsa debet esse gravis, & late de materia exceptionis infirmitatis, usque ad nu. 75. & quid de muliere pregnant? n. 72.
- 75 Baro infirmus si citetur pro causa criminali, an ejus vassallus possit conficere instrumentum infirmitatis?
- 76 Captivitatis exceptio potest opponi per consanguineos citati pro causa criminali.
- 77 Carcerationis exceptio potest opponi per consanguineos citati pro causa criminali; sed ipsi debent producere fidem carcerationis, & quomodo esse debeat dicta fides? num. 79.
- 78 Sententia foriudicativis lata contra carceratum an sit valida? & num. 81.
- 83 Comparere an quis possit in causa criminali pro reo absente, & dare testes Judici pro innocentia Rei?
- 84 Foriudicari quis non potest, si ex processu appareat de ejus innocentia.
- 85 Princeps ex gratia potest admittere Procuratorem pro defensione Rei absentis.
- 86 Procurator admittitur, reo absente, ad probandum notorium.
- 87 Absentia citati pro causa criminali potest allegari per consanguineos citati, & late de materia absentia, usque ad nu. 106.
- 107 Foriudicatio est nulla, si per consanguineos foriudicati, tempore citationis ad informandum, & ad capitula fuerunt allegata iusta impedimenta, & non fuerunt admissa.
- 109 Citati, si sint plures, & alii compareant, alii vero non, prius contra non comparentes in eorum contumaciam, & postea contra comparentes proceditur.

C A P. VIII.

Citatus ad informandum, & ad capitula tenetur personaliter comparere, sed plures exceptiones opponere potest per ejus agnatos, cognatos, & Procuratores.



- 1 Citatus ad informandum, & ad capitula de delicto, pro quo venit imponenda poena mortis naturalis, & pro quo possit foriudicari, tenetur personaliter comparere,

& non potest comparere per Procuratorem ad se defendendum in principali negotio. l. pen. §. ad crimen. ff. de publicis judiciis. l. servum quoque. §. publicè. ff. de procurat. cap. veniens, extra de accusat. cap. in criminalibus §. q. 3. & est tex. de jur. Reg. in ritu 106. & 269. & in pragmat. 30. §. 2. de offic. Magistri Justit. late Menoch. de arbitr. Jud. lib. 1. quæst. 80. & Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæst. quæst. 99. nu. 1. ubi num. 7. dicit, quod neque conjunta persona admittitur, & est ratio, nam si Reus in criminalibus possit comparere per Procuratorem ad se defendendum, eo absente, iudicium redderetur elusorium, nam si deinde Reus esset condemnatus ultimo supplicio, sententia non posset executioni demandari, contra tex. in l. si Prætor. ff. de judiciis, & hanc rationem afferunt. Farinac. d. quæst. 99. nu. 2. & Menoch. d. quæst. 80. nu. 2., & ideo si sententia sit lata contra absentem, sententia est nulla. l. absentem. ff. de pœnis. l. absentem. C. de accusat. Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. nu. 2. sed si sententia sit lata in favorem absentis, sententia valet. Marant. in suo speculo par. 6. membro 1. nu. 16. & plures aliæ sunt rationes, pro quibus Reus in criminalibus non potest comparere per Procuratorem, eo absente, de quibus per Monticel. pract. crim. reg. 13. in princ.

5 Et ideo in Regno Actuarius non potest recipere petitiones in causis criminalibus, quæ sapiunt defensiones inquisitorum, ab aliis, quam à principalibus inquisitis, quando principales tenentur personaliter comparere. prag. 6. §. 11. de offic. Justitiarum, & prag. 15. §. 3., & 4. de offic. Magist. Justit.

6 Et licet in Regno nostro possit procedi ad sententiam foriudicationis contra Reum absentem in ejus contumaciam, ut dixi supra cap. 1. nu. 4. & 5. tamen foriudicandus non potest defendi per Procuratorem in causa principali, eo absente. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 32. ver. hæc autem, & q. 33. ver. sed quod plus est, & quæst. 61. ver. sed hæc, in fin., & Aret. de maleficiis ver. qui Judex videns, quod inquisiti non comparent, nu. 17. sed alii tenent contrarium, prout est Monticel. d. reg. 13. post nu. 33. & nu. 52. & 57. Guazzin. ad defensionem reorum. def. 12. cap. 1. nu. 54. Angelis ad pract. crimin. Foller. rub. audiantur excusatores. nu. 1. ver. decimatertia declaratio. Riccius ad Franch. dec. 314. & in coll. 4031. in fine. Arnono soliloquio 31. Virgiliis de legit. personæ. cap. 19. num. 27., & cap. 33. post nu. 34. Decius in l. si quis qui num. 21. Cod. qui testam. facere possunt. Campana de foriud. resolut. 11. nu. 2. qui moventur per tex. in l. servum quoque, §. publicè ff. de procuratoribus. Immo aliqui tenent, quod statuto disponente, ut contumax habeatur pro confesso; in hoc casu possit defensor comparere pro absente, & allegare ejus innocentiam. Foller. pract. crim. in 4. par. 3. par. rub. & si confitebuntur. num. 27. tamen prima opinio pract. ut testatur Thef. dec. 265. num. 16. Bal. in d. §. publicè. num. 3. Alber. num. 24. & 25. Angel. num. 3. Fulg. nu. 18. & seq. & Paul. de Cast. post nu. 5. qui omnes tenent, quod Procurator non admittitur in

in casibus statutorum volentium, contumaciam haberi pro confesso, & in ejus contumaciam, absentem condemnari posse, & licet Marf. pract. crim. §. sequitur. num. 27. distinguat, quod aut Procurator vult comparere pro Reo, qui vigore statuti potest absens condemnari, & instat audiri ad omnes actus occurrentes in ipso judicio, & non potest, aut vult comparere pro Reo ad docendum de ejus innocentia, vel de sua legitima absentia, vel de privilegio suo, puta quod sit Clericus, qui non potest à Judice laico inquiri, vel ad ostendendum incompetentiam Judicis, vel in similibus casibus, & tunc comparere potest, tamen opinio Marfil. non est vera, quoad probationem innocentiae Rei, nam Procurator non potest comparere pro Reo absente, qui vigore statuti potest absens condemnari, & opponere de ejus innocentia, ut diximus. Farinac. d. q. 99. num. 174. & à num. 223. usque ad num. 229. immò quando contra aliquem proceditur in contumaciam ad sententiam forjudicationis, neque Judex ex officio potest facere defensiones pro Reo absente, & querere probationes ipsius innocentiae, ut infra dicam hoc eodem cap. nu. 83. *contra Decium in d. l. si isqui. n. 22.*

7 Sed in statu Ecclesiastico per Constit. Julii Secundi confirmatam per Pium Quartum disponitur, ut ante sententiam sit arbitrium Judici admittere Procuratorem, excusatorem, vel defensores ad probandam pro citatis, & contumacibus innocentiam in quocunque judicii statu, & instantia causae, etiam ad conclusionem deductae, quamvis statutum adesset, ut contumax pro confesso habeatur, Chartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 114. *Et quilibet etiam absque mandato potest comparere, & absentem defendere in causa criminali in casibus, in quibus procedi potest contra illum ad sententiam diffinitivam, quando vult ostendere innocentiam apparentem ex iisdem actis, vel ex evidentia facti. Alex. in l. exigendi. n. 17. Cod. de procurat. Virgiliis in tra. d. de legit. pers. cap. 19. post n. 27. sed melius est ex evidentia facti, quia ostendendo innocentiam ex iisdem actis, processus informativus publicaretur, qui publicari non potest.*

8 E accusator non admittitur per Procuratorem ad prosequendum accusationem, sed personaliter comparere debet ad proponendam accusationem contra Reum inquisitum. d. §. ad crimen, & l. fin. C. de injuriis. Cepoll. cons. 20. Capyc. dec. 5. in princip. Monticell. d. reg. 13. num. 12. Farinac. d. qu. 99. n. 3. cum duob. seq. & Menoch. de arbit. Jud. qu. 79. & est ratio, nam si accusator accusationem non probat, punitur eadem poena, qua veniret puniendus Reus, si accusator accusationem probasset. l. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turpil. l. fin. C. de accusat. & avut. sed novo jure. C. ad l. Jul. de adult. & ideo, ne judicium esset elusorium, nimirum, quia si Actor veniret puniendus, sententia non posset executioni demandari, dum esset absens, merito etiam accusator debet personaliter comparere ad accusandum, & ad prosequendum accusationem, & tam accusatus, quam accusans detinentur. l. 2. C.

de exhibendis reis; sed quia hodie hæc poena non imponitur accusatori. Bar. in d. §. ad crimen num. 2. Clar. d. §. fin. qu. 32. ver. ratio autem, & qu. 81. & Caravit. in ritu 108. in fin e, & in ritu 199. & est tex. de jure Reg. in Conf. Reg. poenam calumniae, ubi Affl. in 3. not. sed tantum accusator punitur poena extraordinaria. Caball. resol. crim. casu 166. Menoch. de arbit. judic. casu 322. *Reg. Sanfelice in dec. 54. n. 6., & in dec. 374. n. 6. & est textus de jure Regni in prag. 34. de officio S. R. C.* Idem hodie accusator, eo absente, admittitur per Procuratorem ad prosequendum suam accusationem. Farinac. d. qu. 99. nu. 6. & Clarus d. qu. 32. ver. ratio autem, & ver. quæro nunquid, ubi dicit, quod accusator non cogitur ad ingrediendum carceres. Clar. d. §. fin. qu. 18. ver. quando, prout etiam, nam licet per rit. 47. & 199. denunciatus tenebatur se obligare ad certam poenam de probando denunciationem, & de se non concordando cum denunciato, tamen hoc hodie non est in usu. Caravit. d. ritu 199. num. 3. Sed accusator debet audiri in omnibus actis, quando est praesens, vel si reliquit Procuratorem, aliàs si non est multum longinquæ Regionis, & tunc citatur semel tantum, si intendat facere partem in judicio, & ad constituendum Procuratorem, quod si sit longinquæ Regionis, & non citatur. Carav. ritu 202. n. 4. & 5. *& quando accusator intendit facere partem in judicio, parte instante, tenetur cavere de expensis. Foller. in pract. crimin. rub. audiantur excusatores n. 6. & Carraba de sindic. d. par. 1. n. 86. & seq.*

10 Sed in materia liquidationis instrumenti creditor non potest liquidare instrumentum contra suum debitorem per Procuratorem, sed debet personaliter adesse, & est ritus 166. Marant. in suo spec. par. 6. actu 8. nu. 27. Sed

11 si creditrix sit mulier Neapolitana honesta, & tunc non compellitur accedere ad M. C. V. ad liquidandum, sed tenetur accedere ad Ecclesiam propinquiorem, & Actuarius mediante accessu, ibi capit verbum liquidationis. Caravita ritu 166. num. 24. & Marant. d. actu 8. post n. 5.

12 Sic etiam debitor in materia liquidationis instrumenti non potest comparere per Procuratorem, sed personaliter comparere debet, ut in ritu 109. Sed si debitor sit in firmus, instrumentum potest liquidari per accessum judicis ad domum debitoris, quod non est in creditore, nam si creditor sit infirmus instrumentum non potest liquidari per accessum Judicis ad domum creditoris. Franch. dec. 676. Caravit. d. ritu 166. num. 22. *Rovit. in dec. 26. num. 1. & Thorus in compend. dec. tom. 3. ver. interrogatio. fol. 599.* licet Marant. d. actu 8. num. 6. dicat, quod, creditore infirmo, vel carcerato, Actuarius facit accessum ad carceres, vel ad domum, ubi creditor est infirmus, & capit verbum liquidationis, nam dictum Marantæ impugnat Caravit. d. rit. 166. nu. 22. & Franch. d. dec. 676. sed in hoc casu superfeduit in liquidatione, donec creditor convalesceret. Carav. d. ritu 166. n. 22.

13 Sed per Pragm. 7. de instrum. liquid. dispositi-

nitur, quòd quando debitor est infirmus, & commorat extrà Civitatem Neapolitanam, si sit citatus supèr tenorem instrumenti in M. G. debitor potest comparere per Procuratorem specialitèr constitutum ad allegandum suas exceptiones, & ad præsentandum scripturas, & Procurator interrogatur super tenorem instrumenti, & proceditur ad liquidationem, prout si debitor esset præsens, & mandatum procurationis debet esse in specie ad illam causam tantùm, & fides infirmitatis facta à Medico debet esse per actum publicum, & cum juramento præstito per Medicum coràm Officiali illius, qui fuit citatus super tenorem instrumenti. Pragm. 8. §. 8. de instrum. liquid. de quo per D. Merlin. controvers. forens. cap. 73. tom. 1.

14 Sed regulam supra positam, Reum in criminalibus non posse se defendi per Procuratorem in causa principali, eo non comparente personalitèr, amplia pluribus modis, &

15 Primò, ut hoc procedat tam in crimine publici iudicii, quàm in crimine privato, gloss. in d. §. ad crimen. Clar. d. qu. 32. ver. & hac conclusio. Monticel. d. reg. 13. n. 4. & Farinac. d. q. 99. n. 20.

16 Secundò amplia, ut nequè Reus in criminalibus possit comparere per Procuratorem ad allegandam declinatoriam fori, quod intellige de jure Regni, secus de jure communi, ut dixi in Tract. de Foro competen. cap. 8. nu. 120. & seq. ubi num. 141. dixi, quòd de jure Regni, etiam si citatus sit Clericus, adhuc tenetur personalitèr comparere coràm Judice laico ad petendum se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, nam de jure communi, si citatus non sit de jurisdictione citantis, potest opponere per Procuratorem exceptionem declinatoriæ fori, etiam ipso Reo citato absente. Farinac. d. qu. 99. num. 215. cum plurib. seq. ubi num. 220. dicit, quòd Procurator admittitur ad excipiendum, qualiter Judex, qui citavit, est excommunicatus: Immo si adsit statutum, ut Reus non possit defendi in criminalibus; ipso Reo non comparente personalitèr, prout est in Regno nostro, ut dixi supra nu. 1. & 24. adhuc Reo non comparente personalitèr, potest per Procuratorem comparere, & allegare declinatoriam fori, secus si statutum dicat, ut Reus non possit comparere per Procuratorem in criminalibus ad opponendam aliquam exceptionem, quia tunc Reus non potest per Procuratorem opponere exceptionem declinatoriam fori, si ipsa non constet notoriè, sed indigeat extrema probatione, secus si constet notoriè ex eisdem actis, quia tunc est secus, ita Farinac. d. qu. 99. à n. 268. usque ad n. 271. ubi n. 282. dicit, quòd quis potest opponere exceptionem declinatoriam fori, si sit notoria, etiam adsque mandato Rei citati, Reo citato non comparente personalitèr. *Et in causis criminalibus persona privilegiata si sit inquisita tenetur personalitèr comparere coràm Judice eligendo, & ejus Tribunal eligere, & non potest comparere per procuratorem.* Caravita in ritu 230. n. 2. & Capibl. de Baronibus tom. 1. super prag. 8. part. 1. n. 337. Unde vidua inquisita non potest

variare causam ab uno Tribunali ad aliud, nisi constituta sit in vinctulis. Campana de forjudic. resol. 6. n. 41. Et solum in vinctulis persona privilegiata potest comparere per procuratorem, & eligere Regia Tribunalia. Novarius in praxi elect. fori. tom. 1. sect. 4. quæst. 12. n. 30. & seq. ubi dicit nisi forè carceratio esset procurata in alio loco ad finem non comparendi, quia tunc non potest per procuratorem comparere. Surdus in dec. 262. n. 16. & Novarius in d. quæst. 12. n. 31. Immo in Regno nostro si persona privilegiata sit accusatrix, & eligat Regia Tribunalia, deinde causam variare non potest ad curiam baronalem, nisi reo existente in carceribus. Capibl. in d. prag. 8. par. 1. num. 347. & in tom. 2. cap. 51. n. 13. & seq. Novarius in d. tom. 1. sect. 4. quæst. 49. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de electione fori. cap. 2. n. 10. & seq. Sed quod privilegiata persona possit variare causam criminalem à Regiis Tribunalibus ad curiam Baronalem, etiam reo non existente carcerato. dicunt decisum Thor. in comp. decis. tom. 2. sect. 3. ver. vidua fol. 416. & Campana in d. resol. 6. à n. 29. usque ad finem.

17 Tercio amplia in Regno nostro, ut nequāmittatur Procurator, Reo absente, & eo personalitèr non comparente, ad excipiendum qualiter occisus erat forjudicatus, qui poterat impunè occidi vigore. Const. Regni poenam eorum, ut per ritum 269. ibi Caravit. n. 3. & ipsemet Caravit. in Pragm. 1. n. 160. cum plurib. seq. de exulib. Cabal. resol. crimin. casu 23. & ita decisum testatur. Franch. dec. 314. quòd secus est de jure communi, nam admittitur Procurator, Reo non comparente personalitèr, ad excipiendum qualiter occisus erat bannitus, qui vigore alicujus statuti poterat impunè occidi. Cephalus cons. 73. num. 7. & seq. Farinac. d. qu. 99. n. 129. & 190. cum plur. seq. usque ad n. 201. Bart. in d. §. ad crimen. n. 19. & in l. ubi pactum, & ibi Bald. & alii. Cod. de transact. Caravit. d. ritu 269. nu. 3. & in Prag. 1. num. 160. cum plurib. seq. de exulib. Franc. d. dec. 314. num. 1. & 2. Clar. §. homicidium. ver. item scias, & §. fin. quæ 4. 32. ver. quæro modo. Foller. pract. crim. rub. forjudicentur. n. 16. & rub. audiantur excusatores. num. 5. Nigris in cap. Reg. misericordiam. num. 31. Idem Foller. in Pragm. de forjudicatis. n. 35. Grandis de bello exulum in prædicamento quantitatis. quæst. 3. num. 8. Nellus de bannitis in 2. parte, secundi temporis. num. 14. Monticel. d. reg. 13. num. 19. & post n. 49. Marf. in pract. crim. §. sequitur. n. 18. & 19. & in §. postquam, post num. 54. & seq. & in §. constante. nu. 38. & in sing. 372. Buccaronius de differ. inter iudicia civil. & criminalia differ. 145. num. 10. Bossius in pract. crim. tit. de carcerato fideicommissorib. committendo. n. 17. & Carrer. pract. crim. tit. de appellatione. ver. septimus casus est. n. 18. fol. 15. & in tit. de homicidio. ver. septimo igitur. nu. 1. fol. 192. à tergo, qui omnes præcitati Doctores concludunt, quòd quando non est clarum, & notorium, occisum esse bannitum; sed hoc difficultetur in facto, vel in jure, tunc Reus non potest comparere per Procuratorem ad excipiendum qualiter occisus erat bannitus, qui vigore alicujus statuti

rui poterat impunè occidi, secus si sit clarum, & notorium, occisum esse bannitum, & nihil de hoc dubitetur de facto, vel de jure, quia tunc admittitur Procurator, Reo non comparante personalitèr, ad excipiendum qualiter occisus erat bannitus, & hoc etiam de jure Regni ex dictis per Franch. d. dec. 314. in fine, & per Farinac. d. quæst. 99. n. 192. & à n. 197. usque ad n. 201. hinc est, quòd si tres sint occisores, & unus ipsorum compareat personalitèr, & ostendat forjudicationem in personam occisi, si sit liberatus, alii confoci possunt deinde comparere per Procuratorem, & allegare qualiter occisus erat forjudicatus. Clarus d. quæst. 32. ver. quæro modo in fine, & Cabal. d. casu 23. num. 12. Hinc etiam est, quòd tertius potest præsentare sententiam forjudicationis latam contra occisum, & impedire forjudicationem contra occisorem d. cti forjudicati. Arnono commentario 158. *Et quando quis occidit bannitum, si Judex contra eum procedit quilibet de populo potest comparere, & bannum ostendere, & petere absolutionem occisoris.* Marfil. in cons. 10. n. 6. cons. 24. n. 4. cons. 32. n. 21. cons. 73. num. 76. consil. 90. n. 74. consil. 94. n. 37. cons. 100. n. 7. Immo occidens bannitum etiam si nemo compareret pro ejus defensione, Judex ex officio debet eum absolvere. *Ursill. ad Afflict. dec. 16. nu. 6.* Sed quid si non sit oppositum, occisum fuisse forjudicatum, an lata sententia forjudicationis contra occisorem, is existens in fortiis Curiae possit de hoc opponere, dicam infra cap. 25. n. 54. & an processus contra offendentem bannitum impediri possit: vide Magon. dec. locensi 41.

18 Quartò amplia in Regno nostro, ut citatus de aliquo crimine non possit comparere per Procuratorem, & allegare indultum, quod secus erat de jure communi. Carav. d. ritu 269. num. 4. 5. & 6. Franch. d. dec. 314. n. 3. & 5. ubi Amend. n. 6. *nam si post concessum indultum, dubitetur de viribus indulti, interim indulgendum debet carcerari.* Laurent. dec. Rotæ Avenion. 42. & Rovit. rub. de exilibus nu. 21. vide infra cap. 25. nu. 48. Immo forjudicatus non potest petere indultum per Procuratorem. Foller. in d. Prag. de forjudicatis. nu. 35. sed contrarium tenent Cabal. d. casu 23. n. 12. Caravit. d. Pragm. 1. num. 167. de exilib. & in d. ritu 269. nu. 6. Grandis de bello exulum d. prædicamento quantitatis. quæst. 3. nu. 8. Mastril. de iudulto. cap. 23. nu. 32. cum duob. numeris seq. Capiblanco de Baron. tom. 2. cap. 31. num. 17. & Farinac. d. quæst. n. 129. ubi n. 131. dicit, hanc ultimam opinionem observari Romæ, & idem tenet ipsemet Farinac. in quæst. 103. n. 178. *Ræcius in coll. 3198. Franch. dec. 314. n. 3. & 5. & dec. 470. nu. 8. & Revert. dec. 220. post n. 2. & ibi Marinis post n. 1. Et occisor banniti si virtute adicti perat alterius banniti liberationem non tenetur illum præsentare Thes. in quæst. forens. 2. lib. 2. Et quòd exceptio indulti possit opponi per procuratorem etiam quod reus sit citatus, & contumax reputatus dicit Bartol. Franchus in quadam sua allegatione quam imprimi curavit Marinis in 3. tom. quotid. resol. alleg. 111. citat Ursill. ad*

Afflict. dec. 289. n. 28. Et pendente discussione indulti, interim indulgendum non potest forjudicari, ut dicam infra cap. 10. n. 31.

19 Quintò amplia, ut quis non possit comparere per Procuratorem ad allegandum gratiam habitam à Principe de delicto, de quo citatus fuit. *adde Regentem Sanfelici. dec. 403. n. 15. ubi quod pendente interino gratia, reus debet esse infortiis Curiae.* Foller. præct. crim. rubr. audiantur excusatores. n. 180. licet contrarium videantur sentire ibi Angelis. n. 136. & Farinac. d. quæst. 59. n. 129. tamen primam opinionem tenet Sola super Constit. Sabaudie tit. de indulgentiis. n. 14. & seq. fol. mihi 192. & in Const. abusus. n. 3. fol. mihi 193. glos. 1. & secundum primam opinionem servari Romæ. testatur Farinac. d. quæst. 99. n. 131. *Et Sanfelici. dec. 403. nu. 14. Verum gratia nulla declarata reus reponendus est ad pristinā libertatē Franchis dec. 415. Bossius in præct. crim. tit. de remediis ex sola clementia Principis n. 41. Merlinus controvers. forent. lib. 1. cap. 54. nu. 15. Immo pendente iudicio nullitatis gratia reus est ante omnia reponendus ad pristinam libertatem. Giurba in cons. crim. 57. Merlinus in d. cap. 54. n. 15 in fine sed vide quod dicam infra in cap. 25. n. 40. in fine.*

20 Sextò amplia, ut quis non admittatur per Procuratorem ad excipiendum qualiter actio delicti, de quo fuit citatus, sit præscripta, sed dicta exceptio reservatur discutienda, Reo existente carcerato. Foller. præct. crim. rub. forjudicentur. n. 17. & 26. & Farinac. d. quæst. 99. n. 57. sed alii tenent, quòd amici, & consanguinei citati, possint opponere hanc exceptionem præscriptionis, & si ex processu appareat de dicta præscriptione, sit supersedendum in forjudicatione, ita, & melius tenet Campana de forjudicatione resolut. 21. n. 4. *Et Farinac. d. quæst. 99. n. 58.*

21 Sed si non sit oppositum de dicta præscriptione, & feratur sententia forjudicationis, in hoc casu sententia est nulla, si actio delicti sit præscripta, ita Guazzin. ad defensionem reor. def. 2. cap. 2. n. 14. & 15. *nam præscriptio perimit ipso jure obligationem in delictis.* Sanfel. dec. 387. n. 1. Unde forjudicatus existens in Fortiis Curiae, potest de hoc opponere. Carrer. præct. crim. tit. de appellatione. ver. septimus casus est. nu. 26. fol. mihi 16. & Arnono in epitoma 87. Et hoc constito, quòd erat præscripta actio, sententia forjudicationis non exequitur, ita Chart. de exequut. sent. cap. fin. post n. 315. ver. quamvis. Guazzin. d. cap. 2. n. 11. & Campana d. ref. 21. n. 5. *Licet in contrarium faciant dicta per Bartol. in l. absentem n. 4. & 5. ff. de penis.*

22 Septimò amplia, ut minor non admittatur per Procuratorem ad petendum restitutionem in integrum adversus sententiam contra eum latam in criminalibus; sed personalitèr comparere debet ad hoc petendum, ut dixi suprà cap. 3. n. 18. & neque forjudicatus admittitur per Procuratorem ad dicendum de nullitate sententiæ, ut dicam infra cap. 12. n. 4. & à fortiori minor non potest comparere per suum tutorem, vel curatorem ad se defendendum in causa criminali, eo absente, & non comparante personalitèr. Farinac. d. quæst. 99. n. 15. & seq.

Offa-

Octavò amplia, ut Procurator in causis criminalibus non admittatur pro Reo absente citato ad opponendam exceptionem rei judicate, & sic, quòd Reus fuit aliàs liberatus pro eodem crimine, pro quo fuit citatus. Bar. in d. 1. pen. §. ad crimen. n. 19. & ibi Alex. n. 214. ff. de public. Jud. & Farinac. d. quæst. 99. n. 53. cum plurib. seq. ubi n. 183. & seq. dicit, quòd Procurator nequè admittitur, Reo contumace absente, ad opponendum, qualiter testes examinati contra Reum sint falsi.

Nondò amplia, ut Reus non possit defendi per Procuratorem in causa criminali, eo absente, tam in prima instantia, quàm in causa appellationis, ita Bajar. ad Clar. §. fin. qu. 32. n. 8. & in q. 94. n. 4. cum duob. seq.

23 Sed regula supra posita, Reum citatum debere comparere personalitèr, & non per Procuratorem, limitatur pluribus modis, &

24 Primò, nam in illis delictis tantùm quis non potest comparere per Procuratorem, in quibus venit imponenda pœna ultrà relegationem, l. 1. ff. an per alium causa appellat. & est ritus 91. & est tex. in arg. in l. absentem. ff. de pœnis. gl. in d. §. ad crimen, & in d. cap. veniens de accusat. Clar. d. quæst. 32. ver. ex hoc autem, & ver. hinc est. Angel. ad Foller. pract. crimin. rubrica audiantur excusatores. nu. 1. ver. prima declaratio. Rota d. conclus. 9. n. 26. Farinac. d. quæst. 99. n. 20. & 66. & Caravit. ritu 269. n. 8. ubi dicit, quòd licet hoc sit verum de jure communi, tamen per d. ritum hoc est correctum, undè in Regno, tam in gravibus, quàm in levibus delictis quis non potest comparere per Procuratorem ad se defendendum, & tale statutum valere, dicit Farinac. d. quæst. 99. n. 261. & licet per Pragm. 30. §. 2. de off. Magist. Justit. sit dispositum, ut Reus non possit comparere per Procuratorem in delictis, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel membri abscissionis, tamen opinio Caravitæ, observatur in Regno Neapolitano, licet contrarium teneat Arnono in sing. 75.

25 Secundò limita in Universitate, & muliere, quæ in criminalibus possunt defendi per Procuratorem, ipsis non comparentibus personalitèr. Confit. Reg. generalia jura. Angelis ad pract. crim. Foller. rub. audiantur excusatores. n. 2. ver. octava declaratio, & Farin. d. q. 99. n. 148. qui loquitur in Universitate, & mulier citata non tenetur personalitèr comparere. l. non exigimus. §. si verò propter. ff. si quis cautionib. & Guid. Pap. dec. 256. & 445. n. 5. Idem est in Illustribus personis, quæ etiam possunt defendi per Procuratorem. l. fin. C. de injuriis. Affl. in Constitut. Reg. beneficia Reipublicæ. n. 6. Monticel. d. reg. 13. n. 29. & Marf. pract. crim. §. sequitur. n. 25. sed licet tex. in d. l. fin. dicat, quòd illustris persona possit comparere per Procuratorem, tamen loquitur in actione injuriarum, ergò secus est in crimine publici judicii. l. tunc convenit, ubi gloss. ff. de accusat. & Farinac. d. qu. 99. n. 119. Immo hodiè personæ illustres, & mulieres non possunt comparere per Procuratorem in omnibus causis criminalibus ad seipsas defendendum, sed personalitèr comparere debent. Caravit. ritu 108. & ritu 269. Angelis d. rub. audiantur excusa-

tores. n. 1. ver. quinta declaratio, & Farin. d. q. 99. n. 119. in fin. Sed illustris persona non tenetur præstare fidejussoriam cautionem, sed admittitur ad juratoriam cautionem, dato, quòd immobilia non possideat. l. quoties, ubi Bar. C. de dignitatibus lib. 12. & Farinac. pract. crimin. tit. de carcerib. & carceratis. quæst. 33. n. 62. ubi n. 64. dicit. tex. in d. l. quoties recessisse ab aula, & contrarium in praxi servari, & illustrem personam relaxari sub fidejussoribus, quando delictum est leve, vel grave, & non ad sint indicia, & constat de ejus innocentia, aliàs ipsa carceratur, & vide quòd dictum est in praxi torquendi reos cap. 5. n. 8. & post n. 44. in fine.

26 Et Universitas tunc in criminalibus admittitur per Procuratorem ad se defendendum, quando delictum est leve, secus si grave, & tunc dicitur Universitas, quando plus decem, hominum de aliquo loco sunt inquisiti pro eodem delicto, & non est necesse, ut junctim sint citati, nam etiam si disjunctim citentur, adhuc possunt comparere per Procuratorem, ita Capibanc. de Baronib. tom. 2. cap. 88. circa fin. Et quando dicatur Universitas deliquisse, & quomodo puniatur, vide Nigris in cap. Regni 210. per totum, & præcipue à n. 15. usque ad fin. & de hoc etiam latè tractant Farinac. in pract. crim. tit. de delictis, & pœnis. quæst. 24. à n. 107. usque ad n. 149. Et Cachet. dec. 138.

27 Et quandò plus decem hominum sunt inquisiti de aliquo delicto, possunt comparere per Procuratorem. cap. Reg. 204. Foller. pract. crim. rub. vel eos verbalitèr citari faciat. n. 15. & in pract. canonica. par. 2. rub. reperti culpabiles citentur. n. 34. Monticel. d. reg. 13. n. 48. & Farinac. d. quæst. 99. n. 149. Immo etiam si inquisiti sint numero decem, & non ultrà, adhuc possunt comparere per Procuratorem. cap. Reg. 211. Quòd si inquisiti sint numero decem non possunt citari disjunctim, & si citentur disjunctim, adhuc possunt comparere per Procuratorem, ut diximus, est tex. de jure Reg. in cap. Reg. 282. Nigris in cap. Reg. 204. n. 6. & Carrerius pract. crim. tit. de homicidio. vers. circa tertium. n. 24. fol. mihi 218.

28 Hoc tamen limita in crimine hæresis, vel læsæ Majestatis humanæ, de quo crimine si sint inquisiti ultrà decem, non possunt comparere per Procuratorem, sed personalitèr comparere tenentur ad se ipsos defendendum. d. cap. Reg. 211.

29 Sic etiam si in materia liquidationis instrumenti sint citati super tenorem instrumenti, ultrà decem, non possunt comparere per Procuratorem, sed tenentur personalitèr comparere. Caravit. in rit. 166. n. 14.

30 Et de jure communi, quando Universitas est inquisita, non potest per Procuratorem comparere, ita Monticel. d. reg. 13. n. 7. sed n. 46. ipsemet sibi contradicit, dicens, quòd in causa Universitatis, licet criminalis sit, tamen admittitur Procurator, & idem tenent. Guazzin. ad defensam reorum. defens. 12. cap. 1. post n. 29. & Marf. pract. crim. d. §. sequitur. num. 24.

31 Et advertas, quòd Universitas potest banniri in contumaciam. Nellus de bannitis in pri-

- prima parte primi temporis. n. 5. Foller. pract. crim. rub. banniantur. n. 34. Farinac. d. cit. de delictis, & pœnis. d. qu. 24. n. 211. Gayll. de pace publica. lib. 2. cap. 9. n. 1. per totum, & Catalan. de indulto. cap. 3. n. 63. ubi n. 69. & seq. dicit, quod tunc dicitur Universitas delinquere, quando omnes de Civitate communicato consilio, & præcedente deliberatione deliquerunt, aliàs secus. Nigris. d. cap. Reg. 210 n. 16. Carrer. pract. crim. tit. de homicidio, vers. circa secundum. fol. mihi 215. per totum. Farinac. d. quæst. 24. n. 129. & seq. Mascard. de probat. conclus. 1420. Marsil. de Banditis. ver. Civitate. à nu. 8. cum plurib. seq., & Revert. dec. 98. n. 3., & ibi Marinis. num. 2.
- 32 Et licet contra Civitatem non possit profæri sententia excommunicationis. cap. Romana. §. in Universitatem, de sent. excommun. tamen singuli possunt sub nomine collectivo excommunicari, puta omnes de tali Civitate. Felin. in cap. dilecte in Christo, de except. Catalan. d. cap. 3. n. 64. cum trib. n. seq. & Farinac. d. qu. 24. n. 116. & vide. Sanf. dec. 357. Riccium dec. 203. in fine par. 3. & Palmam in sua prat. part. 1. gloss. 20. n. 26. cum duobus seq.
- 33 Tertiò regula principalitèr posità limitatur, nam admittitur Procurator, Reo absente, ad allegandum incapacitatem accusatoris, & sic ad declarari faciendum, accusatori non competere actionem accusandi. Abb. per tex. in cap. veniens. n. 8. extra de accus. Bar. in d. §. ad crimen, post n. 18. Socin. in suis fallentiis. reg. 322. ver. Procurator. n. 16. Clar. d. q. 32. ver. paritèr etiam. Monticell. dict. reg. 13. n. 26. & Farinac. d. q. 99. n. 221. & quibus personis competat jus quærelandi, latè Farinac. pract. crim. tit. de accusatione. qu. 13. & Paschal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 1.
- 34 Quartò limita in Clerico, qui in criminalibus potest comparere per Procuratorem ad se defendendum. Socin. d. reg. 322. d. ver. Procurator. nu. 8 & Grassus de effect. cler. effect. 59. Sed in practica servatur contrarium. Farinac. d. quæst. 99. nu. 118. & 121. ubi nu. 117. & 120. dicit, idem esse in Episcopis qui si sint citati pro causis criminalibus tenentur personalitèr comparere prout etiam vidimus, nam licet de jure. senex. octuagenarius citatus pro causa criminali non teneatur personalitèr comparere. Capibl. in addit. ad sing. 164. tamen in practica servatur contrarium, & vide infra nu. 75. scilicet in causis criminalibus quando testes absunt à loco iudicii eorum audientia non committatur, sed tenentur accedere ad Curiam, tamen sicut est quando sunt senes. cap. si quidem testiu. de testib. const. Regni in pecuniariis, & est ritus 141., & 156. Revert. in dec. 542., & ibi Marinis sed talis audientia testium debet committi alicui doctori, ut in decreto Regiæ Cameræ relato à Marinis in fine decis. Revert. num. 338.
- 35 Quintò limita, nam agnati, & cognati, si vè Procurator citati possunt comparere in iudicio, Reo non existente carcerato, & dicere de nullitate citationis, puta, quia citatio est circumducta, quæ non dicitur citatio, sed habetur, ac si nunquam esset facta. Bald. in l. fin. ff. de eo, per quem factum erit, & dixi supra cap. 6. post nu. 6. & idè in hoc casu Procurator admittitur, Reo absente, ad dicendum de nullitate dictæ citationis. Franch. dec. 232. Tapia in Const. Reg. adictorum lib. 3. Carav. ritu 269. nu. 18. Foller. pract. crim. rubr. foriudicentur. nu. 27. & ibi Angelis. nu. 13. & Leonardis pract. Officialium. cap. 13. n. 26. & n. 30. & seq.
- 36 Sextò limita, nam quando hæres defuncti citatur ad dicendum causam quare, memoria defundi non debeat damnari, heres potest comparere per Procuratorem. Clar. dict. quæst. 32. ver. debes scire. Socinus in suis fallentiis, ver. Procurator. reg. 322. nu. 13. Carav. d. ritu 269. nu. 11. Farinac. d. quæst. 99. n. 210. & Angelis ad practicam Foller. rub. audiantur excusatores. n. 1. vers. decimaquarta declaratio.
- 37 Septimò limita, quando Reus est detentus, quia tunc potest defendi per Procuratorem in criminalibus. Bar. in d. §. ad crimen. nu. 10. & in l. non tantum. nu. 6. ff. de appellat. Abb. in d. cap. veniens. nu. 20. Bossius pract. crim. tit. an in criminalib. iudiciis. nu. 9. Carav. rit. 106. nu. 3. & ritu 269. nu. 10. Clar. d. quæst. 32. ver. item quæro. Socinus d. reg. 322. ver. Procurator. nu. 10. in fine. Foller. d. rub. audiantur excusatores. nu. 8. & ibi Angelis. nu. 1. ver. decima declaratio. Monticellus pract. crim. d. reg. 13. nu. 53. Rota d. conclus. 9. n. 27. & Farinac. d. quæst. 99. nu. 134. cum plur. seq. ubi nu. 127. & seq. dicit, quod monialis, si delinquat, potest defendi per Procuratorem, nam dicitur carcerata, & Iudex potest litem contestare introeundo Monasterium. Et licet quando reus est carceratus possit defendi per procuratorem, tamen non potest respondere Iudici per procuratorem super interrogatoriis fiendis ab eo super delictum. Marsil. in l. de minore. §. plurimum. nu. 1. ff. de quæstionibus. Et licet consanguineus pro consanguineo possit comparere in iudicio absque mandato cum cautione de rato. l. sed hæc, & l. Pomponius. §. finali. ff. de procurator., & l. 1., & l. exhibendi. Cod. eodem tit. de procurat., & docuit meus Avunculus in tractatu de foro competenti cap. 33. n. 430. cum pluribus seq. tamen conjunctus non admittitur pro conjuncto in causis criminalibus absque speciali mandato. l. non solum. §. final. ff. de procurat. Sanfelic. dec. 294. n. 7. & Virgiliis de legit. pers. c. 9. n. 23.
- 38 Octavò limita, nam si in criminalibus sit admissus Procurator, Reo absente, parte non contradicente, processus factus cum Procuratore est validus, ita Guazzin. ad defensionem reorum. def. 12. cap. 1. n. 53. Aretin. de malef. ver. qui Iudex videns, quod inquisiti. n. 55. Riccius dec. 321. in fine. par. 4. Angelis ad pract. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 1. ver. tertia declaratio. Arnono comment. 193. latè Marsil. pract. crim. §. sequitur modò. n. 8. cum plurib. seq. qui postremò hoc relinquit cogitandum, sed d. Marsil. in l. si quis ne quæstio. n. 88. ff. de quæstionibus simpliciter tenet in hoc casu valere iudicium, & idem tenet Golinus de procurat. part. 2. cap. 1. n. 42. in fine, & faciunt dicta per Frecciam de præsent. instrum. par. 9. quæst. 3. per totum; sed Clar. d. quæst. 32. ver. pone, quod in causa, dicit, hoc procedere, si simus in delictis, in quibus non possit procedi, nisi ad instantiam partis, & adsit accusator, secus

cus si simus in delictis, in quibus etiam possit procedi ex officio; sed quod si Procurator in criminalibus sit admissus, Reo absente, & nihil sit oppositum, gesta per Procuratorem non valere; substat Monticell. d. reg. 13. n. 9. & late de hoc tractat. Farinac. d. q. 99. nu. 142. cum trib. seq. ubi post n. 261. dicit, hanc ultimam opinionem esse confirmatam per Constit. Julii II. & Pii IV.

39 Nonò limita, nam si quis sit citatus ad dicendum causam quare non debeat declarari excommunicatus, potest comparere per Procuratorem ad se defendendum. Guazzin. ad defensionem reorum. def. 12. cap. 1. in fine, & Riccius d. dec. 321. par. 4. quia sententiæ exequutio, per affixionem cedolonum, potest fieri, tam si Reus sit præsens, quam si sit absens. Farinac. dict. quæst. 99. n. 208. nisi ultra pœnam excommunicationis infligatur etiam pœna corporalis pro eodem delicto, quia tunc tenetur personaliter comparere. Guazzin. d. cap. 1. in fin. *Sic etiam excommunicatus potest per procuratorem absolutionem petere, licet deinde absolutio requirat præsentiā excommunicati, qui debet se ostendere penitentem, sed si absens sit absolutus, valet absolutio. ita Palma in sua præf. part. 2. gloss. 23. nu. 36.*

40 Decimò limita, quando ex delicto venit imponenda pœna pecuniaria, quia tunc quis potest defendi per Procuratorem. Clar. dict. q. 32. ver. cæterum, & ver. dictum est, & ver. ulterius. Guazzin. d. def. 12. d. cap. 1. post n. 51. Monticell. d. reg. 13. n. 54. Angelis ad præf. crim. Foller. rub. audiantur excusatores. n. 1. ver. duodecima declaratio, & Farinacius d. quæst. 99. n. 76. citat tex. in l. 1. ff. an per alium causa appellat. & n. 90. hoc ampliat, dato quod pœna pecuniaria imponatur pro publico delicto, nam adhuc admittitur procurator, Reo absente, & n. 111. dicit, quod quando de crimine agitur civiliter, puta ad interesse partis, tunc admittitur procurator, Reo citato absente, citat tex. in cap. tua, de procurat. & alia jura. Immo si per statutam pro pœna corporali debeat imponi pœna pecuniaria, adhuc Reus citatus potest comparere per Procuratorem ad se defendendum. Add. ad Guid. Papam. dec. 338. n. 5. licet Guid. Pap. teneat contrarium.

41 Unde dum in Regno nostro contra usurarium sit imposita pœna publicationis omnium bonorum. Constit. Reg. usurariorum, & in ritu 21. 197. & 237. & prag. 3. de usuris, si quis sit citatus de usuraria pravitate potest comparere per procuratorem speciale mandatum habentem ad se defendendum, Caravit. ritu 21. nu. 8. nam Procurator admittitur, quando agitur de pœna pecuniaria; etiam si imponatur pœna privationis omnium bonorum. Farinac. dict. qu. 99. n. 92. & seq., & hoc procedit etiam si ultra hanc pœnam imponatur etiam pœna infamiae. Boss. præf. crim. tit. an in criminalib. judic. n. 4., & Farinac. d. qu. 99. n. 202. cum trib. seq., & quando criminalis causa incidit in civilem, & pecuniariam, Procurator admittitur. Thes. dec. 265. n. 8. Immo si quis sit bannendus in pœnam pecuniariam, & ex forma statuti, possit impunè offendi, in tali casu admittitur Procurator. Marf. d. §. sequitur, post

n. 40., & vide Farinacium d. qu. 99. n. 94. cum duob. seq. sed nonnulli tenent, quod de jure communi Reus citatus de usuris tenetur personaliter comparere, & non per Procuratorem, ita Mart. vot. 70. movetur ratione, nam usurarius punitur pœna extraordinaria. Clarus §. usura, ver. & ex hoc. Peguer. qu. crim. cap. 20. n. 18. in fine, & Farinac. præf. crim. tit. de indicis, & tortura. q. 42. n. 38. Sed quando Reus venit puniendus pœna extraordinaria, citatus tenetur personaliter comparere, & non potest comparere per procuratorem. Menoch. de arbit. Jud. qu. 80. n. 28. ergo & c. ita arguit. Mart. ibi num. 10.

42 Et si sit injunctum mandatum alicui per Excellentissimum Proregem sub pœna pecuniaria, si contraveniens citetur ad solvendum pœnam in mandato contentam, & in citatione sit dictum, ut legitime compareat, licet per M. C. non fuit admissus Procurator, & citatus fuit reputatus contumax, tamen contra d. decretum substat. Sanfelice. dec. 237. & sic quod debeat admitti Procurator, nam citatus ut legitime compareat intelligitur per se vel per Procuratorem. Novarius in prag. 12. nu. 3. de Aduariis.

43 Et quod plus est, nam per prag. 28. de armis & 4. de usu scopiæ, disponitur, ut delinquens cum armis igneis ultra pœnam corporalem puniatur pœna ducatorum mille, quæ intelligitur applicata Fisco, statim commissio delicto, & potest exigi contracta contumacia in citatione ad informandum, & tamen, contracta contumacia, si compareat excusator, & opponat, contumacem reputatum per Judicem laicum esse Clericum, præsentatis bullis, & fide servitii, dictæ bullæ ponuntur extra processum, & superfeditur in exequendo pro pœna ante dicta. Sanfelice. dec. 277.

44 Et à fortiori quis in causâ civilibus admittitur per Procuratorem ad defendendam litem civilem, ipso convento absente. l. in pecuniariis, C. de procuratoribus, & l. tunc convenit. ff. de accusat.

45 Quod procedit etiam si conventus pro causa civili sit inquisitus pro causa criminali, nam adhuc pro causa civili potest se defendere per Procuratorem, nam licet per ritum 220. si conventus pro causa civili, sit bannitus pro causa criminali, bannitus non possit se defendere per Procuratorem in causa civili. Franch. dec. 271. n. 7., & Gallup. in præf. S. R. C. part. 1. cap. 5. n. 50. & seq., & ita decum testantur. Thor. in compen. dec. tom. 1. ver. contumax, & Sanfelice. dec. 364. n. 8. tamen. d. ritus 220. loquens de bannito, non habet locum in contumace tantum, ut advertit. Caravit. ibi n. 3. nisi quis sit contumax coram eodem Iudice pro causa criminali, & agatur coram eodem Iudice, & inter easdem personas pro causa civili, & contumax pro causa criminali sit Actor in causa civili, quia tunc ipsi denegatur audientia pro causa civili, ut ita decum testatur. Sanfelice. dec. 364. n. 11. & seq. Et Ritus loquens de Reo bannito conveniendo pro causa civili, habet etiam locum, si bannitus sit Actor, nam bannitus non potest præsentrare instrumentum contra aliquem via ritus. Gal-

Galter. de præsent. instrum. i. par. 2. partis. rub. advertat creditor ad personam suam. n. 21. & vide infra cap. 15. n. 34. & idem est in excommunicato Freccia de præsent. instr. part. 12. n. 3. Quod secus esset si statutum denegaret audientiam bannito agenti, vel litem moventi, quia tunc si bannitus ab alio conveniretur, audiretur in suis iuribus. Arena de bannitis. n. 20. & Farinac. præct. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionibus. qu. 102. in spec. i. post n. 46. prout idem est in hæretico, & excommunicato, qui licet non possint agere, tamen conventi se defendere possunt. Caravit. ritu 220. n. 5. Arena, ubi supra. n. 21. Ricciull. de iure personarum. lib. 4. cap. 31. & 33. Peregrin. de iure fisci. lib. 3. cap. 11. n. 19. cum plurib. seq. Gallup. in d. part. 1. cap. 6. n. 2. Grassi. de except. except. 4. n. 51. & Nellus de bannitis in 1. parte 2. temporis. n. 62. ubi dicit, quod licet bannitus possit se defendere, tamen non potest Actorem reconvenire, & idem tenet Obrechti de iurisdic. lib. 3. cap. 16. n. 4. & Peregrin. post d. n. 19. loquendo de excommunicato. ubi Nellus ibi n. 73. dicit, quod bannitus, qui vigore statuti repellitur ab agendo, neq; potest per procuratorem agere, & n. 76. dicit, quod bannitus, potest agere procuratorio nomine pro alio, quando fuit factus Procurator post bannum secus si antè, quia tunc per bannum extinguitur mandatum, facit textus in l. vel exilio ff. de procurat. sed de hac Nelli opinione, ego dubito, nam accusatus de crimine, quousque pendet sua inquisitione, non potest esse Procurator alterius, ut in l. reum criminis. 6. C. de procurat. Intellige, parte opponente, aliàs accusatus potest alios defendere. l. ita demum. C. de proc. & glos. & DD. in d. l. reum criminis. prout etiam forjudicatus, & excommunicatus possunt agere in iudicio parte non opponente. Freccia de præsent. instrum. v. 9. qu. 3. n. 4. & 5. Sed alii dicunt quod quando per statutum denegatur audientia bannito, hic efficitur inhabilis, ita ut sententia pro eo lata sit ipso iure nulla etiam absque ope alicujus exceptionis. Vantius de nullitate. rub. de nullitate ex defectu inhabilitatis, seu mandati comparentium. num. 52.

- 46 Et est validum statutum, quod excludit bannitum etiam à defensione sui iurium, prout est in Regno nostro per d. ritum 220. ut dicit Nellus de bannitis. in 2. par. secundi temporis. n. 2. Sed licet bannitus non admitratur ad accusandum, seu ad agendum per Procuratorem tamen potest per Procuratorem prosequi accusationem ante bannum propositam. Foller. præct. crim. rub. banniantur. n. 57. & Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis. nu. 59. licet contrarium teneat Riccius col. 291. & Novarius in rub. prag. de exilibus. n. 11. & 18. tamen primam opinionem tenet Petrus à Placa in epit. delict. lib. 1. cap. 44. post n. 7. cum duobus seq. Sic etiam si bannitus cedat iura sua alicui ex causa necessaria, & onerosa, cessionarius non repellitur ab agendo, secus si ex causa voluntaria, & lucrativa. Rovit. rub. de exilib. n. 26. Gallup. d. par. 1. d. cap. 5. n. 51. in fine. Grassus in discept. 4. nu. 77. & seq. & faciunt dicta per Boss. in præct. crim. tit. banniti

quid amittant. n. 15. & per Novarium. quæst. forensi 118. par. 1. & latè de hoc tractant Arena de Bannitis, à n. 29. usque ad n. 35. Nellus in eodem tract. in prima parte secundi temporis. n. 74. & Farinac. d. tit. de variis, ac diversis quæst. p. quæst. 102. in spec. i. n. 47. Et bannitus non potest procuratorem constituere. Novarius in rub. prag. de procuratoribus. n. 5. ubi n. 4. dicit idem esse in excommunicato, & idem tenet Golinus de procurat. par. 2. cap. 2. n. 24.

- 47 Et adverte, quod quando lex disponit, ut delinquens decapitetur, si non solverit mille infra certum tempus, delinquens citatur non potest comparere per Procuratorem ad se defendendum in principali negotio, sed personaliter comparere debet. Monticel. d. reg. 13. n. 8. Sed si delinquens sit notoriè solvendo, vel si non sit solvendo, & vult præstare idoneam cautionem de solvendo condemnationem pecuniariam, si veniret condemnandus, in hoc casu potest comparere per Procuratorem. Clar. præct. crimin. §. fin. quæst. 32. ver. ulterius quæro, & Angel. ad practicum crim. Foller. rub. audiantur excusatores. n. 1. ver. decimaquinta declaratio, de quo vide Farin. d. qu. 99. à n. 77. usque ad n. 90. Sed quando lex, vel statutum imponit pœnam corporalem, vel pecuniariam, & tunc citatus tenetur personaliter comparere, & non potest comparere per Procuratorem ad se defendendum. Farinac. d. quæst. 99. n. 32. cum plurib. seq. ubi n. 39. dicit, hoc à tortiori procedere, si à statuto, vel à lege imponatur cumulativè aliqua pœna corporalis, & pecuniaria, quia tunc nequè admittitur Procurator pro Reo absente citato.

- 48 Decimoprimum limita, nam si quis citatus sit ad locum non tuum, non tenetur ibi personaliter comparere. Clem. pastoralis. de re iudicat. & Giazzius in discept. crim. ad reorum defensam. discept. 22. nu. 90. tom. 2. Sed potest comparere per agnatos, cognatos, amicos, vel per Procuratorem ad excipiendum qualiter locus ille non sit tuus; puta si ibi habeat capitales inimicitias. Boss. præct. crim. tit. an in criminalibus iudiciis. n. 12. Nigris in cap. Reg. post commissum. n. 19. Foller. præct. crim. rub. audiantur excusatores. n. 34. in medio. & Clar. præct. crim. §. fin. d. quæst. 32. ver. idemque si talis, nam citatus ad locum non tutum, non tenetur ibi comparere. d. Clem. pastoralis. & l. 2. §. si quis. ff. si quis cautionib. cap. ex parte tua. de appellat. Bar. in l. quia poterat. §. si quis. ff. ad S. C. Trebel. Affl. d. dec. 289. nu. 19. cum pluribus seq. Guazzin. d. defon. 12. cap. 1. n. 30. Marant. in suo speculo. par. 6. membro 1. nu. 131. & Farinac. præct. crim. tit. de inquisitione. quæst. 11. n. 55. Et quis non tenetur comparere in loco, ubi habet capitales inimicitias. cap. pastoralis. 7. qu. 1. cap. bonæ memoriæ. de elect. Farinac. d. quæst. 11. post n. 56. ver. & inter, & Mascard. de probat. concl. 19. per totam. Idemque est, si citatus non possit comparere, ex quo deberet transire per terras inimicas. Nigris in d. cap. Reg. post commissum. n. 22. & neq; quis tenetur comparere in loco, ubi adest pestis. Nigris d. cap. Reg. post commissum. nu. 26. Affl. d. d. dec. 289. Mascard. de probat. conclus. 20. & Ripa de peste. rub. de privilegiis iudiciorum

causa pestis. n. 1. ubi n. 18. & seq. dicit, quod citatus ad locum notoriè pestilentiosum, non tenetur ibi comparere, & allegare locum non esse tutum ex causa pestis.

- 49 Et ex hoc firmiter teneo, quòd si persona nobilis sit citata per M. C. V. in longinquis partibus hujus Regni tempore Solis in Leone, in hoc casu non tenetur comparere, sed potest per Procuratorem comparere, & allegare de temporibus extivis, & est superfedendum quousque non sint elapsa dicta tempora æstiva, secus si citatus sit persona rustica, & robusta, ex dicendis infra n. 72. & cum esset citatus quidam Titulatus per M. G. V. in his partibus, opposita exceptione temporum extivorum, fuit dictum, quòd præstita cautione per viam expromissionis per citatum de se præsentando, finitis temporibus extivis, superfedatur, & ita postea inveni, tenentem. Sanfellic. dec. 31. n. 4. & citatus potest excipere de aere malo. Bart. in l. recusare. §. si quis. ff. ad S. C. Treb. & Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 34. nu. 31. ubi dicit, quòd illi de Provincia Aprutii à mense Julii, usque ad mensem Septembris ex eadem causa excusantur venire ad M. C. V., quando sunt citati ad comparendum citat Scaglione in ritu 163. n. 27. sequuntur Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione. qu. 11. post n. 52. & Sanfel. d. dec. 31. n. 1.
- 50 Prout idem est, si quis sit citatus ad locum inhonestum, nam neque ibi tenetur comparere. l. si cum dies. §. si arbitrer. ff. de receptis arbitris, ubi Bal. dicit, quòd citatio facta in loco inhonesto est ipso jure nulla, nam Judex debet aliquem citare in loco honesto suæ jurisdictionis. l. locus. ff. de judic.
- 51 Quod si exceptio loci non tuti non sit admissa, potest appellari. Guazzin. d. defens. 12. cap. 1. n. 41. & Nigris d. cap. Reg. post commissum. n. 24. ubi n. seq. dicit, quòd quando opponitur exceptio loci non tuti, debet exprimi causa, quare locus ille non sit tutus, & quòd si exprimatur, tunc talis exceptio excusat citatum à contumacia, secus si generalitèr allegatur, quia tunc accusatus non excusatur. Guazzin. ad defensam Reorum. d. def. 12. cap. 1. nu. 38. & Bajard. ad Clarum in §. fin. qu. 34. n. 29.
- 52 Sed Caravit. d. rit. 269. num. 7. dicit, quòd in Regno per illum text. seu rit. tertius non potest comparere pro citato, & allegare exceptionem loci non tuti; verum si deinde citatus, qui fuit reputatus contumax, compareat, & verificat exceptionem loci non tuti, excusatur à contumacia.
- 53 Undè si forjudicatus sit captus, & ostendat locum, ubi debebat comparere, non esse tutum, in hoc casu forjudicatio est nulla. Cuman. conf. 146. & Bossius prac. crim. tit. de banni nullitate. nu. 6. nani citatus habens notoriè locum judicii suspectum, vel aliàs non tutum, timens offendi propter potentiam inimicorum, excusatur, si non comparet. Chartar. de exeq. sent. c. fin. n. 256.
- 54 Hinc est, quòd si quis sit forjudicatus pro uno delicto, si pro alio delicto forjudicetur ab eodem iudice, secunda forjudicatio est nulla, nisi forjudicatus pro secundo delicto sit citatus cum asscuratione primæ forjudicationis.

Boss. pract. crim. tit. de citationib. nu. 35. cum plurib. seq. & tit. de banni nullitate. n. 9. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 44. & 58. Foller. pract. cri. rub. vel eos verbalitèr citari faciat. n. 22. Clar. d. qu. 32. ver. tu scis, & Farinac. d. qu. 11. n. 58. Et asscuratione debet fieri à Principe, & non ab officiali. Clar. d. qu. 32. ver. sed hic quæro; quòd intellige, quando pro primo delicto citatus fuit factus forjudicatus, aliàs si fuit tantum reputatus contumax, & tunc potest citari pro secundo delicto cum asscuratione primi delicti, & asscuratione potest fieri à Iudice. Boss. d. tit. de citationib. n. 39. & d. tit. de banni nullitate. nu. 10. & in d. tit. de remediis ex sola clementia Principis. n. 58. Et sufficit, ut asscuratione primi delicti fiat generalitèr absq; expressione talis delicti, ut deinde rectè possit sequi forjudicatio pro secundo delicto, ut ita dictum testatur Thor. comp. dec. tom. 3. sect. tertia. ver. salvus conductus. fol. 223. & quòd bannito sit dandus salvus conductus, quando bannitur pro alio delicto, dicit Farinac. pract. cri. tit. de inquisitione. quæst. 11. n. 58. & in tit. de variis, ac diversis quæst. d. qu. 99. nu. 151. Sed quòd Judex possit dare salvum conductum bannito, quando citatur pro alio delicto, dicit Farinac. pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis. qu. 29. n. 81. cum trib. seq. ubi n. 85. & seq. dicit, quòd si Judex non concedat salvum conductum, citatus non tenetur comparere, ubi n. 88. dicit, quòd tunc Judex potest citatum asscurare pro alio delicto, pro quo fuit condemnatus, quando condemnatus fuit ab eodem Iudice, secus si à superiore, & quando Reus est citatus cum asscuratione aliorum delictorum, tam si spontè compareat, quam si pendente termino ad comparandum sit captus, potest tantum cognosci pro delicto, pro quo fuit citatus, & non pro delictis præteritis, pro quibus fuit asscuratus. Et faciunt dicta per Menoch. de arbit. judic. casu 226. n. 22. & quòd Judex inquirens possit facere salvum conductum reo inquisito de omnibus aliis processibus, seu condemnationibus contra eum factis dicit Marfil. in tract. de Bannitis. ver. Iudice. num. 239.

55 Sed quando locus, ubi Reus debet comparere non sit tutus propter inimicitias capitales, & tunc citatus non tenetur comparere, etiam si citetur cum asscuratione Principis, vel Judicis. Boss. d. tit. de banni nullitate, post n. 10. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 36. & post n. 42. Clar. d. §. fin. quæst. 34. ver. allegetur. Affl. in dec. 289. n. 21. & n. seq. Farinac. d. qu. 11. n. 56. ver. immò. Muscatell. in praxi S. R. C. par. 2. glos. competentes. n. 102. Mascard. in d. conclus. 19. n. 9. cum plurib. seq. & Menoch. conf. 100. n. 186. lib. 1. ubi n. 216. dicit, quòd citatus non tenetur comparere coram Iudice capitalitèr inimico, etiam si Judex cum citatione mittat salvum conductum.

56 Sed quòd nullitas opposita, ex quo in citatione non fuit promissa securitas pro contumacia prius orta ex alio levi delicto, non militat, dicit decisum. Sanfellic. dec. 236. per text. in l. sed & si quis. §. illud quoque. ff. si quis cautionib. latè de hoc tractat Campana de forjudicatione. resolut. 17. à n. 3. usque ad n. 8. Sed

cum fuisset factum mandatum penale contumaci M.C.V. per eundem Curiam ut non discederet à sua domo; incusato mandato, & posita pœna in libro inferni, fuit dictum, de nullitate mandati jam dicti, ex quo in eo non erat promissa securitas pro primis delictis, & ideo fuit decisum, dictum inquisitum non esse molestandum pro d. pœna, ut refert Thor. in supplem. dec. ver. contumaci. fol. 115. & in Cod. rerum judicat. alleg. 21.

57 Et ita exceptio loci non tuti debet opponi, Nigris d. cap. Reg. post commissum. n. 23. quod intellige quando locus non tutus, non est notoriè non tutus, secus si sit notoriè non tutus, quia tunc citatus non tenetur allegare exceptionem loci non tuti. Mascard. de probat. conclus. 17. n. 6. cum duobus seq. Affl. in cont. Regni privilegia n. 6. & Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 32. ubi dicit, quod citatus ad locum notoriè non tutum non tenetur comparere, & citatio est nulla, idem tenet Affl. d. dec. 289. n. 24. Et n. 35. dicit Guazzin. ibi, quod si Judex, qui citavit, sciebat, locum non esse tutum pro citato, in hoc casu acta sunt nulla, secus si ignorabat locum non esse tutum, quia tunc processus valet, sed citatus restituitur in integrum, citat Affl. d. dec. 29. nu. 4. & Bajardum ad Clarum. §. fin. quæst. 34. n. 25. Et hac omnia dicit Mascard. de probat. conclus. 1109. n. 11. & 12. in fine, qui dicit quod citatus ad locum notoriè non tutum, non tenetur comparere, quando hoc Judici constat, alias si non constat, quia saltem per procuratorem comparere tenetur, ad allegandum locum non tutum.

58 Et quilibet admittitur ad opponendum exceptionem loci non tuti absque mandato, ita Guazzinus ad defensionem reorum. d. def. 12. cap. 1. post n. 7. & n. 39. & Farinac. d. qu. 99. p. 2. nu. 280. & seq. Ripa de peste rub. de privilegiis judiciorum causa pestis n. 20. & Bajardus in d. qu. 34. post n. 30.

59 Sed quis dicitur contumax, qui est citatus ad locum, qui sua culpa factus est non tutus. Marf. de bannitis. ver. contumacia. nu. 37. & Mascard. de probat. concl. 19. n. 14. sed ego teneo contrarium, nam contumax in uno judicio pro causa criminali, si citetur pro alia causa criminali in eodem judicio, locus ille dicitur non tutus ex culpa ipsius inquisiti; & tamen debet citari cum asscuratione primi delicti, ut teneatur comparere, ut diximus supra n. 54. ergo opinio Marf. non est vera, & secundum hanc meam opinionem tenet Bajardus ad Clarum in d. qu. 34. n. 30. & Scaccia de judiciis lib. 1. cap. 32. n. 30.

60 Decimo secundò limita, nam agnati, & cognati possunt allegare infirmitatem citati. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 22. Foller. pract. cri. rub. audiantur excusatores. n. 27. ubi Angelis. n. 1. vers. undecima declaratio. Leonardis pract. Official. cap. 13. n. 28. Farinac. d. qu. 99. n. 122. & Clar. d. §. fin. qu. 32. in princ. & est tex. de jure Regni in ritu 269 & in pragmat. 15. §. 6. & p. ag. 30. §. 2. de officio Magistri Justit. & est

61 alius ritus 268. ubi etiam habetur, quod debet constare de infirmitate per fidem Medici. Clarus pract. crim. §. fin. qu. 34. ver. dixi etiam.

62 Et infirmitas debet esse gravis, ita ut infir-

mus non possit comparere absque periculo vitæ. l. quæsitum ff. de re jud. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 25. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione. qu. 11. post nu. 53. & Monticell. d. reg. 13. nu. 24. & seq. & probatur in d. ritu 267. & hoc debet constare per fidem, quod infirmitas sit gravis, aliàs fides non juvat citato. Carav. d. ritu 267. n. 5.

63 Et de jure communi tunc sufficit fides Medici, quando Medicus est electus à publico, vel si in loco non adsit, nisi unus Medicus. Caravit. d. rit. 267. n. 8. Mascard. de probat. conclus. 1038. n. 24. & in conclus. 1174. n. 21. & 28. & Capibl. in sing. 145. aliàs de jure communi requiritur, ut fides sit facta à duobus Medicis. Clar. d. §. fin. qu. 34. ver. dixi etiam, & in §. homicidium. ver. scias autem. Affl. in Const. Reg. terminum vitæ. n. 42. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 23. Nigris d. cap. Reg. post commissum. n. 14. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 28. Puteo de sindic. ver. negligentia. cap. 1. nu. 23. & Caravit. d. rit. 267. n. 6. Mascard. in d. conclus. 1038. n. 22. & Capibl. in dict. sing. 145. Sed in Regno semper sufficit fides unius Medici, ut in d. ritu 267. ubi Carav. n. 6. & seq. & Clar. d. qu. 34. ver. dixi etiam. Et infirmitas probatur per testificationem medicorum. Bartol. in l. quæsitum nu. 6. & in l. contumacia. §. penam. ff. de re judicata, & Mascard. de probat. conclus. 1038. n. 3. & 4. & in concl. 897. n. 12. ubi n. 16. dicit quod infirmitas non probatur ex verbis Notarii in testamento prolatis. Sanus mente licet corpore languens. citat Baldum in l. p. n. 19. C. de confessis, & idem tenet ipsemet Mascard. in eodem tract. de probat. conclus. 1101. n. 27. & infirmitas in dubio non præsumitur, sed quilibet præsumitur sanus, nisi probetur contrarium per eum qui infirmitatem allegat. l. semel. C. de re milit. lib. 10. Bartol. in d. l. quæsitum, & Mascard. in eod. tract. concl. 1295. n. 1., ubi n. 5. dicit, quod statuitur juramento infirmi, an ipse sit infirmus? citat Marf. in rub. C. de probat. n. 244.

64 Et in Regno ultrà attestationem Medicorum debet præsentari instrumentum publicum, quod continere debet attestationem, aliàs excusatio non admittitur. Clar. d. qu. 34. n. 4. circa finem. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. nu. 23. & Sanfelice. dec. 416. n. 11. tom. 3. qui me allegat in hoc loco. Verum de æquitate fit

65 condemnatio sub conditione, ut si infra certum terminum, juxta loci distantiam contiterit legitimè de infirmitate, aut talis delinquens comparuerit, delegatur, ita Foller. d. rub. audiantur excusatores, post n. 23. ver. est tamen, & Caravit. ritu 267. n. 3. prout etiam est, si debitor, qui reperitur extra Neapolim, sit citatus super tenorem instrumenti per M. C. V., & in ultimo peremptorio sit allegata infirmitas, adhuc est dandus terminus ad producendam fidem infirmitatis, & speciale mandatum, servata forma Pragm. 7. & 8. §. 8. de instrum. liquid. de quo dixi supra n. 13. & provideretur quod remaneat condemnatus, verum si produxerit instrumentum infirmitatis, & procuratoris intrà terminum datum, procedatur cum Procuratore, & deleatur à contumacia, ita Sanf. dec. 416. tom. 3. & in ultimis ad-

- addit. ad dec. 306.* & quando citatus est in loco Judicis citantis, & allegatur infirmitas, dato, quod non presentatur fides Medicorum, & publicum instrumentum, tamen admittitur petitio illius, qui infirmitatem citati allegavit, sed citatus, qui tali modo excusatur, reputatur contumax sub conditione, ut presenti, vel sequenti die accedat A&uarius, & eo reperto infirmo, delegatur à pœna contumaciæ, & factò accessu per A&uarium, si reperiatur, quod citatus sit infirmus, & tunc si delictum sit grave, infirmus idoneè debet cavere de se presentando quàmprimùm convaluerit, vel sit præceptum pœnale, ut Judici videbitur. Caravit. d. ritu 267. post nu. 4. Sed
- 57 quando infirmus est extrà territorium Judicis citantis, & tunc, præsentata fide infirmitatis cum d. instrumento datur terminus, ita Leonardis præct. Officialium. cap. 13. n. 28. & Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 31. & post
- 68 n. 23. ubi n. 32. dicit, quod quando allegatur infirmitas, interponitur decretum, v3. & per Curiam fuit citatus condemnatus, & contumax reputatus, verùm si quàmprimùm convaluerit, & se præsentaverit, delegatur à contumacia, & interim in libro non describatur; sed vera practica est, ut non dicatur quàmprimùm convaluerit, sed debet dici, verùm si infra mensem, vel alium terminum comparuerit, delegatur, & licet, elapso dicto termino non convaluerit; præsentatur aliq. fides, & datur alius terminus usque quo verè sit sanus; ita idem Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 33. in fine, & Caravit. d. ritu 267. post n. 3.
- 70 ubi dicit, quod si per Fiscum, vel per partem probetur contrarium, scilicet, quod citatus sit sanus, & tunc reputatur contumax. Et reus si sit citatus, & opponat de infirmitate eo existente in Ecclesia quid agendum sit? vide Thor. in cod. rerum judic. casu 35. Et excommunicatus si sit infirmus potest absolvi à suo Episcopo cum conditione, ut sanitate recepta, petat Romam ad obtinendam absolutionem à Summo Pontifice cap. ea noscitur. cap. quod de his, & cap. quamvis. de sent. excommun.
- 71 Et quilibet admittitur ad allegandam infirmitatem citati absque mandato. Caravit. d. ritu 267. n. 4. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 29. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 22. & Farin. d. q. 11. post d. n. 53.
- 72 Quod si citetur aliqua mulier prægnans, potest excusari, & non tenetur comparere, nisi sit persona rustica, quæ possit accedere ad Curiam, quia tunc tenetur comparere, nisi esset valde partu proxima, quia tunc excusatur, ut est ritus 267. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 30. & Cabal. resol. crim. casu 79. & quid si prægnans citetur in judicio ad præstandum ejus testimonium, an teneatur comparere? vide praxim torquendi Reos. cap. 14. n. 72. Cui multa addidi.
- 73 Et Judex si habuit notitiam de infirmitate citati, & procedat ad sententiam in contumaciam, sententia est nulla. *l. quasitum. ff. de re judic.* Affl. dec. 29. n. 3. Farinac. conf. 89. n. 2. in fine, & Foller. ad Marantam. par. 6. distinc. 16. n. 71. aliàs si non habuit notitiam, quia valet sententia; sed datur condemnato restitutio in integrum, confitito de infirmitate. Guazzin. d. defen. 12. cap. 1. n. 24. Boer. dec. 63. nu. 13. & Farinac. post d. n. 53.
- 74 Et contumax non dicitur, infirmus, vel impeditus infirmitate suorum. l. 2. §. si quis in judicio. ff. si quis cautionib. Marf. de bannitis. ver. contumacia. n. 18. & Maranta in suo speculo part. 6. membro 2. rub. & advertatur circa contumacias. nu. 2. & 3. nam infirmitas suorum consanguineorum excusat citatum à comparendo. Foller. præct. canon. cap. 10. n. 51. ver. non comparentes. glos. in cap. communis filius 23. dist. & Bajard. ad Clarum. §. fin. q. 34. nu. 22. sed alii hoc restringunt in infirmitate patris, matris, filii, & uxoris, sed Caravit. ritu 269. n. 24. in fin. dicit, quod citatus non excusatur in non comparendo ob infirmitatem prædictorum, sed Bajard. d. q. 34. n. 22. in fin. dicit, quod attenta qualitate causæ non male faciunt Judices, si aliquam brevem dilationem citatis darent ob gravissimam infirmitatem parentum, filiorum, aut uxoris, quando ex dicta dilatione præjudicium Fisco non infertur, quod si non concederetur ista dilatio, dicitur potius sævitia, quàm justitia, sequitur Guazzin. d. defen. 12. cap. 1. n. 26. & seq. & Angel. ad præct. crim. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 20. Sed Foller. d. rub. audiantur excusatores n. 34. dicit, quod ipse nunquam vidit admitti, ut infirmitas uxoris, vel filiorum citati excuset citatum à non comparendo, durante d. impedimento, & secundum opinionem. Follerii practicator, verùm si in exilium missus accedat ad locum vetitum ob infirmitatem suæ matris, excusatur à fractione exilii, sed tantum tenetur redire in causam suam, ut decisum refert. Sanfelic. dec. 255. licet contrariū teneat. Riccius dec. 67. par. 2. tamen opinio. Sanf. est æquior. *pro qua facit textus in l. qui cum uno §. finali. ff. de re militari.*
- 75 Sed quæritur quid si citatus sit Baro, an instrumentum infirmitatis ipsius possit confici per Notarium subditum dicti Baronis? & videtur dicendum quod non; nam Notarius subditus non potest conficere instrumenta nec pro, nec contra Baronem aliàs instrumenta sunt nulla. c. Regn. 289. Anna sing. 244. Gaytus de credito. cap. 3. tit. 1. nu. 820. Riccius collect. 614. Affl. in Constit. Regn. in locis demanii. n. 11. & Freccia de præsen. instrum. par. 2. n. 3. ubi licet dicat, quod hoc non observatur, tamen hoc observari testatur. Capiblanco de Baronib. Prag. 1. n. 347. & Reg. Revert. dec. 386. & ibi Marinis n. 3. ubi n. 4. hoc ampliat etiam procedere in Notario habitatione tantum subdito, citat Marta in voto 186. Immo Notarius subditus non potest conficere instrumenta nec pro, nec contra Affictatorem feudi. Viscont. in add. ad Franch. dec. 118. Riccius dec. 158. n. 5. par. 2. & Novarius in praxi elect. fori. tom. 1. sect. 2. in præfatione. nu. 10. & seq. Sed contrarium tenet Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 280. n. 3. ubi n. 2. dicit, quod Notarius subditus non potest conficere instrumenta contra vel in favorem sui Baronis, siue sit subditus Baroni ratione Originis siue habitationis, & siue Baro habeat civilem, siue criminalem jurisdictionem in d. Notarium subditum. Sed Anna filius d. sing.

d. sing. 244. & Capiblanco. d. prag. 1. nu. 347. dicunt, quod licet actum publicum fit in favorem Baronis, tamen non fit ab ipso Barone, sed à Medicis attestantibus de ejus infirmitate: & consequenter valet prout etiam Notarius subditus potest scribere testamentum sui Baronis, & testamentum valet, sed contrarium esse verum testatur. Gaytus, ubi sup. à n. 844. usque ad fin. & vide Marinis. quotid. resol. c. 280. à n. 4. usq; ad fin. Sed Notarius subditus potest recipere obligationes penes acta Curie in favorem ipsius Baronis. Franch. dec. 118. Capiblanco. d. n. 347. & Gaytus, ubi sup. n. 842. & licet instrumentum factum per Notarium subditum Baronis in beneficium ipsius non valeat. tamen ex dicto instrumento probatur voluntas contrahentium, & possunt examinari testes, qui intervenerunt in d. instrumento, & ordinariè agi potest. Capiblanco. d. prag. 1. n. 349. & Gaytus, ubi sup. n. 835. & seq. Revert. in dec. 550. post nu. 2. & ibi Marinis. nu. 4. Sed contra hanc opinionem tenet. Sanfelicio. dec. 416. in fine, to. 3. dicens, non esse recedendum à dispositione dicti Capituli Regni 289. & pro opinione Sanfelicii ponderatur dictum capitulum, quod dicit, ut Notarius subditus non possit conficere instrumenta, scripturas, vel contractus publicos, qui sunt in formam publicam redigendi tangentia, & tangentes suos Barones, & hoc, quia coacti ab eorum Barone possent Notarii subditi veritatem mutare, sed debent confici à Notariis non subditis quibus nulla possit esse causa timoris, & quia in conficiendo instrumentum infirmitatis Baronis quod debet reduci in formam publicam, ut dixi supra num. 63. potest cadere timor in Notario subdito, ergo, &c. Et contra decisionem. 1. Franchis 118. fuisse decisum testatur. Gallus. in praxi S. R. C. par. 2. cap. 22. num. 10. Novar. qu. for. 156. n. 11. p. 1. Thor. comp. dec. tom. 2. ver. obligationes penes acta, & de Marin. quot. resol. tom. 2. cap. 149. n. 9. Et testamentum scriptum per Notarium subditum, in quo est institutus hæres ejus Baro, est nullum. Marinis quot. resol. tom. 1. cap. 280. & hoc tam si testamentum sit factum per Baronem, quam si ab alio perficiatur, & instituat hæres Baro, ut decisum referunt. Marinis d. t. 2. cap. 230. & Novarius d. q. forensi 156. Queritur etiam quid si senex decrepitus sit citatus pro causa criminali in partibus remotis, an teneatur personaliter comparere? & puto quod non. Nam Senectus dicitur infirmitas. Neviz. in silva nupt. lib. 2. n. 4. Immo senex dicitur perpetuo infirmus. Grassus de effect. cler. effect. 9. n. 161. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 40. nu. 2. & 5. Therent. Phorm. act. 4. & vide quod ego addidi in praxi torquendi reos mei Avunculi Scialoye ad cap. 13. à n. 14. usque ad 20. & 50. Sed infirmus excusatur à comparendo personaliter, ut supra dictum est, ergo idem debet esse in Senex decrepito, ita Capiblanco. in addit. ad sing. 164. Sed contrarium servari testatur Julius Clar. in pract. crim. in §. finali qu. 34. ver. dixi in fine, & dictum est supra in hoc eodem cap. t. n. 34. Verum ego primam opinionem admitterem, & tanto magis quando ageretur de causa non capitali, quia illum admitterem ad comparandum per procuratorem, præstita tamen cautio-

ne per viam expromissionis detinendo domū loco carceris, & deinde contestationem litis committerem officiali illius loci, ubi senex decrepitus manet, & faciunt dicta per Grammaticum in ritu 29. n. 4. fol. 157. per Thor. in compend. decis. ver. senex. fol. 496. tom. 1. & facit tex. in cap. ea noscitur. de sent. excommunicationis. quia senex mitius punitur quam juvenis. Tiraque. de penis temperandis. causa 8. Chacher. dec. 123. n. 3. & latè Farinac. in pract. crim. in tit. de penis temperandis qu. 92. à n. 23. usque ad n. 40. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sene cap. 1.

76 Decimotertiò limita, nam agnati, & cognati citati, ipso citato non comparente personaliter, possunt opponere exceptionem captivitatis, scilicet quod Reus reperitur captus ab hostibus, vel à latrunculis. Guazzin. d. defens. 12. cap. 1. n. 46. Abb. d. cap. veniens. n. 21. de accusat Nigris d. cap. Reg. post commissum. n. 15. & est tex. de jure Regni in d. ritu 269. & in prag. 15. §. 6. de officio Magistr. Justit. Et probata causa captivitatis, datur citato restitutio in integrum. Bajardus ad Clar. §. fin. q. 94. n. 69 & Guazzin. d. defens. 12. cap. 1. nu. 46.

77 Decimoquartò limita, nam agnati, & cognati possunt opponere, qualiter citatus reperitur carceratus in alio Tribunali. Monticelli. d. reg. 13. post n. 49. ver. alia est cautela. Guazzin. d. def. 12. c. 1. nu. 29. Clar. d. §. fin. q. 34. ver. de carcerato. Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores. n. 57. Leonardis pract. Officialium. cap. 13. n. 29. Marf. pract. crim. §. sequitur. n. 31. cū plurib. nu. seq. & Nigris d. cap. Reg. post commissum. num. 17.

78 Quod si citatus sit carceratus in alio Tribunali, si contra eum proferatur sententia forjudicationis, constituto de d. carceratione, restituitur in integrum, arg. l. 2. C. quibus ex caus. majores. Farinacius pract. crim. tit. de inquisitione. qu. 11. post n. 54. ver. concludo, & ita decisum testatur. Clar. d. §. fin. q. 34. d. ver. de carcerato, circa med. in quo ver. de carcerato, dicit, quod quando carceratio in alio Tribunali est affectata, non juvat citatosidem tenent. Caravit. d. ritu 269. n. 16. Foller. d. rub. audiantur excusatores, post n. 34. & 62. & Leonardis d. cap. 13. n. 29. ubi dicit, quod quando citatus est carceratus in Tribunali inferiore, fit ordo per Tribunal Supremum, ut carceratus cautè detineatur per Tribunal inferius, Foller. d. rub. audiantur excusatores, post nu. 34. & Mausonius de causis execut. ampliat. 27. nu. 5.

79 ubi dicit, quod quando citatus reperitur carceratus extra territorium Judicis citantis infra dietam, & tunc de carceratione debet constare per fidem authenticam, aliàs si ultra dietam, & tunc debet constare de carceratione per instrumentum publicum, aliàs condemnatur.

80 Sed cum quidam fuisset citatus super tenorem instrumenti per Regiam Audientiam Calabriæ Ultrà, & in ultimo peremptorio comparuit amicus, & opposuit, quod citatus erat carceratus in M. C., sed non produxit fidem carcerationis, Regia Audientia processit ad condemnationem, facta appellatione, fuit revocata liquidatio facta per Regiam Audientiam, nam quamvis excusator carcerationem alle-

allegaverit, tamen consequenter absentiam implicite allegavit, & sufficit, si implicite absentia allegetur. c. super hoc, in fine, de renunciat. Ergo erat dandari dilatio competens pro absentia, quæ dum non fuit data, omnia, quæ subsequuntur, fuerunt nulla, ut infra dicemus nu. 90. unde merito liquidatio est nulla. Sanfelix. dec. 306.

81 Et quando Judex procedit ad sententiam forjudicationis contra aliquem, qui reperitur carceratus in alio Tribunali, si Judex sciebat carcerationem, sententia forjudicationis est nulla. Marfil. pract. crim. §. sequitur. nu. 36. & seq. Guazzin. ad defensionem reorum. def. 6. cap. 1. n. 19. Farinac. d. q. 11. post d. n. 54. vers. concludo, & faciunt dicta supra cap. 6. n. 12. unde si statutum disponat, ut bannitus, elapso tempore banni, possit impunè offendi, si constat, bannitum intra terminum banni comparere non potuisse, ex quo erat carceratus, in hoc casu interim bannitus offendi non potest. Jason. in l. si quis stipulatus, §. 2. n. 8. ff. de verb. oblig. & Bajar. ad Clarum. §. homicidium. n. 225.

82 Et ante executionem sententiæ semper est habenda ratio morbi, vel alterius impedimenti, propter quod citatus comparere non potuit, & super hoc condemnatus audiri debet, petita prius per eum restitutione, quàmvis statutum contumacem pro confesso habeat, & tanquàm contra confessum procedi mandat. Bal. in l. 1. C. de requirendis reis, sequitur Char. de execut. sent. cap. fin. nu. 262.

Et licet aliqui teneant, quod si quis sit carceratus in uno loco, & sit citatus pro causa criminali in alio loco possit comparere per Procuratorem in loco citationis ad se defendendum in causa, pro qua fuit citatus, ut tenet Farinac. d. q. 99. n. 147. tamen in practica servatur, ut possit comparere per Procuratorem ad allegandam carcerationem tantum, & non ad se defendendum in causa principali, pro qua fuit citatus, nam dum citatus reperitur carceratus in alio loco, non potest intervenire in contestatione litis, & in tortura, & in istis actibus principalis debet esse præsens, & non potest comparere per Procuratorem, ut dicit ipsum Farinac. d. q. 99. à n. 139. usque ad n. 142. & n. 167. unde merito pro citato, & alibi carcerato non admittitur Procurator ad se defendendum pro causa principali sed tantum admittitur ad allegandam carcerationem. Et quando quis detinetur sub fidejussione à Judice inferiore si sit citatus à Judice superiore pro causa criminali tenetur coram eo personaliter comparere, & non potest opponere exceptionem carcerationis facta à Judice inferiore, dum non reperitur in vinculis quia potest personaliter comparere, & Judex superior potest inhibere Judicem inferiorem, ne citatum molestat pro fidejussione prædicta, dum coram eo comparuit ita Caravita in ritu 269. nu. 17. cum duobus seq., & Bajardus ad Clarum in d. §. finali d. quæst. 34. nu. 36.

83 Decimoquinto limita, nam quis potest comparere pro Reo inquisito absente, & dare testes Judici, non tanquàm Procurator, sed tanquàm instructor, seu informator Curiae de defensionibus inquisiti absentis, & petere, ut Judex ex officio examinet testes ad videndum verita-

tem facti, quia tunc hoc Judex ex suo officio facere debet. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 49. Capolla cautela 66. 109. & 255. Marfil. d. §. sequitur. n. 18. & 42. usque ad finem. Monticell. d. reg. 13. n. 42. cum plurib. seq. & post n. 49. Char. de execut. sent. in præfatione. à n. 35. usque ad num. 52. Farinac. d. qu. 99. à nu. 230. usque ad 242. Arnono, cautela 77. & Mascard. de probat. conclus. 1242. n. 14. Et hoc procedit, etiam si statutum disponat, ut nullus intervenire possit pro Reo absente, nec tanquàm Procurator, nec tanquàm defensor, nec tanquàm instructor. Aret. conf. 147. Marfil. d. §. sequitur. n. 42. & conf. 90. à n. 30. usque ad finem. Jason. l. 2. C. qui test. facere poss. Monticell. d. reg. 13. post n. 44. ver. quod verum, & Farinac. d. q. 99. n. 262. cum plurib. seq. usque ad n. 267. Et stante statuto, ut in causa criminali non admittatur Procurator ad opponendam aliquam exceptionem, sed quod compareat principalis personaliter, non per hoc impeditur, implorari officium Judicis, ut se informet de tali exceptione. Angel. in l. fin. ff. de petit. hered. & Garzia à Toledo dicto 70. Sed hæc limitatio potest procedere tempore, quo capitur informatio, & ante citationem. Campana de forjudicat. resol. 11. ubi dicit, quod ante citationem possunt produci scripturæ, à quibus appareat de innocentia Rei, ad impediendam citationem, & dictæ scripturæ recipi debent, sed ponuntur extra processum ad instructionem Judicis, & in hoc audiendi sunt Advocati Rei, ipso Reo non existente in vinculis, secus, capta informatione, & citato Reo, quia tunc puto esse contrarium, nam quando contra Reum sunt probata indicia, Judex non debet Procuratorem admittere, sed debet facere, ut Reus personaliter compareat, sive sit locus torture, sive personali interrogationi. Bald. in l. fin. C. de procurat. Marfil. d. §. sequitur. n. 7. & Monticell. d. reg. 13. n. 56. Et licet Judex ex officio debeat facere defensiones pro Reo. Marfil. pract. crim. §. nunc videndum, n. 7. & d. §. sequitur. n. 43. & seq. Carrab. de sindic. par. 2. n. 34. & Farinac. d. q. 99. n. 232. Et licet Judex ex officio debeat quærere probationes innocentie Rei, etiam nullo hoc petente. l. si non defendatur. ff. de pœnis. l. 1. §. fin. ubi DD. ff. de q. cap. judicantem 30. q. 5. Caravit. ritu 69. n. 12. & seq. & Foller. pract. crim. in 3. parte. 2. partis. rub. & si confitebuntur. n. 54. tamen hoc intelligitur Reo præsente, secus si Reus sit absens, & contra eum procedatur in contumaciam, quia tunc hoc Judex facere non potest, Clar. pract. crim. §. fin. qu. 44. ver. quæro etiam, & qu. 61. ver. sed hæc quidem, circa finem, de quo vide Carrer. pract. crim. tit. de appellatione. vers. septimus casus est, à n. 12. usque ad n. 21.

84 Verum quando constat Judici, contumacem non esse culpabilem, licet sit contumax, tamen Judex non potest, nec debet eum condemnare. Carrerius d. nu. 12. Marfil. ling. 72. in fine, & in pract. crim. §. aggredior. n. 135. Farinac. d. q. 99. n. 61. & Arnono soliloquio 51. Et quando Judici constat, contumacem non esse culpabilem ex processu informativo, Judex non debet procedere ad sententiam forjudicationis. Farinac. pract. crimin. tit. de inquisitione. qu. 11. nu. 20. Afflictus in Const. Regni penam eorum n. 48. &

64. *in fine*. Bajardus ad Clarum. §. fin. qu. 44. n. 78. & Chartar. de exeq. senten. in præfatione. n. 27. ubi n. seq. dicit, quod quando Judex veritatem habet, quod quis non sit delinquens, licet confessionem illius habeat ex contumacia vigore statuti, illum tamen condemnare non debet. *Marfil. in l. 1. §. si quis ultro. n. 47. ff. de quaest. & Afflict. in Const. Regni panam eorum. n. 48. & 64. in fine*, & dicam infra c. 13. n. 17. Et dicit ibi. Chartar. n. 29. quod si delictum sit probatum duobus, vel tribus testibus, & Judex sciat, inquisitum esse innocentem, debet adhuc in condemnationem superfedere, & idem dicit in cap. fin. n. 177. & seq. *Et est arbitrium Judici quanta fides testibus sit adhibenda cap. cum tu fili. de testibus, & l. 3. §. 1. ff. de testibus. Unde omnes probationes sunt arbitrariae, & pendunt ex libero arbitrio Judicis. Paulus de Castro in l. admonendi n. 39. ff. de jure jurando. Grammat. dec. 34. n. 47. & ibi Didacus de Mari. Petrus Garzia à Toledo dicto 492. & Riccius in dec. 193. part. 1. Et licet testis deponat Clare, tamen Judex cum causa non potest ipsi fidem adhibere, & non tenetur in synnicatn. Grammat. d. dec. 34. n. 46. & in dec. 93. n. 24. Rovit. in prag. 1. n. 25. de testium refrenat., & Palma in sua practica par. 1. glossa 15. n. 14. & quando Reus est presens, Judex debet se abstinere ab interrogatione, etiam existentibus indicis, si aliunde constet de innocentia Rei. Sanfelice. dec. 263. n. 4. Et Judex in proferendis sententiis in contumaciam partis, subtilius debet inquirere veritatem, quam utraq; parte præsentem. §. omnem. vers. si verò. Auth. de litig. & Rovit. in prag. 39. n. 2. de off. S. R. C.*
- 85 Decimosextidò, potest Princeps supr. ex gratia concedere, ut pro causa capitali Procurator admittatur, Reo non comparente personaliter, cū clausula non obstante, ita Marf. pract. crim. §. sequitur. n. 17. Angelis ad pract. crim. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 1. ver. nona declaratio. Thel. dec. 265. n. 17. & Farinac. d. qu. 99. nam. 8.
- 86 Decimosseptimò limita, nam in causis criminalibus admittitur Procurator ad probandum notorium. Marf. d. §. sequitur. n. 26. Carzer. d. ver. septimus casus est nu. 16. in fine, & Franch. dec. 314. n. 2. & licet, quod notorium est, probatione non indigeat. Rovit. in prag. 1. n. 112. de titul. abus. Sperell. dec. 132. n. 2. par. 2. & Mascard. de probat. conclus. 1253. n. 9. tamen hoc intelligitur, si sit notorium facti permanentis, & non transeuntis, nam notorium facti permanentis, & non transeuntis non indiget probatione, & nemini licet illud ignorare. Sperell. dec. 129. n. 21. & dec. 132. n. 76. & 77. par. 2. & Mascard. de probat. conclus. 1108. d. n. 7. usq. ad n. 18. Sed est necesse, ut notorium facti permanentis proponatur, nam si non sit propositum, Judex ex eo judicare non potest. Mascard. de probat. conclus. 1109. n. 1. cum tribus seq. & conclus. 1175. n. 28. & conclus. 1253. n. 10. & Sanfelice. dec. 69. n. 6. & 7. & dec. 373. n. 2. & 4. & Sperell. dec. 136. n. 41. cum plurib. seq. par. 2. sed in dec. 149. n. 32. ead. par. 2. dicit, quod in notoriis Judex supplet etiam de facto, parte non opponente, quod intelligo, quando con-

stat in actis de notorio, aliàs notorium debet proponi. Sperell. in d. dec. 136. n. 41. & Mascard. in d. conclus. 1109. num. 5.

Decimo octavò limita, ut consanguineus, vel defensor inquisiti citati pro certo homicidio possit comparere pro citato absente, & opponere qualiter homo, qui præsupponitur occisus, vivat. Ganario in tract. de excusatore. par. 2. n. 1. & Farin. d. quæst. 99. n. 60.

Decimononò limita, quando agitur ad separationem thori, quia tunc etiam admittitur Procurator, Reo citatoq; absente. Farin. d. quæst. 99. num. 112.

- 87 Ultimò (aliis omisiss) limita, nam agnati, cognati, & amici in ultimo peremptorio (Reo non comparente personaliter) possunt opponere exceptionem absentiae, & sic allegare, quod Reus reperitur absens. l. inter accusatorem, & l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. Jud. l. absens. ff. de procurat. & l. Reos. C. de accusat. & est tex. de jure Regni in rit. 266. & 269. in fine, & in prag. 15. §. 6. & in prag. 30. §. 2. de offic. Magist. Justit. Nigris in cap. Regni, sive quis. n. 19. in fine. Monticell. d. reg. 13. n. 16. Clar. d. §. fin. qu. 32. ver. prædicta autem, & qu. 33. in princip. Foller. d. rub. audiantur excusatores. nu. 10. & ibi. Angelis. nu. 1. ver. secunda declaratio, & nu. 3. Leonardis pract. offic. cap. 13. n. 27. Farinac. d. q. 11. post nu. 52. & d. q. 99. par. 2. n. 276. & Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 3. cum plur. seq. ubi n. 6. dicit, quod quilibet comparens admittitur ad allegandum absentiam ipsius citati, absque mandato, idem tenent. Clar. d. §. fin. qu. 33. ver. sed nunquid. Monticell. d. reg. 13. post n. 16. Farinac. d. q. 11. post n. 52. & d. q. 99. n. 278. & seq. Et de Virgiliis de legit. persona cap. 19. nu. 27.

- 88 Quæ absentia potest etiam allegari per mulierem, vel per Clericum consanguineum citati. Nigris in cap. Regni 228. n. 50. & 51. nam ad allegandum absentiam quis admittitur, etiam si non possit esse Procurator. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 10. & Parinac. d. q. 99. par. 2. n. 286. ubi n. seq. dicit, quod à fortiori tutor, vel curator potest allegare causas absentiae minoris citati licet. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de absentia. cap. 3. n. 47. cum duob. seq. dicat. Clericum non admitti ad allegandum absentiam citati in foro laicali, de quo vide. Afflictum in Const. Regni edictorum, n. 37. & 52. qui tenet cum opinione. Nigris.

- 89 Et Judex tenetur audire causas absentiae citati, quas pro eo absente aliquis allegat. l. servum quoque. §. publicè. ff. de procur. Afflict. in Const. Regni panam eorum. n. 21. in fine, & Chartar. de exeq. sent. cap. fin. n. 266. ubi dicit, hoc procedere absque cautione rati, nam allegans causas absentiae non tenetur satisfacere, seu cavere de rato, ac de judicio listi, vel de presentando absentem coram Judice, finita causa absentiae. Alber. in d. l. servum quodque. §. publicè. nu. 12. & ibi communiter DD. ff. de procurat. Foller. in d. rub. audiantur excusatores. n. 17. & Farinac. d. q. 99. par. 2. n. 285. & dicam infra hoc eodem. cap. n. 92. n. fin. & n. 267. dicit. Chartar. ibi. quod si Judex parti terminum ad probandum causas impedimentorum allegatorum non dederit, & ad condemnationem processerit, sententia est ipso jure nulla, secus si termi-

- nus petitus non fuisset, & d.n. 267. in fin. dicit, quodd allegata iusta absentia, non potest quis forjudicari, citat. Grammat. conf. civili 152. n. 24. & idem tenet. Farinac. d. q. 11. post d. n. 52. & faciunt dicta per Arnono. caut. 49.
- 90 Et quando Judex non admittit absentiam, quæ debet admitti, & procedit ad ulteriora, acta sunt nulla. Clarus. d. §. fin. q. 34. n. 1. in fine. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 11. 14 & 20. Nigris. d. cap. Reg. post commissum. n. 37. Sanfelice. dec. 31. n. 6. Farinac. d. q. 11. post d. n. 52. & d. q. 99. par. 2. n. 293. & seq. *Gigas de crimine laesa Majestatis lib. 1. tit. qualiter in crimine laesa Majestatis procedatur. qu. 18. nu. 7. & 8.* & faciunt dicta infra n. 107. nam allegatio absentiae operatur, ut si admitti debeat, & non sit admissa, id, quod deinde fit, nulliter fit. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 19. & Ferrat. cautel. 18. in princip. Et allegans causas absentiae debet audiri, alias si non audiat, & procedatur ad sententiam forjudicationis, sententia est nulla. Nellus de bannitis in 3. par. primi temporis. n. 5. Chartar. de execut. sent. cap. fin. n. 213. & Monticell. d. reg. 13. post n. 49. ver. dicas. Immo contumax non dicitur, qui ex iusta causa est absens, & probata iusta causa, processus revocatur. Marf. de bannitis verf. contumacia. n. 33. & 158.
- 91 Et quando non est admissa absentia allegata per consanguineum citati, & citatus sit reputatus contumax, potest consanguineus de hoc appellare. Gramm. in Const. Reg. poenam eorum. n. 13. Franch. dec. 589. Tapia in dec. S. R. C. 17. & Sanfelice. dec. 33. & licet contrarium videatur tenere. Rovit. in rub. de appellat. n. 14. usque ad finem, tamen ipsemet. Rovit. ibi in fine videtur inherere primæ opinionis, immo si sit concessa absentia, & deinde petatur prorogatio, absentiae, si sit denegata, potest à denagatione prorogationis appellari. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de absentia. c. 3. n. 17. cum plur. seq. Quodd si detur modica dilatio ad denunciandum, potest etiam à modica dilatione appellari. Nigris in cap. Reg. post commissum. n. 11. in fin. sed si non sit appellatum, & sit processum ad sententiam forjudicationis, sententia est valida, & non annullatur ex dilatione nimis brevi. Sanfel. dec. 225. n. 12. *& si sit appellatum à modica dilatione absentiae, & appellans succumbat, & pendente appellatione, sit elapsum tempus dictæ dilationis, Judex potest ad ulteriore procedere, nam appellatione pendente currit dilatio si appellatio fuit injuste interposita faciunt diem per Rovit. in prag. 16. n. 2. cum plurib. seq. de ordine judic. & in dec. 18. & per Marin. quotid. resol. lib. 1. c. 330.*
- 92 Sed si absentia malitiosè petatur per consanguineos citati, tunc non admittitur, ut in d. ritu 266. nam in tantum causa absentiae recipitur, in quantum sit iusta. d. l. inter accusatorem, & d. §. ad crimen, & Farin. d. q. 99. par. 2. n. 295. puta si sit probabilis, & necessaria, ut causa militiæ, vel probabilis tantum ut causa studii, vel necessaria tantum, ut relegationis, secus si sit voluntaria, quia tunc non recipitur. glos. in d. §. ad crimen, sed quodd allegatio absentiae admittatur, si ve sit probabilis, si ve voluntaria, dummodò non constet de frau-
- de, dicit Farinac. d. q. 11. post n. 52. & d. qu. 99. n. 291. Immo si consanguineus simpliciter dicat, Reum esse absentem, adhuc absentia est admittenda, si de fraude non appareat. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 4. *Nevarius in questione forensi 148. n. 8. par. 1. Caravita in ritu 266. n. 3. Menoch. de arbit. jud. casu 40. nu. 7., & Clar. §. fin. qu. 34. ver. sed pone, ubi ver. seq. dicit, quodd absentia de jure debet probari per allegantem, sed in Regno Neapolitano statum iuramentum allegantis absentiam, idem tenent.* Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 12. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 15. glos. & DD. in Const. Reg. auditorum, & Farin. d. qu. 99. par. 2. à nu. 299. usque ad finem, prout etiam licet de jure communi allegans absentiam pro inquisito citato teneatur satisfacere, & promittere, citatum sistere in termino. Bal. & Paul. de Castr. in rub. ff. in jus vocati, ut eant, tamen in Regno Neapolitano non tenetur satisfacere, prout etiam in Regno Lusitanie neque tenetur satisfacere, ut testatur. Valasq. dec. 66. nu. 14. & de jure communi tenent. Garzia à Toletto in d. 457. & Galter. de liquidat. instrum. in 3. par. principali. rub. audiantur excusatores. n. 10. & dixi supra hoc eodem cap. post n. 89. & quando consanguineus citati allegat absentiam, non tenetur prestare cautionem de rato. Caravit. in ritu 266. n. 3. & 4. *Et de Virgiliis de legitimat. persona. cap. 19. n. 21.*
- 93 Et quando inquisitus fuit visus tempore delicti, vel per diem antea, si citetur immediate post delictum, in hoc casu non est admittenda absentia. d. cap. Reg. post commissum. Franch. dec. 327. & 589. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 17. Tapia dec. S. R. C. 16. nu. 18. Angelis ad pract. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 12. & 14. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de absentia. c. 2. n. 5. & Sanfelice. dec. 33. Et licet. Danza ibi d. cap. 2. in fin. dicat, paucis vicibus vidisse. d. cap. Reg. observatum, & practicum, nec è iudicibus expertis allegari, tamen contrarium est verum, quia. d. cap. Reg. est in viridi observantia. Farin. d. qu. 11. post d. nu. 52.
- 94 Quod cap. Regni post commissum, Limitatur, si sit multum tempus, quodd sit commissum delictum, & deinde citetur Reus, nam in hoc casu, licet in die delicti citatus sit visus, tamen admitti debet absentia. Caravita d. ritu 266. n. 7. Clar. §. fin. d. q. 34. ver. sed pone, in fine. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 17. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 10. Franch. dec. 327. & 589. Danza d. tit. de absentia. cap. 2. n. 11. & seq. & Nigris in d. cap. Reg. post commissum. nu. 11.
- 95 Sed si Reus citatus fuit ad informandum, & ad capitula, & non comparuit, & fuit reputatus contumax, qui ob absentiam excusandus non erat, quia tempore delicti fuit visus, si post contractam contumaciam Prorex mandat, ut procedatur ad sententiam forjudicationis, non expectato anni circulo, si Reus iterum citetur ad informandum, & ad capitula cum inserta forma breviationis, elapsis duobus mensibus à die patratu delicti, si allegetur absentia, in hoc casu non est concedenda, ut ita decisum testatur. Sanf. dec. 32. contra Franch. dec. 589.
- 96 Sic etiam d. cap. Reg. post commissum, limitatur, si Judex, vel Fiscus, dederint causam su-

- ga inquisito, quia tunc non obstante, quod fuit visus tempore delicti, vel die præcedenti, tamen est concedenda dilatio ad denunciandum, & absentia allegata per consanguineum inquisiti est admittenda. Gizzarell. dec. 17. n. 9. & Danza d. tit. de absentia. cap. 2. n. 8. ubi n. 9. dicit, quod licet tempore citationis ad informandum, & ad capitula fuit denegata absentia, ex quo inquisitus fuit visus tempore delicti, vel die præcedenti, tamen si tempore citationis ad forjudicandum allegetur de novo absentia, est admittenda, & concedenda. *cit. Franch. dec. 589. Nevatium in qu. forens. 148. n. 7. tem. 1. Angelis ad præct. crim. Follerii. rub. audiantur excusatores. n. 14. ver. sed declara; tamen supradicti hoc non somniantur, & ideo vide quod dicitur infra cap. 11. n. 13. in fine.*
- 98 Et neque debet admitti absentia, si reus fuit citatus personaliter. Guazzinus d. def. 12. cap. 1. n. 17. Viscont. ad Franch. dec. 327. Danza d. tit. de absentia. cap. 3. n. 45. & Caravit. d. ritu 266. in fine. *Novar. d. quæst. forens. 146. n. 2. prout neque absentia admitti debet, quando est procurata, vel affectata per fraudem. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 16. Ferratius, cautela 18. & Farinac. d. q. 99. n. 296. & seq. Unde si citatus sit visus de recenti ante vel post citationem, dato quod sit multum tempus, quod sit commissum delictum tamen absentia admitti non debet. Sanfelice. dec. 33. post n. 1. & neque absentia admitti debet post sententiam forjudicationis. Afflict. in Const. Regni panam eorum. nu. 70.*
- 99 Et est arbitrium Judici, quando vult admittere absentiam, & quando non. Franchis. d. dec. 327. in fine, citat Caravit. d. ritu 266. n. 7. Idem tenent. Amend. ad Franch. dec. 327. n. 1. Rovitus in rubrica de appellationibus. n. 24. & Riccius ad Franchis. dec. 589.
- 100 Et quando absentia non debet admitti, si tamen fuerit admissa, debet dari competens dilatio ad denunciandum secundum distantiam loci, ubi allegatur, reperiri inquisitum, argumento eorum, quæ traduntur per Franch. dec. 560. nam dilatio ad denunciandum debet concedi secundum distantiam loci. Affl. in Const. Reg. exceptiones: n. 4. & Danza d. tit. de absentia. cap. 2. n. 4. & est concedenda ad rationem viginti milliarium pro qualibet die. l. 1. ff. si quis cautionib. & l. 3. ff. de verb. signif. Bajard. ad Clarum. §. fin. qu. 24. n. 2. & Mascard. de probat. conclus. 1060. n. 8. cum duobus sequenti. n. 11. dicit, quod in itinere maritimo quinquaginta millaria pro qualibet die assignari debent, & nu. 2. dicit, quod milliare consistit in mille passibus, & n. 4. & 12. dicit, quod in probando distantiam loci consuetudo, & communis usus inspicitur, & per famam, & vulg. opinionem, & idem tenet in conclus. 525. n. 1. & quantum tempus dari debeat ad denunciandum, quando allegatur absentia, vide. Danzam d. tit. de absentia. cap. 3. à nu. 1. usque ad n. 16. ubi dicit, quod dilatio non debet esse minus unius mensis, ex Vivio dec. 361. n. 2., & vide Nicolinum in præct. crim. n. 188. & seq.
- Sed quæritur quod si sit data dilatio unius mensis ad denunciandum Reo absenti, quot dies mensis jam dictus continere debeat? & tex. in l. ubi lex. ff. de regulis juris, dicit, quod si

- lex faciat mentionem de duobus mensibus, qui venerit in sexagesimo primo die, audiendus est, & glos. in l. fin. §. 1. ver. sexaginta. C. de jure delib. & Capyc. Latro dec. 29. n. 5. par. 1. dicunt, quod mensis pro triginta diebus accipitur, sed tu dicas, quod si die decima Augusti sit concessa dilatio unius mensis ad denunciandum Reo absenti, dilatio durat per totum diem decimum Septembris. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 1. cas. 50. n. 21. & seq. & ita à simili fuisse decisum, testatur. Franch. dec. 471. nam attendi debet numerus dierum mensis occurrentis, & tot dies debent suppleri de mense sequenti, quot deerant de illo mense, in quo dilatio incipit. glos. in cap. cum sit, de elect. in 6. Bar. in l. bis sentus in fine de verb. signif. Alex. in l. de divisione. in pr. ff. solut. matrim. Puteus dec. 442. n. 7. lib. 2. Ruinus cons. 62. n. 36. vol. 5. & Franch. d. dec. 471. post nu. 1.
- Secundò quæritur, an in ista dilatione absentie connumerentur dies festivi? & maxime. l. si ve pars. §. feriæ. C. de dilationib.
- 101 Absentia quando conceditur, debet intimari excusatori. Vivius dec. 361. n. 3. intellige, quando allegata absentia, non in continenti conceditur dilatio, secus si in continenti concedatur, præsentem excusatore, quia tunc non debet notificari. Danza d. tit. de absentia. cap. 3. n. 26. cum plurib. seq. & sufficit apponere de præsentia, si in decreto ad sit verbum, præsentem tali. Capyc. dec. 1. n. 37. in fine, sed Anna sing. 611. dicit, quod licet decretum sit latum, partibus præsentibus, tamen adhuc debet notificari, nam non sufficit scientia, ubi opus est citatione, unde Mascateil. in præct. appellat. par. 1. glosa potest. n. 12. & 14. dicit, quod in lectura sententiae debet dici, præsentibus partibus, & audientibus, & eis per nos dicta sententia judicialiter intimata, & notificata fuit, nam quis potest judicialiter, & per Judicem, vel tabellionem citari, ut dixi supra cap. 6. n. 1. & dilatio data absenti non currit, nisi à die, quo fuit intimata, & illa dies intimationis non computatur in dicta dilatione. Maranta in suo speculo. p. 6. act. 3. n. 14. & Guazzin. ad def. reorum. def. 24. c. 4. nu. 1. in fin. Et sententia præsumitur lata partibus præsentibus. Mascard. de probat. conclus. 5. n. 8.
- 102 Et allegata absentia, pars, & Fiscus possunt probare contrarium. Novar. dec. Regiæ Audientiae Apuleæ 75. & Leonardis præct. Official. cap. 13. n. 27. ver. & nota; & causa absentiae non admittitur, in scio Fisco. prag. relata ad prag. 15. §. 6. de off. Magistri Justit.
- 103 Exceptio absentiae, infirmitatis, & captivitatis debet opponi per consanguineos citati ante ultimam contumaciam inculatam, & Curia pro Tribunali sedente, aliàs post rectam Curiam consanguineus non potest allegare exceptionem, sed inquisitus tenetur personaliter comparere, aliàs reputatur contumax. prag. 51. de off. Magistri Justit. & est Ritus 268. Caravita in ritu 206. in fine, & Sanfelice. dec. 32. n. 5. & principalis potest comparere, & contumaciam purgare desero. prag. 13. de officio Magistri Justit. & hoc usque ad primum somnum, ut in ritu 93. in fine, & in ritu 206. & sic usque ad mediam noctem. l. more Romæ.

no, ubi Paulus de Cast. & Bal. ff. de feriis, & est ritus 215. & 306. & Cotta in suis memorialibus. ver. diem.

104 Sed veritas est, quod absentia potest allegari, etiam inculcata ultima contumacia, & post rectam Curiam, non obstantibus juribus supra allegatis. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 166. & secundum opinionem Foller. hodie praticari, testatur Danza d. tit. de absentia. cap. 3. n. 34. cum plurib. seq. & præcipue n. 38.

105 Quod si consanguineus citati allegat absentiam antè ultimam contumaciam, & tunc inculcatur ultima contumacia, & fit decretum, ut in præcedenti cap. n. 7. & additur hoc modo. v3. verum stante absentia inquisiti allegata per talem consanguineum dicti inquisiti, supersedeatur in describendo pœnam contumaciæ in libro proventuum per dies tot, dummodò dictus inquisitus non fuerit visus, vel captus, vel additur hoc modo, v3. verum, si dictus inquisitus comparuerit infra mensem, delegatur à contumacia, & interim in libro non describatur, ita Foller. d. rub. audiantur excusatores. nu. 12. & Danza d. tit. de absentia. cap. 3. n. 28. & 41. nam quando Reus citatus non comparet in ultimo peremptorio, sed comparet aliquis ad excusandum ipsum Reum citatum, Judex debet pronunciare Reum contumacem, & illum condemnare ad pœnam in citatione contentam cum tali conditione, ut si Reus infra tale tempus comparuerit, non censeatur contumax. Bar. in l. quæsitum. ff. de re judic. & Nigris in d. cap. Regni post commissum. n. 7. Si verò dicta absentia sit allegata post interpositum decretum, ut supra in præcedenti cap. d. n. 7. & tunc in comparitione absentia interponitur decretum tenoris sequentis, v3. Firma remanente contumacia, si dictus T. de T. comparuerit infra dies tot, pœna contumaciæ non describatur in libro proventuum, dummodo dictus T. de T. non fuerit visus, vel captus, & elapso tempore absentia, interponitur decretum, v2. Stante lapsu temporis absentia, dictus inquisitus remaneat condemnatus, & pœna contumaciæ describatur in libro proventuum.

Sed quando quis est citatus super tenorem instrumenti, si in ultimo peremptorio sit allegata absentia citati, interponitur decretum hoc modo, v3. Et per Curiam fuit tali impartitus terminus dierum tot ad denunciandum dicto T. ut compareat in præsentia causa, & interim citatio non expiret, per hoc suum, &c. Et sic non fit condemnatio, sicut in aliis causis criminalibus, quando Reus citatur ad informandum. Caravita ritu 166. n. 15. & ritu 266. n. 2. & Galter. de liquidat. instrum. in tertia parte principali. rub. audiantur excusatores. n. 9. ubi n. 11. dicit, quod creditore dicente, absentiam allegatam non esse veram, discernitur, ut caquatur informatio, & consilio, dilatione ad comparandum concessa minimè gaudeat, & post n. 13. dicit, quod si absentia sit vera, & justè admissa, tunc elapso tempore ad comparandum præfixo, debet iterum debitor vocari, Curia pro Tribunali sedente, instante creditore, & si debitor non comparet, ef-

ficitur contumax. Novasius dec. 35. post nu. 4. in fine.

106 Et adverte, quod si absentia non sit admissa per Judicem, ex quo delinquens fuit visus in die delicti, vel antè, si per Judicem ad quem sit provilum, ut Judex à quo provideat super gravamen absentia non admissa, provisione non facta, in hoc casu potest procedi ad sententiam forjudicationis. Franch. dec. 327. & Angelis a pract. crim. Foller. d. rub. audiantur excusatores. n. 14. ver. etiam autem.

107 Adverte etiam, quod si tempore citationis ad informandum, & ad capitula fuerunt allegata iusta impedimenta per agnatos, & cognatos citati, & non fuerunt admissa, & sit processum ad sententiam forjudicationis, in hoc casu sententia est nulla. Afflictus in Constit. Reg. pœnam eorum. n. 13. & Foller. pract. cri. rub. forjudicentur. nu. 34. & faciunt dicta supra n. 90.

108 Advertas etiam, quod si Judex dixerit in citatione, ut Reus compareat personaliter, in hoc casu Reus debet personaliter, & non potest per Procuratorem comparere, etiam si sumus in casibus, in quibus Reus possit comparere per Procuratorem, nam in omnibus casibus, in quibus Reus potest per Procuratorem comparere, non admittitur ad comparandum per Procuratorem, si Judex dixerit, se velle præsentiam Rei ad effectum ipsum examinandi, & videndi, quo vultu, & colore, & qua trepidatione respondeat, tanquam magis instructus, ita Bart. in l. servum quoque. §. publicè. n. 6. ff. de Procurator. Marta voto 70. n. 12. Capyc. dec. 143. n. 4. 7. & 8. & Farinac. d. qu. 99. à n. 246. usque ad n. 249. ubi n. 255. dicit, hoc procedere, quando sumus in delictis, in quibus potest esse locus torturæ, aliàs Judex non potest arctare citatum ad personaliter comparandum, & à fortiori Judex in causis civilibus non potest dicere in citatione, ut citandus compareat personaliter, nisi ex magna causa. Bartol. in tract. de citatione n. 15. cum duob. seq.

109 Advertas quoque quod si sint plures, qui commiserunt delictum, & omnes sint citati ad informandum, & ad capitula, & in ultimo peremptorio alii compareant, alii verò non; quoad eos, qui comparuerunt, debet supersederi, quousque sint condemnati non comparentes in eorum contumaciam; & postea proceditur in causa contra comparentes, ita Bar. in l. non idcirco, per illum tex. ff. de judic. & Farinac. in tit. de indiciis, & tortura. quæ. 39. n. 155. & in d. quæst. 99. post n. 123. & est ratio, nam si Judex antea admitteret defensiones Rei præsentis, poterat esse, quod ex dictis defensionibus appareret de innocentia Rei absentis, & Judex non posset postea procedere contra Reum absentem ex dictis supra n. 84. unde meritò prius debet procedi contra absentem, & postea contra Reum præsentem. Farinac. d. n. 133. & d. n. 153. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 49. ver. sed pone. Guazzin. ad defensionem reorum defens. 22. cap. 1. nu. 8. & Ambrosi de proc. in for. lib. 3. cap. 1. n. 56.

S U M M A R I U M.

- 1 **B**annum, & annotatio bonorum fit contra contumacem in citatione ad informandum, & ad capitula; & quid sit ponere Reum in banno? n. 2.
- 2 Bannum an dicatur sententia interlocutoria, & possit revocari? & n. 4.
- 3 Bannum præcedere debet, ut possit proferri sententia forjudicationis, & n. 7. sed bannum non fit in Magna Curia Vicaria, & neque in Urbe Romana. n. 9. & 12.
- 6 Annus, in quo quis persistere debet in contumacia, ut possit forjudicari, à quo tempore incipiat currere? & n. 17. & 19.
- 8 Bannum debet publicari, Curia sedente, & deinde per Civitatem, aliàs est nullum, & n. 11. & quid in Magna Curia, ibidem, & num. 10.
- 12 Bannum debet esse certum, & in scriptis, & alia requisita habere debet, ut ibid.
- 14 Forma banni duæ traduntur, & n. 15.
- 16 Annotatio bonorum an fieri debeat, & n. 18. 20. & 21. Et quo tempore, & pro quibus delictis fiat? n. 16. & 22. Et an debeat locum, tam in bonis mobilibus, quàm stabilibus? n. 22. & per quem fiat? n. 24.

C A P. IX.

De Banno, & Annotatione bonorum facienda contra forjudicandos.

- 1  Nquisito effecto contumace in citatione ad informandum, & ad capitula, contra ipsum fit bannum, & ejus bona annotantur. Constit. Reg. grandis utilitas, & Afflic. in Constitut. Reg. pœnam eorum. n. 10.
- 2 Et ponere Reum inquisitum in banno nihil aliud est, quàm ipsum extrà protectionem Civitatis ponere. Leonardis pract. offic. cap. 13. n. 35. in fine. Cabal. resol. crim. casu 181. n. 9. Tartag. pract. crim. par. 1. cap. 6. n. 9. & Folle. pract. crim. rub. banniantur. nu. 1. ubi dicit, quodd bannire in foro sæculari, est ad similitudinem excommunicationis in foro Ecclesiastico, quia sicut excommunicatio eicit excommunicatum à communio Fidelium, ita bannum in foro civili seperat bannitum à beneficiis, quæ competunt personis sæcularibus, citat Bal. in l. 1. C. de hæred. instit. & idem tenent Catalan. de indulto. cap. 13 n. 3. cum pluribus seq. & Rota in florileg. pract. concl. concl. 9. n. 52. Afflic. in const. Regni. grandis utilitas. n. 12. Bossius in pract. crim. tit. de bannitis. n. 1. & Menoch. de arbit. Judic. casu 438. n. 34. ubi n. seq. dicit, quod bannire est meri imperii. citat Decium in l. imperium. n. 65. ff. de jurisdict. omn. judic. Et bannitus dicitur esse extra protectionem Civitatis, & separatus à beneficiis aliis civibus competentibus. Carav. in ritu 220. n. 4.
- 3 Et bannum dicitur sententia interlocuto-

ria. Marant. in suo speculo. par. 6. rub. & deum fertur sententia. n. 30. Aret. de maleficiis. ver. qui Judex videns, quod inquisiti non comparent. n. 1. Rota in florilegio. pract. concl. concl. 9. n. 55. Catalan. d. cap. 13. n. 65. & seq. Cabal. d. casu 181. n. 5. & seq. Affl. & in d. Con. Reg. grandis utilitas, post n. 20. Freccia de present. instit. par. 7. qu. 2. nu. 17. Virgiliis de leg. persona. cap. 33. n. 17. Bald. in l. 1. in 2. lectura. n. 72. cod. de Sacrosanct. Eccles. & Chartar. de exequut. sentent. cap. 1. n. 151. & n. 441. cum pluribus seq. ubi n. 444 dicit, quodd ideò dictum bannum potest revocari, cum sit sententia interlocutoria, quæ benè potest revocari per eundem Judicem, qui eam protulit, etiam si ab ipsa sententia interlocutoria sit appellatum. l. quod jussit, & ibi Bart. n. 12. Jason. n. 2. Alex., & alii. ff. de re judic. cap. cum cessante, extra de appellat. nisi sit bis confirmata, quia tunc non potest revocari. Ab. in d. cap. cum cessante. Mastrill. in dec. 23. n. 3. & 4. & Arnono ling. 37. & idem est si res non sit integra, puta si sententia interlocutoria sit demandata executioni, quia tunc non potest revocari. Bald. in l. post sententiam in fin. n. 13. C. de sent. & interlocuu. omn. Jud. Rovit. in rub. de revocat. & suspens. gratiarum. n. 16. & Pract. Papiens. in rub. de forma sententiæ interlocutoria super incompetencia Judicis. num. 9.

4 Sed tunc bannum dicitur sententia interlocutoria, quando non transit in condemnationem, & post bannum expectatur alia sententia condemnatoria, aliàs si bannum in condemnationem transeat, & deinde non expectatur alia sententia condemnatoria, tunc bannum dicitur sententia diffinitiva. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione. quæst. 11. n. 92. cum pluribus n. seq. Bossius in d. tit. de bannitis. n. 3. Catalan. de indulto. cap. 3. n. 65. & seq. & Chartar. d. cap. 1. n. 440. citat Bal. in l. 1. post n. 12. C. de hæred. instit. & Nattam cons. 542. n. 7. lib. 3., & in Regno post bannum expectatur alia sententia diffinitiva, & bannum non transit in condemnationem, sed illud fertur, ut ad sententiam diffinitivam procedi possit in vim fictæ confessionis statutaris, & bannum fertur à judice intendente, hinc ad sententiam diffinitivam procedere, ut desumitur ex Constit. Regni. pœnam eorum, & propterea bannum hoc exequi non debet, sed sententia, quæ post bannum sequuta est, exequi debet. Bal. d. l. 1. post d. nu. 12. C. de hæred. instit. Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione. quæst. 11. post n. 102. post ver. limita tertio, & Chartar. d. cap. 1. n. 448. & seq. ubi nu. 447. dicit, quodd ideo bannitus ex solo banno non videtur infamis.

5 Et in Regno non potest procedi ad sententiam forjudicationis, nisi præcedat bannum, Afflic. in d. Constit. Reg. pœnam eorum. nu. 10. & 11. Nigris in cap. Reg. si vè quis. n. 19. ver. & est advertendum, & Novar. de gravam. vassalorum. tom. 3. gravam. 9. n. 11. nam annus, in quo inquisitus debet persistere in contumacia, ut possit forjudicari, incipit currere à die banni, ut in d. Constit. Reg. pœnam eorum, ubi Affl. n. 12. & Riocius coll. 1401. ver. qui mad-

madvertas secundo, & dicam infra cap. seq. n. 2. Et dictus annus incipit currere, non à die banni, sed à die, quo dictum bannum fuit publicatum per loca solita, ita Garrer. in prac. crim. tit. de appellatione. vers. septimus casus est. n. 48. fol. mihi 17. & Carolus Rota in florilegio. pract. conclus. concl. 9. n. 59.

Et formata inquisitione, citatur inquisitus ad comparandum intra certum tempus inquisitioni responsurus, & dictis citationibus legitime exequutis si inquisitus non compareat propter illam contumaciam, & delictum, pro quo citatus fuit, ponitur in banno, in quo assignatur contumaci certus terminus ad comparandum, & se defendendum, qui terminus, si à statuto sit determinatus, nec minui, nec prorogari potest à Judice. Bal. in Auth. jubemus. in fin. C. de judiciis, & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 427. ubi in fine dicit, quod si inquisitus in d. termino non comparuerit, habetur pro confesso, & convicto, & postea in illum, uti confessum, & convictum fertur sententia diffinitiva condemnatoria in pœnam delicti, & n. 429. dicit, quod per totam Italiam observatur, quod inquisitus solemniter citatus, non comparens ponitur in banno, & deinde diffinitive condemnatur, citat Clar. pract. crim. §. fin. qu. 44. vers. sed hodie.

B Bannum debet publicari, Curia pro Tribunali sedente. Afflict. in d. Constit. Reg. pœnam eorum. nu. 11. & deinde debet publicari per Civitatem alta voce, multis astantibus, & solet publicari in plateis, & locis principalibus Civitatis. Novarius d. gravam. 9. n. 12. & Afflict. in d. Const. Reg. grandis utilitas. nu. 18. aliàs bannum est nullum. Foller. pract. crim. rub. banniantur. n. 5. Ponte de potestate Proregis. tit. 1. §. 3. n. 18. & Novarius d. gravam. 9. n. 13. & Affl. in d. Const. Reg. grandis utilitas. n. 19. Sed hoc non habet locum in M. G. V., ubi sufficit, bannum publicari tantum, Curia pro Tribunali sedente, & non requiritur, publicari per Civitatem. ita Afflict. in Const. Reg. grandis utilitas. n. 19. Ponte d. §. 3. nu. 19. Nigris d. cap. Reg. five quis. n. 19. vers. & tale bannum. Foller. d. rub. banniantur. n. 3. & 7. Garrer. prac. crim. tit. de appellat. vers. septimus casus est. n. 46. fol. mihi 17. Novarius d. n. 13. & Grammat. conf. crim. 71. n. 7. unde non videtur tuta opinio. Scaglioni in Prag. 1. nu. 78. de duello, & Angelis ad Gizzarell. dec. 17. n. 4. afferentium, quod in M. G. V. non fiat bannum, sed annus incipiat currere à die ultimæ contumaciæ contractæ in citatione ad capitula, nam Angelis, citat Foller. d. n. 3. qui Folle. est pro contraria opinione ipsius Angelis, nam Foller. ibi tenet, ut diximus, quod in M. G. semper fit bannum, quando est expectandus annus. Immo bannum factum in M. G., non solum debet publicari, Curia sedente, sed etiã debet publicari per loca solita Civitatis, ut testatur Grammat. d. conf. 71. nu. 17. Et quando bannum non est publicatum per loca solita, redditur nullum, & non potest procedi ad sententiam forjudicationis. Garrerius d. n. 46. Et si sit emanatum bannum, sed nulliter, & tunc si sequatur sententia condemnatoria, quæ fundatur in d. banno, sententia est ipso

jure nulla. Chartar. de exequut. sent. cap. fin. post n. 150. ubi nu. 159. dicit, quod quando bannum est nullum, bannitus non habetur pro confesso, & bannitus nulliter habetur pro non bannito, & quod quando bannum non valet, neque subsequens sententia, quæ in banno fundatur, valeat, & sit ipso jure nulla. Chartar. d. cap. fin. n. 186. in fin. Rolandus à Valle conf. 31. n. 19. vol. 1. Marf. pract. crim. §. postquam. nu. 57. & Guazzin. ad defensionem reorum. det. 35. cap. 22. n. 1. & à fortiori sententia diffinitiva lata, omisso banno, contra contumacem est nulla, & non meretur executionem. Chart. de exequut. sent. cap. 1. n. 436.

12 Sed opinio Angelis, & Scaglioni, practica- tur in M. G. V. scilicet, quod non fiat bannum, sed annus incipit currere à die ultimæ contumaciæ contractæ in citatione ad capitula. *Salernitanus in dec. 30. & Thor. in compen. decis. tom. 3. ver. annus. fol. 36. qui dicunt, quod annus constitutus ad promulgationem sententiæ forjudicationis currit à die contumaciæ*, sed in Curis Baronialibus fit annus. Rota d. conclus. 9. post nu. 76. prout etiam in Urbe Romana bannum non fit, sed fit extra Urbem in Statu Ecclesiastico. Farin. d. qu. 11. n. 44. ver. differt autem, & n. 102. in fine. ver. sublimita. id quod. *Sed si Prorex mandat Regiæ audientia, ut in aliqua causa procedat ad modum belli tunc Regia Audientia potest procedere contra reum absentem, & contumacem ad sententiam forjudicationis absq; banno*, Thor. in cod. rerum judic. casu 13.

13 Et bannum debet esse certum, & in scriptis. Afflict. in Const. Reg. grandis utilitas. n. 20. Et debet continere personam Judicis, & nomen, & cognomen illius, qui bannitur, & causam, pro qua bannitur, & debet continere annum, mensem, & diem. Const. Regni, grandis utilitas, ubi Affl. n. 20. aliàs bannum non valet. Grammat. d. conf. crim. 71. n. 17. Chart. d. cap. fin. n. 186. ver. prout etiam. Novarius de grav. vassallor. tom. 3. gravam. 9. n. 14. Nigris d. cap. Reg. five quis. n. 19. ver. & tale bannum. Affl. in d. Const. Regni, grandis utilitas. d. n. 20. & Foller. d. rub. banniantur. n. 5. ubi nu. 8. dicit, quod bannum debet publicari die juridico, & non feriato, aliàs est nullum. *Burgus de modo procedendi ex abrupto q. 25. n. 20.* Et n. 28. dicit Foller. quod attenditur consuetudo loci infra quantum tempus quis possit banniri, contracta ultima contumacia in citatione ad capitula.

14 Forma banni traditur per Foller. d. rubr. banniantur. n. 4.

15 Alia forma banni traditur per Novarium in tract. de grav. vassall. tom. 3. grav. 9. n. 29.

Et formam relationis servientis Curie, quæ fieri debet post publicationem banni in ejus calce, ponit idem Novar. ibi n. 30.

16 Et contracta ultima contumacia in citatione ad capitula, antè supradictum bannum fit annotatio bonorum inquisiti. Const. Reg. grandis utilitas, & Prag. 20. §. 10. & Prag. 27. §. 24. de off. Magist. Justit. nam annotatio bonorum debet fieri, contracta contumacia. Grammat. conf. crim. 52. n. 1. & in Const. Reg. pœnam eorum. n. 21. Rota in florilegio. pract. conclus. concl. 9. n. 58. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 7.

- n.7. sed in practica servatur, ut annotatio bonorum possit fieri etiam ante citationem. Foller. pract. crim. rub. annotentur bona contumacis. n.1. circa medium. Chartar. d. cap.1. n.19. cum plur. num. seq. & præcipue n.21. & Guazzin. ad defensionem reorum. def.8. cap.1. n.2. sed quod de jure communi annotatio bonorum sit facienda post sententiam condemnationis, & non antea, tenent Peregrinus de jure Fisci. lib.5. tit.1. nu.196. & Rovit. rub. de sent. forjudic. n.13. sed opinio Foller. & Guazzin. servatur in nostro Regno per Const. Reg. grandis utilitas, ubi Affl. n.17. & desumitur ex Rovito d. nu.13. & quod annotatio bonorum fiat ante contumaciam, tenent Mastrill. de indulto. cap.22. nu.19. & seq. & Surdus de alimentis. tit.1. quæst.129. n.3. & per Pragm. 27. §.36. de officio Magistri Juitit. disponitur, ut statim apparente de delinquentibus, qui fortè non reperiuntur, & sint in fuga, fiat annotatio omnium eorum bonorum, & similiter statim inquisitis bannitis, seu reputatis contumacibus fideliter debet fieri annotatio omnium eorum bonorum mobilium, & stabilium, ut in d. §.36. Et hodie Officiales statim commissi delicto faciunt describi omnia bona delinquentis, & sequestrari, ne occultentur. Capic. in dec.13. t. n.5. & Thor. in cod. rerum judicatarum casu 60. miscell.10.
- 17 Et annus, infra quem quis perseverare debet in contumacia, ut possit forjudicari, incipit currere à die factæ annotationis bonorum. Grammat. conf. Crim.71. n.15. & conf. civil. 152. n.32. & Nigris in d.c. Reg. live quis n.19. ver. & talis annus, sed quod si forjudicatio sit facta, non præcedente annotatione bonorum, valeat, & non annulletur, ex eo, quod non fuit facta annotatio bonorum, dicit decisum. Franch. dec. 515. & dicit Danza de purgna DD. tom.1. tit. de forjudicatis. cap.1. n.4.
- 18 nam annus currit à die banni, etiam non facta annotatione bonorum. Riccius coll.1401. ver. animadvertas secundo. Unde non videtur tuta supradicta opinio, quod annus currat à die factæ annotationis bonorum, nam hodie de generali consuetudine Italiae annotatio bonorum non servatur, ut testantur Foller. pract. crim. rub. forjudicentur. n.1. circa medium. Leonardis pract. officialium. cap.12. num.35. Tartag. pract. crim. par.1. cap.6. post n.8. sed
- 19 bannum hodie succedit loco annotationis bonorum. Chartar. de exequut. sent. cap.1. nu.18. Boff. pract. crim. tit. de citationib. n.6. Natta conf. 542. n.5. lib.2. Bal. in l. absentem. C. de accusat. Menoch. conf.100. n.146. & Farinac. d. qu.11. post n.104. & bannum idem operatur, quam de jure annotatio bonorum. Chart. d. cap.1. n.126. & 409.
- 22 Et annotatio bonorum hodie non habet locum, nisi in bonis mobilibus. Augustinus in addit. ad Angel. Aret. de maleficiis. ver. qui Judex videns, quod inquisiti non compareant. n.8. Capicinus in d. dec.13. t. nu.4. & Chartar. d. cap.1. n.24. & seq. ubi dicit, quod in Ducatu Mediolani, & in Regno Neapolitano etiam immobilia annotantur, & in Regno Neapolitano est Const. Reg. grandis utilitas, & d. prag. 27. §.36.

23 Et annotatio bonorum tunc fit, quando pro delicto potest fieri universalis bonorum confiscatio. Guazzin. d. def.8. d. cap.1. n.1. & vide Follerium d. rub. annotentur bona contumacis. n.3.

24 Et in casibus, in quibus venit imponenda poena confiscationis bonorum, debet per Judicem fieri descriptio bonorum delinquentis per Inventarium coram tabellione, ne bona occultentur in damnum Fisci. l. fin. ff. de requir. Reis, & Gomez. variar. resol. lib.3. cap.9. n.2. Et in Urbe Romana transmittitur Notarius cum substituto Procuratore Fiscali ad domum delinquentis ad ibi describendum omnia ejus bona mobilia, quæ sic descripta in loco tuto, vel pœnès tertium deponuntur. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione. quæst.11. post n.4.

S U M M A R I U M.

- 1 **B**annum fieri debet, contracta contumacia, & elapso anno, à die dicti banni reus potest forjudicari, & annus currit à die promulgationis dicti banni, nu.2. & quid si tempus anni sit breviatum à statuto, quo tempore incipiat currere dictum tempus breviatum. n.29.
- 2 Sententia forjudicationis, si sit lata ante bannum, est nulla; amplius ut ibidem; sed in Regno Sicilia reus, elapso quatrimestri tempore potest forjudicari. n.4.
- 5 Trahens idum scopiæ ad necandum, etiam non sequuto effectu, potest forjudicari post quindecim dies à die contumacia, quod procedit etiam in Curii Baronalibus, ibidem. Limita, ut n.6. & 7. sed quoad alios, qui dolose intervenerunt, & non traxerunt idum scopiæ, debet expectari annus. n.8.
- 9 Annus expectari debet ad forjudicandum plures, qui commiserunt homicidium cum uno idum scopiæ, & ignoratur, à quo sit emissus dictus idus, & n.10.
- 11 Tempus dierum quindecim statutum ad aliquem forjudicandum in delictis factis cum armis igneis non currit, pendente tempore absentia, concessa ad denunciandum, vel pendente appellatione à denegata absentia.
- 12 Osculantes, & rapientes mulieres infra quantum tempus possint forjudicari?
- 13 Occidens innoxium pro noxio potest forjudicari elapso mense post contumaciam.
- 14 Provocans aliquem ad duellum quo tempore possit forjudicari?
- 15 Delinquens, si associetur cum forascentis, & cum ipsis deambulet, & delinquant per campaneam, si infra decem dies non compareat coram suo Ordinario, à quo fuit reputatus contumax, dicitur forjudicatus ipso jure.
- 16 Visus armatus cum armis igneis in comitiva quatuor bannitorum potest forjudicari infra quatuor dies.
- 17 Recaptum facientes, si citati ab eorum Ordinariis non compareant, elapsis quatuor diebus, dicuntur forjudicati, & traditur practica quomodo procedatur contra istos ad declarationem forjudicationis. n.18. & si sint capti vivi post contumaciam, an facta recognitione eorum personæ, sint citandi ad decem

- condemnum causam quare. num. 19.*
- 20 *Ignem immittens in aliqua re, vel occidens animalia illius, cui fuit petita quantitas pecuniæ, & ipsa non fuit missa, dicitur forjudicatus ipso facto, sed tamen est citandus, & debet declarari, haberi pro forjudicato. num. 21.*
- 21 *Laesa Majestatis crimen committens absens condemnatur absque citatione.*
- 22 *Bancherii decocti, si se absentent, & non compareant per sex dies si citati non compareant infra alios sex dies, possunt forjudicari.*
- 23 *Prorex potest dispensare ad tempus anni, qui datur ad forjudicandum, & dictum tempus breviate in delictis gravibus, amplius n. 25. & ipsa abbreviatio potest esse minus trium mensium, rejecta opinione aliorum contrarium tenentium. n. 26.*
- 24 *Tempus anni ad forjudicandum, si sit breviatum à Prorege contra reum contumacem, ipse contumax est iterum citandus ad informandum, & ad capitula cum inserta forma dicta breviationis.*
- 25 *Sententia forjudicationis lata post tempus breviatum à Prorege est valida.*
- 26 *Tempus ad forjudicandum currit, pendente guidatico, & pendente guidatico, potest proferri sententia forjudicationis contra guidatum, qua sententia prolata, dicitur sublatum guidaticum de jure Regni, secus de jure communi.*
- 27 *Indultandus, pendente discussione indulti non potest forjudicari pro delictis factis ante tempus alicujus servitii, propter quod sit indultandus de ipsis delictis.*
- 28 *Carceratus, si sit condemnatus ad mortem, & tempore, quo contra eum sententia executioni demandari debebat, aufugit, an statim possit forjudicari, & permitti, ut ab omnibus possit impune occidi?*
- 29 *Reus, si purgaverit indicia, & sit habilitatus de se presentando, novis supervenientibus indicibus, si nova superveniant indicia, & Reus ipse citetur ad se presentandum, si non compareat, potest forjudicari.*
- 30 *Delegatus tenetur servare formam delegationis.*

C A P. X.

Intra quantum tempus post commissum delictum quis possit forjudicari?

- 1  *Ommissio delicto, de quo venit imponenda pœna mortis naturalis, delinquens citatur ad informandum, & ad capitula, ut dixi supra cap. 5. nu. 2. & effectu contumacie in citationibus, inquisitus pœnitur in banno, ut dixi supra cap. precedenti. n. 1. & 7. quo posita, & elapso anno à die banni, inquisitus potest forjudicari. Const. Reg. pœnam eorum, & Novarius dec. 33. n. 1. & 2., & annus currit à die banni, ut in d. Const. Reg. pœnam eorum.*

ubi Affl. n. 12. Rovit. rub. de sent. forjud. n. 4. & Angelis ad Gizzarell. dec. 13. n. 8. & dec. 17. n. 3. ubi n. 4. dicit, quod in Ma. C. V. non fit bannum, sed annus currit à die ultimæ contumaciæ, contractæ in citatione ad capitula, & diximus supra cap. precedenti. n. 9. 10. & 12.

- 3 *Quod si sententia forjudicationis sit lata ante annum, sententia est nulla. Carrerius pract. crim. tit. de appellatione. ver. septimus casus est. n. 49. fol. mihi 17. à tergo, & Novar. de gravam. vassallor. tom. 3. gravam. 9. n. 15. & hoc dato, quod Judex esset certus, contumacem non comparuisse post annum, nam adhuc si proferat sententiam forjudicationis ante annum, ipsa est nulla. Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum. nu. 21. Amplius etiam dato, quod deinde forjudicatus persistat in contumaciam per annum, nam, elapso anno, non convalidatur sententia forjudicationis lata ante annum. Affl. in Const. Reg. grandis utilitas. n. 25. in fine, & in Const. Reg. pœnam eorum. n. 19.*

4 *Et in Regno Siciliae ultra Pharum, elapso quatrimestri tempore, Reus potest forjudicari. Mastrill. de indulto. cap. 14. n. 1. & cap. 30. post n. 4. & Virg. de legit. personæ. c. 31. n. 21. sed in Regno Neapolitano, elapso anno, ut diximus.*

5 *Verum in pluribus casibus in Regno Neapolitano tempus anni est breviatum, &*

Primo, quando quis interficit aliquem iſtu scopiæ; quia tunc interficiens, elapsis quindecim diebus numerandis à die ultimæ contumaciæ contractæ in citatione ad informandum, & ad capitula, potest forjudicari. Pragm. 48. de armis, quæ hodie est 2. de iſtu scopiæ, quæ fuit confirmata per Pragm. 3. de iſtu scopiæ, & postremo hoc fuit confirmatum per Pragm. 4. de armis tom. 2. Novar. de gravamin. vassall. tom. 3. gravam. 9. n. 22. Rota in florilegio. pract. conclus. concl. 9. n. 77. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sententia forjudicationis. cap. 6. per totum. Quæ Pragmaticæ procedunt etiam in Curis Baronialibus. Pragm. 10. §. 48. de offic. Jud. Et hoc etiam procedit, si quis trahat iſtū scopiæ, & non sit sequuta mors, nam adhuc potest forjudicari cum breviatione dierum quindecim, ut colligitur ex d. Pragm. 2. & ex d. Prag. 3. de iſtu scopiæ, & in specie Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 314. & punitur pœna mortis. d. Pragm. 1. & d. Pragm. 3. de iſtu scopiæ, & simile statutum est in Regno Siciliae, ut testatur. Mastrill. dec. 155., & idem est in Lusitania. Gava dec. 170. & Novarius in prag. 1. n. 1. de iſtu scopiæ, & ibi Rovit. n. 1., & fuisse practicum in Regno Neapolitano testatur. Grammat. dec. 36. post n. 12. at vide Mari ibi. Quod procedit, etiam si absque pilæ emissionem, ex focono tantum flamma corruscaverit, si tamen constet, pilam inherere in corpore; aliàs deficeret delictum in genere. Riccius coll. 1363. Rovit. d. prag. 1. de iſtu scopiæ. Mastrill. d. dec. 155. & vide Campanam de forjudicatione. resol. 1. n. 1. usque ad n. 4. & non confecto de corpore delicti, talis trahens iſtum scopiæ debet liberari, ut ita decisum referunt. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 323. in ultima impressione, & Thor. in supplem. dec. ver. delictum, fol. 156., & in Cod. rerum judicat. casu 46., & in voto 26. tom. 1. & Mascard. in prat. criminali

nali rubrica de ictu scopiæ num. 14. ubi num. 6. dicit, delictum in genere esse probatum, si constat illius ictus sonum, siue strepitum auditum fuisse, fumoq; viso siue flamma, & idem tenet Marinis d. cap. 3. n. 6. sed veritas est, quod requiritur, ut post emissionem ictus, vestigia plumbi illico appareant propè locum delicti, ne dicatur delictum in genere probatum, vel requiritur, ut testes deponant vidisse trahentem ictum scopiæ ponere pulverem, & pilam plumbeam in corpore scopiæ, & postea per eum fuisse tractum ictum scopiæ, ut dicit Muscatell. ubi supra num. 14. ubi cum pluribus seq. dicit, etiam sufficere, si hoc probetur per confessionem rei, quod ego non admitterem nam delictum in genere non potest probari per confessionem rei, sed aliunde constare debet, ut delictum est supra in cap. 4. post num. 1. & quis torqueri non potest ad habendum delictum in genere, ut dictum est in practica torquendi reos cap. 3. n. 16. cui multa adijunxi.

Et d. Prag. 1. de ictu scopiæ, disponens, ut trahens ictum scopiæ contra alium, etiam non sequuto effectu, puniatur pœna mortis; habet etiam locum, si quis trahat ictum scopiæ contra se ipsum, nam vigore d. Prag. 1. potest puniri penâ mortis, effectu non sequuto, per text. in l. final. §. sic autem. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam, & ex dictis per Farinac. pract. crim. tit. de homicidio. q. 128. n. 44. & seq. & per Grammat. in d. dec. 44. n. 4. & 5. & ibi Mar. unde Clericus verberans, seipsum incidit in panam excommunicationis, cap. non licet. 23. quæst. 5. Grassus de effect. cler. effect. 9. n. 82. & seq. Grammat. in d. dec. 44. n. 2. & ibi Mari. & vide infra cap. 17. n. 61. & vide Debenne de immunit. Eccles. cap. 2. dubit. 4. sect. 8. per totam. lib. 1.

6 Sed tunc trahens ictum scopiæ, non sequutâ morte, ponitur pœnâ mortis, quando est solitus delinquere, & appenlatè trahit ictum scopiæ, aliàs, uno ex his duobus deficiente, non punitur pœnâ mortis, Gizzarelli. decif. 25. & successivè non potest forjudicari ex his, quæ dixi supra cap. 3. n. 1. & 2. sed Campana de forjudicat. resolnt. 1. à n. 5. usque ad 19. approbat, quod ut trahens ictum scopiæ puniatur pœnâ mortis, non sequuto effectu, requiratur, ut trahat ictum appenlatè, sed non approbat, quod requiratur, ut sit solitus delinquere, nam dato, quod non sit solitus delinquere, adhuc non sequuto effectu, punitur pœnâ mortis, & potest forjudicari, & ita postea fuit statutum per Pragm. 32. de armis, §. item declaramo, per quam disponitur, ut d. Prag. 1. de ictu scopiæ procedat contra omnes, licet non sint facinorosi, dummodò tamen hoc faciant appenlatè ut diximus. & probatur in d. prag. 3. de ictu scopiæ. tom. 1., & in prag. 5. in fine eodem tit.

7 Immo si statutum disponat, ut trahens ictum scopiæ, puniatur pœnâ mortis, etiam non sequutâ morte, & licet hoc sit in rixâ, tamen si quis trahat ictum scopiæ ad sui defensionem, puta, quia fuit provocatus ab adversario cum eisdem generibus armorum, in hoc casu non punitur pœnâ mortis, Cabal. resol. crim. casu 88. & Campana d. resol. 1. n. 20. & consequenter non potest forjudicari, ut

dixi sup. cap. 3. n. 68. nam statutum hoc generale, & simpliciter loquens de rixâ, non videtur propriam tollere defensionem, sed videur illam reservare, Alex. conf. 113. n. 8. lib. 5. Decius in l. ut vim n. 9. ver., & talis defensio, fidei iur. & jure. Marf. sing. 59. & Bal. conf. 111. n. 1. lib. 4. nam defensio propriæ personæ est de jure naturæ, ita ut statuto tolli non potest, d. l. ut vim, & Cabal. d. casu 88. n. 2. ubi n. 3. dicit, quod neque Papa, vel Imperator possunt naturalem defensionem tollere, Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, q. 125. n. 12. & seq. Immo pactum, quod non liceat se defendere, non valet, Cabal. resol. crim. casu 101. n. 42.

Ista super solida fundamenta elapso anno uti advocatus S. Domus. A. G. P. Neapolis patrocinaui causam Dominici & Petri l'asqualis ejus subditorum Terra Cucciani, qui à Provin. ciali Audientiâ fuerunt contemnati primus ad Triremes vitâ durante, secundus clauso Præsidio per septem annos causâ homicidii commissi in personam Francisci Fucillo, & ob dictam defensionem victoriam reportavi, quia d. Dominicus per M. C. V. fuit condemnatus ad Triremes pro octo annis, & d. Petrus ad exilium per annos septem, & indefensione, quam vulgari sermone, uti mos est, facere curavi, inter cetera ita dixi.

Oltre di che qui siamo nel caso della difesa, e la prammatica generalmente parlando, non deve intendere, che voglia togliere a ciascheduno la difesa della propria vita, ma che quella voglia conservare. Bald. conf. 111. Alex. conf. 112. col. 8. n. 8. lib. 5. Decius in l. ut vim n. 9. ff. de iust. & iur. Marf. sing. 89. Cabal. resol. crim. cas. 88. num. 1., o alla peggio doverassi intendere d. divieto di pramma. quando il delinquente è autore della rissa. Cabal. de omni genere homic. n. 373. Farinac. qu. 126. n. 48. Mastrill. dec. 287. n. 19. Vermigliol. conf. 28. n. 5. Ciriac. controuv. 420. n. 28. O quante volte la difesa di se stesso fusse ingiusta. gloss. in l. ut vim. in gloss. 1. in princ. vers. Idem Opponitur. ff. de iust. & iur. Farinac. qu. 125. n. 112. Imperciocchè se lo statuto togliesse la lecita difesa, sarebbe iniquo, nullo, ed invalido, perche la difesa naturale, ne per il Rè, ne per il Papa si può togliere. l. ut vim. ff. de Instit. & iur. dove Bartol. al num. 5. Bal. al n. 1., & Decio al n. 2. Clem. pass. de re iudicat. glossa in l. pactum gloss. magna circa finem. Marf. in pract. crim. §. quoniam. num. 76., & seq. vers., & rati o est. Cabal. loc. cit. n. 2. & 3. Altrimenti ne sortirebbe, che chi porta d. arma potesse essere da ciascheduno battuto, ed offeso, senza potersi difendere colla medesima, qual cosa anche alli bruti dalla natura si concede. l. 1. §. arietes. ff. de quadrupes paup. sec. Dunque se è permessa la difesa, può questa farsi anche con l'armi proibite, perche, Permissio aliquo actu dicitur, & permissum omne id, per quod pervenitur ad illum. Afflict. in const. quicquid, n. 1. vers. an autem. Carrer. in pract. cr. §. 13. vers. & facit. Ed in punto nelli termini di simile statuto, & divieto sostiene ogni cosa detta di sopra. Cabal. nelle risoluzioni criminali nel caso 62.

Sed licet d. Prag. 1. de ictu scopiæ, disponat, ut trahens ictum scopiæ appenlatè contra aliquem, etiam, quod effectu non sit sequutus, nec ictus nocuerit, puniatur pœna mortis,

mortis, tamen potest Judex ex potestate sibi a lege concessa mitigare hanc pœnam, si vult, licet hoc ex necessitate non teneatur facere, Capyc. dec. 155. n. 5. Affl. dec. 276. n. 8. Farin. pract. crim. tit. de homicidio, q. 124. n. 74. cum plurib. seq. Campana de forjudicat. resol. 16. n. 31. Sperellus decif. 137. n. 46. part. 2. & Foller. in d. prag. 1. n. 62. sed quod Judex non possit mitigare pœnam, tenet Muscatell. in d. rub. de ictu scopictæ. n. 24. Et d. prag. non habet locum contra mandantem, qui non punitur pœnâ mortis, si mors illius, contra quem ictus emissus fuit, sequuta non sit, sed punitur pœnâ extraordinariâ. Nigris super cap. Regni in praludio. n. 40. & seq. Et idem est in dolosè opem præstante, & assistente cum emittente ictum scopictæ, qui non punitur pœnâ mortis, homicidio non sequuto. Campana de forjud. resol. 1. n. 10. & seq. & Foller. in d. prag. 1. n. 61. de ictu scopictæ. Sic etiam si duo inimici casu se obviam faciant, alter in alterum tentat emittere ictum scopictæ, si re integrâ impeditus non emittit, non punitur. Thor. in cod. rerum jud. casu 43.

- 8 Sed si sint plures in committendo homicidium, & unus tantum trahat ictum scopictæ, & interficiat aliquem, trahens ictum scopictæ, forjudicatur cum breviatione termini dierum quindecim, & non alii, qui dolosè interveniunt in homicidio cum armis igneis, & non traxerunt ictum scopictæ, nam quoad istos debet expectari annus. Merlinus controvers. forens. cap. 47. tom. 1. rejecta opinione Thori comp. decif. tom. 2. ver. Pragmatica ictu scopictæ, & in tom. 3. ver. assistens fol. 75. in col. rerum judic. alleg. 41. contrarium decifum referentis, & licet secundum opinionem Thori teneat Campana de forjud. resol. 1. à num. 12. usque ad num. 19. tamen secundum opinionem Merlini, ita aliàs fuisse decifum testatur Riccius collect. 3563. par. 8. & idem Thorus sibi contrarius in comp. dec. part. 1. ver. sententia, fol. 503. & in supplem. dec. ver. procedi, fol. 504. Et idem puto contra mandantem, aliquem interfici ictu scopictæ, nam sequuto effectu, mandans non potest forjudicari, elapsis quindecim diebus, sed debet expectari annus, sed tantum mandatarius potest forjudicari, elapsis quindecim diebus, ex d. per Farinac. in pract. c. im. tit. de consultoribus, q. 135. à n. 96. cum plurib. seq. & per Menoch. de arbit. judic. casu 353. n. 14. cum plurib. seq. & licet Thor. comp. decif. tom. 1. ver. mandans, fol. 329. & in addit. ad Grand. de bello exulum, speciali 55. ad n. 4. in fine, teneat, quod etiam contra mandantem possit procedi ad forjudicationem cum breviatione, cum quâ potest procedi contra mandatarium, tamen contra Thorum, tenent Merlinus d. cap. 47. n. 21. & seq. & Campana de forjud. resolut. 1. n. 13. sed assistens in homicidio proditorio, punitur eadem pœnâ, quâ, principalis proditor punitur sed si principalis delinquens non commisit homicidium proditorium, & talis socius assistebat proditoriè, non punitur pœnâ proditoris impositâ, sed punitur eadem pœnâ, quâ punitur principalis, & non majori pœnâ, Cabal de omni genere homicidii, n. 412. & seq. Sed hæc procedunt quoad pœnam imponen-

dam, & non quoad breviationem temporis forjudicationis, vel quoad pœnam ducatorum mille impositam contra committentes delicta cum armis igneis per Prag. 28. de armis, & prag. 4. de ictu scopictæ tom. 2. nam contra intervenientes dolosè in homicidio facto per alium cum armis igneis, vel contra mandantes non habet locum pœna ducatorum mille, dum Pragmatica loquitur contra committentes delicta cum armis igneis, ergo non debet extendi contra assistentes, & mandantes ex supradictis, Ballis tract. var. lib. 4. q. 7. per totum, sed hodiè per Prag. 5. de ictu scopictæ. tom. 2. ponitur, ut contra astantes, & auxilantes in delictis factis ab aliquo cum armis igneis, possit procedi per M.C.V. vel per Regias Audientias ad sententiam forjudicationis cum breviatione dierum quindecim, & contra eos potest exigi pœna ducatorum mille, ut in Prag. 32. ac armis. tom. 2. Sed d. Prag. loquitur de M.C.V. & de Regiis Audientiis, ut illæ possint procedere contra astantes, & auxilantes ad sententiam forjudicationis cum breviatione dierum quindecim, & non loquitur de Curiis Baronalibus, unde quoad Curias Baronaes adhuc durat quæstio, nam prag. loquens de M.C.V. non extenditur ad alias Curias, ut desumitur ex prag. 1. & 3. de relegatis, & vide Follerium in practica crim. rub. notatos capiat de persona. n. 28. & Marcel. Calâ de modo articulandi, & pro §. 1. gloss. 2. n. 14. in fine prout etiam durat in mandante, qui non potest forjudicari cum breviatione dierum quindecim, nam dictæ Pragmaticæ loquuntur de astantibus, & auxiliatoribus, quæ non debent extendi ad mandantem, dum sit statutum pœnale, quod non debet extendi de casu ad casum, & de persona ad personam, Rovit. Prag. 1. n. 21. & seq. de assass. ubi n. 1. dicit, quod dispositio loquens de mandatario, non comprehendit mandantem.

Et statutum pœnale loquens de mandatario, non comprehendit mandantem. Nigris in d. praludio n. 35. & 38. Catalanus de indulto. cap. 20. n. 51. & Grammat. dec. 27. n. 7. ubi n. 8. dicit, quod in penalibus durum est legem extra casum in iure expressum extendere, & idem tenet in dec. 47. n. 4. & Mar. ibi d. n. 7. quid de statuto puniente falsificantem rescriptum Principis, an locum habeat in mandante, & ibi d. n. 8. An, & quando in penalibus de jure admittatur extensio de casu ad casum. Et statutum imponens pœnam facienti, non habet locum in mandante, de quo latè per Ballis tract. var. lib. 4. q. 7. per totum, & per Jaf. in l. si quis n. 36. & seq. ff. de jurisdict. omnium Jud. Et statuta extra propriam verborum significationem extendi non possunt, & præsertim quando à regulis juris sunt exorbitantia, & in eis fit strictissima interpretatio. Merlin. controvers. for. lib. 1. cap. 18. n. 1. & 2. Et licet Capitula, Constitutiones, & Pragmatica hujus Regni dicantur Jura communia in Regno, tamen non extenduntur ad casus, de quibus non loquuntur, cum sint stricti juris. Nigris d. praludio an. 35. usque ad 46. & Grammat. dec. 47. n. 5.

- 9 Sed quæritur quid si erant tres intus domum, vel in alio loco armati cum scopictis flu-

studiosè, & communicato consilio ad aliquem occidendum, & unus ipsorum trahit ictum scopiæ, & interficit occidendum, sed non constat de emittente ictum, an omnes possint forjudicari, elapsis quindecim diebus, juxta Prag. 2. de ictu scopiæ, & prima facie videtur dicendum maximè, nam homicidium factum à pluribus unico vulnere, licet non constet de vulneratore, tamen omnes tenentur de homicidio, Grammat. conf. crim. §. nu. 1. Ghirl. de relaxatione carcerati, rub. de absolutione innocentis, ver. sexto quæro, num. 1. & seq. Cabal. resolut. crim. casu 192. in princip. & Farinac. pract. crim. tit. de pœnis temperandis, q. 96. nu. 18. & 72. cum plur. seq. Secus si hoc sit in rixa, & vulneratus non habeat, nisi unicum vulnus, vel minora vulnera, & pauciora, quàm fuerunt rixantes, quia tunc nemo ipsorum rixantium debet puniri pœna mortis, gloss. in l. item mela, §. sed si servum pluries, ff. ad leg. Aquiliam, Marfil. in l. 1. num. 90. ff. ad leg. Cor. de Sycariis, Cabal. d. casu 192. num. 12. Chartar. de exequut. sent. in præfatione, n. 55. & in cap. fin. à nu. 237. usque ad n. 253. Foller. pract. crim. rub. pœnis debitæ feriantur, n. 26. Farinac. d. q. 96. n. 14. cum plurib. seq. & præcipue nu. 21. cum plurib. seq. & ita decisum tenetur Thesaurus dec. 31. n. 5. & vide Thorum in cod. rer. jud. casu 44. Sed si fuit appensatè, & animo deliberato, tunc omnes puniuntur pœna in mortis, dato, quod non constet de vulnerante, Thes. dec. 31. & Clar. pract. crim. §. homicidium, ver. alia etiam est; licet contrarium teneant Boss. pract. crim. tit. de homicidio, n. 26. & Affl. in Constit. Regni terminum vitæ n. 27. Tamen prima opinio est vera, nam agens, & opem dolosè præstans in delicto pari pœna puniuntur. l. item mela, §. si alius, ff. ad l. Aquiliam Thor. in compend. decis. tom. 3. ver. assistens, fol. 76. & 77. quod intelligo, ut per Farinac. in pract. crim. in tit. de consultoribus, q. 131. part. 1. à nu. 1. usque ad num. 101. per Thesaurum in quæst. forensi 46. lib. 1. per Guazzin. ad defensionem reorum, dec. 23. cap. 10. per Menoch. de arbit. Judic. casu 349. à n. 7. ad n. 20. per Thorum in cod. rer. judic. alleg. 16. & per Rovit. in prag. 1. n. 29. de falsis. Sed omnia supradicta procedunt quoad pœnam imponendam, sed an contra omnes possit procedi cum breviatione dierum quindecim servata forma Prag. 2. de ictu scopiæ; dicas quod minimè, & sit expectandus annus, quoad omnes ratione incertitudinis, cum ignoretur quis emisit ictum scopiæ, d. Prag. 2. quæ loquitur de emittente, vel occidente aliquem cum ictu scopiæ, & dum ignoretur de illum emittente, licet omnes puniantur pœna mortis, ut diximus, tamen contra eos non potest procedi ad sententiam forjudicationis cum breviatione dierum quindecim, sed contra omnes est expectandus annus. Farinacius d. q. 96. n. 56. & Campana d. resolut. 1. n. 25. Et Thorus in Compend. dec. tom. 1. ver. sententia, fol. 503. nam in dubiis nemo est condemnandus, Anna alleg. 58. num. 15. & melius est nocentem dimittere, quam innocentem condemnare, l. absentem, ff. de pœnis, & in obscuris media via est tenenda, l. Titius, ubi Alex. ff. ad S. C. Trebell. & in

ambiguus, quod est minimum. sequi debet 1. semper in obscuris, ff. de regulis juris cap. in obscuris. de regulis juris in 6. Thes. dec. 89. Et in ambiguis quæstionibus semper pro reo est respondendum, & in criminalibus mitior opinio in dubiis quæstionibus est servanda, Grammat. conf. crim. §. n. 9. & semper in pœnis benignior interpretatio est facienda, cap. in pœnis, de regulis juris in 6. & in criminalibus semper tenenda est opinio, quæ in mitiorem, & benigniorem partem tendit, l. interpretatione, ff. de pœnis, l. factum cuique suum, §. in pœnalibus, ff. de regulis juris, Cabal. resolut. crim. casu 200. nu. 145. Hinc est, quod licet si in veniantur arma propè pedes alicujus, præsumatur, apposita esse ab eo, Bal. in l. 3. §. 1. ff. de off. Præfati vigillum, licet Marfil. pract. crim. §. pro complimento, num. 28. teneat contrarium, sed secundum opinionem Baldi, dicit esse statutum Florentiæ, Cabal. resolut. crim. casu 230. num. 1. & idem fuisse statutum in statu Ecclesiastico, quando arma non distant ab homine ultra sex pedes, dicit Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminib. q. 108. num. 163. & tamen si sit inventus culter propè pedes multorum, & nescitur, à quo fuit projectus, si veniat imponenda pœna pecuniaria, omnes tenentur ad pœnam pecuniariam, sed unica pœna solvitur ab omnibus, sed si sit imposita pœna corporalis, omnes absolvuntur ratione incertitudinis, Cabal. casu 102. n. 5. 14. & 16. & casu 230. Sanfelice. dec. 255. Farinac. d. q. 108. n. 159. & seq. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de armis, cap. 3. num. 1. cum plurib. seq. nam inermis, si reperiatur cum aliis armatis, non punitur pœna asportationis armorum, Marfil. d. §. pro complimento, nu. 37. Hinc est, quod si sit contrarietas inter testes utriusque partis; puta si testes producti ab una parte dicant unum, & alii producti ab altera parte contrarium dicant, licet præsumatur falsitas in una parte, tamen ratione incertitudinis, non dicitur falsitas, & nemo testium puniri potest de falso Grammat. dec. 60. n. 1. & seq. & ibi Mari, qui loquitur etiam de contrarietate, & repugnantia apparente in eodem instrumento, & an instrumentum, quod est diversum a protocollo, probet. vide Farinac. de Testibus qu. 65. par. 1. à n. 5. cum pluribus seq. & Rovit. in prag. 1. n. 32. de falsis.

10 Sed licet expectetur annus, tamen elapso anno, omnes possunt forjudicari, dato, quod unus ictus sit emissus à pluribus, & non constet de emittente, Clar. d. §. homicidium, ver. sed hic incidenter, in fine, Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 239. & Farinac. d. q. 96. n. 61. & pœna ducatorum mille imposita per d. prag. de armis, & de ictu scopiæ potest exigi, sed unica pœna solvitur ab omnibus, qui interverunt in homicidio, dato, quod non constet de emittente ictum scopiæ, Cabal. d. casu 230. & Sanfelice. d. dec. 255. Immo si plures eodem instanti, & quilibet ipsorum trahat ictum scopiæ contra aliquem, & eum occidant, in hoc casu, unica pœna ducatorum mille debet solvi per omnes delinquentes, & non tot pœnæ debentur, quot sunt illi, qui traxerunt ictum scopiæ, Nellus de bannitis. in 2. p. 2. temp.

temp.n.20. *Follerius in prag.de forjudicatis n. 22.* Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionibus, q. 107. num. 359. qui dicunt, quod si statutum concedit præmium capienti bannitum, si sint plures, qui caperunt bannitum, omnes capientes unicum præmium habere debent, & non unicuique est dandum præmium, ergo si in favorabilibus hoc procedit, à fortiori procedere debet in pœnabilibus, arg. cap. odia, de reg. juris in 6. Sed hodiè per d. Prag. de armis §. fin. est contrarium, nam disponitur, ut etiam astantes, & auxiliatores teneantur ad pœnam ducatorum mille pro delicto facto ab aliquo cum armis igneis, & contra eos potest breviri tempus forjudicationis, ut supra diximus n. 8. & in delictis quilibet delinquens tenetur ad unam panam, & uno ex delinquentibus solvente suam panam, alius non liberatur. l. vulgaris. §. finali; ff. de furtis litem mela. §. sed si plures; ff. ad l. aquilam. & l. 1. Cod. de conditione furtiva, & Zap. pullus in prag. §. 4. n. 8. & 9. de admist. Univ. & probatur in l. adeo, ff. de jurisdict. omnium judicium.

Quæritur etiam, quid si quis studiosè, & appensatè animo occidendi suum inimicum, ei trahat ictum scopiæ, & eum non vulnens, in continenti occidat cum cultro magno an contra istum possit procedi ad sententiam forjudicationis cum breviatione dierum quindecim, vel debeat expectari annus? & dicas, quod potest forjudicari, elapsis quindecim diebus à die ultimæ contumaciæ contra-ctæ in citatione ad informandum, & ad capitula, Marinis quotid. resolut. cap. 214. tom. 1. & Thor. in suppl. dec. ver. forjudicari fol. 241. & faciunt dicta per nos supra hoc eod. cap. n. 5.

11 Quæritur etiam, quid si in ultimo peremptorio sit allegata causa absentia, & sit concessa ad instantiam alicujus consanguinei inquisiti, an pendente tempore absentia currant quindecim dies, qui debent expectari, ut quis possit forjudicari? & videtur dicendum quod maxime, nam d. prag. 2. de ictu scopiæ, dicit, quod interficiens aliquem ictu scopiæ, elapsis quindecim diebus numerandis ab ultima contumacia contracta in citatione ad informandum, & ad capitula potest forjudicari, sed ultima contumacia dicitur contracta non obstante petita absentia, nam in termino ad denunciandum dicitur, firma remanente contumacia, ut dixi supra c. 8. num. 105. ergo, &c. sed contrarium videtur esse verum, & sic, istud tempus dierum quindecim non currere, durante dilatione concessa ad denunciandum, & primò per tex. in auth. si tamen in medio, C. de temp. & reper. appellat. & in clem. quamdiù de appellat. ubi habetur, quod si causa sit compromissa, & per expirationem compromissi causa agitur coram Judice ordinario, tempus compromissi non computantur in tempore instanti primo loco inceptæ coram Judice Ordinario secundo facit, nam si in causa principali incidat quæstio, quæ debet remitti ad Judicem Ecclesiasticum, & illud incidens sit remissum Judici Ecclesiastico, pendente discussione facienda per Judicem Ecclesiasticum super illud incidens, non cur-

rit instantia in causa principali, Capyc. dec. 11. n. 10. tertio pro hac ultima opinione facit text. de jure Reg. in Prag. 15. §. che la parte, de suspicionem offic. ubi habetur, quod infra quatragesima dies adie primæ petitionis notificatæ principali potest Judex allegari suspectus; quod si principalis sit absens, & detur terminus ad denunciandum, terminus dierum quatragesima incipit currere a die, quo elapsus est terminus prædictus datus ad denunciandum. Quarto facit prag. 4. §. 25. de dilationib. ubi habetur, quod omnes exceptiones, etiam modificativæ, quæ possunt apponi adversus sententias, debent apponi infra triginta dies a die notificationis sententia, & tamen si principalis sit absens, & detur terminus procuratori ad denunciandum principali, terminus dierum 30. incipit currere à die, quo elapsus est terminus datus ad denunciandum. ultimo facit ratio, nam pendente dilatione officium Judicis conquiescit, & tantum pendente dilatione est nullum ipso jure l. si pars Cod. de dilat. & Maranta in suo speculo part. 4. dist. 16. n. 68. & ibi Follerius.

Quæritur hinc etiam quid si in ultimo peremptorio citationis ad informandum, & ad capitula sit allegata absentia citati per ejus consanguineum, & sit denegata per judicem, & sit appellatum à denegata absentia? quæ denegatio debet admitti, ut dictum est supra cap. 8. num. 91. & Judex à quo sit inhibitus per Judicem ad quem ut non procedat, an remissa causa per Judicem ad quem Judici, à quo tempus appellationis impediatur cursum dierum quindecim, qui debent expectari, ut quis possit forjudicari? & videtur dicendum quod maxime; primo per doctrinam Baldi in l. contra majores. circa finem. Cod. de inoffic. testam. & Capicci dec. 11. post n. 9. qui dicunt, quod dum disputatur de mandato, non currit peremptorium, secundo facit text. in d. l. contra majores, C. de inoffic. testamento, ubi habetur, quod infra quinquennium potest dici de inofficioso testamento. & tamen si sit dictum de nullitate d. testamenti, pendente judicio ipsius nullitatis, non currit tempus quinquennii, infra quod potest dici de inofficioso testamento. tertio facit doctrina Thesauri dec. 10. n. 10. & Arnon. in cautela 20. ubi dicit, quod si lata sententia contra te, infra decem dies, qui dantur ad appellandum, vigore Auth. hodiè, C. de appellat. dixisti de nullitate sententiæ, & lucumbuisti super nullitatibus, non obstante, quod sint elapsi decem dies, qui dantur ad appellandum, tamen poteris appellare, nam pendente judicio nullitatis, non currunt illi decem dies, qui dantur ad appellandum, quarto facit doctrina Sanfelici dec. 406. ubi dicit, quod tempus in indulto statutum ad obtinendam remissionem partis offensæ non currit, pendente lite inter vassallum, & Baronem, an ipse includatur in dicto indulto. Ultimo facit doctrina Roviti in dec. 18. n. 3. & Bianchi de compromisso, quæst. 6. de effectu compromissi. in 2. effectu. vers. adducitur, qui dicunt, quod pendente articulo decidendo si articuli sint admittendi, vel non, terminus ad probandum datus non currit, sed in contrarium facit decisio relata per Marinis quotid. resolut. lib. 1. cap. 330. n. 3.

ubi

ubi dicit, fuisse decisum, quod si alicui sit concessus terminus dierum triginta, ad examinari faciendum suos testes citatos, si ipse appellavit à brevitate dicti termini, & succumbat in causa appellationis, si pendente causa appellationis sit elapsus terminus iamdictus, amplius non auditur ad examinandum d. testes, facit etiam decisio relata per Rovitum in dec. 18. & in prag. 16. n. 2. cum pluribus seq. de ordin. judic. ubi dicit, quod si persona privilegiata appellavit à decreto publicationis, et succumbat in dicta appellatione, si pendente dicta appellatione sit elapsus tempus, infra quod persona privilegiata potest petere primum, & secundum beneficium juxta d. prag. 16. persona privilegiata amplius non potest petere dictum primum, & secundum beneficium, & faciunt etiam dicta per Grammat. in cons. crim. 54. n. 20. & in cons. civil. 148. per totum, & per Francib. dec. 327.

Queritur quoque quid si contra occidentem aliquem ictu scopiæ sit processum ad sententiam forjudicationis cum termino ordinario unius anni, & non cum termino extraordinario dierum quindecim, juxta dicta prag. 2. & 3. an sententia forjudicationis sit valida? & dicas, quodd maxime. Campana de forjudicat. resol. 5.

- 13 Secundò de osculatores, & rapientes mulieres possunt forjudicari infra sex menses, non expectato anno, cap. Reg. ut sine mortalis peccati, sed hodiè per prag. 1. tit. de oscul. mulieres, de osculans mulierem per vim potest forjudicari, elapsis tribus mensibus, Rovit. rub. de sent. forjudicat. n. 6. Rota d. conclus. 9. n. 91. vers. secundus est casus & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sententia forjudicationis, cap. 9. quod non puto, extendi in raptore mulierum, nam hic non potest forjudicari, nisi elapsis d. sex mensibus, juxta d. cap. Regni, ut sine mortalis peccati, Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sententia forjudicationis, cap. 8. per totum nam d. Prag. 1. brevians tempus in tribus mensibus, contrà osculatorem mulierum, non debet extendi ad raptorem mulierum, nam pœnæ sunt restringendæ, & non ampliandæ, cap. odia, de regulis juris in 6. & quando duo casus aequiparantur à jure, & aliquid in uno panale statuitur non intelligitur statutum idem in alio casu omisso. Sanfel. dec. 417. n. 27. sed quod d. prag. 1. brevians tempus in tribus mensibus contrà osculatorem mulierum, debeat extendi ad raptorem mulierum, facit ratio, nam ubi duo sunt æquiparata à jure veteri, lex nova disponens super uno, censetur idem disponere super altero, l. ut tantum. ff. de servo corrupto, l. si quis servo persuaserit, ubi glos. C. de furtis, Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 208. Bar. in l. quod verò, ff. de leg. Gen uenl. pract. Archiep. Neap. cap. 21. post n. 2. Delbene de immunit. Eccles. lib. 2. cap. 6. dubit. 11. sect. 1. n. 10. Mastrill. dec. 216. n. 34. & 35. tract. var. lib. 5. in præludiis. n. 2. & Palma in sua pract. par. 2. glossa 7. n. 14. Quod procedit, si sit facta æquiparatio in illa materia, licet non sit facta in illo individuo. Benitendis decis. 78. num. 6. & Nigris in cap. Reg. ad hoc, num. 162. ergo, & sed ego non discedo à

prima opinione, & supradicta ratio potest procedere in favorabilibus, secus in odiosis, & pœnalibus, & statutum corrigens jus commune in uno casu, non extenditur ad alium, l. præcipimus in fine, C. de appellat. & extensio in correctoriis non solum à simili, sed à majoritate rationis non est licita, Viv. com. opin. lib. 1. opin. 107. Verùm raptor potest impunè interfici à consanguineis raptæ tempore, quo aufugit cum raptâ in flagranti crimine, si sit de crimine convictus, l. unica, C. de raptu virg.

- 13 Tertiò si quis occidat consanguineum ex odio, quod habet cum alio consanguineo occisi, in hoc casu est brevium tempus anni ad unum mensem, quo elapso, & d. delinquente permanente in contumacia per mensem, potest forjudicari, & reputatur infamis & proditor, ut ex tex. de jure Regni in prag. unica, de offendentibus innoxium pro noxio, & Danza d. tit. de sententia forjudicationis, cap. 10.

Sic etiam offendens laicum consanguineum clerici propter odium ratione furti quod habet in clerico, incidit in panam excommunicationis. Marfil. in sing. 204. Garzia à Toledo in dicto 178. & Grassus de effect. cler. effect. 9. n. 116. sed contrarium tenet Marinis quotid. resol. lib. 2. cap. 76.

- 14 Quartò si quis provocat aliquem ad duellum, etiam si nullum, certamen sequatur, si citatus etiam domi infra tres dies non compareat personaliter ipso jure dicitur forjudicatus, prag. 1. de duello, Rovit. rub. de sent. forjud. num. 6. Rot. d. conclus. 9. n. 91. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sent. for. c. 7. per totum, & per d. prag. 1. de duello, diffidator, licet non sequatur certamen, tamen punitur pœnâ mortis, quodd si diffidatus acceptat duellum, & pugnat, tenetur de vulneribus illatis, quodd si mors provocantis sequatur, & tunc tenetur pœna mortis, de quo vide Capibl. sing. 48. sed per prag. 2. de duello, pro prima vice diffidator punitur pœna relegationis per quinquennium, & ad ducatos bis mille, & diffidatus, si acceptavit duellum, punitur, vel ad ducatos bis mille, vel ad relegationem per quinquennium, & pro secunda vice punitur juxta d. prag. 1. de duello, quod habet etiam locum, contrà assistentes in duello, d. prag. 1. & 2. de duello. Et per prag. editam sub die 9. Maii 1662. est dispositum, ut provocans ad duellum pro prima vice puniatur pœnâ relegationis per quinquennium, ad ducatos bismille, & pro secunda vice puniatur pœnâ relegationis per decennium, & ad ducatos quatuor mille etiam non secundo certamine, & provocatus acceptans duellum, puniatur ad unam ex dictis pœnis ad arbitrium Proregis, sed portantes nuncium, vel literas, & complices in duello pro prima vice puniantur pœna decem annorum relegationis, & ad ducatos quatuor mille insolidum, & sunt infames, & pro secunda vice puniantur pœna mortis naturalis. Quodd si provocatus non acceptavit duellum, non notatur infamia, dicta prag. 1. & 2. de duello, & in quantum dicta prag. 2. dicit, ut pro prima vice diffidans non puniatur pœna mortis, intellige si non sequatur

quatur mors, alijs punitur pena mortis ex capite legis Corneliae de Sicariis, uti homicida voluntarius ex dictis per Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, q. 219. n. 23. ubi n. seq. dicit quod ut locum habeat poena duelli, est necesse, ut precedat tractatus, & deliberatio, nam si in continenti, orta rixa inter duos, unus alterum calore iracundiae ad duellum invitat, & continenti ad aliquem locum accedentes, certamen faciant, tunc poena duelli locum non habet, citat Ludovicum dec. Lugens. 11. n. 10. d. prag. 1. in fine, de duello, Danza d. cap. 7. n. 19. *Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 1. 10. n. 9. Thorus in voto 20. à n. 5. usque ad n. 8. tom. 2. & Farinacius de homicidio quest. 119. cap. 1. n. 24.*

15. Quinto, si quis delinquat, associetur, deambulet, & delinquat per campaneam, cum forjudicatus si infra decem dies non compareat coram suo ordinario, à quo fuit reputatus contumax, dicitur forjudicatus ipso jure, prag. 1. §. 6. 9. & 11. de exulib. Novarius d. gravan. 9. n. 21. Rota d. conclus. 9. n. 78. & Danza de pugna DD. tom. 3. cit. de sententia forjudicat. on. 5. cap. 1. à n. 14. ad n. 19. & decem dies currunt, à die, quo hic incepit ire per campaneam, d. prag. 9. & d. prag. 1. §. 2. de exulib. Quod intellige, si delinquens associetur eum forjudicatis per campaneam, secus si stet absconditus cum forjudicatis, intus habitata, quia tunc non dicitur forjudicatus, d. prag. 6. de exulib. & prag. 3. §. 4. de recept. malef.

16. Sexto, si aliquis sit visus armatus cum armis igneis in comitiva quatuor bannitorum, punitur poena mortis naturalis, & contra eum potest breviri tempus forjudicationis infra quatuor dies, & quando reperitur in flagranti cum comitiva, potest impunè occidi, dato, quod non fuisset per sententiam declaratus forjudicatus, & de ejus capite potest indultari unus bannitus, vel delinquens, ut in Prag. 21. de exulibus tom. 2. §. 5. & in Prag. 22. de exulibus tom. 2. Et dictum est supra in c. 3. n. 32. ubi multa notatu digna addidi, & ad forjudicandum talem inquisitum praticatur hoc modo nam citatur ad informandum, & ad capitula, & reputato contumace elapsis quatuor diebus citatur ad forjudicandum, & in ultimo peremptorio proferetur decretum d. reum esse forjudicandum, & deinde die sequenti, vel quando Judici videbitur, proceditur ad locutionem sententiae forjudicationis.

17. Septimo capientes homines intus habitata, vel intus eorum domus, vel massarias causa extorquendi pecunias, vel alias res, habentur ipso facto pro forjudicatis, tanquam si per sententiam essent declarati, Pragm. 8. de exulib. Sed postea fuit statutum, ut committentes talia delicta in quolibet alio loco, etiam in viis publicis, si citentur ab eorum Officialibus etiam Baronalibus, & non compareant infra quatuor dies, habentur ipso facto pro veris forjudicatis, tanquam si essent per sententiam declarati, Prag. 10. in princ. de exulib. Rovit. rub. de sent. forjud. num. 6. & Rota d. concl. 9. num. 79. Et in d. Prag. 10. in princ. disponitur, hoc etiam procedere contra eos, qui mittunt Nuncium, vel literas alicui ad petendum pecuniam, vel

liam rem cum minis offendendi eorum personas, vel bona, & hoc dato, quod sit tentatum tantum, non sequuto effectu, d. prag. 10. in princ. Et omnia supradicta fuerunt ampliata etiam in Civitate Neapolis, ejus suburbis, & Casalibus, & contra delinquentes M. C. V. procedit uti Delegata, ut in prag. 26. de exulibus. tom. 2. & dictum est supra cap. 3. n. 126. ubi etiam disponitur, ut possit breviri tempus forjudicationis ad dies decem, sed tale tempus intellige contra portantes Nuncium, vel literas scienter ex causa recaptus, nam contra principales delinquentes debet attendi tempus dierum quatuor, juxta Pragmaticam 10. de exulibus, nam si secus esset, mitius puniretur, qui delinqueret in Civitate Neapolis, quam qui delinqueret extra eam contra mentem nonnullarum Pragmaticarum, quae jubent acrius puniri eos, qui delinquant in Civitate Neapolis, quam qui delinquant extra eam, & hoc quia ibi adest praesentia Principis, Thor. in vot. 71. post n. 4. tom. 1. & lex antiqua nunquam dicitur corrigi, nisi expresse à lege nova corrigatur, l. precipimus, C. de appellat. sed d. Prag. 26. non corrigit d. Prag. 10. quoad tempus dierum quatuor, immò illam expresse confirmat, ergo de necessitate tempus dierum decem brevium ad forjudicandum in Pragmatica 26. debet intelligi contra mediatores portantes Nuncium, vel literas scienter pro causa recaptus, nam contra principales delinquentes debet attendi tempus dierum quatuor juxta d. Pragmaticam 10. de exulib.

Sed si quis ad aliquem accedat personaliter & cum minis aliquid ab eo petat, in hoc casu non punitur poena mortis, & contra eum non potest procedi ad forjudicationem cum breviatione dierum quatuor, nam omnes d. Prag. loquuntur de eo, qui capit hominem, causa ab eo habendi pecuniam, sed iste non cepit hominem, sed tantum petiit cum minis, ergo non comprehenditur in casu d. Prag. & neque comprehenditur in alio casu contra mittentes Nuncium, vel literas, vel Prag. loquuntur contra mittentes literas, & d. Nuncium, ergo &c. quia d. Prag. sunt poenales & stricte sunt intelligendae, & ideo quis non potest forjudicari, & neque contra eum Regiæ Audienciae possunt procedere ad modum belli, sed ordinariè agere debent, Campana de forjudicatione ref. 28. per totum.

Et cum mihi fuisset transmissus processus ad votandum, in quo apparebat Josephum de Laurentiis Terræ Cardelis his misisse ad petendum Dominico Majo carolenos triginta cum minis, quod si Dominicus non mitteret d. pecuniarum quantitatem ipsi occideret omnia sua animalia, votavi, d. inquisitum esse citandum ad informandum, & ad capitula cum breviatione dierum quatuor juxta formam d. R. Prag. & cum esset citatus d. Joseph spontè comparuit, & probavit, misisse ad petendum d. quantitatem pecuniae, ex quo d. Dominicus in ea erat debitor ipsi citato, & eo tempore, & per multum temporis spatium antea in d. Terra Cardelis, & in omnibus aliis Terris non aderant Officiales ex causa praeterita

ritæ revolutionis, quæ in Regno evenit de anno 1647. & 1648. dixi, in hoc casu non esse locum dispositioni dictæ Regiæ Pragmaticæ, nam quando creditor non potest habere copiam Judicis, coram quo possit suum debitorem convenire, est licitum creditori propria auctoritate auferre bona sui debitoris, & non dicitur committere furtum, ut per cap. Dominus noster 22. q. 2. Cepoll. consil. crim. 26. n. 2. cum plurib. seq. Alex. consil. 135. vol. 1. Nigris in cap. Regni ad hoc, à n. 106. usq. ad n. 111. & Ludovic. dec. Lucens. 1. num. 10. & seq. ubi multa jura allegat, & tempore belli licitum est rem ineam qualitercumq; recuperare, Nigris ubi supra num. 108. vers. & dixit Baldus. Immo quando creditor non potest probare suum creditum, & debitor debitum negat, creditor potest qualitercumque bona debitoris capere, ut sibi satisfiat, Marf. in pract. crim. §. constante, num. 37. Nigris d. n. 108. circa finem, & Ludovic. d. dec. 1. num. 5. cum plurib. seq. & non valens recuperare rem suam à suo debitore, potest æquivalentem ab eo furtivè accipere, Capolla d. consil. 26. num. 4. Garzia à Toletto in dicto 187. Ludovic. d. dec. 1. num. 9. Nigris ubi supra, num. 107. in fine, & Grazian. discept. for. cap. 826. n. 23. & vide Riccium in coll. 581. ver. inferitur quinto & in coll. 1277. ver. infero tertio, & Rūmum ad Afflict. de jure prothom. n. 6. & non convenitur actione furti, Covar. var. resolut. lib. 1. c. 2. num. 15. Glar. §. furtum, ver. excusatur, & Nigris ubi supra d. n. 106. cum plurib. seq. & quando creditor accipit rem debitoris pro sibi satisfaciendo, non tenetur vi bonorum raptorum, Arnono soliloquio 45. Grammat. consil. crim. 50. num. 6. & Nigris d. cap. Reg. ad hoc, n. 108. ubi circa finem dicit, quod si creditor alicujus occultè accipiat aliquam rem sui debitoris, præsumitur potius fecisse animo sibi satisfaciendi quàm furandi, & idèd non tenetur actione furti, nec vi bonorum raptorum, citat Marf. in consil. crim. 21. num. 14. & ubicumque quis non potest habere rem suam, potest bellum movere ad illam recuperandam, vel eam furtivè accipere, Cepoll. d. consil. 26. num. 3. Ludovicus d. dec. 1. n. 8. & Nigris d. cap. Reg. ad hoc n. 107. in fine.

18 Et in materia recaptus inquisitus citatur ad informandum, & ad capitula, & ultra terminum dierum quatuor assignatum per d. prag. 10. de exulibus, debet inquisito assignare alius competens terminus ad comparandum secundum distantiam loci, Foller. in prag. 1. n. 17. de duello, et citatio exit tenoris sequentis. Reus inquisitus de recaptu peremptoriè citetur quatenus personaliter compareat infra dies decem, quorum sex assignamus pro termino ad congruè comparandum, & reliquos dies quatuor pro termino statuto in R. Pragmatica ad informandum, vel ad recipiendum copiam capitulorum specialis inquisitionis contra eum formata, & melius formanda ex mero officio nostræ curiæ de recaptu in personam talis, & ad dicendum causam quare elapsis dictis diebus, & ipso non comparente personaliter declarari non debeat pro vero forjudicato tanquam si esset per sententiam declaratus forju-

dicatus juxta formam Regiæ pragmaticæ. Et eadem citatione ad capitula debent etiam citari agnati, & cognati inquisiti ad dicendum causam quare, &c. pro ut observatur in ceteris citationibus ad forjudicandum. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sententia forjudicationis cap. 2. per totum. cap. 4. à n. 24. usque ad n. 30. & cap. 5. n. 18. & notificatis citationibus, in ultima die dictorum dierum decem, incusatur prima contumacia, & postea elapsis aliis tribus diebus incusatur ultima contumacia, & providetur in hoc modo, videlicet. Eodem supradicto die vocatus d. T. de T. in banco juris per talem servientem alta, & intelligibili vocem ore præconio, qui non comparuit, nec aliquis pro eo, qui legitimam excusationem proponeret ideo fuit d. T. reputatus, pro ut reputatur contumax, & provisum d. T. de T. haberi pro vero diffidato Rebelle contumace, & pro vero forjudicato, pro ut si esset per diffinitivam sententiam taliter declaratus, ita quod ipsi nulla appellationis seu supplicationis remedia superesse cognoscat, & quo ad omnia ferè pro mortuo habeatur, & hostis publicus reputetur, ita ut ab omnibus offendatur, & occidatur impuni, ejusque offensores, & occisores premia consequantur; bonaq; ejus omnia Fisco nostro publicamus, applicamusque irremissibiliter servata tamen distinctione consil. Regni forjudicatorum bona taliter in his decernentes isto, & omni alio meliori modo &c.

19 Sed quia inquisitus reputatus contumax pro crimine recaptus sit captus vivus an statim facta recognitione ejus personæ sit morti tradendus pro executione sententiæ forjudicationis, vel sit citandus ad dicendum causam quare? dicam infra capitulo 25. num. 29.

20 Octavo, si quis imponat ignem in bonis, vel occidat animalia alicujus, à quo petiit aliquam quantitatem pecuniarum, & ille eam mittere noluit, si citatus pro eadem causa ab ejus Officiali non compareat infra quatuor dies, dicitur forjudicatus ipso facto, Prag. 12. de exulib. Sed hodiè, tam principalis inquisitus quàm illi, qui scienter portaverunt literas, vel Nuncium ex causa d. recaptus, sunt ipso facto forjudicati, Pragm. 13. & 14. de exulibus, & dicam infra cap. 22. num. 7. & vide Danzam d. tit. de sent. forjud. cap. 5. à n. 1. usque ad n. 13.

21 Sed licet sint forjudicati ipso facto vigore d. Prag. tamen sunt citandi, nam citatio est de jure divino, & non potest tolli per statutum, ut dixi supra cap. 5. num. 7. & 8. & in ultimo peremptorio, si non compareant, debent declarari, haberi pro forjudicatis. argumento eorum, quæ traduntur per Bellameram dec. 689. per Boss. pract. crim. tit. de hæreticis, num. 26. & tit. de crimine læsæ Majestatis, num. 75. per Carrerium pract. crimin. tit. de hæreticis, ver. expedito, num. 20. & seq. fol. mihi 275. per Nigris in cap. Reg. 12. num. 40. & per Capyc. decis. 130. & Danza d. tit. de sententia forjudicationis c. 4. num. 8. & licet per statutum quis possit ipso facto banniri, vel ad mortem condemnari, tamen adhuc requiritur sententia declaratoria Judicis, antequam fiat exequutio Marf. pract. crim. §. aggredior, nu. 112. Et sententia declaratoria requiritur, quàmvis verba statuti

statuti ipso jure pœnam imponant, l. ejus qui delatorem, ubi Bar. & Albanus ad Bart. ibi n. 1. ff. de jure Fisci, Chart. de exequut. sent. cap. 1. num. 187. & 355. Mastril. de indulto, c. 22. n. 14. & Capyc. Latro. dec. 167. n. 40. p. 2. & latè Farinac. in fragment. part. 2. vers. lex. à n. 155. usque ad n. 168. & in pœnis, quæ ipso jure per legem imponuntur, requiritur tamen sententia Judicis declaratoria cap. cum secundum. §. finali de hereticis in 6. Jason in l. quod autem n. 4. ff. quod quisque juris. Grammat. in dec. 15. n. 8. & ibi Mari. & dec. 105. n. 60. Marsilius de Bannitis. vers. contumacia. n. 51. & latè Carleval de Judiciis tom. 2. tit. 2. disput. 1. à n. 39. usque ad finem, & Revert. dec. 516. & ibi Marinis n. 4. & quando in contumaciam sunt declarati haberi pro veris forjudicatis, si postea sint capti vivi, factâ recognitione personæ, sunt citandi ad dicendum causam quare non debeant morti tradi, nam potest esse, quod post declarationem habuissent quidaticum, vel indultum, sed si non sint citati, & in ultimo peremptorio declarati haberi pro veris forjudicatis, si sint capti vivi, tunc factâ recognitione personæ debent citari ad dicendum causam quare non debeant haberi pro veris forjudicatis, & contra eos non debeat executioni demandari pœna mortis naturalis ex doctrinâ Cartarii de executione sententiæ, cap. 3. n. 67. & Campana de forjudic. resol. 27. n. 1. cum duobus seq. Immo quando isti non sunt in contumaciam declarati haberi pro veris forjudicatis, si vivi capiantur, & extant in posse Curia, sunt examinandi super factis principali, & danda sunt eis defensiones, & testes repeti debent ipsis auditis, ut videtur sentire Campana ubi supra, alias si secus fieret, isti condemnarentur ex processu informativo, quod fieri non potest, quando reus est præsens; ex dictis supra cap. 4. num. 7. & etiam quando proceditur ad modum belli, vel ex delegatione contra reum præsentem, testes debent repeti citatâ parte, ut in prag. 10. §. 51. de officio Judicis, & dictum est supra cap. 4. n. 7. & docuit d. meus Avungulus Consiliarius in praxi torquendi reos. cap. 6. num. 26. cui multa addidi.

- 22 Nond, in crimine læsæ Majestatis humanæ, compilato processu, profertur sententia in absentem, etiam absque aliâ citatione, cap. Regni nuper apud Trani, Muscatel. pract. crim. tit. de crim. læsæ Majest. hum. rub. de privilegiis n. 32. Follerius pract. crim. rub. item, quod comm. n. 91. & Guazzinus ad def. reor. def. 10. cap. 1. num. 6. sed vigore d. cap. Regni nuper. & de jure communi. tunc non requiritur citatio in crimine læsæ Majestatis, quando crimen est notorium, aliàs secus, ut in d. cap. Regni nuper. & Farinac. pract. crim. tit. de crim. læsæ Majest. q. 118. n. 3. & seq. Sed tutius esse procedendum in hoc crimine, etiam notorio cum citatione ad dicendum causam, quare inquisitus non debeat declarari, incidisse in crimen læsæ Majestatis, & in pœnas pro d. delicto statutas, dicit decisum Cap. Latro dec. 167. par. 2. & Laganarius ad Rovitum in prag. 2. n. 5. cum duobus seq. de ord. jud. & declaratio requiritur etiam contra notorium rebellem Grammat. dec. 15. n. 7.

23 Decimò, si Bancherii, & Magazenerii post citationem se abissent, post quindecim dies possunt forjudicari in Regno Neapolis, & in Regno Siciliae ultra Pharus, Mastrill. de indulto, cap. 30. num. 3. sequitur Novarius de gravam. vassal. tom. 3. gravam. 9. num. 27. & in dec. 33. n. 10. qui dicunt, in Regno Neapolitano esse Pragmat. 1. & 5. de nummulariis, & in Regno Siciliae ultra Pharus esse Pragm. 4. de bancheriis, sed in Regno Neapolis per d. Prag. 1. & 5. quæ hodiè est 4. de nummulariis, disponitur, ut si bancherii decocti se occultent per sex dies, si citati non compareant, elapsis aliis sex diebus, possunt forjudicari, unde opinio Novar. & Mastrill. in Regno Neapolis non est vera, & hanc meam opinionem sequitur Danza d. tit. de sententia forjudicationis, cap. 11. n. 6. prout neque est vera opinio ejusdem Novarii d. grav. 9. num. 26. & dec. 32. n. 9. in quantum asserit, Mercatores decoctos, qui se occultaverunt per sex dies, si citati non compareant, qui elapsis aliis sex diebus, posse forjudicari, citat d. Prag. 1. & 5. quæ ut diximus, loquuntur de bancheriis, & non de mercatoribus; & in tantum isti bancherii forjudicantur, in quantum sint decocti dolo, & fraude, secus si casu, & adversâ fortunâ, Maxilla in Constit. Barenli, rubr. de cessione bonorum, num. 34. fol. 109. & Menoch. de arb. Jud. lib. 1. q. 90. n. 19. sequitur Novarius d. gravam. 9. d. n. 26. & dec. 33. n. 9. sed opinio istorum potest procedere per d. Prag. 1. ibi quotidie decipiunt secus per d. Prag. 4. de nummulariis, quæ expresse mandat, ut bancherii decocti, si per sex dies se occultent, & citati non compareant elapsis aliis sex diebus, possunt forjudicari, dato, quod casu fortuito sint decocti. Et decoctus habetur pro mortuo, & pro absente, Rota Gen. dec. 91. num. 26. & Catalan. de indulto, cap. 55. nu. 21. & seq.

Et valet statutum disponens, ut debitor decoctus possit capitaliter banniri, & impunè offendi, Dec. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 14. & 59. in fine extra de Const. ubi dicit, hoc statutum esse Florentiæ, sed intelligitur non de quolibet debitore privato, sed tantum de mercatoribus publicis, de quorum fide publice confiditur, & postea ufugiendo omnibus fidem frangunt, Altobran. in add. ad Decium in d. cap. quæ in Ecclesiarum, Berous in d. cap. quæ in Eccl. n. 111. & seq. & Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionibus, q. 103. num. 270. & seq. unde merito d. Prag. loquuntur de bancheriis, ut diximus, & dicam infra cap. 17. num. 44.

- 24 Decimoprimum ultra d. casus, quando quis committit grave delictum, Prorex solet pensare, & ordinare, ut infra certum tempus delinquens possit forjudicari anni circulo non expectato, Gizzarell. dec. 17. num. 15. & Franch. decis. 213. n. 25. & seq. Ponte de pot. Proregis, tit. 1. §. 4. n. 46. & seq. conf. 69. num. 1. Mastril. de indulto cap. 30. n. 4. Masul. ad Capyc. dec. 121. n. 5. Novar. coll. ad rub. Pragm. de sent. forjud. nu. 9. & d. gravam. 9. nu. 20. Rota d. conclus. 9. n. 79. & 91. Affli. Const. Regni pœnam. eorum n. 53. Merlin. cont. forensi, lib. 1. c. 47. n. 1. & cap. 71. u. 1. Riccius coll. 1408. circa med. Rovit. rub.

vit. rub. de sent. forjud. nu. 6. & Carrer. pract. crim. tit. de appellatione. ver. septimus casus est, n. 35. fol. mihi 17. Quod rescriptum Proregis debet inferi in citatione, ut de eo notitiam habeat inquisitus, ita Gizzarell. d. dec. 17. n. 11. & Franch. dec. 589. nu. 1. Quod secus est, quando d. tempus anni est brevium per aliquam Prag. quia tunc Prag. non est inferenda in citatione, nam pragmatica facit jus in Regno, *Nigris in cap. Regni in praludian. 25.* & unusquisque tenetur scire leges, l. leg. 9. C. de leg. lib. 1. penultima c. de juris, & facti ignorantia & Campana de forjudicatione, resol. 12. n. 8.

25 Et Prorex potest tempus anni brevium quo ad forjudicandum aliquem etiam in causis spectantibus ad Barones, Palma divers. juris commun. part. 2. glosa 23. num. 9. & 10. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis cap. 1. in fine, & tom. 3. tit. de sent. forjud. cap. 1. num. 3.

26 Et licet Staibanus conf. 9. num. 7. & Affl. in Constitut. Reg. pœnam eorum, n. 26. dicant, quod abbreviatio facta à Prorege non debeat esse minus trium mensium, alias forjudicatio est nulla, tamen veritas est, quod sit in arbitrium Proregis abbreviare tempus, prout ipsi placebit, Foller. prag. de forjudicatis, num. 5. Gizzarell. decif. 27. num. 17. & Danza d. tit. de forjudicatis, cap. 1. in fine, ver. & pro coronide.

27 Et quando debet expectari annus, ut quis possit forjudicari, si delinquente citato, & reputato contumace, Prorex abbreviat tempus anni, contumax iterum debet citari ad informandum, & ad capitula cum inserta formâ d. breviationis, Franch. d. decif. 589. & Gizzarell. d. dec. 17. Unde ex his non mihi videtur tuta opinio, Affl. in Cost. Reg. pœnam eorum, num. 53. & seq. asseretis, quod si quis sit reputatus contumax, & bannitus, & durante anno Rex scribat Justiciario, ut elapsis tribus mensibus debeat eum forjudicare, non obstante, quod non sit elapsus annus, si Justiciarius eum forjudicat infra annum, & infra eundem annum compareat forjudicatus, & dicat de nullitate sententiæ, sententia debet declarari nulla, ex quo est lata infra annum, tamen salvando opinionem, Affl. dico, eam procedere posse, quando inquisitus non fuit denuo citatus cum inserta formâ rescripti breviantis tempus anni, ut supra diximus, num. 3. Sanfelice. in dec. 286. in 1. dubio, tom. 3.

28 Scias, quod si tempus anni sit à Prorege brevium ad duos menses, si elapsis duobus mensibus, proferatur sententia forjudicationis, est valida, ut ita decisum testatur Tapia dec. S.R.C. 53. sequitur Thor. in compend. decif. tom. 3. ver. forjudicationis, fol. 471. Et si Prorex dispensat ad tempus anni, & rescribat Judici, ut procedat in forjudicando aliquem infra mensem non apposita clausula in rescripto non obstante constitutione Regni pœnam eorum. adhuc tamen Judex potest procedere ad sententiam forjudicationis elapso d. mense vigore d. rescripti, non obstante, quod in d. rescripto non sit in specie derogatum dispositioni dictæ constitutionis, ut ita decisum testatur Merlinus contraver. forens. lib. 1. cap. 71.

Decimosecundò obtinentes remissionem.

per vim puniuntur pœnâ mortis, & tam obtinentes, quàm procurantes possunt forjudicari elapso tempore dierum viginti, & M.C.V. in hoc procedit delicto uti Delegata, ut in Pragmatica 25. de exilibus, & sufficiunt tres testes singulares, & deponentes de actibus diversis, & M.C.V. contra eos procedit uti Delegata, ut in Pragmatica 27. de exilibus.

Decimotertio si delinquens promisit servire in bello pro suis delictis in beneficium Regis per certum tempus, si durante d. tempore aufugiat à bello prædicto, delicta reviviscunt, & potest declarari pro vero forjudicato infra dies octo, numerandos à die desertationis militiae, prag. 18. §. item, che tutti. de militibus tom. 2.

29 Adverte, quod quando aliquod statutum brevium tempus anni præfixi per constit. Regni pœnam eorum, ad forjudicandum aliquem, si statutum exprimat, à quo tempore currat tempus brevium, & tunc standum est statuto, aliàs si simpliciter loquatur, & tunc tempus brevium currit à die banni, quia lex nova recipit interpretationem à lege antiqua, l. 1. §. lex falcidia, ff. ad legem falcid. l. sciendum, ff. qui satisdare cogantur, Rovitus in pragmat. 35. num. 2. de off. S.R.C. & Nigris in capitulo Regni. ad hoc, num. 160. ubi num. seq. dicit quod lex nova simpliciter loquens debet distinguui per legem antiquam in illâ materiâ distinguentem, sed dicta Constitut. Reg. pœnam eorum, dicit, quod annus currit à die banni, ergo tempus brevium per novum statutum currit à die banni, nam dictum novum statutum est limitatorium tantum quoad tempus, sed alia solemnia remanent firma quoad dicta. Constitut. Regni pœnam eorum, argumento l. qui sepulchra, C. de sepulchro violato, l. si eum, qui ff. de exerc. act. l. 3. in princip. ff. de libero homine exhib. & l. quoties, ff. de actionibus, & obligationibus, quod nota, & me sequitur Danza d. tom. 3. d. tit. de sententiâ forjudicationis, cap. 3. num. 20. Sed alii dicunt, quod si sit concessa facultas abbreviandi tempus anni in forjudicando aliquem pro aliquo delicto, non requiritur banni promulgatio, ita Thor. in addit. ad Grand. de bello exulum, prædicamento pati, quæst. 3. speciali 55. ad num. 4. circa finem & in Cod. rerum judicatarum alleg. 2. à n. 6. cum pluribus seq. & n. 17. in fine.

30 Et adverte, quod tempus ad forjudicandum currit, etiam pendente guidatico, prag. 3. de guidaticis, immò, pendente guidatico potest proferri sententia forjudicationis contra guidatum, & dicta sententia forjudicationis prolata, dicitur sublatum guidaticum, prag. 10. §. 68. de off. jud. quod secus est de jure communi, quo iure, si sententia forjudicationis sit lata pendente securitate, est nulla, Franchis decif. 673. & 674. & Angelis ad practicam Foller. rub. forjudicentur, post num. 13. Nam pendente guidatico nihil est innovandum. Leo decif. Valentia 106. lib. 2. Novarius in rub. prag. de guidaticis. n. 25. & Franchis dec. 673. n. 1. & 2.

31 Sed si quis committat delictum, propter quod debeat forjudicari, si deinde faciat aliquod servitium, propter quod debeat indultari vigore alicujus banni, vel statuti, pendente

discussione dicti indulti, contra delinquentem non potest proferri sententia forjudicationis, nam talis delinquens, dato quod esset forjudicatus, dum de proximo expectaret indultum, non posset impunè occidi, ut dicam infra cap. 17. num. 60. & cap. 24. num. 106. Quod si esset captus, & tunc est relaxandus, ut dicam infra cap. 25. num. 47. & si quando non existis in posse curia, non potest impunè occidi, & quando in posse curia existeret, est relaxandus, ideo non debet proferri sententia forjudicationis, ne frustratoria reddatur, & per indultum non potest ulterius contra delinquentem procedi, nam indultum operatur criminis peremptionem, ut dicam infra d. cap. 35. num. 47. Quod si indultandus pendente discussione indulti, delinquat, punitur tantum de delicto denuò commissio, & non de delicto, de quo debet indultari, Franch. dec. 433. & dicam infra cap. 24. num. 101. ergo si non punitur, contra eum non potest proferri sententia forjudicationis pro delicto, de quo sit indultandus, & si sit lata sententia forjudicationis contra indultandum, sententia est nulla, ne decisum testatur Franciscus de Lauris in quadam sua alligatione quæ posuit Thor. in Cod. rerum judic. alleg. 3. sic indultandus, & ista exceptio indulti potest opponi per Procuratorem, ut dixi sup. cap. 8. n. 18.

32 Sed pone, quod reus inquisitus sit carcera-
tus, & servatis servandis sit condemnatus ad mortem, & sententia fecisset transitum in rem judicatam, & antequàm exequatur sententia reus aufugiat à carceribus: an in hoc casu Judex possit statim, non expectato aliquo tempore, reum forjudicare, & permittere, ut ab omnibus possit impunè occidi, vel debeat facere, & formare processum in contumaciam eque ac si non esset reus ordinariè condemnatus? & videtur dicendum, posse Iudicem statim permittere, ut reus ab omnibus possit impunè occidi, prout etiam Judex potest permittere carnifici, ut si tempore executionis sententiæ sit timor extractionis, reum occidat cum gladio in itinere, Grandis de bello exulum, in prædicamento, ubi quæst. 3. num. 6. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 5. cap. 6. num. 5. & Afflict. in Const. Reg. terminum vite num. 37. & dicam infra cap. 26. post num. 16. Sic etiam si reus deinde sit ductus ad Curiam, certè contra eum potest exequi sententia; ergo si potest exequi sententia, eo deinde carceralo, potest etiam Judex, quando reus aufugit, statim permittere, ut ab omnibus possit impunè occidi, & non formare alium processum in contumaciam, nam ultra quod reus est condemnatus ad mortem, habetur quoque pro confesso propter istam fugam, l. ad conventariensem, C. de custodia reorum, & in l. in eos, ubi glof. ff. eodem tit. de custod. reor. & dicam infra cap. 20. num. 42. & pro hac opinione facit, nam Judex potest mandare, ut quis capiatur vivus, vel mortuus, quando clarè constat ex processu, quod capiendus commisit delictum capitale, & poena mortis dignus sit, Cassonius de inditiis, & tormentis, cap. 9. rub. de captura, & carcere, num. 13. & 24. & Novarius de gravaminib. vassallorum, tom. 2. gravam. 135. ergo à fortiori si quis sit condemnatus ad mortem,

Judex potest permittere, ut capiatur vivus, vel mortuus, Angel. Aret. de maleficiis, ver. forma publica, num. 54. in fine ver. non obstat dictum Baldi, & Farin. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 32. nu. 53. facit etiam ratio, nam quando Reus citatur ad capitula, dicitur in citatione, ut Reus veniat litem contestaturus, se defensurus, &c. sed quia lis fuit contestata cum ipso reo, & jam fuit condemnatus, & se defendere amplius non potest, ergo non est citandus. Secus si non fuisset condemnatus, quia tunc aufugiens à carceribus, potest absens condemnari pro delicto, pro quo manebat carceralus, ut dicam infra cap. 20. num. 45. sed est citandus, Farinac. practica crim. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 30. num. 40. 44. & 45. sed contrarium puto esse verum scilicet Judicem non posse statim, quod aufugit condemnatus ad mortem, permittere, ut possit ab omnibus impunè occidi, sed necesse esse in contumaciam formare processum, & servatis servandis illum forjudicare, nam sententia in judicio ordinario lata, dicitur suspensa ex fugâ condemnati, dum tempore, quo lata fuit sententia, Reus erat in vinculis, & Judex tempore prolationis sententiæ habebat intentionem, ut illa exequeretur contra reum præsentem, & in sententiâ dixit, Reum esse furcis laqueo moriendum, sed sententia condemnatoria criminalis ad unguem secundum ejus verba exequi debet, Bar. in l. si expressim, ff. de appellat. & Chartarius de exequut. sentent. cap. fin. n. 237. ergo dum sententia dicit reum præsentem esse furtis laqueo moriendum non debet exequi contra reum absentem, permittendo Judex, ut ab omnibus possit impunè occidi; nam quando reus est præsens, tempore executionis sententiæ confitetur peccata sua, accipit SS. Sacramentum Eucharistiæ, & confortatur à personis Religiosis, ut dicam infra cap. 26. num. 13. quod non est, quando est per campaneam, & occiditur per aliquem; & quando lex dicit, ut quis commissio aliquo delicto, statim intelligatur forjudicatus, tamen adhuc requiritur citatio, & declaratio, talein haberi pro forjudicato, ut dixi supra num. 21. licet reus fuisset præsens condemnatus, tamen denuò absens condemnari debet, & quando deinde incipit judicium in contumaciâ, Reo absente, ex quo cessavit judicium ordinarium ex fugâ condemnati, judicium in contumaciâ debet formari eque, ac si judicium ordinarium non esset inceptum, & contraria procedunt, quando Reus est præsens, & neque obstat, quod Reus sit condemnatus, & propter fugam habeatur pro confesso, nam Reus, licet sit legitime convictus; tamen in contumaciâ contra eum debet legitime formari processus, & servatis servandis, & non ex abrupto forjudicari, & permitti, ut ab omnibus possit impunè occidi, & neq; obstat, quod Judex possit permittere, ut quis possit capi vivus, vel mortuus, quando plene probatur delictum, & capiendus sit reus mortis, nam hoc potest procedere in forjudicato, quem si Judex vivum, aut mortuum capere mandat, licitè mandat, Foller. pract. crim. rubr. notatos capiat de persona, num. 30. & ibi Angelis, num. 127. & seq. & num. 131.

Novarius d. gravamine 135. in fine. Et post hæc scripta inveni, Clar. in §. testamentum, q. 19. vert. aliquando, qui dicit, quod quando sententia mortis præcedit bannum, puta quia de- tentus in carceribus fuit condemnatus ad mortem, si post condemnationem aufugit à manibus Judicum, in hoc casu Reus iterum citari, & in contumaciam banniri, & con- demnari debet.

33 Sic etiam si Reus sit carceratus, & purgave- rit indicia, & sit liberatus in forma de presen- tando, novis supervenientibus indicis, si no- va superveniant indicia, & citatus ad se præ- sentandum, non compareat, ponitur in banno & condemnatur, uti contumax, & habitus pro confesso, quemadmodum si liberatus nun- quam comparuisset, & ab initio contumax fuisset, Cabal. resolut. crim. casu 36. & Campa- na de forjudic. resol. 15. num. 4.

34. Secundò quæritur, quid si Prorex mandat alicui, ut procedat uti delegatus appellatione remota, contra interficientem aliquem ictu scopiæ, cum breviatione dierum triginta, non obstante Const. Regni, non animadver- tens Prorex, quod contra delinquentem pote- rat procedi ad sententiam forjudicationis cum breviatione dierum quindecim juxta formam Regiæ Pragmaticæ? an delegatus teneatur ex- pectare dies triginta juxta formam delegatio- nis, vel teneatur expectare dies quindecim, juxta formam Regiæ Pragmaticæ, & puto esse expectandos dies triginta, servata forma dele- gationis, nam Delegatus tenetur servare for- mam delegationis, alias acta sunt nulla, cap. cum dilecta, ubi DD. de rescriptis, cap. cui, de præbendis in 6. cap. pisanis. de restitut. spoliat. Merolla in Theologia Morali. lib. 3. disput. 7. cap. 4. num. 282. & Sperellus decis. 106. num. 1. par. 2. & hoc etiam si in delegatione non sit fa- cta mentio, homicidium esse factum ictu sco- piæ, nam adhuc puto expectandos esse dies triginta, servata forma delegationis, non ob- stante, quod si Prorex scivisset, homicidium fuisse factum ictu scopiæ, non dixisset in delegatione esse brevandum tempus forjudi- cationis in dies triginta, dum per Regiam Pragmaticam sit brevatum tempus dierum quindecim, tamen hoc interpretare non spe- ciat ad Delegatum, ex dictis per Annam in sing. 644. sed Delegatus tenetur servare for- mam Delegationis, quæ strictè est intelligenda ut dictum est supra cap. 5. n. 16.

S U M M A R I U M .

- 1 **C**itari debet Reus ad forjudicandum, an- tequam contrà eum proferatur sententia forjudicationis, alias sententia est nulla, im- mo debent citari ejus agnati, & cognati, n. 2. & quid si unus ipsorum non sit citatus, an sententia forjudicationis sit valida. num. 3.
- 4 Consanguinei forjudicandi quando sunt præ- sentes in loco judicii, sunt specialiter citan- di, alias si sunt absentes, vel incerti, & tunc citantur per edictum.
- 5 Reus principalis specialiter citari debet ad forjudicandum in domo sua solita habita- tionis, sed in duobus casibus potest citari per

- edictum, num. 6.
- 7 Forma citationis ad forjudicandum tres tra- duntur, & num. 8.
- 9 Citatio ad forjudicandum debet notificari, & in ejus calce fit relatio Nuncii, & quid si in dicta relatione sit omissa clausula sua soli- ta habitationis ibid.
- 10 Prima, & ultima contumacia incusari de- bet in citatione ad forjudicandum.
- 11 Forma decreti, quod interponitur in ultimo peremptorio citationis ad forjudicandum, Reo, vel alio non comparente, & num. 12.
- 12 Consanguinei forjudicandi, si compareant in ultimo peremptorio citationis ad forjudi- candum, plura opponere possunt ad impe- diendam prolationem sententiæ forjudica- tionis, usque ad num. 22.
- 23 Appellari potest per consanguineos forjudi- candi à decreto, quod Reus forjudicetur ante lectam sententiam forjudicationis; & interim, ipsa sententia non potest legi, ibi- dem; & neque forjudicandus potest occidi, num. 24.
- 25 Ordocitationum si rectè non sit servatus, Ju- dex non debet devenire ad sententiam con- trà Reum contumacem, alias sententia est nulla.
- 26 Consanguineus persona privilegiata citatus in citatione ad forjudicandum, an possit eligere Regia Tribunalia?
- 27 Consanguineus forjudicandi citatus in cita- tione ad forjudicandum si sit pupillus debet provideri de curatore.
- 28 Sententia forjudicationis est valida, si Fiscus non fuit citatus in citatione ad forjudican- dum.

CAP. XI.

De citatione ad forjudicandum, & de exceptionibus opponen- dis per consanguineos forju- dicandi antè sententiam for- judicationis.



Eo inquisito reputato contu- mace in citatione ad infor- mandum, & ad capitula; & emanato banno contrà eum, & facta annotatione bonorum & elapso anno à die banni, vel elapso tempore statuto per Re- gias Pragmaticas in forjudicando aliquem, forjudicandus citatur ad forjudicandum, prag. 193. n. 43. & seq. de Rosa pract. crim. part. 1. cap. 10. n. 43. & seq. & Reus, pendente termi- no dato ad forjudicandum, non potest citari ad forjudicandum, dato, quod ultimum pe- remptorio citationis ad forjudicandum ca- deret, elapso dicto termino, sed est necesse, ut dictus terminus sit elapsus, nam pendente dilatione, officium Judicis conquiescit, & ten- tatum.

tatum, pendente dilatoe, est nullum ipso jure, l. si vè pars, G. de dilat. & Maranta in suo speculo, p. 4. dist. 16. num. 68. & Foller. in add. & pro hac opinione facit textus in l. insulam. ff. de verbor. obligat. & faciunt dicta per Revert. in dec. 489. & ibi Marinis n. 1. & per Caraviam in ritu 167. n. 8.

Et contumax non potest condemnari sine nova citatione ad faciendum excusationem suam, ut doceat de impedimento suo, quare non comparuit, ita Marf. pract. crimin. §. examinanda, num. 34. & seq. & est tex. in l. & post ædictum 73. ff. de judiciis, & requiritur citatio ad sententiam post sequutum bannum, Charcar. de exequut. sent. cap. 1. num. 430. ubi dicit secus esse in Statu Ecclesiastico, in quo per Const. Marchiæ lib. 4. cap. 10. disponitur, non requiri citationem ad sententiam post sequutum bannum, licet de jure secus dicendum sit, ut dicit Chatar. ibi, & licet contumax non debeat citari ad sententias interlocutorias, tamen debet citari ad sententiam diffinitivam, Marf. tract. de bannitis, ver. contumacia, n. 64. ubi n. 61. dicit, quod contumax sine alia citatione non potest in multam condemnari, in quam incidit, & licet ipsemet Marf. ibi nu. 66. dicat, quod verus contumax non debet amplius citari, etiam si aliis peremptoriè non fuit citatus, & Rovit. in pragmat. 39. num. 1. de offic. S. R. C. & in pragmat. 4. num. 2. de ordine Judic. dicat, posse procedi ad sententiam diffinitivam contra contumacem absque citatione ad sententiam; tamen veritas est, contumacem esse citandum ad sententiam diffinitivam, nam contumax, in uno actu debet citari ad alios actus, Marf. d. ver. contumacia, num. 70. & maxime si Reus citatus contumax teperiatur in loco Judicis citantis, quia tunc ipsi debent notificari omnes actus, saltè domi, Rovit. in Pragmat. 3. num. 2. de ordine Judic. unde meritò quis non potest forjudicari, nisi præcedente citatione ad forjudicandum, Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11, num. 44. Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. num. 87. Caball. resolut. crim. casu 181. num. 10. cum duob. seq. Rovit. in rub. prag. de sente. forjudic. n. 2. Franchis in dec. 514. n. 1. in dec. 515. & n. 1. usque ad 4. & in dec. 516. n. 1. & Afflicus in cost. Regni penam eorum n. 44. cum duobus seq. in antiqua, & num. 88. & seq. in nova impressione. Et quando reus non est citatus ad forjudicandum, si contra eum sit lata sententia forjudicationis, sententia est nulla, dato, quod lata sit contra Reum absentem, Marant. in suo speculo, part. 6. membro 1. num. 16. & Afflicus in d. n. 44. nam sententia lata absque partis citatione est nulla, Clem. Pastoralis, de re judic. clem. sapè, §. sententia, de verborum significat. l. de unoquoque, ff. de re judic. Maranta in suo speculo, part. 4. dist. 16. num. 10. Capyc. dec. 1. num. 35. Afflicus. dec. 346. in fine, Riccius coll. 1470. & 2145. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 45. n. 1. Immo per statutum non potest induci, ut possit proferri sententia contra absentem non citatum, ut dixi suprâ cap. 5. num. 8.

2 Et non solum principalis inquisitus debet citari ad forjudicandum, ut diximus, sed etiam

debent citari ejus agnati, & cognati ad allegandam justam causam impedimenti, & ad dicendum causam, quare dictus T. de T. non debeat forjudicari, ita glos. in Costit. Reg. penam eorum, & ibi Afflicus num. 18. & 68. & ibi Grammat. num. 11. & seq. Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, num. 61. fol. mihi 17. Clar. d. §. fin. quæst. 44. ver. item quero, Nigris in cap. Reg. si vè quis, num. 19. ver. & antequam, Rovit. in rub. de sent. forjudic. num. 2. & 3. Leonardis pract. officialium, cap. 13. n. 29. Franch. dec. 514. n. 1. & dec. 516. n. 1. & 2. Novarius de gravam. vassall. tom. 3. gravam. 9. n. 5, & sequen. Rota d. conclus. 9. n. 88. Merlinus controvers. forens. tom. 2. cap. 39. n. 4. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de variis crim. cognitionib. cap. 4. à num. 36. cum plurib. seq. immò in citatione ad forjudicandum contra armantes per campaneam, adhuc sunt citandi agnati, & cognati forjudicandi, Danza d. tom. 3. tit. de sent. forjudicationis, cap. 2. per totum, & illi agnati, & cognati forjudicandi sunt citandi in citatione ad forjudicandum, quibus proxima est spes successionis forjudicandi, Franchis in d. dec. 516. n. 2. & 4. & Sanfelice in dec. 225. n. 2. & 3.

3 Et quando non citantur omnes agnati, & cognati forjudicandi in citatione ad forjudicandum, si sequatur sententia forjudicationis, est nulla, glos. in Const. Reg. penam eorum, & Franch. dec. 516. Sed quod si in citatione ad forjudicandum sint citati aliqui consanguinei forjudicandi, sed non sit citatus pater, & frater ipsius forjudicandi, si consanguinei citati opponant, quod non fuit citatus dictus pater, & frater, hoc non obstante, procedendum esse ad sententiam forjudicationis, dicit decisum Sanfelice. dec. 225. Sed prima opinio procedit, quando Index sciebat, alios adesse consanguineos forjudicandi, & non citavit, quia tunc si sequatur sententia forjudicationis, est nulla, secus si ignorabat, & ideo illos non citavit, sed tantum citavit illos consanguineos, de quibus habuit notitiam; quia tunc sententia forjudicationis est valida, & ita procedit opinio Sanfelice. ut videtur distinguere Tap. dec. S. R. C. 50. num. 11. ver. & hæc.

4 Et agnati, & cognati forjudicandi sunt specialiter citandi, quando sunt ejusdem loci, ubi principalis inquisitus forjudicatur, aliàs si sint aliunde, & tunc sufficit, si per ædictum citentur, ut ita decisum testantur Franch. dec. 516. & Novar. dec. Regiæ Audientia Apulæ 12. & dicit Rovit. in rub. de sent. forjudic. n. 2. Rosa pract. crim. cap. 10. n. 36. part. 1. qui metipsum testatur Avunculum meum Scialoja. Et ego multoties processui ad sententias forjudicationis, & feci ordinem illis de Universitate, ut darent listam agnatorum, & cognatorum forjudicandi, & habita dicta nota, illos specialiter; & incertos, & absentes citare feci per ædictum; & hanc practicam deinde inveni positam per Capyc. Latr. dec. 74. nam contra incertos, & absentes potest procedi ad citationem per ædictum, Foller. pract. crim. sub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 37. & Maranta in suo speculo, par. 6. memb. 1. n. 81. Et semper quando persona citanda est incerta, vel

vel ignoratur ubi est, vel sit persona extera, potest citari per edictum, Ricc. decis. 199. p. 3. Et practicam citationis per edictum ponit Foller. ubi supra num. 38. & de ista citatione per edictum, vide Marant. in suo speculo dicta par. 6. dicto membro 1, num. 82. cum plur. num. seq. ubi plures connumerat casus, in quibus quis potest citari per edictum, & Franch. in dec. 516. & Novarius in dec. 12. dicunt consanguineos forjudicandi esse citandos per proclamam, quando sunt extra provinciam Rei forjudicandi, scilicet quando sunt in loco exempto à Jurisdictione Regia, uti esset in Civitate Beneventi, &c. Immo absentes, & extra Provinciam citandi non sunt, Marinis quod. resol. lib. 1. cap. 335. n. 3.

Et amici forjudicandi non debent citari, nec specialiter, nec generaliter, sed tantummodò illi agnati, & cognati forjudicandi, sunt citandi; qui fuerunt dati in nota ab illis de regimine Universitatis, prævio ordine officialis, Merlinus d. cap. 39. num. 23. ubi num. 8. cum plurib. seq. dicit fuisse decisum, nullitatem propositam adversus sententiam forjudicationis, ex eo, quod amici forjudicandi fuerunt citati per proclamam in citatione ad forjudicandum, non obstat, & est ratio, nam licet amici essent citandi, tamen Judex nescit, qui sint amici forjudicandi, unde merito non sunt citari per proclamam, cum sint incerti, Merlinus d. cap. 39. num. 14. cum plurib. seq. & Capyc. Latrod. decis. 74. qui etiam dicit, quod amici, & vicini forjudicandi non sunt de necessitate citandi, & quando servus citatur ad forjudicandum, debet quoque citari ejus Dominus pro suo interesse, Mastrill. dec. 267. n. 1. & 9. Dominus potest comparere, & defendere servum suum, l. 2. cod. de accusatoribus, Virgil. in tract. de legit. persona, cap. 22. n. 23.

5 Sed principalis forjudicandus debet specialiter citari ad forjudicandum in domo suæ solitæ habitationis, Angelis ad Gizzarell. dec. 12. num. 6. & seq. Immo si tempore citationis ad informandum, & ad capitula forjudicandus habitabat in una domo, & tempore citationis ad forjudicandum habitat in alia; si citatio ad forjudicandum sit notificata primæ habitationi, citatio est nulla; & consequenter, si ex ipsa citatione sit processum ad sententiam forjudicationis, sententia est nulla, ut ita decisum testatur Franch. dec. 514. nam reus debet citari domi, in qua habitat tempore citationis & non domi solitæ habitationis, quam antè tenebat, Plotus conf. 60. num. 1. Clarus pract. crim. §. fin. quæst. 31. vers. intelligo de domo Guazzin. ad defensionem reorum, def. 10. cap. 2. num. 27. & Maranta d. membro 1. num. 124. in fine, & Martianns conf. 18. n. 14. lib. 2. aliàs si Reus sit citatus domi, ubi habitavit, & non ubi habitat tempore citationis, citatio est nulla l. 1. §. domum, ff. de aleatoribus, l. 4. §. Prætor aut, ff. de damno infecto, & Giazzius in discept. crim. ad reorum defensionem discept. 22. num. 65. tom. 2. ubi num. seq. dicit, quod citatio facta in apotheca, ubi quis exercet artem, non tenet.

6 Sed si delinquens post delictum se absente cum sua familia, & vadat ad habitandum extra Regnum, in hoc casu potest citari ad for-

judicandum per edictum, Franchis dec. 516. in fine. sic etiam licet citatio ad forjudicandum sit facienda in domo inquiliti, tamen si domus Rei ob ejus contumaciam sit diruta, citatio potest fieri per edictum, Grammat. in Coll. Reg. edictorum, nu. 7. & 8. Thor. in compend. dec. tom. 1. ver. citatio, fol. 98. Aff. in Coll. Reg. citationis literæ, num. 5. & Franch. d. dec. 516. n. 17.

7 Et Nigris in cap. Regni, sive quis, num. 19. versiculo, & antequam, ponit formam citationis ad forjudicandum, & aliam formam citationis ad forjudicandum ponit Aff. in Coll. Reg. pœnam eorum, num. 45. & aliam formam citationis ad forjudicandum ponit Foller. pract. crim. rub. forjudicentur, num. 4.

8 Aliam formam citationis ad forjudicandum tradit Novarius in tract. de gravam. vassallorum, tom. 2. gravam. 9. num. 31.

Forma vero citationis ad forjudicandum, qua utitur M.C.V. in homicidio facto cum armis igneis, talis est, v3.

CAROLUS Dei gratia Rex, &c. D. Nicolaus Cajetanus, Aquila, Aragon. Princ. totius Famil. Caiet. Dux Laurent. Princ. Pedimontis, ac Il. in Reg. Neap. Alif. Comes, intimus S. M. Confiliarius, & Regens M.C.V. Quibusvis Alguzeriis, & servientibus dictæ M.C. vel aliorum quarumvis Curiarum, & locorum ad infra scripta insolitum requirendis, noveritis, qualiter perquisitis actis, processibus, & libris contemptorum M.C.V. inter alia invenimus, fuisse emanatam citationem ad informandum, & ad capitula contra Tales de Talibus Talis Terræ, tenoris sequentis v3. & hic inferitur citatio ad informandum, & ad capitula una cum relationibus Nuncii, contumaciis prima, & ultima inculcatis, ac decretum, per quod fuerunt inquisiti reputati contumaces, quibus omnibus præinsertis, sequitur v3. Postremò supra dictis Talibus in dictis eorum contumaciis, & banno per dictos dies quindecim integros perseverantibus, fuit per Magnificum Regium Procuratorem Fiscalem post lapsos prædictos dies quindecim accusata contumacia contra ipsos contumaces banuitos, & in dictis eorum contumaciis, & banno per dictos dies quindecim integros perdurantibus, & maxima cum instantia petiit, per dictam Magnam Curiam debite procedi debere ad forjudicationis sententiam contra prædictos tales juxta formam prædictarum Regiarum Pragmaticarum omni modo meliori. Nos itaque considerantes, quod nihil obedientia obedientibus prodesset, si contumacia contumacibus non obesset, cogitantesq; quod ibi maturius agendum fore, ubi de vita hominis agitur; ac cupientes, potius, ut dicti Tales, dictis eorum contumaciis, & banno purgatis in dicta Magna Curia comparerent, & jus eorum dicerent, & eorum innocentiam, si quam forte prætenderent, docerent, quam se vero Justitia gladio occidantur, ad eorum malitiam superandam, ideo vobis, ut supra iam dictis, qui vestrum ad prædicta fuerit requisitus, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus ad omnem instantiam, & requisitionem d. Regii Fiscii peremptorie citetis supra dictos

dictos Tales personaliter si ipsos de persona reperiri contingerit; sin autem in domibus suarum solitarum habitationum, quatenus ad primam, vel infra dies tot, &c. post presentium intimationem personaliter in dicta Magna Curia compareant dictas eorum contumacias, & banna purgaturi, ac de eorum innocentia, si quam forte pretendunt, adversus predicta eorum singula ostensuri; Et insuper citentur, moneantur, & requirantur subscripti agnati, cognati, affines, vicini, & amici dictorum Talium inquisitorum, quatenus similiter in eodem termino in dicta M.C.V. compareant ad dicendum causam quare contra predictos T. bannitos, & contumaces, ut supra in dictis eorum contumaciis, & banno perdurantes per dies quindecim, & ultra, procedi non debeat per d. M.C.V. ad sententiam forjudicationis, servata forma predictarum Regiarum Pragmaticarum alias per nos, & dictam M.C.V. procedetur contra predictos T. iustitia mediane, ad dictam sententiam forjudicationis eorum, & cujuslibet ipsorum absentia, & contumacia, non obstantibus, alias, &c. citetis, & referatis in forma. datum Neapoli, &c. & in calce istius citationis fit summarius hoc modo v3. Citatio ad forjudicandum cum abbreviatione termini dierum quindecim, servata forma Regiarum Pragmaticarum, ut supra.

Forma relationis Nuncii, in calce citationis ad forjudicandum, talis esse debet, v3.

Adi, &c. nella T. terra io T. de T. serviente ordinario della T. Corte refero hoggi sopradetto di, &c. in detta Terra con la presente citatione ad forjudicandum, & quanto in essa se contiene havere citato ad forjudicandum li retroscritti T. de T. principali inquisiti tutti domi alle loro solite habitationi, per non haverli possuti havere de persona, presente li T. & T. persone da loro casa, & presente T. de T. per testimonio. Ed ancora refero nella sopradetta giornata & di, ut supra in dicta Terra io predetto T. serviente, ut supra con la presente citatione ad forjudicandum havere citati T. de T. padre, madre, fratelli consanguinei, agnati, affini, amici, & vicini di detti Tali principali inquisiti personalmente, & domi, conforme hanno segnati, presente per testimonii Tale, & Tale de Tale, modo, & forma, ut supra sibi commissa. Io Tale serviente refero, ut supra manu propria, &c.

9 Expediata citatione ad forjudicandum, illa notificatur per Nuncium, & in calce ipsius fit relatio Nuncii, quod si sit omissa in relatione citationis conjunctorum clausula solite habitationis in hoc casu non vitiatur relatio, & sequuta sententia forjudicationis, valet, Sanfelice. dec. 225. n. 8. Quod secus est, si clausula solite habitationis sit omissa in citatione Rei principalis, quia tunc est nulla, ut dixi sup. cap. 6. n. 16.

10 Et postea, facta relatione in dicta citatione ad forjudicandum, inculsatur prima, & ultima contumacia, Franch. dec. 514. n. 10. Foller. pract. crimin. rub. forjudicentur, n. 5. & Rota d. concl. 9. n. 89. & seq.

11 Et inculsata ultima contumacia, si nemo comparuit, fit dec. tenoris sequentis, v3.

Et per Curiam, visis banno, & contumaciis inculsatis contra d. T. de T. citatum relatum, & non comparentem, visisque annotatione bonorum, publicatione banni, perseverantia ipsius in contumacia per annum integrum a die publicationis ipsius banni, visisque instantiis factis nobis, & nostra Curia per quarelantem, visisque citationibus expeditis contra dictum contumacem, ejusque affines, cognatos, amicos, & vicinos ad allegandum causam justam impedimentorum, prout tunc erant, visisque ipsorum Nuncii relationibus, & contumaciis inculsatis prima, & ultima, & quia nemo comparuit, fuit per eandem Curiam provisum, & decretum fore procedendum, prout procedi mandatur contra T. de T. ad sententiam forjudicationis, servata forma juris, hoc suum, &c. istam practicam tradunt Foller. rub. forjudicentur. n. 6. de Leonard. pract. offic. cap. 13. nu. 40. in fine, & Reg. Salern. dec. 3. n. 1.

Aliam formam decreti, ponit Novarius de gravam. vassall. tom. 3. grav. 9. n. 32. & est v3.

Dis, &c. Curia pro Tribunali sedente citatus supradictus N. & ejus affines, consanguinei, agnati, cognati, & amici voce praconia per loca solita, & consueta dicta Civitatis, ut moris est relevatus, & in banca vocatus, dicta Curia pro Tribunali sedente, non comparuit, nec aliquis pro eo, qui eum excusaret, nec aliquis pro eo, qui peteret absentiam, instante dicto Curia Coadjutore, & petente, fuit accusata ultima contumacia in forma, & expectatis consanguineis, affinibus, agnatis, cognatis, amicis, & vicinis ejus relatis, & vocatis in banco alta, & intelligibili voce, & non comparantibus nec aliquis comparuit pro eo, qui ipsum legitimis excusationibus excusaret, & absentiam causam proponeret, seu allegaret, instante dicta Curia Coadjutore, & petente hodie, &c. fuit accusata ultima contumacia contra predictum N. & per ipsam Curiam fuit decretum fore, et esse procedendum contra d. N. inquisitum, ut supra ad sententiam forjudicationis, & alios actus incumbentes, & ita per hoc suum, & hoc procedit, quando debet expectari annus.

12 Sed quando proceditur cum breviatione dierum quindecim, & tunc inculsata ultima contumacia, interponitur decretum hoc modo, v3.

Vocato in banco juris d. T. de T. per T. servientem alta, & intelligibili voce more praconio, qui dictus T. de T. non comparuit, nec aliquis pro eo, qui justam causam impediendi allegaret, ideo fuit reputatus prout reputatur contumax, & provisum, ut infra. Jesus. Et per Curiam, visis citationibus ad informandum, & ad capitula, visisque ipsarum Nuncii relationibus, ac perseverantia contumacia per d. T. de T. dierum quindecim, & plus a die ultima contumacia in dictis citationibus, visisque instantiis factis nobis, & nostra Curia per quarelantes, visisque citationibus ad forjudicandum expeditis contra dictum contumacem, ejusque affines, cognatos, amicos, & vicinos ad allegandum justam causam impedimentorum, prout tunc erant, ac visis ipsarum Nuncii relationibus, & contumaciis inculsatis prima, & ultima, & quia nemo comparuit, ideo fuit per ean-

eandem Curiam provisum, & decretum fore procedendum prout procedi mandatur contrā dicti T. de T. ad sententiam forjudicationis, servatā formā juris, hoc suum, &c.

12. Sed si in ultimo peremptorio citationis ad forjudicandum compareant consanguinei, affines, amici, & vicini forjudicandi, & tunc multa opponere possunt.

Primò, possunt allegare absentiam citati, & ipsa est concedenda dilatio ad denunciandum, dato, quòd tempore citationis ad informandum, & ad capitula fuit denegata dilatio antedicta, ex quo inquisitus fuit vilus tempore delicti, vel die præcedenti, ut dixi supra cap. 8. num. 97.

Et allegatā absentiam, interponitur decretum tenoris sequentis, v. 3.

Firmā remanente contumaciā in citatione ad forjudicandum, & decreto lato, ut T. de T. forjudicetur, concedatur, prout conceditur terminus dierum tot d. T. ad denunciandum d. T. & interim supersedeatur in legendo sententiam forjudicationis, dummodo d. T. non fuerit visus, & non additur particula illa (dummodo non fuerit captus) prout dicitur, quando allegatur absentia in citatione ad informandum, & ad capitula, ut dixi supra cap. 8. n. 105. ratio est, quia quando sumus in citatione ad informandum, & ad capitula, agitur de pœnā contumaciæ, ad quam incurrit Reus sive sit vilus, sive captus post terminum ad comparandum propter contemptum citationis, sed quando sumus in citatione ad forjudicandum, non agitur de pœnā contumaciæ, sed tantum agitur, ut procedi possit ad lecturam sententiæ forjudicationis, ad quam procedi potest; quando reus est absens, & ideo quando fuerit visus post citationem ad forjudicandum, potest procedi ad lecturam sententiæ, etiam non elapso termino dato ad denunciandum, cum allegata absentia sit falsa, undè merito addi debet particula illa, dummodo non fuerit visus; sed quando Reus est captus, pendente termino ad denunciandum, sententia forjudicationis non reperitur lecta propter terminum datum ad denunciandum, & ideo sententia legi non potest, sed est audiendus in suis defensionibus, ex dicentis infra cap. seq. n. 2.

Et si pendente dilatione data ad denunciandum proferatur sententia forjudicationis, est nulla, l. sive pars, C. de dilation. & Maranta in suo speculo, part. 6. distinct. 16. n. 68. & ibi Follet. in add. Sed veritas est, quod si in ultimo peremptorio citationis ad forjudicandum compareant agnati, & cognati forjudicandi, & allegant absentiam forjudicandi, illa non debet admitti, ut videtur sentire Nigris in capitula Regni sive quis post n. 19. circa finem, & est ratio quia pro contumace nemo loquitur. Caravita in ritu 266. n. 8. Franchis dec. 339. n. 11. & Thorus in voto 20. n. 8. tom. 1.

14. Secundò agnati, & cognati possunt dicere, & opponere, forjudicandum esse mortuum, quo constituto, non potest proferri sententia forjudicationis Nigris in cap. Reg. sive quis, n. 19. verlic. & oportet, & si proferatur est nulla l. in summa, §. fin. ff. de re judic. l. penult. ff. quæ sent. sine appellat. rescind. Franch. dec. 245.

Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 35. cap. 27. num. 1. Novarius de gravamin. vassallor. tom. 3. gravam 9. n. 17. & in coll. super rub. Pragmat. de sentent. forjud. n. 19. & Rota in florilegio, pract. concl. conclus. 9. n. 19. Immo si sententia sit lata contrā aliquem eo die, quo decessit, neque valet, Gizzarell. dec. 9. Et agnati, & cognati forjudicandi debent opponere de morte forjudicandi, aliàs sententia valet, nam quando judicium est cœptum cum vivo, & pendente judicio, moriatur, & proferatur sententia, si Judex ignorat mortem tempore sententiæ est valida, Maltrill. dec. 137. Sed hoc procedit in civilibus, secus in criminalibus, in quibus non valet sententia lata contrā mortuum, dato, quòd Judex ignorat, Reum esse mortuum Guazzinus d. defens. 35. cap. 27. n. 2, & post n. 3. & est ratio, quia in criminalibus delicta morte extinguuntur, ut dicam infra cap. 16. n. 42. in fine, sed in civilibus omnes actiones activæ, et passivæ transeunt in hæredes, ut in toto tit. Cod. ut actiones ab hæredibus, & contra hæredes, & in toto titulo Codicis de hæreditariis actionibus, & in mortuum non potest proferri sententia excommunicationis Marta de jurisdictione part. 3. cap. 4. n. 31. & Reus contumax, si moriatur, antequàm contumax pronuncietur, hæredi non nocet. Marf. de hantitis ver. contumacia, n. 52. & in l. de unoquoque, n. 213. ff. de re jud. & dixi supra cap. 7. n. 12. et quando accusatus moritur ante elapsum annum, non perduntur ejus bona. Grammat. in dec. 4. n. 11. sed in dubio mors non presumitur sed citatus presumitur vivere, et ideo mors est probanda ab allegante, quando mors citati allegatur, ut desumitur ex l. finali Cod. de sacrosanctis Eccles. Cacerius in dec. 108. n. 5. Farinac. in frag. part. 2. verbo mori. n. 208. Boerius in dec. 288. post n. 2. & Mascard. de probat. concl. 1074. n. 1. & 2. ubi in concl. 1075. late tractat an mors probari possit per publicam famam, & vocem, de quo late etiam per Farinacium in d. ver. mors n. 338. usque ad 344. & mors probatur per duos testes deponentes vidisse aliquem mortuum, et sepulturam traditam. Bartolus in l. 2. §. sed si dubitatur post n. 1. ff. quomodo testam. aperiunt, & Mascardus in eod. tract. de probationibus conclus. 1076. n. 2. ubi n. 3. dicit mortem probari per testes confanguineos, & n. 5. dicit mortem occultam probari unico teste, & n. 6. dicit mortem probari per testes deponentes se interfuisse sepulture, non tamen vidisse cadaver, ex eo quod ferebro erat reatum, & pannis involutum, & quod sic ab omnibus dicebatur. & n. 8. dicit mortem probari per testes examinatos, nemine citato, sed tantum officio Judicis receptos. Sic etiam mors probatur ex libro Curati, in quo describi solent nomina mortuorum, si extat consuetudo ut habeatur fides d. libro, & agatur de modico præjudicio. Farinac. in dicto ver. mors. n. 336. Mascard. in eodem tract. de prob. conclus. 1077. n. 4. ubi n. 6. dicit. quod mortuus presumitur senex, qui recessit, & tandem absuit, quod si vivere expleat centum annos, & n. 7. dicit presumi mortuum eum, de quo fit mentione in aliquo instrumento cum adverbio Quondam, concurrente tamen fama, & idem tenet Farinac. in d. ver. mors. n. 337. & Anna filius finge.

Aug. 146. & creditur testibus deponentibus de auditu talem esse mortuum in mare. Boerius in dec. 288. & Riccius in collect. 2171. vers. sed sufficit; & pluribus aliis modis mors probari potest, de quibus per Riccium in coll. 401. & 1139. & per Capriolum in praxi succedendi ab intestato, quam posuit in fine sui tractatus, de successione ab intestato a n. 4. usque ad n. 21. & per Farinacium in d. ver. mors a n. 308. usque ad n. 357. sed sententia contra usurarium mortuum declarans talem esse usurarium manifestum ad finem, constandi ejus bona talis sententia vales Rovitus in prag. 4. n. 2. de usuris.

¶ Tercio agnati, & cognati possunt comparere, & opponere, qualiter citatus à Judice laico sit Clericus, Marf. pract. crimin. §. sequitur, nu. 27. Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis questionibus, quest. 99. nu. 162. & Rosa pract. crim. cap. 10. n. 45. part. 1. ubi dicit, quod non est deneganda dilatio ad producendum registri fidem. & si presentent bullas Clericatus, & fidem servitii coram Judice laico citante, tunc bullæ ponuntur extra processum, & superseditur in proferendo sententiam forjudicationis, Franchis dec. 329. & 688. in fine. Sed vide Carolum Antonium de Luca in suis, observationibus ad decisiones jam dictas, & Rovit. in rub. de sent. forjud. nu. 11. ubi hoc ampliat, etiam si citatus à Judice laico esset Clericus primæ tonsuræ; idem tenent Thor. compen. dec. com. 2. ver. forjudicatio, fol. 248. Covar. pract. quest. cap. 33. n. 1. Mastrill. dec. 113. nu. 7. & 16. Capyc. Latro dec. 74. nu. 1. cum dnob. seq. & Campana de forjudicatione, resol. 4. nu. 2. & 3. & hoc amplia etiam in Clerico conjugato citato à Judice laico ad forjudicandum, ut desumitur ex Sanfel. dec. 14. n. 13. & clericatu opposito, superseditur etiam ab executione pœnæ ductorum mille imposta contra delinquentes cum armis igneis per Regiam Pragmaticam Ducis Medinæ sub die 1. Septembris 1638. Sanfel. dec. 277. & quando agnati, & cognati opponunt forjudicatam esse Clericum, debent presentari bullas clericatus, quia per eas plenè, & perfectè probatur Clericatus. Grassus de effect. Cler. in præludio n. 200. Farinacius in pract. crim. tit. de inquisitione. quest. 8. n. 40. Thor. in compend. dec. tom. 3. sect. 3. vers. remissio. fol. 126. & in suppl. dec. eodem vers. remissio. fol. 539. Mascard. de prob. conclus. 305. n. 1. & conclus. 1145. n. 1. Sperellus dec. 17. n. 21. Delbene de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 4. dubit. 29. n. 4. & Capic. Latro dec. 173. n. 27. part. 2. ubi dicit, quod bullæ Clericatus debent esse subscriptæ ab Episcopo ordinante, & illius sigillo munitæ, & idem tenet Mascardus in d. conclus. 305. n. 2. & literæ testimoniales Episcopi scribentis ad partis petitionem censuisse ordines alicui non probant Clericatum, si non producantur bullæ, ut decisum refert Merlinus controu. forens. lib. 2. cap. 91. & dicunt Capic. Latro. in d. dec. 173. n. 26. cum pluribus seq. & Ballis tract. var. lib. 5. tit. de Clericis incidentibus sine habitu. fol. 159. nu. 2. ubi n. 2. dicit, quod literæ Clericatus sunt exhibendæ & non sufficit copia registri ad hoc, ut Clericatus dicatur probatus, licet contrarium teneant Sperellus d. dec. 17. n. 23. et Grassus in d. præl. n. 198.

¶ Sed si Clericus post delictum efficiatur lai-

cus, licet puniatur à Judice Ecclesiastico, de quo dixi in tract. de foro comper. cap. 7. nu. 89. tamen si citetur ad forjudicandum à Judice laico, & ejus agnati, & cognati presentent bullas, non per hoc impeditur forjudicatio, sed personaliter comparere debet, alias forjudicari potest, non obstante oppositione Clericatus. Merlinus controu. forentium, cap. 49. n. 8. & seq. tom. 1. & Campana d. resol. 4. nu. 13. ubi n. 11. dicit, quod si per Fiscum adversus bullas presentatas afferatur aliqua scriptura in contrarium, tunc proceditur ad sententiam forjudicationis, & num. 12. dicit, quod etiam proceditur ad sententiam forjudicationis contra Clericum si agatur de delicto spectante ad Judicem laicum, bullis presentatis non obstantibus.

Sed quid si per consanguineos Clerici beneficiati sint presentatæ Bullæ beneficii tantum, & non Bullæ collationis ordinum, an sit supersedendum in proferendo sententiam forjudicationis? Et Franch. dec. 329. dicit, quod fuerunt presentatæ Bullæ per consanguineos beneficiati, & dum fuerunt repertæ validæ, fuit superfluum in proferendo sententiam forjudicationis, & non dicit si fuerunt presentatæ Bullæ beneficii, & ordinum in qua difficultate prima facie videretur dicendum, non esse supersedendum in prolatione sententiæ forjudicationis, nam per presentationem Bullæ beneficii tantum non dicitur probatus Clericatus, sed est necesse, ut presententur etiam Bullæ Clericatus ordinum, alias Clericus non remittitur ad Judicem Ecclesiasticum, ut decisum refert Sanfel. dec. 7. & 260. post num. 1. Et Papa si conferat beneficium alicui laico, eum nominando Clericum, non per hoc valet collatio, Grass. de effect. cler. eff. 15. nu. 35. & si Papa vel Episcopus in literis collationis beneficii simpliciter nominent aliquem Clericum ex hac nominatione, non dicitur probatus clericatus Ausaldus de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 35. n. 6. cum pluribus seq. Petrus Garzia à Toledo in dicto 36. Mascard. de probat. conclus. 304. n. 22. & conclus. 305. n. 4. Capyc. Lat. dec. 173. n. 30. cum pluribus seq. tom. 2. & Corradus in praxi beneficiaria, tom. 1. lib. 1. cap. 35. n. 105. & facit textus in cap. si Papa de privilegiis in 6. ubi habetur exemptionem Ecclesiæ non probari ex eoque Summus Pontifex in aliqua scriptura vel privilegio dictam Ecclesiam exemptam vocavit nisi de exemptione aliter constet, facit etiam textus in Clem. final. §. simpliciter de sent. excomm. ubi habitat, quod si Papa, vel quilibet Princeps in suis literis aliquem sub aliqua dignitate nominant non per hoc consuetudo dignitate illa eum decorare. Covarruvias var. resol. lib. 3. cap. 3. n. 6. & seq. & Marini quotid. resol. lib. 1. cap. 102. n. 7. & intendens impetrare beneficium, tenetur probare se esse Clericum, alias illud non potest obtinere. Mascard. de probat. concl. 302. n. 11. Sed ego teneo, adhuc esse supersedendum in proferendo sententiam forjudicationis per presentationem bullæ beneficii tantum, nam contra opinionem Sanfel. tenent Gram. dec. 81. Masallus ad Capyc. dec. 161. nu. 8. Mascard. de probat. concl. 1233. n. 3. & Grass. in d. tract. de effect. Cleric. in prælud. n. 221. & opinio Sanfel. procedit, quando

Cle-

*È se questa potestà sta in petto d'un Vicerè in eser-
citarla, quanto più sarà necessario porla in es-
secuzione dalla M. V. Padrona?*

*Ne a favor d'un tal malfattore deve aver luogo
alcu' uso di pietà, perche la medesima usar si de-
ve a prò di qualche fido, e non d'un infido, che
perciò*

Dice chi più non sà, che'n petto regio

Somma lode e pietà; ciò non neg'io.

Al fido, al buon l'utar pietade è fregio;

Indegno è di pietà l'infido, e il rio.

Oltre che poscia onor non ha, ne pregio,

Quando ancor non sia giulto huom, che sia

Sen Giustizia, e Pietà còpagno, e quasi (pio.

De la Virtù Real sostegni, e bali.

*Ansi maggiormente, che la M. V. in tal caso non
procede come il Re Federico II., che dopo fat-
to troncar la testa ad un simil delinquente,
ordinò a' suoi eredi, che dasser alla deflora-
ta con la dote le vesti lucubri; Ma a sol fine si de-
gua la M. V. ordinare questa forgiudica, e sua
abbreviazione, per costringere il reo, e suoi
congiunti ad effettuare il matrimonio, che è la
proporzionata, e giusta pena, alla quale il reo
deve soggiacere; per medicare, non che sal-
dare le piaghe dell'Onore della Fanciulla, e de'
suoi Congiunti; Onde ne addizione, che simile
severità, perche ha per fondamento, e scopo
l'emenda, cioè l'effettuazione del matrimonio,
riuscirà più tosto pietosa, che aspra in persona
del delinquente; al dire appunto di Valer. Mass.
Omnis severitas ad emendationem invitanda,
pia magis, quam aspera videtur. E così
ciò gli resto baciando il Regal Piede. Chiana il
di 14. Aprile 1737.*

Di V. M., che Dio guardi.

Ulmilis. Servo, fedeliss. Vassallo

Gio: domenico Albarella Scialoja.

25 Et Judex antequam contra contumacem
ad executionem procedat, & confessum de
crimine habeat, & ab omnibus exceptionibus
illum exclusum declaret, antè omnia animad-
vertere debet, si ritè, & benè ordo adictorum,
& citationum servatus sit, aliàs condemnatio
sequi non potest, quòd si sequuta sit, nulla est,
& invalida ipso jure, Chart. de execut. sent.
contumacialis, capto bannito, cap. fin. n. 161.
& seq. ubi n. 164. dicit, quòd ex ficta confessio-
ne ex contumacia surgente per inordinatum
processum nulla sequi potest sententia, et si
feratur, nulla est.

26 Sed quæritur, quid si agnatus, vel cognatus
forjudicandi citatus in citatione ad forjudi-
candum sit persona privilegiata, an possit eli-
gere Regia Tribunalia ex ejus persona, & pe-
tere, ut ibi discutiantur opponenda per eum
adversus acta ordinatoria? & dicas, quòd non,
nam persona privilegiata veniens in causa, prò
suo interesse, non habet fori electionem, ut dixi
in tract. de foro compet. cap. 16. n. 55. Immo
nequè pro parte inquisiti privilegiati potest fieri
electio fori in criminalibus, dum ille sit ab-
sens, ut dixi in tract. de foro compet. d. cap.
16. n. 46. Et dictum est supra cap. 8. n. 16. in fine

27 Quæritur etiam quid si agnatus vel cognatus

forjudicandi pupillus, & compareat in in-
pediendo sententiam forjudicationis, an sit pro-
videndus de atore? & dicas maxime J. Cla-
rum. Cod. de auctoritate prastanda. Sed diffi-
cultas est si ita data ab illis de Regimina
Universitat nominatus aliquis consanguini-
us forjudicandi pupillus; & hic sit citatus
in citatione forjudicandum, eo non dato cu-
ratore, & compareat, & sit lata sententia
forjudicandi, an ex hoc sententia reddatur
nulla? & quod maxime, ex dictis supra in
hoc eodem tit. n. 3. Nam licet ille fuit cita-
tus, null tamen citatus fuit, dum non fuit
ei datus ator, & proinde habetur tanquam
si citatus esset.

28 Quæritur quoque quid si in citatione ad for-
judicandum non sit citatus Fiscus, & lata sit
sententia forjudicationis contra reum, an illa
valida & videtur dicendum quod minime;
nam Fs in causis criminalibus est audien-
dus, ut est infra in cap. sequenti. n. 49. &
sententia est nulla quando prolata fuit non
prece. citatione ad sententiam, & hoc etiam
si sit in favorem non citati. Riccius in col-
let. 2. vers. nota duodecimo, & in coll. 1470.
vers. filia. 4. Sed in contrarium est veritas,
nam sententia est nulla quando lata est
Fiscus auditus contra Fiscum, ut dictum est in
d. n. secus si in favorem Fiscus lata sit, quia
tunc valida. Follet. in pract. crim. rub. panis
deberiantur. n. 81. & Leonardis in pract.
offic. p. 3. n. 37. & seq. ut in simili videmus,
nam sententia lata contra minorem in de-
fensum sit nulla. l. cum & minores. cod. de
re judicata, & l. acta. §. contra in-
defensos, ff. de re judicata, tamen si sit lata in
favorem minoris indefensi est valida. l. non eo.
Cde procurat. & dicit glossa in d. §. contra
indefensos, sic etiam licet sententia lata con-
tra mortuum sit nulla. l. in summa. §. finali. ff.
de judicata. & l. penultima, ff. quæ senten-
tiæ appellat. rescind. & dicit Franchis in
l. 245. tamen si sit lata in favorem mortui,
sententia valet. glossa in d. l. in summa. d. §. finali.
et contrarium tenent Novarius in prag. 5. n.
de dilationibus: & Thor. in compend. decis.
m. 1. vers. sentent. fol. 502. & quando nullitas
spicit favorem alicujus, illa locum non habet
si ille velit, etiam si actus esset ipso jure nul-
lus. Sordus in dec. 108. n. 4. & 11. Afflict. decis.
66. n. 6. & Campana de forjudic. res. 15. vers.
tura equidem. & licet alienatio rei Ecclesia
absque sollemnitatibus sit ulla, tamen ecclesia
tantum, & non emptor potest dicere de nulli-
tate, ut dicit Riccius in coll. 3054. Marinis
quotid. resol. lib. 1. cap. 6. n. 15. & cap. 288. n. 5.
Merlinus contrav. forens. lib. 1. cap. 21. Sanfelice.
dec. 309. & Anna in sing. 578. Sic etiam licet
sententia lata contra absentem sit nulla, tamen
si sit lata in ejus favorem valet, ut docuit su-
pra meus Avunculus cap. 8. n. 3. Sic etiam licet
iudicium factum cum filio familias, absque
consensu Patris sit nullum. Franchis dec. 494.
tamen si sit lata sententia in favorem ipsius fi-
lii familias, est valida. Maranta in suo speculo
part. 4. dist. 16. n. 51. & ibi Folletius in addit.
n. 33. licet contrarium teneat. Vantius de nul-
litatibus. rub. de nullit. ex defectu in habilita-
tis. n. 42. & seq.

T

SUM-

- 1 **S**ententia forjudicationis quando legi debeat?
- 2 Reus, si compareat ante lectam sententiam forjudicationis, auditur in causa principali, dato quod sit interpositum decretum, ut ipse forjudicetur, secus lecta ipsa sententia, quia tunc non auditur, nisi compareat, adhuc Judice pro Tribunali sedente, num. 3. Sed quid si compareant agnati cum supplicatione, ut stante appellatione, Judex a quo transmittat acta, dummodo sententia forjudicationis non sit lecta, & ipsa sententia sit lecta sed adhuc Judex sedeat pro Tribunali? num. 3.
- 4 Consanguinei forjudicati, lecta sententia forjudicationis, non possunt dicere de nullitate, ipso forjudicato non existente in fortis Curia.
- 5 Forma sententia forjudicationis plures traduntur usque ad num. 11.
- 12 Sententia secundum ejus verba esegui debet, sed Judex potest declarare suam sententiam dubiam.
- 13 Pœna dicitur expressa in sententia, quamvis verè expressa non sit, si tamen factum sit declaratum in sententia.
- 14 Exequutio facienda non est contra delinquentem, nisi sequuta sit sententia declaratoria.
- 15 Sententia valet, licet in ea non sit specificata aliqua pœna, si tamen sit dictum, condemnatus ad pœnam in tali lege contentam.
- 16 Sententia prius debet scribi, & postea proferri, & per quem debeat legi? num. 17. & debet proferri in scriptis, num. 20. & in latino sermone, num. 22.
- 18 Sententia forjudicationis debet proferri die juridico, & non feriato, fallit in pluribus casibus, & num. 19.
- 21 Annotatio facta per Judicem in calce processus, talem fuisse forjudicatum, non probat sententiam forjudicationis, si ipsa non reperitur in processu.
- 22 Sententia in criminalibus an possit proferri, nemine instante, & an debeat proferri, Curia pro Tribunali sedente? & num. 24.
- 25 Sententia est nulla, quando est lata extra locum Curia, puta in Ecclesia.
- 26 Judex debet residere in loco solito, ubi predecessores soliti fuerunt jus reddere. Et quid in delegato, & Judice secundarum causarum? ibidem. Et quid in Praside Provincia? num. 27. 28. & 29. Et quid in Episcopo, & Archiepiscopo? d. n. 27. Et quid in Commissario Campanæ? n. 30.
- 31 Sententia est nulla, si sit lata extra jurisdictionem Judicis proferentis dictam sententiam.
- 32 Sententia est nulla, si sit lata ab uno Judice delegato, altero Judice delegato absente secus est in Judicibus ordinariis.
- 33 Sententia lata absque voto assessoris est nulla.
- 34 Sententia, si sit lata de nocte, est nulla, limita pluribus modis ibidem.
- 35 Sententia lata a Judice, cui erat suspensa jurisdictionis, est nulla, idem est, si sit lata a Judice notorie inimico, n. 36.

- 37 Sententia forjudicationis est nulla, si sit lata non precedente citatione ad forjudicandum, vel si sit lata extra terminum assignatum in dicta citatione.
- 38 Sententia absque lecta lata est nulla.
- 39 Sententia lata a Judice excommunicato, vel Hæretico non valet, limita, ibid.
- 40 Sententia lata post inhibitionem est nulla, sed si sit lata eodem die, quo fuit inhibitus, & non constet, si sit lata ante, vel post inhibitionem, & tunc est valida.
- 41 Officialis non potest fungi officio Officialis, & Advocatus alius acta non valent, limita in locis minimis, ibid.
- 42 Sententia forjudicationis dicitur diffinitiva.
- 44 Forjudicatus an dicatur servus pœna?
- 45 Processus conservatur in arca, lecta sententia forjudicationis.
- 46 Publicatio processus an sit facienda ante sententiam forjudicationis?
- 47 Litis contestatio an requiratur, ut devenire possit ad sententiam forjudicationis?
- 48 Sententia forjudicationis potest proferri contra existentem intus Ecclesiam.
- 49 Sententia in criminalibus non potest proferri nisi prius percussato processu per Fiscum, & eo audito.

C A. P. XII.

De sententia forjudicationis?

- 1 **P**ostquam in ultima contumacia citationis ad forjudicandum est latum decretum, ut Reus forjudicetur, incontinenti, vel quando Judici videbitur, potest procedi ad lecturam sententiæ forjudicationis, Foller. pract. crim. rub. forjudicetur, n. 6. in fine, ubi dicit, quod in M. C. V. facto decreto, ut Reus forjudicetur, tunc non proceditur ad lecturam sententiæ forjudicationis, sed in vigilia Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, vel in ultima Curia aliarum feriarum, quæ fiunt, idem tenet, Leonardis pract. Offic. cap. 13. n. 40. in fine; Sed quod postquam sit latum decretum, ut Reus forjudicetur, possit die sequenti, vel post aliquos dies, quando M. C. videbitur, procedi ad lecturam sententiæ forjudicationis, dicit Grammat. in Const. Reg. pœnam eorum. n. 12. & ita practicatur, & est prag. 24. de offic. Magistr. Justit.
- 2 Sed si in ultimo peremptorio citationis ad forjudicandum compareat principalis inquisitus, ille auditur ordinariè in suis defensionibus, licet sit interpositum decretum, ut Reus forjudicetur, dummodo sententia forjudicationis non sit lecta. Boss. pract. crim. tit. de Reis requirendis, post n. 3. Rovit. rub. de sent. forjud. n. 33. Clar. pract. crim. §. fin. qu. 44. ver. quæro nunc. Novar. de gravam. vassall. tom. 3. gravam. 9. n. 35. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione. quæst. 11. post n. 3. ver. præmitto quarto, & post n. 11. in fine, & post n. 14. in fine, & n. 101. & seq. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 140. & n. 164. & seq. & n. 203. ubi

ubi n. 463. dicit, quod in Statu Ecclesiastico per Constitut. Marchiæ disponitur, ut ante sententiam semper quis audiatur super crimine, etiam quod terminus banni lapsus esset, & in Regno nostro ante sententiam forjudicationis contumax, & bannitus, si sit captus, potest se defendere, & probare ejus innocentiam, Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, post n. 50. & in const. Regni. grandis utilitas. n. 2. in fine nam quis comparens in termino banni, bannum extinguitur, & resolvitur in vim simplicis citationis Merlin. in sing. 72. & Char. d. c. 1. n. 125. & 154. ubi n. 465. dicit, quod bannum datum ratione contumaciæ revocatur, eo ipso, quod quis compareret ante sententiam, & quando contumax compareret ante sententiam, omnia acta evanescent, & resolvuntur in vim simplicis citationis, Farinac. ubi sup.

3 Immo si lecta sententia forjudicationis, Judice tamen adhuc pro Tribunali sedente, compareat Reus principalis, etiam in hoc casu auditur in suis defensionibus, glos. in dict. Const. Regni pœnam eorum, ver. forjudicari, in fine, ubi Affl. n. 50. tex. in l. Divus Antonius ff. de in integrum restit. Rovit. d. rub. de sent. forjud. nu. 37. ubi nu. 38. cum plur. seq. dicit, quod si lecta sententia forjudicationis, Judice adhuc pro Tribunali sedente, compareant agnati, & cognati forjudicati cum provisionibus inhibitorialibus cum clausula, ut stante appellatione, Judex a quo transmittat acta, dummodò sententia forjudicationis non sit lecta, in hoc casu agnati, & cognati possunt petere se admitti per restitutionem in integrum ad appellandum a decreto, ut Reus forjudicetur, non obstante sententia forjudicationis, prolata nimis festinanter, exprimendo in supplicatione, quod ipsi comparuerunt, Curia pro Tribunali sedente, licet tardiusculè ob inadvertentiam horæ, & facta decretatione, ut Judex a quo transmittat acta, ad finem videndi, si sit deferendum petitiæ restitutioni in integrum, & transmissis actis, si ex processu appareat, quod sententia forjudicationis sit justa, ita quod si non esset lata, adhuc esset ita proferenda, & tunc non est deferendum petitiæ restitutioni in integrum, si verò appareat, non esse locum forjudicationi, & tunc deferretur petitiæ restitutioni in integrum ad appellandum a decreto, ut Reus forjudicetur, non autem a sententia forjudicationis, quæ remanet suspensa propter restitutionem in integrum concessam ad appellandum a decreto, ut Reus forjudicetur, & deinde fit monitio, qua facta, si Judex ad quem persistat in voto, quod non sit locus forjudicationis, & tunc dicit, ut supersedeatur in sententia forjudicationis, aliàs si sit in cōtrario voto, & tunc dicit, benè provissum, & proinde causa remittatur ad Iudicem a quo, qui deinde denuò legit sententiam forjudicationis, quia prima fuit suspensa, Rovit. ubi sup. & præcipue nu. 51. quem sequitur Thor. in comp. decis. tom. 1. vers. sententia, fol. 507.

4 Et lecta sententia forjudicationis, agnati, & cognati forjudicati, licet non possint appellare a dicta sententia, ut diximus supra cap. præcedenti, n. 22. & seq. tamen secundum aliquos possunt dicere de nullitate sententiæ

forjudicationis, Marf. sing. 592. & ita decisum testatur Franch. dec. 688. & dicunt Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudic. cap. 1. n. 14. cum plurib. seq. & Riccius collect. 291. & hoc quando nullitas non tangit causam principalem, alias est secus, Guazzinus ad defensionem, defen. 35. cap. 22. num. 12. & Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis questionibus, quæst. 99. n. 180. & etiam dummodò nullitas appareat ex eisdem actis, aliàs secus, Bosius pract. crim. tit. de carceratis fidejussorib. n. 16. & tit. an in criminalib. judiciis, n. 16. Guazzin. d. cap. 22. d. n. 12. & Clar. pract. crim. §. fin. qu. 32. ver. quæro an in causa, Sed Mastrill. dec. 161. in fine, dicit, quod quando agnati, & cognati forjudicati, lecta sententia forjudicationis, dicunt de nullitate sententiæ, nullitates recipiuntur, sed non discutiuntur, sed dicitur, ut de eis habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, forjudicato existente in posse Curiae, & hoc si nullitates tangant factum principale, si ve acta ordinatoria, idem tenent Thor. comp. dec. tom. 2. vers. nullitates fol. 287. & in supp. dec. ver. procurator, f. 504. Novar. dec. Regiæ Audientiæ Apulæ 14. & in coll. super rub. de sent. forjud. n. 11. & Rovit. d. rub. de sent. for. n. 32. Et quod agnati, & cognati forjudicati non possint dicere de nullitate sententiæ forjudicationis, Reo non existente in posse Curiae, dicit Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum, n. 27. in fine, quem citant Clar. dicta qu. 32. d. vers. quæro an in causa, in fine, & Farinac. d. q. 99. n. 182. Sed, forjudicato existente in posse Curiae, nullitates discutiuntur, ut dicam infra cap. 25. n. 56. & dicit Angel. ad pract. crim. Follerii, rub. captis forjudicatis recognoscantur. nu. 5., imo forjudicatus non potest comparere per Procuratorem ad allegandam nullam sententiam forjudicationis, sed personalitèr comparere debet ad hoc allegandum, Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimus casus est, n. 24. fol. mihi 16. Virgiliis de legit. persona. cap. 33. post n. 34. & Grammat. in d. Const. Reg. pœnam eorum, n. 14. licet Foller. pract. crim. in rub. audiantur excusatores, n. 3. Guazzin. d. def. 35. d. cap. 22. post d. n. 12. Caravita rit. 269. post n. 11. & Marf. pract. crim. §. sequitur, n. 6. dicant, quod admittitur Procurator in criminalibus, quando petitur, ut sententia declaretur nulla, tamen prima opinio est vera, Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum, n. 27. in fine, & Clar. d. quæst. 32. d. vers. quæro an in causa, prout est in Statu Ecclesiastico, in quo Procurator nunquam admittitur ad dicendum de nullitate, sed principalis se constituere debet in carceribus, Guazzin. dict. def. 35. d. cap. 22. post d. n. 12. in fin. Sed tertius pro suo interesse particulari potest dicere de nullitate sententiæ forjudicationis, etiam forjudicato non existente in fortis Curia. Marcianus cons. 18. a. n. 1. usque ad 7. & præcipue n. 5. tom. 2., & faciunt dicta per Grammaticum in dec. 29. & ibi Mari.

5 Formam sententiæ forjudicationis ponit Gl. pract. crim. §. fin. q. 44. ver. videamus, & eadem forma sententiæ traditur per Angelum Arctinum de maleficiis, ver. qui Dominus Index videns, nu. 45. per Boer. dec. 278. n. 12. & per Nuncium Tartag. pract. crim. cap. 6. n. 10.

- 6 Aliam formam sententiæ forjudicationis ponit Eoller. pract. crim. rub. forjudicentur. n. 29.
- 7 Aliam formam sententiæ forjudicationis tradit Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimus casus est, n. 92. & seq. fol. mihi 19. à tergo.
- 8 Forma sententiæ forjudicationis, qua ego semper visus fui in judicando, quando processu cum breviatione dierum quindecim contra aliquem, qui interfecerat hominem cum ictu scopiæ, juxta Pragm. 2. & 3. de ictu scopiæ, talis est videlicet.
- In causa inquisitionis formatae in T. Curia T. Civitatis de crudeli, & appensato homicidio commissio cum ictu scopiæ in personam T. loci T. contra T. loci, T. servatis servandis, fuit provisum in contumaciam, ut infra. v. 3.
- In Dei nomine amen. Viso præsentis processu in nostra Curia agitato in contumaciam suæ prædicti T. inquisiti, ut supra: visaque citatione ad informandum contra eum expedita, ac relatione Nuncii sub die T., visaque prima contumacia in d. citatione inculcata sub die T., & ultima inculcata sub die T., & in eodem die d. T. fuit reputatus contumax in d. citatione ad informandum, & condemnatus ad poenam in d. citatione contentam, visaque etiam citatione ad capitula contra dictum T. expedita, ac relatione Nuncii, sub die T., visaque prima contumacia in d. citatione ad capitula inculcata, sub die T., & ultima inculcata sub die T., & in eodem die d. T. fuit reputatus contumax in d. citatione ad capitula, & condemnatus ad tertiam partem suorum honorum mobilium.
- Vita etiam perseverantia d. T. in contumacia per dies quindecim, & plus à die contrae ultimæ contumaciæ in d. citatione ad informandum, & ad capitula, visaque etiam citatione ad forjudicandum, in qua fuerunt etiam citati agnati, & cognati dicti T., & visa relatione Nuncii facta in dicta citatione ad forjudicandum, sub die tali, & prima contumacia inculcata sub die tali, & ultima contumacia sub die tali, & eodem die fuit provisum, dictum T. esse forjudicandum, visisque videndis, & consideratis considerandis, Christi nomine repetito pro Tribunali sedentes præfatum T. in his scriptis sententialiter forjudicamus, & forjudicato haberi volumus, ita quod deinceps nulla omnino licentia remaneat ipsi super principali negotio, seu causa criminis se defendendi; sed perinde habeatur, ac si confessus de d. homicidio, de quo accusatus fuit; esset per diffinitivam sententiam condemnatus, & interim ei iudicii limina præcludantur, quod se contumacem etiam fuisse negare non possit, qui nec per se tanto tempore comparuit, nec per alium præteritum legitimam causam ejus absentiae probabilem, exitit accusatus, nullaque ei appellationis, seu supplicationis remedia remaneant, sed quoad omnia ferè pro mortuo habeatur, & hostis publicus reputetur: ita, ut ab omnibus offendatur, & occidatur impunè, adeò, quod si aliquis dictum T. occiderit, nullam proinde calumniam mereatur, sed præmium à Cæsarea Majestate, & nostra Curia semper expectet & dictum T. condemnamus in amputatione

capitis à spatulis (si sit nobilis, vel in furcis laqueo moriendum (si sit ignobilis) ita quod si aliquo tempore venerit ad manus justitiæ, ducatur, & duci debeat ad locum justitiæ consuetum, & ibi ejus caput amputetur à spatulis, vel in furcis laqueo moriatur, ita quod ejus anima separetur à corpore: decernentes nihilominus, bona dicti T. forjudicati velut damnati, si liberos, vel parentes utque ad tertium gradum non habeat Fiscus Regii commodis applicari, nisi feuda fuerint ex concessione Regia, vel alio iusto titulo acquisita, in quibus ascendentes liberis non succedunt. Si autem liberos ante hanc emissam forjudicationem, vel jam natos habeat, vel conceptos persona forjudicati liberis connumerata, pro rata, & numero liberorum ad bona ipsa Fiscum volumus annumerari, ita quod si unum filium tantum habeat, inter Fiscum, & filium pro æquali portione bona ipsa dividantur, si verò duos filios, Fiscus in tertia admittatur, & sic per consequens, si plures sint liberi, eadem censura servetur, electione ipsi Fisco, & nostræ Curiae reservata, verum partem ipsorum banorum habere voluerit, vel æstimationem, si æstimatio offeratur; hanc nostram eandem diffinitivam forjudicationis sententiam in his scriptis taliter proferentes, quam valere volumus omni meliori modo, via, jure, & forma, quibus melius potest.

- 9 Et aliam formam sententiæ forjudicationis, quando proceditur cum breviatione dierum quatuor in materia recaptus, posui supra cap. 10. n. 18.

- 10 Aliam formam sententiæ forjudicationis ponit Novar. de gravam. vass. tom. 3. gl'am. 9. num. 34.

Formam sententiæ ferendæ contra hæreticum fugitivum, & contumacem ponunt Dec. tract. crim. lib. 5. cap. 38. nu. 22. Umberto. locat. post judicial. inquisitor. fol. 510. & Farinac. de heresi, q. 185. n. 96.

- 12 Et sententia condemnatoria criminalis ad unguem secundum ejus verba esegui debet, Bar. in l. si expressum, ff. de appellat. & Chartar. de exequut. sentent. cap. fin. n. 273. ubi n. 274. dicit, quod si sententia certam poenam non contineat, sed tantum reperiatur in illa quod bannitus fuit pro maleficio condemnatus in ære, & persona, si de executione ipsius tractaretur, bannitus potest decapitari vigore d. sententiæ, quia poena personæ intelligitur in suo potiori significato de poena mortis si tamen causa, & delictum tantam poenam mereatur, cum ex genere causæ, genus poenæ metiendum sit, ut dicit Chartar. d. n. 274. ubi n. 275. dicit, quod Iudex, qui protulit dicta verba, potest illa interpretare, & declarare, nam Iudex, lata sententia, potest verba dubia in ipsa sententia contenta interpretare, & explicare, l. actorum verba, ff. de re jud. ubi gloss. & DD. Carrab. de sindic. part. 2. n. 22. sed sententia potest tantum Iudex suam sententiam dubiam declarare, Guazzin. ad defens. reorum, def. 35. cap. 18. n. 5.

- 13 Et poena dicitur expressa in sententia, quamvis verè expressa non sit, si tamen factum sit declaratum, dicendo, talem hæreticum, vel lē-

ſæ Majestatis reum declaramus, Chartar. dict.
14 cap. fin. n. 303. ubi n. 305. dicit, quod exequutio faciendâ non est contrâ aliquem delinquentem, nisi ſequuta ſit ſententia declaratoria *Bajardus ad Clarum. §. finali. quæſt. 93. n. 8.* & vide infra cap. 17. n. 56. & Iudex declarans aliquem commiſſiſſe tale delictum, licet in ſententia nihil aliud dicat, tamen intelligitur im-poſita pœna a jure ſtatuta pro ipſo delicto, Bal. in l. in exercendis, n. 21. C. de fide instrument. Rovit. in pragm. 3. n. 21. de militib. in ultima impreſſione ſecta de anno 1637. & Gomel. var. reſol. lib. 3. cap. 13. n. 30. *Grammat. dec. 6. n. 12.* *Palma in ſua præct. par. 1. gloſſa 3. n. 26.*

Et quando pœna in ſententia ſpecificata non eſt, ſed tantum in illa ſit dictum, talem condemnamus in pœnam in aliqua conſtitutione contentam, tunc valet ſententia & illa pœna eſt exequenda, quæ in dicta conſtitutione continetur, ita Chartar. d. cap. fin. nu. 307. ubi n. 444. dicit, quod in ea pœna debet fieri exequutio, in qua quis eſt condemnatus, nec eſt permittendum, ut bannitus eligat qualitatem mortis, & neque Iudex inferior a Principe poteſt damnato ad mortem concedere arbitrium eligendi qualitatem mortis, citat Romanum ſimp. 131. & verba ſententiæ ſtriçtè ſunt intelligenda, l. 1. C. ſi plures una ſententia & Farinac. præct. crim. tit. de delictis, & pœnis, quæſt. 25. n. 65.

16 Sed ſententia prius debet ſcribi, & poſtea proferri, aliàs eſt ipſo jure nulla, l. 2. & 3. C. de ſent. ex periculo recitandis, cap. fin. de ſententia, & re judic. in 6. Guazzin. ad deſenſam reorum, def. 35. cap. 9. n. 2. Marant. par. 6. rub. & demum fertur ſententia, n. 57. & Caravit. rit. 37. num. 2.

17 Et debet legi per Judicem, & non per alium, niſi ſit ſententia Præſecti Prætorii, que poteſt legi per aliquem, l. 1. & l. hac lege, C. de ſent. ex periculo recit. d. cap. fin. de re judic. in 6. Auth. ad hæc, C. de judiciis, & gloſ. in cap. poteſt, 68. de reg. jur. in 6. & ſententia S. R. C. legitur per Aſtuarium cauſæ, Pragm. 6. de off. S. R. C. ſed hodiè quælibet ſententia de generali conſuetudine totius Italiæ legitur per Aſtuarium, & non per Iudicem, Marant. d. rub. & demum fertur ſententia, n. 49. & 56. Caravit. ritu 288. n. 27. *Muscatell. in præct. S. R. C. part. 7. gloſſa condemnando. n. 24.* & Guazzin. ad deſenſam reorum, def. 35. cap. 9. n. 3. ubi dicit, ſecus eſſe in ſententia forjudicationis, quæ debet legi per Judicem, citat Bajard. ad Clarum §. fin. qu. 93. n. 6. & idem tenet Caravita in ritu 37. poſt n. 3. Sed in Guriis Baronalibus prædicatur, ſententiam forjudicationis legi per Aſtuarium coram Judice, Curia pro Tribunali ſedente, nam præſumitur, Iudicem mandaſſe Aſtuario, ut ſententiam legeret, dum ſit præſens, & conſequentèr habetur ac ſi lecta eſſet per Judicem *Petrus & Cinus in l. 2. Cod. de ſent. ex peric. recitand. Valle in conſ. 41. a. n. 32. uſq. ad 38.* & faciunt dicta per *Maſcard. de probat. in præfat. q. 5. n. 100.* nam qui per alios facit per ſeipſum facere videtur, l. quod jufſu alterius, ff. de reg. jur. cap. qui facit, 72. de regul. jur. in 6. & quis poteſt per alium facere, quod poteſt facere per ſeipſum, cap. poteſt 68. de regul. jur. in 6.

Et in lectura ſententiæ forjudicationis debent adhiberi duo teſtes, & in lecta lata debet dici, præſentibus TT. pro teſtibus, aliàs ſententia non valet, Foller. ad Marant. p. 6. actu 10. n. 32. *Qui dicit, eſſe de conſuetudine. Maſc. de probat. concl. 1100. n. 12.* & *Clericus patiens eſſe teſtem in ſententia forjudicationis efficitur irregularis. Genuenſis in præct. Archiep. Neap. cap. 42. n. 12.* & de lectalata ſententia forjudicationis vide infra n. 38.

18 Et ſententia forjudicationis debet legi die juridico, & non feriato, aliàs ſi ſit lecta die feriato, eſt nulla, l. 2. & fin. C. de feriis, c. fin. extra. de feriis, Marant. d. rub. & demum fertur ſententia, n. 88. Caball. reſ. crim. caſu 227. n. 1. & 2. Merolla in Theologia Moral. lib. 3. diſput. 7. cap. 3. n. 208. & Borrell. de comprom. §. 3. gloſ. 4. n. 66. ſed ſententia excommunicationis poteſt proferri die feriato, 2. q. 1. in ſumma, 12. quæſt. 3. in ſumma, Socinus in ſuis ſallentiis reg. 17. verſ. die feriato, ſallentia 10. Genuenſ. in præct. Archiep. Neap. cap. 28. n. 17. & Marant. in ſuo ſpeculo, part. 6. actu. 10. nu. 47. Sic etiam in criminalibus ſententia abſolutoria poteſt proferri die feriato, dummodo non ſint feriæ ad honorem Dei, Foller. præct. crim. rub. pœnis debitis feriantur, n. 75. ubi n. ſeq. dicit, quod ſententia condemnatoria non poteſt feri diebus feriatis, etiam meſſium, vel vindemiarum, citat Ghirlandum de relaxatione carcerati. tit. de abſolutione innocentis.

19 Sed ſi quis die feriato committat homicidium appenſatè, ſocrilegium, raptum, vel interrumpat divina officia, contrâ eum poteſt procedi die feriato, Prag. 4. de exulib. Et quando in aliqua cauſa proceditur ad modum belli, poteſt procedi etiam die feriato, Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de feriis, cap. 2. in fine, & in tit. de off. delegati, cap. 3. n. 7. & late *Burgus de modo procedendi ex abrupto. quæſt. 25. per totam.* Unde dum contrâ forſcitos poſſit procedi ad modum belli per Præſides Regiarum Provinciarum, contra illos poteſt procedi diebus feriatis etiam ad honorem Dei, Grandis de bello exulum in prædicamento quando, quæſt. 2. n. 2. & vide eundem in prædicamento pati, quæſt. 3. ſpeciali 94. ubi dicit, hoc intellige, & declara, ut non omnes actus explicari poſſint, nec ex omni cauſa, ſed quidam actus, & neceſſitate urgente, citat Menoch. de arbitrariis, lib. 1. q. 30. & licet hoc non ſervetur in praxi, tamen dicit, ita obſervandum eſſe a Judicibus Deum timentibus, citat Clarum §. fin. quæſt. 64. ver. quæro an tortuta, & quæſt. 97. ver. quæro etiam, & in judicio militari poteſt procedi die feriato, l. divus, ff. de feriis, & maxime quando agitur pro deſenſione reorum, Caball. reſol. crim. caſu 294. nu. 262. ſed non valet ſtatutum diſponens, ut procedi poſſit diebus feriatis ad honorem Dei in aliqua cauſa, ita Cabal. reſ. cri. caſu 227. nu. 5. & ſeq. & *Gizzarell. in dec. 58. n. 10. ubi n. 1.* & 2. dicit quod Prorex poteſt diſpenſare, ut procedatur tam in cauſa civili, quam in criminali diebus feriatis, inductis ad utilitatem hominum, & non ad honorem Dei. Rovit. in rub. de feriis. n. 6. in fine, & Anna in ſing. 192. Sed quod valeat ſtatutum diſponens, ut procedi poſ-

possit diebus feriatis ad honorem Dei dicunt Decianus tract. crim. lib. 2. cap. 34. n. 15. Burgus d. quest. 25. n. 6. & Sanf. dec. 172. n. 3. & 4. ubi nu. 5. dicit, sententiam forjudicationis, posse proferri diebus feriatis ad honorem Dei contra insignes latrones, & maleficos gravium scelerum, nam in causis insignium latronum in diebus feriatis, etiam ad honorem Dei procedi potest, l. Provinciarum, C. de feriis, Arnono comment. 115. & Caravit. ritu 80. nu. 4. ubi n. 6. & 7. dicit, quod licet ferie sint de jure divino, & tolli non possint de jure civili, tamen dictum jus divinum, quoad ferias potest distingui, interpretari, & limitari per jus civile; & in causis nundinarum potest procedi die feriato etiam ad honorem Dei, ut dixi in tract. de foro compet. cap. 21. n. 3. & idem est in causa alimentorum, Arnono comm. 72. intellige in alimentis de futuro, & non de preterito, & in alimentis debitis jure naturæ, vel ex ultima voluntate, secus si ex contrahibus, in quibus non proceditur die feriato, Rovit. in rub. de feriis, nu. 5. Sic etiam acta in causa fundicatus officialium possunt fieri in die feriato. Puteo de fundic. ver. ferias. cap. 1. n. 2. Carraba de fundic. part. 1. n. 29. & Rovit. in prag. 1. n. 8. de fundic. offic.

- 20 Et sententia forjudicationis debet proferri in scriptis, Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, n. 50. Nigris in cap. Reg. sive quis, n. 19. ver. & quando fertur sententia, & Novar. de gravam. vassall. tom. 3. gravam. 9. post n. 19. & omnis sententia debet in scriptis proferri. cap. final. de sent. & re judic. in 6. ubi gloss. & DD. & est textus de jure regni in const. Reg. ab omnibus. prout idem est in sententia excommunicationis, quæ etiam debet proferri in scriptis, cap. 1. de sent. excommun. in 6. & Ricc. decif. 211. part. 4. alia s. Episcopus, vel ejus Vicarius proferens sententiam excommunicationis absque scriptura, suspenditur per mensem, d. cap. 1. quod procedit etiam in præcepto de aliquid faciendo sub pœna excommunicationis lata sententiæ, nam d. præceptum debet proferri in scriptis, Ricc. decif. 221. par. 2. quod habet etiam locum in mandato facto sub pœna suspensionis, quod etiam debet proferri in scriptis, ut in d. cap. 1. ubi gloss. sed quando proferens sententiam excommunicationis non potuit proferre d. sententiam in scriptis, ex quo non potuit habere copiam Notarii, & tunc non incidit in d. pœnam, ut in d. cap. 1. ibi temerè, Ricc. d. dec. 211. & d. dec. 221. & Alex. Sperell. dec. 39. nu. 45. par. 1. limita etiam in sententia excommunicationis lata pro defensione jurium, quæ potest proferri absque scriptura, Ricc. dec. 240. n. 3. par. 2. & Sperell. decif. 39. n. 49. par. 1. Et in aliis casibus, quando sententia non est lata in scriptis, est nulla ipso jure, l. 2. & 3. C. de sent. ex periculo recit. Const. Reg. ab omnib. Immo partes non possunt remittere, ut in sententiando, & judicando per Judicem omittatur scriptura, Rovit. in rub. de ordine iudiciorum, n. 4. Sed contrarium tenet Affl. in d. const. Regni ab omnibus. post n. 5. Sed Arbitri possunt sententiam, seu laudum proferre sine scriptis, Borrell. de compromisso, §. 3. gloss. 4. n. 49. cum duob. seq. Sed in contra-

rium facit textus in l. 1. Cod. de sententiis ex periculo recitandis.

- 21 Sed si in calce processus appareat scriptum manu Judicis, quod processus fuit expeditus, & Reus fuit forjudicatus, si tamen in processu non adsit sententia forjudicationis, talis annotatio non probat sententiam forjudicationis, Franch. dec. 185. & Caball. resolut. crim. casu 133. & Guazzin. ad defensionem reorum def. 33. cap. 1. n. 2. unde mihi non videtur tuta opinio illorum tenentium bannitum aliquem esse probari per librum bannitorum, quorum nomina describi solent, ut tenet Bal. & Alex. adducti per Calà de modo articulandi, & probandi. §. 2. gloss. unica. n. 1242. & per Mascard. de probat. conclus. 162. n. 1. Prout etiam si Actuarius describebat in quinterno, talem fidejussisse pro tali, vel se obligasse, & non reperiatur fidejussio, seu obligatio, hæc descriptio facta non probat, Bald. in consil. 491. vol. 4. Anna sing. 428. & Ballis tract. var. lib. 4. quest. 4. nu. 32. & seq. sic etiam si Actuarius notet in quinterno, talem esse contumacem, per talem descriptionem non probatur contumacia, sed debet apparere decretum Judicis, per quod quis declaratur contumax, ita Ric. dec. 69. par. 3. Sed si sententia sit lata in scriptis & deperdita sit, potest ejus tenor probari per usus. cap. sicut de sentent. & re judic. & vide Mascard. de probat. conclus. 809. n. 3.

- 22 Et sententia debet proferri in latino sermone, & non in vulgari sermone, l. decreta, ff. de re judic. l. Judices. Cod. de sent. & inter loci omnium iudicium. & Carraba in sing. 178. & ita observatur in sententia forjudicationis, ut supra diximus.

- 23 Sed sententia in criminalibus potest proferri, nemine instante, Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur, n. 96. & Guazzin. ad defensionem reorum, def. 35. cap. 7. nu. 2. & 3. & sententia in criminalibus potest proferri, etiam absente accusatore, l. quamvis indubitata, C. ad l. Jul. de adulteriis, & Foller. d. rub. pœnis debitis feriantur, num. 55. sed Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, num. 48. dicit, quod postquam Reus est citatus ad forjudicandum, accusator debet inculcare contumaciam, & petere, ut Reus forjudicetur. Immo alii dicunt, quod in ultima die anni debet comparere accusator, & instare pro forjudicatione, & debet inculcare perseverantiam contumaciæ banniti per annum, vel aliud tempus per statutum brevium, ita Carrer. pract. crimin. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, n. 64. usque ad n. 67. & Foller. pr. crim. rub. forjudicentur, nu. 3. sed sententia de torquendo Reum potest proferri absque instantia partis, & absque instantia Reus potest torqueri, Gonesius variarum resolut. lib. 3. cap. 12. n. 22. Nigris in cap. Reg. 146. n. 55. Clar. pract. crim. §. fin. quest. 64. n. 25. Burg. de mod. proc. ex abrupto, qu. 42. n. 24. & seq. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 30. c. 4. n. 19. & Foller. pract. crim. in 3. par. 3. par. rub. & si confitebuntur, n. 72. Licet contrarium teneat Mars. in l. 1. n. 8. ff. de quest. & Cavensis in prag. 1. cap. & ante illationem de custodia reorum.

- 24 Et sententia forjudicationis debet proferri

Curia pro Tribunali sedente, Nigris in cap. Reg. si vè quis, n. 19. ver. & quando fertur sententia, & in lēta lata debet dici, Curia sedente, Caravit. rit. 37. n. 6. 9. 10. nam omnis sententia debet proferri, Curia pro Tribunali sedente, sed debent, auct. de judiciis, cap. fin. de re judic. in 6. *Afflict. in d. Const. Regni ab omnibus. n. 1. & 3. aliās d. cap. final. est nulla, Marant. par. 6. d. rub. & demum fertur sententia, nu. 48. ubi n. 55. hoc limitat, si Iudex timeat potentiam alicujus, quia tunc potest sententiam proferre super equum, vel turrim, ut postea possit statim aufugere, sed in Regius Tribunalibus ob multitudinem causarum Officiales proferunt sententias domi in causis civilibus, Caravit. rit. 288. nu. 27. sed per prag. 6. §. 23. de off. Justit. Auditores Provinciales non possunt expedire causas domi, sed eas expedire tenentur in Regia Audientia, & in banca sed tamen possunt expedire provisiones domi, decreta interlocutoria & alia acta ordinatoria. Danza de pugna DD. tom. 1. de officio Auditoris. cap. 1. n. 12. & Regii Auditores non possunt extra Tribunal contra Reum torturam inferre, ut in apostilla ad Prag. 1. dict. quart. & omnes causæ spectantes ad Reg. Cameram Summaria debent determinati in Tribunali, & non alibi, Pragm. 6. §. 2. de officio Procuratoris Caesaris, & ideo Judices non possunt tenere Actuarios, & scribas domi, prag. 10. §. 2. de officialibus, prag. 12. §. 7. & prag. 37. §. 14. de off. Magist. Just. & de sententia & de voto, vide quod eruditè dixi in ultimo singulari ad Ageram.*

Et Curia debet regi hora solita, Novar. de gravam. vassall. tom. 2. grav. 37. & in loco solito, aliās acta sunt nulla, Novar. d. tom. 2. grav. 38. citat. Mastrill. de Magistratibus lib. 3. c. 9. n. 51. & est prag. 7. & ibi apostilla, de off. Just. Et est Const. Regni Judices ubique, ubi Afflict. n. 3. 25 Et Iudex debet iustitiam ministrare in loco solito suorum prædecessorum, aliās si alibi proferat sententiam, illa est nulla, Marant. d. rub. & demum fertur sententia. n. 71. & Afid. in Const. Reg. auditorum, post n. 10. nam quando sententia est lata extra Curiam, est nulla, l. si ut proponis, la seconda, C. quomodo, & quando Iudex, & l. cum sententia, C. de sent. & interloquit. omn. jud. unde si sententia sit lata intus Ecclesiā, est nulla, cap. decet, §. ordinarii, ver. & nihilominus, de immun. Ecclesiast. in 6. Abbas in c. cum ecclesia. n. 2. & 8. de immun. eccles. Leonius in Thesauro fori Eccl. par. 1. c. 13. n. 10. & Nigris in cap. Reg. 96. in fine, nam in Ecclesia non potest regi Curia secularis, d. cap. Reg. 96. & cap. cum Ecclesia, extra de immun. Eccles. Et idem est in laudo lato per Arbitres, quod si sit latum in Ecclesia non valet, Borrell. de compromisso, §. 3. glof. 4. n. 71. Immo citatio non potest expediri in Ecclesia, Valasquez. dec. 81. nam nullus actus iudicialius potest expediri intus Ecclesiam, d. cap. decet, & l. denunciamus, C. de his, qui ad Eccles. confugiunt. latè Sperell, dec. 51. p. 1. & dec. 104. post n. 3. & n. 55. par. 2. ubi dicit, quod Iudex laicus non potest aliquem examinare intus Ecclesiam, etiam cum licentia Episcopi; sed alii tenent, quod testes possunt examinari in-

tus Ecclesiam, ita Bal. in l. nemo, C. de sacrosf. Eccles. & Caravit. in ritu 142. n. 3. per illum ritum; sed Guazzin. ad reorum def. def. 20. cap. 9. n. 39. dicit, quod Iudex laicus non potest examinare testes intus Ecclesiam sine licentia superioris Ecclesiastici, sed juramentum in Ecclesia potest præstari, ut dicit Guazzin. ibi, sed Carav. d. ritu 142. n. 4. & seq. dicit. quod testis non potest jurare intus Ecclesiam, licet possit ibi examinari, & tunc testis potest examinari intus Ecclesiam: quando adest legitima causa, aliās debet examinari in Curia, ut in d. rit. 142.

26 Et Officialis debet residere in loco solito, ubi prædecessores fuerunt soliti jus reddere. l. penult. ff. de just. & iure. Capibl. de Baronib. prag. 3. nu. 230. Quod si quis sit Officialis plurium Torrarum unius Baronis, tenetur tegere Curiam in qualibet Terra, Cancr. var. resolut. lib. 2. cap. 2. n. 263. nisi sit solitum, Curiam regi in una Terra, quia tunc attendi debet consuetudo, & servari solitum, Capiblanc. tom. 2. cap. 10. in princip. Sed Iudex Delegatus ad unam causam potest sibi eligere locum, ubi vult, dummodò locus sit honestus, aliās secus, Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 72. & seq. sed postquam Iudex delegatus elexit sibi locum, semper debet ad illum locum facere citationes, & ibi proferre sententiam. Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 74. sic etiam Arbitr potest sibi eligere locum honestum, l. si cum dies, §. si arbiter, ff. de arbitris, Marant. dict. rub. & demum fertur sententia, n. 80. & Borr. de compromisso, §. 3. glof. 4. n. 76. & seq. sed quando sunt duo arbitri diversorum locorum, & tunc pro faciendo laudo debent se congregare in loco, ubi moratur dignior, Rovit. in prag. 1. n. 23. de arbitris. Et idem idem est in Iudice appellationis, qui potest etiam in domo sua iustitiam ministrare, & sententiam proferre, Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 81. ubi nu. 83. dicit, quod quando locus, ubi solebat Curia regi non sit tutus, potest Iudex alium locum eligere, & ibi sententiare, dummodò protestetur, quod propter illam necessitatem eligit talem locum. At tempore pestis Iudex potest ius dicere in fenestra Domus suæ, vel alicujus Turris, litigantibus existentibus in via publica, dummodò partes citatæ sint ad illum locum, aliās sententia non valet, l. si ut proponis. Cod. quomodo, & quando Iudex. Ripa de pesto. Rub. de privilegiis iudiciorum. causa pestis. n. 52., ubi in fine dicit, quod Iudex tempore pestis debet sibi eligere Tribunal in domo suâ vel in aliqua Turri, in qua per fenestras ius dicat. & scribere faciat in actis, quod illum elexit locum propter pericula pestis. citat Salicetum & Bald. in l. p. Cod. de sententiis ex periculo recisandis.

27 Sed Præses Provincia potest Curiam regere in Terris Baronialibus existentibus intra ejus Provinciam contra suos subditos, cap. Regni 245. & 281. nam Præses Provincia potest pro arbitrio suæ voluntatis in quocumque loco suæ Provinciæ jus reddere, l. si vè proponis, la seconda, C. quomodo, & quando Iudex, sic etiam Episcopus potest in quocumque loco suæ Diocesis jus reddere in suo subditos, & cum

- cum Episcopus, de off. ordin. in 6. Nigris in d. cap. Regni 245. Ponte decil. 23. nu. 24. Marant. d. ub. & demum fertur sententia, n. 78. & Merolla in Theologia Morali, lib. 3. disp. 7. cap. 5. nu. 56. sed si Episcopus latam habeat Dœcesim, & vult cognoscere in locum multum remotum a partibus, partes possunt petere, ut causa committatur in loco propinquo, & si hoc denegetur, potest appellari, Caball. resol. crimin. casu 120. n. 14. ubi etiam dicit, quod quando causa est ardua, quæ indiget juris peritis, debet tractari in loco insigni, ubi sit copia peritorum, sed quod Episcopus, si latam habeat Dœcesim, possit cognoscere in locum multum remotum a partibus, & denegare delegationem in partibus, dicunt decisum Barbosa de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat. 80. n. 5. & Merolla d. cap. 5. d. n. 56. in fin. ubi nu. 57. dicit, quod Vicarius Episcopi non potest jus dicere extra locum electum nisi reperiatur in alio loco cum Episcopo, citat Barbosam d. alleg. 80. n. 6. vel nisi ex rationabili causa se ad alium locum transferre visum fuerit, Vantius de nullitate, tit. de nullitate ex defectu Jurisdictionis ord. n. 111. & Merolla d. cap. 5. n. 57. Sic etiam Archiepiscopus potest exercere jurisdictionem in tota sua Provincia, stante consuetudine, cap. 1. §. nec etiam, de foro compet. in 6. Gen. in pract. Arch. Neap. cap. 86. n. 10.
- 28 Sed Capib. de Baronib. Pragm. 3. n. 235. dicit, quod Rex in Terra Baronis non potest tenere Regias Audientias, & alia Tribunalia majora, citat text. in l. fin. C. de locat. præd. lib. 12. & Lanar. conf. 54. nisi esset antiqua consuetudo in contrarium, vel Barones non contradicerent, quia tunc Regia Audientia potest residere in Terris Baronialibus, ut dicit Capib. libi d. Prag. 3. n. 235. prout videmus in Regno Ven. Montis Misericordiæ, in Terra Montis Fusculi, & ibi residere Regiam Audientiam Principatus ultrà ex antiqua consuetudine, Ponte de potest. Proreps tit. 3. §. 1. n. 55. & seq.
- 29 Sed postquam est electus locus, ubi residere debet Regia Audientia; Præses Provinciæ, & ejus Auditores non possunt exercere eorum jurisdictionem, nisi in loco Tribunalis, & non in aliis partibus eorum Provinciæ, Grandis de bello exulum, in prædicamento. ubi qu. 1. nu. 1. Et ideo Auditores, & Fiscales exeuntes per Provinciam possunt tantum tractare sibi commissa, nisi periculum sit in mora, & in casu urgenti, quia tunc possunt procedere ultrà commissa, Pragm. 10. §. 28. de offic. Judicis. *Ite Danza in d. cap. 1. an. 14. usque ad 19.* Sed Præses Provinciæ potest discurrere Provinciam, & in quolibet loco jus reddere contra forasitos, & forjudicatos, l. congruit, ff. de offic. Præsidis, Conf. Reg. Justitiarum non per kalendas, & Grandis d. prædicamento, ubi qu. 1. n. 3. & seq. & prædicamento Situs. quæst. 1. & faciunt dicta per Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 82. Et per cap. Reg. Quod decretam, quod est in n. 42. mandatur Præsidi, ut frequenter discurrat Provinciam, & eam purgat malis hominibus, & probatur in dict. l. congruit, sed Præses non potest residere in locis pinguioribus ultra quatuor dies, cap. Regni hac ædicali, quod est in nu. 25. & dicam infra cap. 19. n. 27.
- 30 Et Commissarius Campanæ debet residere in quibusdam locis, & non potest introire in Civitate Neapolitana absque licentia Proregis, & singulis duobus mensibus debet transire de una ex Terris designatis ad aliam, præcedente prius relatione facienda Proregi, vel Reganti, Regiam Cancellariam supra intendenti rerum Campanæ de mutatione prædicta, Prag. unica, §. 2. & 3. de offic. Jud. general.
- 31 Et à fortiori si Judex proferat sententiam extra locum suæ jurisdictionis, sententia est nulla, l. 1. in fine, ff. quod quisque juris, & l. 1. §. fin. ff. ad S. C. Turpil. & Obrecht de jurisdictione lib. 3. cap. 22. n. 52. & est ratio, quia Judicis jurisdictione extra suum territorium non extenditur, l. extra territorium, ff. de jurisdictione, omni. Jud. cap. ut animarum, §. statuto, de constit. in 6.
- 32 Quod si causa sit delegata pluribus personis, in hoc casu omnes debent intervenire in prolatione sententiæ, aliàs sententia est nulla. Item Magistratus, C. quando provocare non est necesse, l. sicuti 2. l. & l. si in tres, ff. de recep. arbitris, l. duo ex trib. ff. de re jud. cap. causam matrimonii, de offic. deleg. Guazzin. ad det. n. sam reorum, def. 13. cap. 3. n. 1. *Merlinus controversi. forens. l. 1. cap. 25. nu. 8.* & Merolla in Theologia Morali lib. 3. disput. 7. cap. 3. n. 33. & cap. 4. n. 124. & 277. ubi hoc ampliat, etiam si Judex delegatus, qui est abiens consentiat, ut ceteri judicent, nam adhuc sententia est nulla, & in d. c. 4. n. 279. dicit, quod quando sunt plures Judices delegati, debent simul uniti proferre sententiam, & simul judicare, aliàs sententia est nulla, citat text. in cap. cum ab upo, de sent. & re judic. in 6. Sed nullitates propositæ adversus sententiam forjudicationis, non obstant, si solus Commis. causæ firmavit actus incumbentes abique aliis delegatis à Prorege, ut ita declinatum testatur Riccius in collect. 3963. in fine, & Thor. in suppl. dec. vers. nullitates, fol. 444. Et quando delegatio causæ est facta Regiæ Audientiæ, singuli Auditores non omnes actus firmare tenentur, sed tantum sententias definitivas, & interlocutorias habentes vim definitivæ, Novar. in quæst. forensi 52. to. 2. ubi tamen in fin. dicit, quod tutius est, si omnes actus firmantur ab omnibus Auditoribus, & hoc merito dicit nam sunt aliqui, qui tenent, quod unus ex pluribus delegatis non possit proferre sententiam, licet interlocutoriam, ita Abb. in cap. causam lo 1. in 3. notab. de offic. & potest. Jud. deleg. Bart. in l. Pomponius 36. ff. de re judic. Marant. in suo speculo, par. 4. distin. 5. n. 31. in fin. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de officio delegati, cap. 1. Thor. in compend. d. dec. tom. 2. vers. nullitas, fol. 385. Merolla d. cap. 3. d. num. 33. & d. cap. 4. n. 128. & seq. et n. 277. & *Merlinus in d. cap. 25. n. 10. Sed si in delegatione adfit clausula si unus interesse nequibit, alter expediat. Tunc debet prius requiri collega, alias sine requisitione, & declaratione, quod intervenire non possunt, nec intervenire, nec procedere alii soli possunt. cap. prudentiam, ubi Abbas, & Felinus de officio deleg. Merolla in Theolog. Moral. tom. 3. disput. 7. cap. 4. n. 131.*

278. Maranta in suo speculo part. 4. dist. 5. n. 31. & ibi Follerius in addit. Merlin. contro. vers. forens. cap. 25. n. 9. & Carocius de Remediis contra prejudiciales sententias. except. 22. quæst. 28. n. 45. ubi n. 50. dicit, hoc procedere etiam partibus consentientibus, & vide Guaz- zin. ad defensorum defens. 12. cap. 3. nu. 4. & mortuo uno ex pluribus delegatis, expirat iurisdic- tio, etiam respectu viventium, qui non possunt amplius cognoscere ex illa delegatione. cap. penul. de officio. delegat. Maranta in d. dis- put. 5. n. 35. & Merolla in d. disput. 7. cap. 3. n. 12. d. cap. 4. n. 124. sed quando sunt plures Ju- dices ordinarii, tunc uno illorum absente, pos- sunt ceteri proferre sententiam. l. 1. ff. de officio Consulis. l. Pomponius. 36. ff. de re iudic. Maran- ta in d. distinct. 5. n. 31. & Merolla in d. disp. 7. d. cap. 3. n. 33. & est textus de jure Regni in ritu 53. & 63. ubi habetur, quod Justitarius potest causas expedire uno Judice presente, licet alii sint absentes, & quando sunt plures Judices ordinarii, administratio justitiæ cui- libet competit in solidum. d. l. 1. ff. de officio Consulis. Carocius in d. quæst. 28. n. 1. ubi n. 11. dicit, quod si sint plures Judices ordinarii, om- nes intervenire debeat in pronunciando se in- competentes. citat Abbatem, & Felinum in cap. prudentiam de offic. delegati. Sic etiam dele- gati ad Universitatem causarum possunt pro- cedere uno ex illis delegatis absente. Bartolus in d. l. Pomponius, ubi glossa & Alex., & licet Abbas in d. cap. causam, teneat contrarium, tamen opinio Bartoli & Alex. est vera. Maran- ta in d. distinct. 5. n. 31. in fine, & Merolla in d. cap. 4. n. 280. Sed quando causa semel capta, fuit judicari per omnes Judices, tunc etiam si de sui natura separatim illi possunt procedere, tamen adhuc debet finire per omnes, aliàs sen- tentia est nulla. Merlinus in d. cap. 25. n. 13. Et quando Prorex delegat aliquam causam cri- minalem M. C. V. in prolatione sententiæ diffinitivæ, & in actis irtractabilibus requi- runtur vota quatuor Judicum, comprehenso causæ Commissario, prag. 1. de deleg. Et hoc procedit dato quod in delegatione sint dati of- ficiales adjuncti alterius Tribunalis, puta S. R. C. nam adhuc requiruntur vota quatuor Judi- cum etiam si non interveniant omnes adjun- cti, ut decisum refert Merlinus in d. cap. 25. at ille impugnat decisionem.

33 Sic etiam si sententia sit lata a Gubernato- re absque voto assessoris, sententia est nulla, Rovit. in Pragm. 1. num. 8. de Officialibus. Et ideo sententia Magistri Jurati in criminalibus prolata absque voto ordinarii Judicis loci, ubi fiunt nundinæ est nulla, Pragm. unica de ju- risdict. Magistri Jurati, & Pragm. 10. §. 85. de off. Jud. Et licet alii contrarium teneant, & sic, quod sententia lata absque voto Assessoris valeat, prout tenent Menoch. conf. 100. à nu. 238. usque ad n. 259. vol. 1. Cancerius var. re- solut. lib. 3. cap. 17. n. 384. qui movetur ex text. in l. certi juris, C. de judiciis, ubi habetur, quod qui non est Doctor potest esse officialis, sed licet hoc sit verum, tamen debet habere Consultorem, qui sit Doctor, & cum ejus vo- to procedere debet in causis, ut dixi in tract. de foro compet. cap. 33. n. 142. & quidquid sit de jure communi, tamen in Regno nostro

opinio Roviti est vera, & sententia lata absque voto assessoris est nulla, ut probatus in cap. Reg. 45. & in const. Regni universi. ubi Afflictus n. 45. in qua licet simpliciter dicatur, ut sententia condemnatoria fieri non possit absque voto assessoris, & expresse non dicatur ut sit nulla, si fiat absque voto Assessoris, ta- men adhuc dicitur nulla, ut in speciet tenet Cancer. in d. cap. 17. a num. 387. usque ad nu. 392. & Caravita in ritu 17. n. 2. & est ratio, nam quod contra legem fit pro nullo habetur, l. non dubium, C. de legib. de quo latè per Sanfel. duc. 390. & per Caravitam in ritu 44. n. 5. & 6. & per Farinac. in frag. part. 2. ver. lex. à n. 169. usque ad 223. Immo omnia acta facta absque voto assessoris sunt nulla, ut in cap. Reg. 280. ver. neque etiam, & Novar. de gravam. vassall. tom. 1. gravam. 190. n. 3. Et à fortiori, ubi adest partium altercatio tam in civilibus, quàm in criminalibus, Officialis, qui non est Doctor, votum habere tenetur a persona Iurisperita, aliàs omnia gesta sunt nulla, etiam, si partes non petierint, & non ad fuisset oppositio, Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 17. n. 1. & Thor. in supplem. dec. par. 1. ver. Officialis, fol. 452, licet alii teneant, quod Ju- dex, qui tenetur ex forma statuti causas expe- dire cum consilio Doctoris, tale statutum erit intolligendum, si hoc fuerit a parte petitum, ut decisum refert Novarius in tract. de datio- ne insolutum, & pro soluto. se. 2. quæst. 15. n. 23. & Thor. in d. supplem. decif. par. 1. ver. Ju- dex, f. 315. col. 2. Sed quando statutum dicitur sententia ferri non possit sine consilio sapien- tis, intelligitur de sententia diffinitiva, & non de interlocutoria. Marfil. in l. de minore. §. plu- rimum. post n. 107. ff. de quæstionibus, & Jason in rub. ff. de re iudicata n. 11. & etiam in ar- bitrariis Iudex debet ferre suum arbitrium cum consilio peritorum. Marfil. in l. quæstionis modum. n. 71. ff. de quæstionibus, & bannum factum a Capitaneo absque consilio Judicis non valet. Thor. in compend. dec. tom. 1. ver. bannum fol. 62. & est prag. 10. §. 32. de officio Judicum quæ loquitur in Præsido. Et assessor suum pro- fert votum, & deinde Officialis secundum il- lud votum proferit sententiam, sed non debet legare votum, nulla prolata sententia, aliàs sententia est nulla, & non meretur exequutio- nem, Arnono in problema 95. Marant. in suo speculo, par. 4. dist. 16. n. 67. & ibi Foller. Borrellus de compromisso, §. 3. glof. 4. n. 107. Mar- fil. in singul. 527. Valle in cons. 41. n. 12. Afflict. Const. Regni ab omnibus. nu. 4. & Riccius coll. 747. Sed alii tenent contrarium, prout Affl. in Const. Reg. statuimus, la seconda, n. 32. & Mu- scatell. in pract. S. R. C. part. 7. glof. condemnan- do, n. 66. Nonnulli verò has contrarias conci- liando opiniones, dicunt, primam opinionem procedere in sententia diffinitiva, secum dum verò in sententia interlocutoria. ita Lanfran- cus in dec. 1. Et consultor tempore reddendæ justitiæ debet assistere in Terra, ubi regitur Curia, Thor. in supplem. decif. d. par. 1. ver. of- ficialis, & ver. præsentia, fol. 409. Et quando adest ordinarius consultor officialis ejus con- silium habere debet, prag. 8. de officialibus. & Nigris in d. cap. Reg. 45. in princip. aliàs potest habere consilium cujuslibet Doctoris. Capibl.

de Baronib. d. tom. 2. d. cap. 17. num. 1. & 2. Sed quando non adest ordinarius Consultor, & sit electio Consultoris ab Officiali, debent partes citari ad dandam listam suspectorum, alias votum per talem Consultorem factum non valet, sed est nullum, cap. statutum, §. affectorem de rescript. in 6. Bald. in l. 1. in tertio notabili, Ciderelationibus, Bilotta allegat. 8. n. 3. quam posuit in fine sui tract. de absol. juramenti, & Vivius dec. 263. nu. 10. Carraba de syndicato part. 1. n. 226. & in singulari 36. & Montano de Regal. rub. potestas constituendorum Magistratum. n. 3. in fine ubi etiam dicit, quod quilibet exercens jurisdictionem potest sibi eligere consultorem.

34 Sic etiam si sententia sit lata de nocte, non valet, Vantius de nullitate procesus, rub. de nullitate ex defectu jurisdictionis, n. 132. Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 92. & rub. actorum editio, n. 50. Cabal. resol. crim. casu 218. Guazzin. ad defensionem Reorum, def. 35. cap. 9. n. 7. & Borrell. de compromisso, §. 3. glof. 4. n. 56. ubi n. 53. cum duob. seq. dicit, idem esse in sententia Arbitrorum, & idem est in crimine hæresis, Farin. de hæresi, quæst. 185. n. 165. Hoc tamen fallit in sententia lata in causa syndicatus officialium, quæ licet sit lata de nocte, tamen valet, Carraba de syndicat. part. 2. num. 116. Sic etiam in causis delegatis potest proferri sententia de nocte, Ripa de nocturno tempore, cap. 134. n. 48. & seqq. prout etiam potest proferri sententia de nocte quando in causa proceditur ad modum belli, Burg. de modo procedendi ex abrupto, q. 25. n. 24. & seq. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de offic. delegati, cap. 3. n. 12. Prout etiam in nundinis sententia potest proferri de nocte, Novarius qu. forens. 32. n. 5. tom. 2. & quando periculum est in mora, potest proferri sententia de nocte. Cabal. resol. crim. casu 218. n. 30. & 34. Sic etiam si adsit consuetudo, ut possit proferri sententia de nocte, si sit lata, valet. Muscatell. in praxi S. R. C. part. 7. glof. condemnando, n. 18. & Cabal. d. casu. 218. n. 36. & seq. ubi n. 38. dicit, quod licet adsit consuetudo, tamen ut valeat sententia, est necesse, ut proferatur tribus luminibus accensis, sequitur Guazzin. d. cap. 9. n. 7. vers. quæ autem, ubi vers. quod male, dicit hoc non servari in Curia Romana, in qua non curatur, si sit accensum unum luminare, vel plura. Et contractus factus de nocte non valet, nisi sit celebratus de nocte, accensis tribus luminariis quia tunc valet, l. 1. §. tria luminaria, ff. de ventre inspic. & Mascard. de probat. conclus. 1099. n. 39. Sed in condendo testamentum de nocte requiritur unum luminare, & non tria ita Ricc. dec. 112. part. 3. & Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum. lib. 2. tit. 7. n. 8. sed si in aliqua dispositione dicatur, quod fuit factum aliquid inter diem, & noctem, in hoc casu presumitur factum de die, Anna sing. 678. sed si sententia sit lata de nocte, & actarius scribat in actis esse latam de die, non punitur de falso. Cabal. resol. crim. casu 218. n. 42. usque ad finem. Guazzin. ad defensionem reorum. def. 35. cap. 9. n. 7. in fine, & Rovit. in prag. 2. n. 12. de falsis.

35 Sic etiam si sit suspensa jurisdictio Judicis, si Judex procedat ad prolationem sententiae, sententia est nulla, glof. in cap. present. vers. ad cautelam, de sent. excommu. in 6. Bellamera conf. 623. in fin. Merolla in Teologia morali, lib. 3. disp. 7. cap. 3. n. 207. Trivul. dec. 11. num. 7. lib. 2. & Borrell. summa dec. tit. 41. n. 286. & quando M. C. V. vel Regia Audientia capit informationem de delictis, cujus cognitio spectat ad Baronem, suspenditur Baronis jurisdictio, & si curia ipsius procedat, acta sunt nulla, secus si causa ei remissa fuit. Capibl. in add. ad prag. 8. part. 2. in add. ad n. 81. meo Scialoja.

36 Sic etiam sententia est ipso jure nulla, si sit lata a Judice notoriè inimico rei, Grassus de excep. exc. 24. post n. 33. & citatus non tenetur comparere coram Judice capitaliter inimico, etiam si Judex cum citatione mittat saluum conductum, Menoch. conf. 100. n. 216. lib. 1. quando Judex est suspectus ex causa capitalis inimicitiae, processus ab eo factus est nullus, etiam si non fuerit allegatus suspectus Farinac. in fragmentis, part. 2. vers. Judicis suspecti, n. 706. & Capibl. de Baronib. cap. 13. n. 13. tom. 2. & Judex inimicus non potest contra inimicum capere informationem, ut dixit d. meus Avunculus Scialoja in tract. de foro compet. c. 48. de foro offendentis officiales. post n. 22.

37 Sic etiam si sententia forjudicationis sit lata, non præcedente citatione ad forjudicandum, sententia est nulla, ut dixi in cap. præced. n. 1. quod si citatio ad sententiam sit facta, ut Reus compareat ad primam, si elapso tempore præfixo in citatione proferatur sententia, est nulla, Guazzin. ad defensionem reorum, def. 10. cap. 2. n. 21. Laganarius ad Rovit. in prag. 1. n. 61. de Sindic. offic. & faciunt dicta per Mascard. de probat. conclus. 291. n. 4. & hoc dato, quod in citatione sit, dictum, & deinde in antea cū continuatione. Vivius dec. 154. & Novarius dec. Regiæ Audientiæ Apulæ 190. Quod intellige, quando citatus non fuit contumax, alias secus, Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 89. Guazzin. ad defensionem reor. def. 35. cap. 7. n. 8. & Ascia in determ. 118. n. 8. & vide Menoch. consil. 100. n. 272. & Muscatell. in pract. part. 7. glossa sententiam in addit. lit. D. & in glossa condemnando in addit. lit. A.

Sic etiam si Judex habeat plura Tribunalia, si citavit Reum ad sententiam audientiam in una Civitate, & postea pronunciavit in alia, in hoc casu non valet sententia, l. si ne proponis. la 2. cod. quomodo, & quando Judex. Bart. in l. testamenta, C. de testamentis, Afflict. in const. Regni ædictorum, post n. 11. Boer. dec. 235. n. 3. circa finem, & Guazzin. d. defens. 10. d. cap. 10. n. 21.

38 Sic etiam sententia absque lecta lata est nulla, cap. final. de sent. & re judicata. in 6. Afflict. in const. Regni ab omnibus. n. 3. in fine Anna conf. 61. num. 5. cum plurib. seq. Thor. in voto 1. tom. 1. Caravit. ritu 37. a n. 6. usque ad finem, & Muscatell. in praxi S. R. C. part. 7. glof. condemnando, n. 19. cum pluribus sequentibus. Intellige si sit lata a Judice inferiore, secus si a Regiis Superioribus, quia tunc

tunc valet, Anna sing. 473. & quomodo describatur lecta lata in actis dixit observantia, & stylum Curia. Muscatell. in dict. gloss. condemnando n. 23. & in addit. lit. C. & ibi Pratus in addit. ad d. n. 23. & Caravit. in ritu 1. n. 26.

39 Sic etiam si sententia sit lata per Judicem excommunicatum, est nulla, cap. pia, de except. in 6. cap. ad probandum, de sentent. & re judic. Maranta d. rub. & demum fertur sententia, n. 99. Grassus de except. except. 4. n. 26. & Caravit. ritu 236. n. 19. Et idem est si sit lata à Judice hæretico Marant. part. 4. distinct. 16. n. 77. Sed si sententia sit lata à Judice delegato excommunicato contra hæreticum, sententia valet, cap. Præsidentes, de hæreticis in 6. & Carrer. pract. crim. tit. de hæreticis verl. nunc de pœnis, n. 31. fol. inhi 278. sic etiam si sententia sit lata ab excommunicato occulto valet. Marefcot. var. resol. lib. 2. cap. 41. post n. 1. & in pluribus aliis casibus, sententia lata à Judice excommunicato valet, de quibus per Ricciolum de jure personarum, lib. 4. cap. 18. per totum.

40 Idem est, si sit lata sententia post inhibitionem, nam adhuc est nulla, cap. non solum de appellat. in 6. Sed si sit lata eodem die, quo fuit inhibitorium, & non constat, si fuit lata ante, vel post inhibitionem, & tunc est valida, Thes. dec. 49. nã semper præsumitur prædecere illud, quod reddit actum validum, Caravit. ritu 2. n. 12. & Novarius in praxi electionis fori tom. 2. lect. 1. q. 12. n. 6. & semper in dubio præsumitur pro validitate sententia. l. herennius §. Gaja. ff. de evict. Valle. conf. 41. n. 27. lib. 1. Rovit. dec. 55. n. 9. qui citat textum in l. ab ea parte in fine, ff. de probat.

41 Sic etiam si sententia sit scripta manu Officialis, & non ab Actuario, sententia est nulla, Vivius dec. 48. Capiblanco de Baronibus, pragm. 3. n. 228. & in Pragm. 8. part. 1. n. 369. & Maitrill. de Magistratib. lib. 3. cap. 17. n. 99. tom. 2. Novar. de gravam. vassallor. tom. 2. gravam. 87. n. 6. Nigris in cap. Regni 280. n. 6. & est Pragm. 79. §. 12. & 13. de off. S. R. C. quod procedit etiam in Syndicatoribus, qui non possunt fungi officio Actuarii. Carraba de syndicator. part. 1. n. 53. tamen hoc non habet locum in locis minimis, in quibus Officialis potest fungi officio Capitanei, & Actuarii, Nigris d. cap. Reg. 280. n. 8. Pascal. de virib. patr. pot. par. 4. cap. 10. n. 11. Novarius decis. Regiæ Audientie Apulæ 37. n. 7. & in prag. 9. n. 3. de Actuariis & Carrab. ubi sup. n. 54. & seq. Sed tunc hoc observatur, quando ita ibi adest consuetudo, aliàs secùs Novarius de gravam. vassallor. d. tom. 2. gravam. 87. n. 11. & seq.

42 Judex si procedat ad sententiam cum magna celeritate, sententia dicitur nulla, l. 2. & finali Cod. de sent. ex periculo recit. l. prolatam, ubi Bart. Cod. de sentent. Mascard. de probat. conclus. 241. per totam. Neviz. in silva nupt. l. 5. n. 106. Mar. in l. statu liber. n. 9. §. 11. & 12. ff. de questionibus. Riccius in coll. 1237. 3744. & 3975. Marant. in suo speculò, part. 4. dist. 16. n. 16. & Muscatell. in praxi S. R. C. part. 7. gloss. sententiam, n. 29. cum plur. seq. nam Judex debet benè ruminare negotium, & non cele-

riter proferre sententiam, l. Judices G. de judiciis, & præcipitata voluntas Judicis est non verca justitiæ, Cardin. in clem. pastoralis, §. verum, de re judic. & Judex debet pluries processum legere, & videre videnda, Rovit. in Prag. 1. n. 6. de Officiali. unde si sententia sit lata non visis actis non valet Riccius in coll. 1879. sed creditur officiali asserenti in sententia acta vidisse, Maitrill. dec. 80. sed quando sententia est festinantè prolata quia periculum est in mora, tunc valet, Cabal. resol. crim. casu 286. n. 42. Sic etiam si Judex in proferendo sententiam forjudicationis, excedat fines suæ jurisdictionis, sententia est nulla, l. certa ratione, C. quando provocare non est necesse, & l. 1. C. si à non comp. Judice. Et sententia si sit prolata à Judice pecunia corrupto, est nulla, l. venales. Cod. quando provocare non est necesse. Nevizzan. in silva nupt. lib. 5. n. 101. ubi hoc pluribus modis limitat. Et in sententia forjudicationis lata contra absentem, si non sit expressa causa, sententia est nulla. Clarus in §. finali quæst. 92. n. 2. & Cravetta in conf. 941. n. 24. vol. 5. & si sit expressa causa, & illa sit falsa. adhuc sententia est nulla. Marcan. conf. 18. n. 10. tom. 2. ubi dicit, hoc procedere si vè causa sit partim vera, si vè partim falsa. Capic. dec. 51. n. 1. & Revert. dec. 256. & ibi. Marinis. n. 1. & instrumentum sine causa executioni demandari non potest vigore ritus. Anna in sing. 250. & est textus in l. cum de indubito §. final. ff. de probationibus, & in capitulo si cautio de fide instrum. & sententia lata ex falsa causa, est nulla. l. cum vero §. subventum. ff. de fidei com. liberati, Anna in alleg. 55. n. 12. & 14. & Riccius in coll. 747.

43 Et sententia forjudicationis dicitur diffinitiva, vel habentis vim diffinitivæ, Condit. Regni pœnam eorum, in princip. ibi per diffinitivam sententiam condemnatus. Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 30. Cabal. resolut. crim. casu 181. n. 7. Anna conf. 9. n. 27. & 29. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. post n. 93. verl. secundo movetur, & n. 94. cum plur. seq. Sed alii dicunt, quod sententia banni ob delictum diffinitiva est, sed sententia banni ob contumaciam, est interlocutoria, ita Gayllus de pace publica, lib. 2. cap. 5. n. 3. & cap. 6. n. 3. & in cap. 8. n. 8. ubi n. 26. cum plur. seq. tenet.

44 Anna, ibi quod statim, quod quis forjudicatur, efficitur servus pœnæ, etiam antequam venerit in potestate Judicis, & in conf. 13. n. 8. contra Boss. in pract. crimin. tit. banniti quid amittant, num. 12. contra Clarum pract. crim. §. fin. quæst. 71. verl. ulterius quæro contra Peregrinum de jure Fisci lib. 3. tit. 2. n. 9. & 11. & contra Chartarium de exequent. sent. cap. 1. n. 415. & seq. qui tenent, quod tunc bannitus efficitur servus pœnæ, quando pervenit in fortis Curia, & non aliter, sed d. cap. 11. n. 46. dicit, quod ficta confessio, idem, quod vera operatur, & quemadmodum condemnatus ex probationibus efficitur servus pœnæ, ita servus pœnæ efficitur condemnatus in contumaciam ex forma statuti, sed Rovit. in rub. de sent. forjud. post n. 10. dicit quod licet Reus per sententiam forjudicationis sit ad mortem con-

condemnatus efficitur servus, non tamen pœnæ, dum absens extra carceres sit. condemnatus *Marinis quotid. res. lib. 1. cap. 127. n. 5. sed d. Rovit. post n. 19.* dicit, quod forjudicatus efficitur servus pœnæ.

45 Et lecta sententia forjudicationis processus ponitur in arca cum duabus clavibus, una, quæ conservatur per Fiscum, & altera, quæ conservatur per Regentem Magnæ Curie Vicariæ, Pragm. 1. de sententia forjudicationis, & Grammat. dec. 24. in fine & lecta sententia forjudicationis per Judicem contra delinquentem, tenetur transmitti processum ad M. C. V. qui processus debet poni in Archivio, & debet registrari nomen Rei delinquentis, pragm. 10. §. 57. de offic. Jud. & Commissarius Campanæ debet tenere librum, in quo describere debet omnes sententias diffinitivas, & copias earum debet ponere in processu, pragm. unica §. 24. de officio Judicis generalis.

46 Sed queritur an sententia forjudicationis possit proferri, non data copia processus, & non facta illius publicatione, & maxime ita Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 49. versic. scias tamen. Sed in Regno Castellæ fit publicatio testium quando proceditur contra reum absentem in ejus contumaciam. Carleval. de judiciis to. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 7. sect. 1. post n. 753.

47 Queritur etiam, an sententia forjudicationis possit proferri, non facta litis contestatione? & videtur dicendum, quod minime ex rubr. decretis, ut lite non contestata, non procedatur ad testium repetitione, vel ad sententiam diffinitivam *Carrar. de execut. sent. cap. 1. n. 3.* sed hoc procedit, quando Reus est præsens, nam tunc Judex non potest pronunciare in causa criminali, non facta litis contestatione, Guazzin. ad defensionem reorum, defen. 35. cap. 3. n. 1. *Mastrilli dec. 131. n. 8.* sed si Reus sit absens, & procedatur in ejus contumacia, quia tunc contra eum potest procedi ad condemnationem absque litis contestatione, Farinac. tract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 10. n. 55. vers. veritas tamen est, & Guazzin. ad defensionem reorum, def. 20. cap. 18. n. 3. & est ratio, nam contumacia habet vim litis contestationis, ut in extravaganti ad reprimendum, ubi gloss. vers. contestata, Sanfelix. dec. 71. n. 8. & 237. n. 11. Bart. in l. 1. n. 9. ff. de privatis delictis, Boer. decis. 64. n. 2. Novar. de gravam. vassall. tom. 2. gravam. 163. n. 6. Buccacius in tract. de interdicto uti possidetis, cap. 19. n. 12. & Rovit. in pragmat. 3. n. 10. de ordine judiciorum, & lis habetur pro contestata in præjudicium contumacis *Alexander cons. 100. n. 1. vol. 5. March. dec. 764. part. 1. Minfger. pract. obser. cent. 4. observat. 66. n. 2. & Merlinus controvers. forens. lib. 1. cap. 48. n. 8. & n. 19. in fine.* & si confitens expresse delictum potest condemnari ex sua spontanea confessione, absque litis contestatione, ut dicit Farinacius de reo confesso, quæst. 81. cap. 2. n. 76. Ergo idem esse debet in ficta confessione vigore contumacie; nam ficta confessio idem quod vera operatur. Foller. in pract. crim. in 4. parte 3. partis rub. & si confitebuntur n. 30. & vide cap. subseq. n. 4.

48 Queritur quoque an contra Reum existentem in Ecclesia possit proferri sententia forju-

dicationis? & dicas maxime, Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carcerat is, q. 28. n. 77. in fine, ubi dicit, quod quando Reus existens in Ecclesia est ibi cinctus, si non comparet, potest absens in ejus contumacia damnari ad mortem, & licet contrarium teneat Peregrin. de immunit. Eccles. cap. 13. n. 13. per text. in cap. inter alia, de immunit. Eccles. ubi Abb. n. 3. & 8. tamen opinionem Farinacii, esse consuetudine receptam, testatur Delbene de immunit. Eccles. lib. 2. cap. 16. dub. 31. n. 11. & 16. & textus in d. cap. inter alia loquitur, quando Reus est extractus ab Ecclesia, & est in posse Judicis laici, quia tunc non potest ad mortem damnari, ut in textu ibi non est violentè ab Ecclesia extrahendus, neque inde damnari debet ad mortem, & sic pondera verbum illud neque inde, & est ratio, nam Judex contra extractum ab Ecclesia non potest procedere in causa principali, Peregrin. de immunit. Eccles. cap. 14. n. 9. aliàs omnia gesta per Judicem laicum contra illum sunt nulla, Farinac. de immunit. Eccles. cap. 2. n. 56. & Delbene d. cap. 16. dub. 34.

49 Et non potest procedi ad sententiam, nisi prius percunctato processu per Fiscum, pragm. 6. §. 13. de offic. iustit. & non potest proferri sententia contra Fiscum, illo inaudito, quia est nulla, pragm. 6. §. 23. de offic. iustit. & pragm. 36. de offic. S. R. C. Immo Coadjutor Curie Baronialis debet in omnibus audiri, aliàs acta sunt nulla. *Mastrilli de indulto. quæst. 26. n. 16. & Capibl. de Baronib. in addit. ad pragm. 8. part. 1. n. 224. & in S. R. C. debet audiri Fiscus M. C. V. in causis criminalibus pragm. 44. §. 5. de offic. S. R. C. pragm. 8. §. 2. de offic. Magist. iustit. & pragm. 5. de relat. causar. & in causa indulti discutendi in Regio Collaterali Consilio etiam Fiscus M. C. audiendus est, aliàs indultum est nullum. pragm. 8. de relat. causar. & vide infra cap. 24. n. 114. & Fiscus M. C. intervenit in causis criminalibus vertentibus in Curia Magni Admirati. Gizzarell. in dec. 72. in principio. Franch. dec. 722. n. 2. & 17. & Ponte in dec. 13. n. 1. & in causis criminalibus vertentibus in Curia de manialibus, ubi resident Regia Audientia, Fiscus Regia Audientia audiri debet. pragm. 6. §. 30. de offic. iustit., & Capibl. de Baronibus. tom. 2. cap. 38. n. 3.*

S U M M A R I U M.

- 1 Contumax de jure communi non habetur pro confesso, sed tantum contumacia contra eum facit indicium ad torturam, sed de jure Regni, lecta sententia forjudicationis, forjudicatus habetur pro confesso de crimine, de qua fuit forjudicatus, & nu. 5. & tale statutum valet, d. num. 1.
- 2 Perseverans in excommunicatione per annum in causa criminali videtur fateri delictum, & idem est si quis fuit citatus pro crimine barelis, & fuit excommunicatus in contumacia, nam elapso anno habetur pro confesso, num. 2.
- 4 Sententia sicut valet, si sit lata ex expressa confessione, ita & si sit lata ex ficta, & contumacia dicitur ficta probatio, post n. 7.

- 6 *Contumax, ut habeatur pro confesso vigore statuti, ter citari debet, & quid in Regno nostro? ibid.*
- 7 *Contumax habitus pro confesso vigore alicujus statuti, intelligitur per sententiam, & non ipso jure & debet interloqui, contumacem haberi pro confesso, num. 13.*
- 8 *Statutum volens, ut contumax habeatur pro confesso, non comprehendit delinquentem existentem extra territorium statuentis.*
- 9 *Contumax habitus pro confesso vigore statuti, an efficiatur infamis?*
- 10 *Statutum disponens, ut contumax habeatur pro confesso, intelligitur, si Judici videbitur.*
- 11 *Confessio ficta ex contumacia à statuto inducitur suum operatur effectum respectu facti principalis, & non respectu qualitatum ipsum factum principale aggravantium, & neque probat qualitatem, quæ jurisdictionem tribuit, num. 12.*
- 14 *Confessio ficta resultans ex contumacia non nocet heredi, si contumax decedat, antequam super confessionem sit pronuntiatum, & neque nocet tertio, num. 19.*
- 15 *Citatus domi, & effectus contumax, an habeatur pro confesso, & possit forjudicari?*
- 16 *Contumax, ut habeatur pro confesso, & possit condemnari vigore fictæ confessionis inducitur per statutum, an ultra contumaciam requirantur probationes?*
- 17 *Confessio ficta resultans ex contumacia vigore statuti non est sufficiens ad condemnandum, quando constat Judici ex processu informativo, de innocentia Rei, & idem est, si non sit probabilis, num. 20.*
- 18 *Contumax, ut habeatur pro confesso vigore statuti, contumacia debet esse ritè & rectè concepta.*
- 21 *Inquisitus non potest condemnari ad interesse parti ex ficta confessione resultante ex contumacia vigore statuti.*

• C A P. XIII.

Forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, habetur, ac si confessus esset crimen, de quo fuit accusatus.



De jure communi in causis criminalibus, contumax nunquam habetur pro confesso, l. properandum, §. & si quidem, C. de judiciis, Bart. in l. questionis, la seconda, ff. de question. Bal. in l. i. col. 2. vers. oppono, quod contumax, C. quomodo, & quando Judex, Abb. in cap. veritatis, de dolo, & contumacia, Oldradus conf. 64. Cacher. decif. 105. n. 6. & 12. Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 2. & 4. & cap. fin. n. 225. Thes. dec. 265. n. 16. vers. præterea, Thesau. filius lib. 1. quæst. forens. 6. n. 1. Rota in florilegio præf. conclus. conclus. 9. n. 34. & Marfil. in tract. de bannitis, vers. contumacia, n. 44. licet Marfil. ibi n. 149. dicat,

quodd in causis criminalibus contumax habeatur pro confesso, & idem teneat in conf. 49. tamen veritas est, quodd contumax in criminalibus non habetur pro confesso de jure communi, Foller. præf. crim. in 4. p. tertie partis, rub. & si constebuntur, n. 1. Affl. in Cost. Reg. pœnam eorum, n. 67. & Farinac. præf. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 3. Et bannitus de jure communi non habetur pro confesso d. l. divus. vers. & sic Divus Pius ff. de custodia reorum, & Bartolus in tract. Bannitorum, n. 18. & in l. 2. Cod. de requirendis reis sed tantum de jure communi contumacia facit, indicium ad torturam contra contumacem, ut diximus supra cap. 4. n. 45. sed multis in Italiæ locis per statuta terrarum providetur, ut contumax in criminalibus habeatur, ac si confessus esset crimen, de quo inquiritur, prout est in Regno Neapolitano, in quo disponitur, ut forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, non possit se defendere super principali causa criminis, sed habeatur, ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat, esset per diffinitivam sententiam condemnatus, ut in Cost. Reg. pœnam eorum. Et talia statuta in criminalibus valere dicunt Affl. in Constit. Reg. pœnam eorum, n. 40. in fine Marfil. d. ver. contumacia, n. 47. Foller. dict. rub. & si constebuntur, n. 2. Farinac. præf. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 3. Rota d. conclus. 9. n. 43. Thes. dec. 265. n. 9. & Thes. filius in d. quæst. forens. 6. post n. 1. Et ex forma statutorum Civitatum Italiæ contumax, & bannitus habetur pro confesso, & postea de crimine non auditur, Bar. in l. 1. in fine, ff. de requirendis reis, & in l. divus n. 4. ver. ulterius vos videtis, ff. de custodia, & exhibit. reorum, Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 157. Farinac. d. quæst. 11. d. n. 3. & Caball. resolut. crim. casu 110. n. 5. sic etiam perleverans in excommunicatione per annum in causa criminali, videtur fateri delictum, cap. rursus, & cap. quicumque 11. q. 3. Grandis de bello exulum in prædicamen. quantitis quæst. 1. n. 5. & Chart. de exequutione sent. cap. 1. n. 13. sic etiam si quis fuit citatus pro crimine hæresis, & fuit excommunicatus in contumacia, elapso anno, habetur pro confesso, & convicto, cap. excommunicamus, §. qui autem, de hæreticis cap. cum contumacia de hæreticis in 6. Et quemadmodum valet sententia lata ex vera, & expressa confessione; ita etiam valet, si sit lata ex hac ficta confessione Chart. d. cap. 1. n. 44. Thes. dist. quæst. forens. n. 2. Sed tunc in Regno contumax habetur pro confesso, quando fuit positus in banno, & à die banni sit elapsus annus, nam elapso anno forjudicatur, & habetur. perinde ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat, esset per diffinitivam sententiam condemnatus, ut in d. Cost. Reg. pœnam eorum, Chartar. d. cap. 1. n. 426. & 427. in fine, & n. 433. & seq.

Sed quis habetur pro confesso pro delicto tantum, pro quo fuit forjudicatus, & non de aliis, Bal. in l. si adversarius, C. de fid. instrum. & Arnono cautela 88.

6 Sed contumax, ut habeatur pro confesso est necesse, ut ter sit citatus, nec sufficit una citatio pro omnibus, Menoch. conf. 100. nu. 168.

168. & seq. Farinac. d. quæst. 11. post. n. 38. Bal. in l. penult. C. de const. pecunia, Guazzin. ad defensionem reorum. def. 10. cap. 1. n. 11. & 14. & Marfil. præct. crim. §. postquam, n. 66. & in tract. de bannitis, d. ver. contumacia, n. 46. ubi n. 131. hoc limitat, si citetur persona potens, quia tunc sufficit una citatio, etiam non peremptoria, & idem tenet Arnono soliloquio 94. limita etiam, ut per eundem Arnono in epitoma 43. sed quod non requirantur tres citationes in Regno, antequam proferatur sententia forjudicationis, sed sufficiat prima citatio si contineat peremptorium, dicit Affl. in Cost. Reg. poenam eorum, post nu. 66. nam licet de jure communi requirantur tres citationes, ut in l. ad properandum, cum tribus legibus seq. ff. de judiciis, & in l. contumacia, §. 1. ff. de re jud. tamen in Regno Neapolitano fit una citatio cum peremptorio pro tribus, quæ habet vim trinæ citationis, Const. Reg. adictorum. ubi Affl. & Follerius præct. crim. in 4. p. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, n. 16. & in rub. vel eos verbaliter citari faciat, n. 5. & hunc stylum esse servandum, dicit Guazzinus d. def. 10. cap. 1. n. 15. in fine, & Chart. de exequutione sent. cap. fin. n. 186. ver. & licet & prout etiam apud Mediolanenses, & Gallos observatur, ut quis possit citari unica citatione pro tribus, Clar. præct. crim. §. fin. quæst. 44. ver. item quæro, & Menoch. d. conf. 100. n. 172. & in hoc casu esse servandam consuetudinem loci, dicit Farinac. post. 38. *Et ut quis dicatur contumax, requiritur trina citatio, vel una peremptoria pro tribus. l. consentaneum, & l. tres denunciationes, & ibi Bartol. & Bal. Cod. quomodo, & quando Judex, & d. l. contumacia. §. 1. Bartolin tract. decisatione. n. 17. Mascard. de probat. conclus. 449. n. 7. & Riccius in dec. 69. post n. 1. part. 3. & in coll. 74.*

7 Et contumax habitus pro confesso, & convicto, vigore statuti intelligitur per sententiam, & non ipso jure, Farinac. d. qu. 11. post n. 102. ver. licet enim, & ver. seq. & Marfil. d. ver. contumacia, n. 50. ubi n. 140. dicit, quod contumacia est ficta probatio, & non vera, idem tenet præct. crim. §. postquam, num. 5. & de bannitis, d. ver. contumacia, n. 143. dicit, quod statutum volens, ut contumax habeatur pro confesso, tale statutum non habet locum in minore, muliere, vel rustico, nisi isti sint in dolo expresso, & non præsumpto, ut est contumacia, idem tenet in præct. crim. d. §. postquam, n. 60. & Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 226. sed contrarium tenet Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 7. ubi dicit, valere bannum, contumaciam, & confessionem inde ortam, licet ipsa subiaceat beneficio restitutionis in integrum. *Tamen alii dicunt quod minor non comprehenditur sub statuto volenti contumacem haberi pro confesso, & si virtute illius condemnatur sententia est nulla. Alber. in l. cum & minores. nu. 7. Cod. si adversus rem judic., & Virgil. de legit. personæ. c. 2. n. 24.*

8 Sed statutum volens, ut contumax habeatur pro confesso, non comprehendit delinquentem existentem extra territorium statuentis, Marfil. de bannitis, ver. contumacia, n. 144. & in præct. crim. §. postquam, n. 65. & in

conf. 82. n. 39. Caball. resolut. crim. casu 250. n. 16. Chartar. de exequut. sent. c. 1. post n. 425.

9 Et contumax habitus pro confesso ex forma statuti non efficitur infamis, Bal. in l. si tutor, C. de interdicto matrimonio, Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 36. & Marfil. in præct. cri. §. postquam, n. 67. & de bannitis d. ver. contumacia n. 48. ubi n. 145. dicit quod condénatus per contumaciam, quæ ex forma statuti habet vim confessionis, non efficitur infamis; *Bona enim ista aut mala non efficit materia sed virtus Seneca in epist. 71. & 66. sed quod exules sint infames, tenet Grandis de bello exulium, in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 96. n. 1. & dicam infra cap. 15. nu. 14. Et quod contumax habitus pro confesso vigore statuti, dicatur infamis, tenet Rota in florilegio præct. conclus. conclus. 9. n. 42. Sed primam opinionem sequitur. Sperell. dec. 116. n. 59. par. 2. ubi dicit, quod infamia non contrahitur ex ficta confessione, vel per sententiam in contumacia latam, & Alciatus de præsumptionibus regula 3. præsumpt. 22. num. 4. dicit quod si quis committat delictum irrogans infamiam si de delicto non constet nisi per contumaciam non dicitur infamis, & infamis non dicitur, qui ob contumaciam est condemnatus. Boer. in dec. 64. n. 9.*

10 Et stante statuto, ut contumax habeatur pro confesso, intelligitur tantum, si Judici videbitur, Marfil. de bannitis, d. ver. contumacia, n. 152. & Chartar. de exequut. senten. cap. 1. n. 190. ubi n. 359. & 372. & in cap. fin. n. 261.

11 dicit, quod ficta confessio ex contumacia a statuto inducta suum operatur effectum respectu facti principalis, & non respectu qualitarum ipsum factum principale aggravantium, citat Marfil. præct. crim. §. postquam, nu. 62. & de bannitis d. ver. contumacia, nu. 49. et Foller. d. rubr. et si confitebuntur, n. 9. et idem tenet Sperellus dec. 101. n. 37. et post n. 39. par. 2. & Thesaur. in d. quæst. forens. 6. n. 3. & vide Bajard. ad Clarum præct. crim. §. fin. quæst. 44. a n. 52. cum plur. seq. Bossium in præct. crim. in tit. de banni nullitate n. 4. & Farinac. d. quæst. 11. nu. 63. ubi in fine dicit, quod in Statu Ec-

12 clesiastico est secus Et neque confessio ficta inducta ex contumacia vigore statuti probat qualitatem, quæ jurisdictionem tribuit, Chartarius d. cap. 1. nu. 377. & faciunt dicta per Guazzinum ad defensionem reorum, def. 32. cap. 19. & per Bajardum ad Clar. d. q. 44. nu. 58. & seq. unde qualitas assassinii, quæ tribuit jurisdictionem Judici laico contra Clericum non probatur ex tacita confessione, quæ resultat a contumacia, Foller. pr. cri. rub. & si confitebuntur in ult. verbo, n. 9. & 62. Giurb. conf. 50. nu. 17. & seq. Et idem Judex laicus non potest procedere ad sententiam forjudicationis contra Clericum assassinum contumacem ex indicis ad torturam, ut servari testatur Sanfelice. dec. 325. n. 19. & seq. to. 3. & vide Thorum in voto 101. tom. 2.

13 Adverte, quod si ex forma statuti contumax habeatur pro confesso, ut pro confesso habeatur vigore hujus statuti, sola contumacia non sufficit, sed super tali contumacia requiritur, ut Judex interloquatur, ipsum haberi pro confesso, cum sit contumax, Thesaur.

- rus in d. quæst. forens. 6. n. 4.* alius si Judex contra contumacem procedat ad sententiam condemnatoriam sine tali interloquutione, talis sententia non valet, Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 12. & Marfil. in. pract. crim. §. postquam n. 37. in tract. de bannitis d. ver. contumacia, n. 138. & in pract. crim. §. aggredior, n. 106. dicit, quod Judex debet esse cautus, quando procedit contra aliquem, tanquam contra contumacem, qui ex forma legis, vel statuti haberi debet pro confesso, ut ante omnia aliquid interloquatur, per quod ostendat, eum esse contumacem. Sed ipse Marfil. de bannitis, d. vers. contumacia, n. 153. dicit, quod contumacia declaratur, quando Judex procedit ad condemnationem, quia tacite videtur declarare, eum esse contumacem. Et Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, n. 65. dicit, quod antequam feratur sententia forjudicationis, non requiritur, ut Judex prius declaret per interloquutoriam, ipsum contumacem haberi pro confesso de crimine, de quo fuit inculpatus, sed sufficit, si hoc in sententia diffinitiva declaratur, ut habeatur pro confesso: idem tenent Caball. resol. crim. casu 110. n. 9. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, q. 11. post num. 102. ver. limita secundo, & Marfil. pract. crim. §. postquam, post n. 37. & idem in Statu Ecclesiastico observari, testatur Char. de exequut. sent. cap. 1. nu. 179. & licet quando ex forma statuti contumax habetur pro confesso requiratur declaratoria iudicis, tamen si Iudex declaratoriam expresse non facit, sed adulteriora procedit satis videtur pronunciasse super contumacia. Marfil. in l. si quis ne quæstio. nu. 76. ff. de quæstionibus.
- 14 Sed contumax si decedat, antequam super confessionem sit pronunciatum, ista ficta confessio non nocet hæredi, Foller. d. rub. & si confitebuntur, nu. 13. Cachet. decis. Pedemontana 106. Chartar. de exequutione sent. c. 1. n. 335. usque ad n. 346. & Marfil. d. §. postquam, n. 46.
- 15 Et statutum disponens, ut contumax habeatur pro confesso de crimine, de quo inquiritur, intelligitur de vero contumace, & non de ficto, & sic de citato personaliter, & non domi, Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 178. nam statutum loquens de contumace intelligi debet de vero contumace, & non de ficto, Alex. in l. ait Prætor, §. hæc verba, ff. de negotiis gestis, & Marfil. d. ver. contumacia, nu. 111. Sed in Regno Neapolitano etiam fictus contumax habetur pro confesso, cum quis possit citari personaliter, vel domi, pragm. 2. de ord. judic. & idem in Regno potest procedi ad sententiam forjudicationis contra fictum contumacem, qui domi fuit citatus, ut dixi supra cap. 6. n. 11. & Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 3. in fin. ubi n. 4. dicit, quod in Regno non auditur citatus domi, quoties allegat, ad suam notitiam non pervenisse citationem per Const. Reg. citationis literarum, & ibi Affl. in 1. not. vers. an autem.
- 16 Et contumax, licet ex forma statuti debeat haberi pro confesso, tamen ut valeat condemnatio de delicto contra accusatum, debet ultra contumaciam constare de delicto, aliàs non valet bannum, nec condemnatio, Marfil. pract.

- crim. d. §. postquam, n. 48. cum plurib. seq. & Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 15. & 25. in fine. Unde quis ex sola contumacia non potest forjudicari, Mastrillus dec. 296. n. 20. Chartarius de exequut. sent. cap. 1. post nu. 5. & Angelus ad pract. crim. Foller. rub. forjudicentur, n. 9. nam contumacia est ficta & non vera probatio. Marfil. in. d. ver. contumacia n. 140. sed Affl. in Constit. Reg. pœnam eorum, n. 47. dicit, quod sufficit tantum contumacia, & non requiritur alia probatio, ut quis possit forjudicari, Affl. sequitur Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 15. & idem tenet Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. n. 40. Sed tu dic, quod ultra contumaciam requiruntur indicia ad torturam, ut quis possit forjudicari in Regno, ut diximus supra cap. 4. n. 2. ubi dixi, quod valet statutum disponens, ut ex sola contumacia aliter non confitto de crimine possit quis ad mortem condemnari, & quod contumax condemnatur absque plenis probationibus, & de facto non servari, ut constet de delicto in specie, tenet Chartar. de exequutione sent. cap. fin. n. 137. cum duob. seq. & n. 142. sed statutum disponens, ut contumax habeatur pro confesso, ut locum habeat, est necesse, ut prius constet de delicto in genere, ita Bajardus ad Clarum, §. fin. quæst. 44. n. 44.
- 17 Et confessio, quæ resultat ex contumacia vigore statuti, non est sufficiens ad condemnandum contumacem, & ad eum forjudicandum, si constet Iudici ex processu informativo habitum pro confesso esse innocentem, Alex. in l. absentem, & ibi Bartol. n. 5. ff. de pœnis, Affl. in Const. Regni pœnam eorum, nu. 33. in fine, & n. 64. Thesaur. in d. quæst. forens. 6. nu. 11. in fine Chart. de exequut. sent. in præfatione, n. 27. & seq. & in cap. fin. n. 40. & 45. Foller. d. rub. & si confitebuntur, num. 26. Marfil. pract. cr. §. ultima quæstio, n. 14. in fing. 72. vers. scias etiam. & in l. 1. §. si quis ultro. u. 47. ff. de quæstionibus. Decius in l. si is qui nu. 20. C. qui testam. fac. poss. & Bajard. ad Clar. §. fin. q. 44. nu. 78. & facit tex. in l. in eos, ff. de cult. reorum, & dixi supra cap. 8. n. 84. Bartolus in consilio 100. & Marfil. de bannitis, d. ver. contumacia, n. 47. nam quando Iudici constat, maleficium non esse commissum, ille non potest contra absentem, qui habetur pro confesso, procedere ad pœnationem ipsius, Affl. in d. Constit. Reg. pœnam eorum, n. 48. & 64. in fin. Immo Marfil. d. vers. contumacia, d. n. 47. & in d. fing. 72. dicit quod contumax habitus pro confesso potest absolvi per Iudicem, quando constat Iudici de innocentia ipsius contumacis, etiam post sententiam, quæ opinio mihi non videtur tuta, tam de jure Regni, quam de jure communi, de jure Regni, quia in eo per Const. Reg. pœnam eorum disponitur, ut forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, amplius non auditur in suis defensionibus in facto principali, & de jure communi Judex, lecta sententia, si constat de innocentia Rei condempnati non potest dictam sententiam revocare, ut dicam infra cap. seq. n. 22.
- 18 Et confessio resultans ex contumacia vigore statuti, ut sit valida, est necesse, ut contumacia sit ritè, & rectè contracta, aliàs dicta con-

confessio nullum sortitur effectum, Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 19. prout etiam licet de jure communi contumacia faciat indicium ad torturam contra contumacem, tamē hoc intelligitur si contumacia sit ritē. & rectē contracta, ut dixi supra cap. 4. nu. 45. Et non ritē bannitus non potest dici contumax, & haberi pro confesso, Bertazz. conf. 233. n. 4. lib. 1. Grammat. dec. 79. n. 10. & Chartar. de exequut. sentent. cap. fin. n. 145. ubi nu. 219. dicit, quod data nullitate inquisitionis, absens pro confesso non habetur, idem tenet Marf. pract. crim. §. postquam, n. 56. & Chartar. dict. cap. fin. n. 220. dicit, quod forjudicatus non habetur pro confesso, si accusato, vel inquisitio fuerit invalida, & n. 222. dicit, quod data nullitate processus, quis non habetur pro confesso, nam ut quis habeatur pro confesso, ex contumacia, & banno vigore statuti, requiritur, ut ritē, & rectē processum fuerit, aliās confessio resultans ex banno, & contumacia nulla, suum non sortitur effectum; & confessio ficta non nocet, quando processus est nullus, & contumax habetur pro confesso, præcedente libello, & inquisitione valida, aliās secus, l. si filius, ubi Bart. ff. de interrog. act. & Arnono in soliloquio 53., Et ex sententia lata, nulla præcedente citatione, non oritur contumacia, & consequenter ex ea non resultat confessio, Grammat. dec. 79. n. 10. & Giaz. in discept. crim. ad def. reorum discept. 22. n. 2. ubi n. 77. dicit, quod male citatus non redditur contumax.

- 19 Et tacita confessio, quæ resultat ex contumacia Rei vigore statuti, tantum Reo contumaci condemnato præjudicat, sed non tertio, Bar. & alii in l. cum filiusfam. ff. de verb. oblig. Follerius in d. rub. & si confitebuntur. num. 42. Thesaur. in d. quæst. forensi 6. a. n. 7. usq. ad 11. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. nu. 295. & seq. ubi n. 297. cum plur. seq. ex hoc infert, quod si statuto caveatur, ut pater teneatur solvere condemnationem filii delinquentis, si filius sit in contumaciam condemnatus, pater non compellitur solvere condemnationem Cabal. resolut. crim. casu 250. n. 4. cum plurib. seq. & Rol. a Valle conf. 45. n. 68. lib. 1. Menochius de presumptionibus lib. 2. præsumpt. 70. n. 3. Marf. in d. ver. contumacia n. 116. & Alciat. in d. præsumpt. 22. n. 2. & dicam infra cap. 16. n. 24. sic etiam sententia, quæ fertur contra reum absentem habitum pro confesso vigore statuti, non præjudicat ejus fidejussori, licet aliter sit dispositum per Bullas Pontificias in Statu Ecclesiastico, Chartar. d. cap. 1. n. 302. usque ad n. 334. & Farin. pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminib. quæst. 107. n. 105. & 111. unde si quis promittat ad certam pœnam non offendere Titium, & det fidejussorem, si deinde offendant, & sit citatus, & contumax reputatus, & tandem forjudicatus propter fictam confessionem Rei resultantem ex ejus contumaciâ, fidejussor non potest condemnari ad pœnam in fidejussione contentam, Foller. pract. crim. in fragmentis tit. de fidejussorib. n. 263. & in d. rub. & si confitebuntur, n. 37. & Farinac. d. quæst. 107. n. 105. nam probatio facta propter contumaciam non egreditur personam con-

tumacis, l. ejus qui delatorem, ff. de jure Fisci, & Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis quæst. 25. n. 79.

- 20 Et tacita confessio, quæ resultat ex contumaciâ vigore statuti, ut valeat, & reus ex eâ condemnari possit, debet esse possibilis, Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 25. et Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 43. et seq. et num. 260. unde sententia exequi non potest contra condemnatum pro delicto, quod in eum cadere non potest, Chartar. de exequut. sent. d. c. fin. n. 257. cum plur. n. seq. et Farinac. d. q. 11. nu. 62. vers. et idem.

- 21 Et ex fictâ confessione, quæ resultat ex contumaciâ inquisiti vigore statuti, inquisitus non potest condemnari ad interesse parti, Follerius in d. rub. et si confitebuntur, n. 40. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 106. Rota d. conclus. 9. n. 41. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 2. vers. et hæc quidem et Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 394. et seq. unde forjudicatus in executione sententiæ forjudicationis non est condemnandus ad interesse, quamvis de crimine sit convictus, quia executio sententiæ sit ob contumaciam, Sanfel. decif. 226. n. 10. & statutum volens damnatum emendari, intelligitur si prius constet de damno illato, non autem fictæ per contumaciam accusati. Bald. in l. si quando. Cod. unde vi. & Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 22. n. 6. sed alii tenent, quod ex fictâ confessione, quæ resultat ex contumaciâ inquisiti, vigore statuti, inquisitus possit condemnari ad interesse parti. Bajard. ad Clar. d. q. 2. n. 10. et seq. et Marf. sing. 575. et conf. 115. n. 18. et seq. & vide infra cap. 16. n. 40.

Et an confessio ficta resultans ex contumaciâ vigore statuti possit revocari prætextu erroris? vide infra cap. sequenti n. 12.

S. U. M. M. A. R. I. U. M.

- 1 Appellatio admittitur ab omni gravamine, & ampliatur pluribus modis. ibid.
- 2 Appellare potest bannitus de jure communi, sed in Regno forjudicatus, lectâ sententiâ forjudicationis non appellat, & tale statutum valet. n. 2. Sed forjudicatus potest dicere de nullitate. n. 6. Et an in statu Ecclesiastico possit appellare? n. 4. Agnati Rei forjudicandi possunt appellare a decreto, quod Reus forjudicetur, ante lectam sententiâ forjudicationis. n. 5. Forjudicatus appellat cum rescripto Principis. n. 7. Sed debet fieri rescriptum cum clausulâ (non obstante Constitut. Reg. pœname eorum) n. 8.
- 3 Minor, mulier, & rusticus, si sint contumaces, an appellent?
- 4 Bannitus, & contumax habitus pro confesso, vigore statuti de jure communi semper auditur ad se defendendum in causâ principali, usque ad nu. 15. Et quid in Statu Ecclesiastico. ibid. d. n. 10. & 16. & quid secundum statuta Italia? n. 11. Sed in Regno, lectâ sententiâ forjudicationis, forjudicatus non auditur in causâ principali. n. 16. amplia. n. 27. & 28. limita duobus modis. n. 12. 20. & 26.

- 17 *Statutum denegans audientiam forjudicato valet, & n. 19. licet contrarium, n. 15. & 18. limita n. 21. & reus an possit renunciare defensionibus, d. n. 21.*
- 22 *Judex de jure communi potest recipere testes ad defensionem Rei etiam post sententiam, sicut in Regno in forjudicato, alijs si recipiat, & proferat sententiam, nec est nulla.*
- 23 *Judex suam sententiam diffinitivam revocare non potest, si deinde appareat de innocentia Rei, sed Principi est rescribendum.*
- 24 *Princeps potest ex gratia remittere sententiam forjudicationis, etiam parte non concordata, & idem est in Statu Ecclesiastico n. 25.*

C A P. XIV.

Forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, ab ea appellare, vel supplicare non potest, & nequè auditur in causa principali.



Regula generalis est, quòd a quacunque sententiâ licitum est appellare, l. & in majoribus, C. de appellat. glos. in l. qui restituere, & ibi Argel. ff. de rei vindic. Farinacius pract. crim. tit. de varijs ac diversis quæ-

stionibus, quæ 4. 101. cap. 1. n. 1. & Thor. in voto 64. in principio nam appellatio est species defensionis, quæ nemini denegari debet. cap. speciale, §. porro, extra de appellat. & appellatio datur, tam in causis civilibus, quàm in criminalibus, l. litigatorib. C. de appellat. l. 2. C. de pœnâ Judicis, & Caravit. ritu 256. in princ. ubi dicit, quod sicut tyriaca est contrà venenum, ita appellatio est contrà sententiam Judicis. Immo si reus conventus sit excommunicatus, & sit condemnatus, adhuc potest appellare, cap. cum inter. de except. Et etiam adversus libertatem licitum est appellare, l. illud sciendum est. la seconda, ff. de appellat. & Franch. dec. 684. nu. 2. & a sententiâ delegati a Principe etiam datur appellatio. l. eos etiam, G. de appellat. & Rovit. in prag. 5. n. 17. de offic. S. R. C. licet contrà Rovitum teneat Campana de forjudicat. resol. 12. n. 6. in fine, tamen opinio Roviti est vera nisi causa sit delegata a Principe cum clausula, appellatione remota, quia tunc non potest appellari. l. 1. §. fin. ubi glos. & Bar. ff. a quibus appellare non licet, Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. n. 1. cum duob. n. seq. Reverter. in decis. 504. post n. 2. Thor. in Cod. rerum judic. casu 21. n. 15. in criminal. & Rovit. d. n. 17. ubi in fine dicit, quòd si sententia delegati cum clausula appellatione remota, esset manifestè iniqua, est admittenda appellatio. Et rescriptum impetratum a Principe per

Actorem, ut in causa procedatur, appellatio-
ne remota, non solum ligat reum, sed etiam
Actorem unde tam reus, quàm Actor non
possunt appellare, glos. in cap. non licet de re-
gul. jur. in 6. & Franch. dec. 136. nu. 5. sed tale
rescriptum intelligitur tantum quoad litiga-
tores non autem quoad tertium, qui non fuit
nominatus in rescripto, nam tertius potest ap-
pellare, Vantius de nullitate processus. rub.
quis possit dicere de nullitate, n. 15. Caravit.
ritu 286. n. 6. Marant. in suo speculo, par. 4.
dist. 5. n. 76. Covarruvias pract. quæst. cap. 15.
nu. 5. Palma in pract. part. 2. glossa 23. n. 56. &
57. Sanfel. dec. 321. n. 7. Capyc. Latro dec. 187.
n. 23. & seq. p. 2. & Merolla in Theologia mo-
rali. lib. 3. disput. 7. cap. 3. n. 50. citant text. in
cap. super eo, de offic. deleg. nam forma rescri-
pti non est servanda, quando læditur jus ali-
cujus tertii, qui non est nominatus in rescri-
pto, Garz. a Toletto dicto 145. Et quando est
impetratum rescriptum cum clausula appel-
latione remota, non solum non potest ap-
pellari a diffinitiva sententia, sed neque po-
test appellari ab incidentibus, & emergen-
tibus, de quo latè Merl. controvers. forens. cap.
15. com. 1. & Rovit. dec. 81. n. 8. & in prag. 9. n.
1. de appellat. & vide infra n. 72. cap. 25. sed
sub lata appellatione per Principem, intelli-
gitur de frivola, & non de juridica, & valida,
Marf. pract. crim. §. ultima quæstio, n. 3. & De-
cian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 52. sed quod
intelligatur tam de valida, quàm de frivola,
dicunt Imola in d. §. fin. & Merolla d. cap. 3. n.
51. Tamen primam opinionem tenet Thor. in
Cod. rerum judic. casu 21. nu. 19. & Marinis
quotid. resol. lib. 1. cap. 150. n. 7. unde prohibi-
tâ appellatione per statutum, illa prohibita
non intelligitur quando gravamen est notoriû
glossa in cap. ex conquestione. in ver. appella-
tionem. derestit. spoliat. & Marfil. in l. 1. §. si ser-
vi quasi. n. 7. ff. de quæstionibus; & ideo in sen-
tentiis condemnatorijs ad mortem prolatis per
Judicem delegatum cum clausulâ, appellatio-
ne remota, vel per Magnam Curiam delegatam
habetur recursus ad Regium Consilium Sanctæ
Clare, ubi merita causæ audiuntur, & secun-
dum ejus justitiam denegatur, vel admittitur
appellatio, seu reclamatio Marinis d. cap. 150.
nu. 8. Et sublata appellatione, non intelligitur
sublatus recursus ad Superiorem per viam
supplicationis. l. 1. & Authentica quæ suppli-
catio. Cod. quando libellus Principi offeratur.
Grammat. dec. 35. n. 4. ubi Mari diffusè. Bur-
gus de modo procedendi ex abrupto. quæst.
100. n. 118. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit.
de potest. ad modum belli. cap. 6. n. 29., unde li-
cet Fiscus in Regno non possit appellare in cri-
minalibus, tamen potest habere recursum ad su-
periores, & vide infra. cap. 25. n. 56. lic etiam
datur appellatio a sententiâ, quæ est lata in
favorem Fisci, l. lata sententia, G. de appell.
prout etiam datur appellatio a sententia subi-
gationis, & interposita appellatione, suspendi-
tur ejus executio. prag. 4. de quæstionibus. Et
licet aliqui teneant, quod condemnatus de
crimine læsæ Majestatis non appellet, ut te-
net Capyc. dec. 120. n. 64. & Foller. pract. crim.
rub. item, quod com. n. 107. tamen veritas est,
quòd

quoddam condemnatus de crimine læsæ Majestatis possit appellare, Ifern. in tit. quæ sint regalia, ver. & bona committentium, n.86. Ro. vit. pragm. 11. n.62. de bonis proditorum, & Farinac. d. q. 101. c. 1. n. 9. cum plur. seq. *Sed condemnatus de falsa moneta, non potest appellare. l. 1. ubi glossa. Cod. de falsa moneta, Catalanus de indulto. cap. 28. n. 74. & Novarius in prag. 1. n. 9. monetis. Et vide quæ addidi ad Cervillinū. f. 32. n. 1. 2. ad 18., & quæ ad Agetam. f. 128. & seq.*

2 Et licet de jure communi bannitus possit appellare, Bar. in l. 1. ff. de requir. reis, & in l. Divus Adrianus, ff. de custodia reorum, Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, n. 70. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, q. 11. n. 48. & Novarius coll. super rub. Pragm. de exulibus, n. 12. & de jure communi, licet qui habeatur pro confessio, condemnatus possit appellare, gloss. in l. creditor, §. iustus, ff. de appellat. & ibi Bar. Angel. & alii, & Chartar. de execut. sent. cap. 1. n. 107. & licet contumax habitus pro confesso vigore contumaciæ possit appellare, Aufrer. ad Cappell. Tholos. quæst. 177. n. 11. Cabal. resolut. crim. casu 110. n. 1. & Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 36. cap. 13. n. 5. & licet aliqui teneant, quod si dispensat statutum, ut contumax habeatur pro confesso, & convicto, non possit appellare, Foller. pract. crim. in 4. par. tertie partis, rub. & si confitebuntur, n. 35. & Chartar. de execut. sent. cap. 1. n. 59. tamen veritas est, quoddam contumax habitus pro confesso, & convicto, vigore alicujus statuti potest appellare, idem Chartar. d. cap. 1. n. 261. Cabal. d. casu 110. n. 2. Marf. de bannitis, verf. contumacia, n. 56. et Farinac. d. q. 101. cap. 2. n. 146. Sed verè confessus, et convictus, si sit condemnatus, non appellat. l. 2. c. quorum appellat. non recip. et est tex. de jure Reg. in Pragm. 4. de appellatione. late Guazzin. ad defensionem reorum, def. 36. cap. 11. Farinac. d. q. 101. cap. 2. a n. 114. usque ad n. 130. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de confesso, c. 7. per totum, *Grammat. dec. 36. n. 29. & Novarius dec. 16. n. 1. ubi n. 4. dicit, quoddam confessio debet esse spontanea, & non sufficit, si metu tormentorum sit extorta quia datur appellatio, sed si confessio, sit facta in tortura, & extra illam sit ratificata, tunc denegatur appellatio, ut dicit Noyar. d. n. 4. Sed confessus cum qualitate, quæ minuit delictum, puta si dixit in confessione, talem interfecisse defensionis causa, tunc potest appellare, ut ita decisum testatur Franch. decis. 556. & Guazzin. in tit. de confessione rei. contra Fiscum quem posuit in fine 1. lib. discept. crim. cap. 57. Sic etiam si quis sit confessus, & convictus, sed testes non sint repetiti in hoc casu condemnatus potest appellare, nam testes non repetiti non probant, Novarius decis. R. Aud. Apulæ 73. sic etiam si Judex excessit pœnam in condemnando confessum, & convictum, tunc condemnatus potest appellare ab excessu pœnæ, Farinac. d. q. 101. cap. 1. n. 110. & Danza ubi supra & licet confessus, & convictus non appellet, tamen si sit inhibitum per Judicem ad quem, Judex quo suam non potest exequi sententiam, Foller. pract. crim. in tertia parte principali, rub. & si confitebun-*

tur. n. 66. Guazzin. d. defens. 36. d. cap. 11. n. 8. & Farinac. d. q. 101. cap. 1. n. 109. Bajard. ad Clarum, quæst. 94. n. 13. Sed si quis sit convictus tantum, & non confessus, potest appellare, Bar. per text. in l. non tantum, 6. ff. de appellat. Guazzin. d. def. 36. cap. 12. Farinac. d. q. 101. cap. 2. n. 131. & Chartar. de execut. sent. d. cap. 1. n. 77. de quo vide Catalanum de indulto cap. 7. n. 26. Sed sponte confessus tantum, licet non sit convictus, neque appellat, Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 94. in princip. *Grammatic. d. dec. 36. n. 32. Chartar. d. cap. 1. n. 71. cum plur. seq. Mauson. de causis execut. ampliat. 36. n. 26. cum duob. n. seq. late Guazzin. d. def. 36. cap. 13. & Farinac. d. quæst. 101. d. cap. 2. a n. 150. usque ad n. 162. sed alii dicunt, quoddam ut quis appellare non possit, est necesse, ut conjunctim confessio, & convictio concurrant, nam una ipsarum non sufficit, puta si quis sit confessus, & non convictus, vel è contra, quia tunc potest appellare, ita Maranta in suo speculo, part. 6. act. 2. n. 292. & Novarius d. decis. 16. n. 2. Sed contumax habitus pro confesso potest appellare, ut diximus, & dicit Chartar. d. cap. 1. n. 105. & 109. & appellatio nunquam censetur sublata nisi expressa sit prohibita. Franch. dec. 100. n. 4. & Thorus in Cod. rerum judicatarum. casu 37. n. 3.*

3 Tamen in Regno Neapolitano forjudicatus non potest appellare, vel supplicare a sententia forjudicationis, quando sententia est lecta, ut in Const. Regni pœnam eorum, ubi Affl. n. 70. Foller. pract. crim. in 4. part. tertie partis, rub. & si confitebuntur, n. 35. in fine, Chart. d. cap. 1. n. 64. Carrer. pract. crim. tit. de appellationib. ver. septimus casus est. n. 1. fol. mihi 14. & tit. de homicidio, ver. septimo igitur. n. 31. fol. mihi 194. licet Arnono in commentario 145. & 148. teneat. in Regno forjudicatum posse appellare a sententia forjudicationis, tamen veritas est, quoddam forjudicatus in Regno non potest appellare a sententia forjudicationis, ut in d. Const. Regni pœnam eorum Et tale statutum tollens appellationem forjudicato valere dicit idem Carrer. d. tit. de appellationib. d. ver. septimus casus est, n. 89. & seq. fol. mihi 19. Unde exules in Regno non possunt appellare, Grandis de bello exulum in predicamento pati, quæst. 3. speciali 48. n. 1. & per statutum appellatio tolli potest. Cabal. resolut. crim. casu 110. n. 19. & casu 208. n. 7. & tale statutum, per quod tollitur appellatio valet, Clar. pract. crim. §. homicidium n. 64. in fine, & in §. fin. quæst. 94. n. 3. & 5. ver. ceterum, & Farinac. d. q. 101. cap. 1. n. 95. cum duob. seq. Et jus appellandi tolli potest a Principe, cap. 1. de rescriptis, cap. pastoralis, de appellat. l. 1. §. interdum, ff. a quibus appellare non licet, Covarruvias pract. quæst. cap. 23. n. 6. Clar. pract. crim. §. fin. q. 94. ver. ceterum, Chartar. de execut. sent. cap. 1. post nu. 262. Rovit. in pragm. 1. n. 27. de appellat. & Burgus de modo procedendi ex abrupto. quæst. 100. n. 117. Sed prohibitio appellationis est stricte intelligenda & restringenda. Surdus dec. 36. Sanfelice in ultima addit. dec. 321. ubi dicit quod prohibitio appellationis non extenditur contra alios socios delinquentis contra quem

- quem prohibita fuit appellatio; & faciunt dicta supra cap. 5. n. 26. Et merito forjudicatus in Regno non appellat; non lecta sententia forjudicationis in Regno, forjudicatus habetur, ac si confessus esset crimen, de quo forjudicatus fuit, ut diximus in c. precedenti, sed ex ista ficta confessione notorium resultat, Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 24. & Chartar. d. cap. 1. n. 52. Sed quando delictum est notorium, non admittitur appellatio, Foller. pract. crim. rub. item quod est notorius delinquens, n. 21. & seq. & Chartar. d. cap. 1. n. 263. Ergo merito forjudicatus non appellat in Regno, & a sententia, per quam quis habetur pro confessio, non appellatur in Regno, ut in ritu 120. in fine, & sententia forjudicationis profertur contra contumacem, idem lecta sententia forjudicationis, forjudicatus non appellat, nam verus contumax non appellat, lex consensu, §. eum qui, ff. de appellat. l. 1. C. quorum appellat. non recip. & l. & post ædium, §. sciendum, ff. de iudiciis, Capyc. decil. 139. & Thesaur. dec. 265. n. 2. Unde Iudex ad quem non potest inhibere Iudicem a quo a sententia diffinitiva lata contra verum contumacem, Riccius dec. 351. par. 4. Sic etiam excommunicatus non potest appellare a sententia excommunicationis contra eum lata ad finem retardandi affixionem cedolatum. cap. pastoralis. §. verum de appellat. & in cap. conquestus. de foro compet. Nipris in cap. Reg. 163. in fine. Rovitus in prag. 28. a n. 21. usque ad finem de officio Proc. Casaris. Sed a sententia declaratoria excommunicationis datur appellatio. Riccius in dec. 215. part. 2. & in dec. 102. & 202. part. 3. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 112. ubi nu. 8. dicit hoc procedere quando Iudex excommunicationem declarans appellationem admittit, secus si illam reicit, tanquam frivolum & tantum refutatorias concedit apostolos, quia tunc sententia declaratoria per appellationem non suspenditur, & idem tenet ipsemet Marinis dec. Revert. 516. n. 4. & latè Genuensis in pract. Archiep. Neap. cap. 28. per tot.
- 4 Et in statu Ecclesiastico bannitus, & condemnatus in contumaciam; si sit captus, non potest appellare, quod si appeller, appellatione non obstante, sententia exequi potest ex motu Pii Quarti, & S. Pii Quinti, sed ex eodem motu dictorum Pontificum; si condemnatus in contumaciam infra annum spontè compareat, auditur appellans, Chartar. d. cap. 1. nu. 54. & seq. & n. 98. & 263. & Farinac. d. n. 48. in fin. & in Statu Ecclesiastico quando quis est bannitus & in contumaciam capitaliter condemnatus, non potest appellari per ejus agnatos, & cognatos, & si sit appellatum appellatione pendente, potest impunè occidi, Farinac. d. tit. de variis, ac diversis quæstionibus; quæst. 103. n. 205. cum trib. seq. & dixi supra cap. 11. n. 24.
- 5 Sed in Regno antequam sit lecta sententia forjudicationis agnati. & cognati Rei forjudicandi possunt appellare a decreto, quod Reus forjudicetur, ut dixi supra cap. 11. n. 23.
- 6 Et lecta sententia forjudicationis, licet forjudicatus non possit appellare, tamen eo exi-

stente carcerato, potest dicere de nullitate sententiæ forjudicationis, & omnium actorum ordinariorum, ut dicam infra cap. 25. n. 56. cum plur. seq. ubi n. 72. dicam, & quid si succumbat super nullitates propositas adversus sententiam forjudicationis; an ab isto decreto possit appellari?

7 Sic etiam forjudicatus cum rescripto Principis potest admitti ad appellandum, Grandis de bello exulum, in prædic. pati, q. 3. speciali 48. n. 2.

8 Sed forjudicatus, si supplicat Regi per viam supplicationis, & querelæ, ut possit docere de iusto suo impedimento, si sit concessum rescriptum, & non sit dictum, non obstante Cōstit. Regni pœnam eorum, tale rescriptum, & processus inde confectus est ipso jure nullus, quia si prohibetur supplicari, & appellari, si concedatur appellatio, seu supplicatio, non valet concessio, l. 1. ubi glos. C. de petit. honor. subla. lib. 10. Affl. in d. Cōst. Reg. pœnam eorum, n. 70. in fine, & Garret. pract. crim. tit. de appellat. ver. septimus casus est, n. 2. fol. mihi 14.

9 Sic etiam minor, mulier, & rusticus appellare possunt etiam si sint contumaces, Marf. de bannitis, d. ver. contumacia, n. 159. sed n. 60. dicit, quod minor contumax restituitur in integrum, licet non appellet, sed n. 87. dicit, quod verus contumax sicut non appellat, ita neque restituitur in integrum, & n. 126. dicit, quod contumacia minoris non excludit eum a restitutione in integrum, citat tex. in l. minor la prima, ff. de minor. Foller. pract. crim. in 4. part. tertia partis. rub. & si confitebuntur n. 7. in fine & an condemnatus de crimine recepti possit appellare? vide Thorum in Cod. rerum judic. casu 21.

10 Et de jure communi contumax in banno positus, si post terminum banni vult comparere, tenetur docere de sua innocentia, & ostendere non commississe delictum, super quo habitus fuit pro confessio in vim fictæ confessionis vigore statuti, nam contumax habitus pro confessio vigore statuti potest probare innocentiam talis fictæ confessionis, & probare contrarium contra fictam confessionem, Bal. in l. ita demum. C. de procurat. Marf. sing. 72. Bertazzol. conf. 25. n. 11. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 48. n. 6. Mynsing. fing. observ. cent. 5. obser. 13, n. 6. usque ad finem, & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. nu. 103. cum plur. nu. seq. & nu. 108. & seq. & nu. 258. 260. & 272. ubi n. 110. dicit, quod quando reus bannitus vult assumere onus probandi, quod delictum non commisit, audiri debet, citat. Becchi. conf. 11. n. 6. lib. 1. Nattam conf. 444. lib. 2. & Menochium de arbit. Jud. casu 416. n. 38. & d. Chartar. d. cap. 1. n. 211. dicit, quod in Statu Ecclesiastico contumax habetur pro vero contumace, & non appellat, & n. 212. & seq. dicit quod etiam in Statu Ecclesiastico bannitus post sententiam diffinitivam comparens sua debet probare innocentiam, & auditur, si tamen in carcerem constitutus suam innocentiam patefacere voluerit, quam innocentiam post sententiam probare tenetur, scilicet non commississe maleficium, super quo habitus fuit

fuit pro confesso vigore statuti ex liquidissimis probationibus, prout etiam de jure ad probandum contra fictam confessionem oportet, quod legitimis probationibus id probetur, ut probatio illa fictæ confessionis enervetur, Capoll. conf. 63. n. 19. & Chatard. d. cap. 1. n. 214. ubi n. 230. dicit, quod capto bannito, & condemnato sic habito pro confesso, & convicto, sola restat executio, citat Bart. in l. 1. ff. de requir. reis, ubi dicit, quod stante statuto, ut contumax habeatur pro confesso, contumax amplius non auditur, & idem Bart. in l. divus, ff. de custod. & exhibit. reorum, dicit, quod de jure communi, comparante quocumque contumace, debet ex integro audiri.

- 11 Sed secundum statuta Italiæ contumaces, & banniti habentur pro confessis, & in eos uti confessos sententia fertur, & idem illis captis, & confecto, eos esse, qui in banno descripti reperiuntur, sola restat, & sufficit executio, idem tenet Clarus pract. crim. §. fin. quæst. 96. versic. quæro nunquid, & Chatard. d. cap. 1. d. n. 230.
- 12 Et ficta confessio, quæ resultat ex contumacia vigore statuti, potest revocari prætextu erroris, & contra fictam confessionem admittitur probatio in contrarium, Marfil. pract. crim. §. postquam, n. 47. Et in l. 1. §. si quis ultro a n. 66. usque ad n. 70. ff. de questionibus, Foller. ubi. sup. n. 18. Sed post sententiam est secus, nam lecta sententia ficta confessio, quæ oritur ex contumacia vigore statuti, non potest revocari. Chart. de execut. sent. cap. 3. n. 18. & seq. & cap. fin. n. 23. & Farinac. d. quæst. 11. n. 11. vers. si igitur.
- 13 Et contumax, & bannitus, si infra annum compareat, recuperat bona, & auditur in suis defensionibus; si verò compareat post annum, & tunc licet audiat in suis defensionibus in facto principali, tamen non recuperat bona, sed illa Fisco applicantur in pœnam suæ contumaciæ, l. 1. ubi gloss. Bart. & alii, ff. de requiren. reis, & in l. divus ff. de custod. & exhibit. reorum, Clar. pract. crim. §. fin. q. 44. n. 1. in fin. & in vers. facta autem. Caball. resol. crim. casu 181. n. 1. Affl. in Constitut. Reg. pœnam eorum, n. 3. Chartar. de execut. sent. d. cap. 1. n. 8. & Ross. pract. crim. tit. de reis requirendis in princip. & faciunt dicta per Marfil. pract. crimin. §. ultima quæstio. n. 28. ubi dicit, quod si post terminum banni compareat bannitus, & negat se fecisse delictum, quod videbatur tacite confessus ex contumacia vigore statuti, bannitus est audiendus, & hoc procedit, dato quod contumax, & bannitus sit diffinitivè condemnatus, nam si post condemnationem compareat infra annum recuperat bona, & auditur in suis defensionibus, aliàs si compareat post annum, & tunc auditur in suis defensionibus, sed non recuperat bona annotata per Fiscum, Clar. d. vers. facta autem, Et ita servari in Regno Castella, testatur Carleval de Judiciis. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. n. 752. & in Statu Pedemontano reus contumax, si se constituat ante, vel post annum, etiam sequitur condemnationem,

admittitur ad faciendas suas defensiones. ita Gasp. Thes. in qu. for. 6. n. 12. & 13. lib. 1. & de jure communi bannitus semper debet audiri in suis defensionibus, d. l. divus, Bart. in l. 1. ff. de requirend. reis, Affl. in d. Constit. Reg. pœnam eorum, n. 33. & Arnono in differentia 32.

- 14 Et quis si sit citatus, ut veniat responsurus de fide, & non compareat, & sit effectus contumax, & sit excommunicatus, & per annum persistat in excommunicatione, in tali casu punitur uti hæreticus, cap. cum contumacia, de hæret. in 6. & cap. excommunicamus, §. qui autem, extra de hæret. Et licet aliqui teneant, quod amplius non admittatur ad se defendendum, & demonstrandum ejus innocentiam, per tex. in cap. rursum. 11. quæst. 3. tamen alii dicunt, quod in crimine hæresis, si quis in contumaciam condemnatus sit, non quia plenè convictus sit de vera hæresi, sed solum quia hæresis suspicione laboraret, expleto anno, non auditur quoad hoc, ut bona recuperaret, nisi vel de innocentia ejus, vel de isto impedimento legitimè constiterit, auditur tamen quantum attinet ad excusandum crimen, & ad probandum innocentiam, quocumque tempore elapso non obstante, ita gloss. in d. §. qui autem, ver. condemnentur, & eam sequitur Char. de execut. sent. cap. 1. n. 278. ubi n. 280. dicit, quod si in contumaciam quis damnatus sit, quia plenè de hæresi convictus sit, si sive spontè post sententiam compareat, si sive captus sit, audiendus est, licet statua ejus combusta sit, & idem tenet Farinac. de hæresi, quæst. 185. a n. 106. usque ad n. 111. ubi n. 108. & seq. dicit, quod condemnatus de hæresi in contumaciam, si post annum spontè compareat, recuperat bona confiscata, etiam si de innocentia non docuerit, & semper auditur, & quoad personam, & quoad bona, citat Scacciam de judiciis, lib. 1. cap. 98. n. 34. sed quod non audiat quoad bona secundum opinionem glossæ, & Chartarii, ubi supra, tenet Diana part. 4. tract. 8. resol. 42. Et quando proceditur contra aliquem non convictum de hæresi, sed tanquam suspectum, citatur ad comparandum in termino ad respondendum de fide, & si in termino præfixo non comparuerit, excommunicatur, & si adhuc excommunicationem per annum sustinuerit, uti hæreticus condemnatur, si verò proceditur contra convictum de hæresi, tunc ille peremptoriè citatur, una pro trina canonica monitione, & non comparens in termino, proceditur contra ipsum ad condemnationem, non expectato anno, & neque præcedente excommunicatione, & ejus statua comburitur, & traditur Curie seculari tanquam verus hæreticus, contumax, & impenitens, ita Farinac. de hæresi, q. 185. n. 95. & n. 102. & seq. & Diana moralium resol. part. 4. tract. 7. resol. 27. in princip. Et isto ita in contumaciam declarato hæretico, & ejus statua tradita Curie seculari, & compusta, Judex secularis profert in eum sententiam forjudicationis, & in ea permittit, ut ille ab omnibus

bus possit impunè offendi, & occidi, & ita declaratus potest impunè occidi, & ita intellige dicta per nos supra cap. 3. n. 92. Sed Farinac. ubi supra n. 103. dicit, quòd absens in contumaciam condemnatus pro hæresi, si ad manus Curie Ecclesiasticæ devenierit, tunc traditur Curie sæculari, quando impetens est, vel si ut relapsus in contumaciam fuerit condemnatus pro hæresi.

- 15 Et licet Marf. in cons. 16. 38. 45. & 97. & in pract. crim. §. ultima quæstio, per totum, subitineat, quòd si disponat statutum, ut capto bannito, intra tres dies contra eum exequatur bannum, nulla ejus defensione audita, nec admittenda, prout tale statutum esse Bononiæ, testatur ipse Marf. ibi, tamen statuto hoc non obstante, bannitus captus potest suas facere defensiones, & suam innocentiam ostendere, & confitendo de ejus innocentia, debet liberari.
- 16 Tamen in Regno forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, non auditur in causa principali ad demonstrandum ejus innocentiam, ut in Const. Reg. pœnam eorum, ubi nulla omnino licentia postea remanente se super principali causa criminis defendendi, Affl. ibi n. 32. Nigris in cap. Reg. sive quis. n. 22. & n. 24. Rovit. rub. de sent. forjud. n. 7. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 44. vers. quæro nunc Arnono d. different. 32. & faciunt dicta per Boss. pract. crim. tit. banniti quid amittant. n. 20. & in tit. de requir. reis, n. 3. Et idem quoque disponitur per Statutum Lucense, ut Judex debeat sententiam banni mandare executioni, nulla prorsus admittenda defensione, sed habeatur persona banniti pro confessa, & convicta, & condemnata, Decius consil. 458. & Chart. de exequut. sent. cap. fin. n. 38. in fin.
- 17 Et tale statutum denegans audientiam forjudicato post sententiam forjudicationis, dicunt valere Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum, n. 7. Carrer. pract. crim. tit. de appellationibus vers. septimus casus est. n. 89. & seq. fol. mihi 19. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 265. licet n. 279. teneat contrarium, tamen prima opinio est vera, nam ratione contumaciæ defensiones tolli possunt, & denegari potest Audientia, Caravit. Pragmat. 1. n. 26. de exilibus, Chart. de exequut. sent. cap. 2. n. 37. Et Bal. in l. ut vim n. 4. ff. de justit. & jure.
- 18 Et licet aliqui teneant, quòd si disponat statutum, ut si accusatus non compareat, & fuerit contumax, habeatur pro confesso, & convicto, & condemnari debeat, & decapitetur, nulla ejus defensione audita, si condemnatus perveniat in fortis Curie, non obstante tali statuto sit audiendus in suis defensionibus, prout tenent Marf. ubi sup. & alii DD. citati per Chartar. de exequut. sent. cap. 2. a n. 14. cum plur. seq. usque ad n. 32. ubi hanc opinionem pluribus rationibus comprobant, tamen ibi a n. 32. usque ad n. 57. tenet contrarium, & hoc pluribus rationibus approbat, & respondet rationibus adductis pro contraria opinione, & hæc opinio Chartarii, & aliorum practicitur in Regno, in quo forju-

dicatus, lecta sententia forjudicationis, non auditur in facto principali ad docendum de ejus innocentia, Et licet Gaspar Thesaur. in quæst. fores. 6. n. 13. lib. 1. non laudet hanc practitam nostri Regni, tamen ita observatur, & practicitur in Regno, licet contrarium servetur in statu Pedemontano testatur Thesaurus in d. quæst. 6. n. 12. & 13.

- 19 Et si Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 6. cum plurib. seq. teneat adversus sententiam ex contumacia latam vigore statuti violentis, contumacem haberi pro confesso, probationem in contrarium admitti debere; tamen n. 14. hoc limitat, quando statutum ulterius disponendo mandat, post sententiam aliquas probationes non recipi, quia tunc condemnatus in contumacia non potest probare ejus innocentiam, & tale statutum valere, dicit, ibi n. 15. immò aliqui tenent, quòd de jure communi condemnatus in contumaciam vigore statutorum, quibus contumax pro confesso, & convicto habetur non sit admittendus, nec audiendus ad novas defensiones, ita Facchineus controver. Juris lib. 9. cap. 39.
- 20 Sed si contumax, & bannitus antè sententiam diffinitivam condemnatoriam sit captus, vel spontè compareat, & tunc auditur in suis defensionibus, ut dicam infra cap. 17. n. 64. Immo etiam si in ultimo peremptorio citationis ad forjudicandum compareat, adhuc auditur in suis defensionibus, dato; quòd sit interpositum decretum, quòd reus forjudicetur, dummodo sententia forjudicationis non sit lecta, ut diximus supra cap. 12. n. 2. & 3.
- 21 Sed ante sententiam defensio a statuto, vel Principe tolli non potest, cum defensio sit de jure nature, l. defensionis facultas C. de jure fisci lib. 10. Capib. in sing. 39. & 40. Rovit. in prag. 1. n. 19. de bonis prodit. Marf. consil. 16. n. 19. & in pract. crim. §. quoniam, n. 76. & seq. Caball. de omni genere homicidii, n. 425. Foller. pract. crim. in 3. par. tertiæ partis rub. & si confitebuntur. n. 53. & Farinac. pract. crim. tit. de indicis, & tortura, quæst. 39. n. 18. cum plur. seq. & n. 25. cum plur. seq. Immo reus in criminalibus non potest renunciare defensionibus, l. non tantum, ff. de appellat. l. adictos, C. de Episcop. audient. Carrab. de sindic. p. 2. n. 24. Guazzin. defens. 27. cap. 4. n. 1. Affl. in Const. Reg. super incisionibus, n. 26. Gutierrez de juram. confirm. p. 2. cap. 10. n. 1. Marfil. in l. 1. §. si quis ultro. n. 63. & 65. ff. de quæstionib. & Farinac. d. qu. 39. n. 51. cñ plur. seq. ubi n. 54. hoc ampliat etiam in delictis enormibus, & si renunciatio sit juramento vallata. Quòd si reus renunciet defensionibus, potest revocare renunciationem defensionis, & iterum se defendere, Marf. pract. crim. §. ulterius, n. 2. & in §. examinanda. Carrab. ubi sup. n. 35. Farinac. d. qu. 39. n. 57. Guazzin. d. def. 22. cap. 1. n. 4. & Trivis. dec. 1. lib. 2. Et reus non potest renunciare defensionibus etiam cñ juramento, Foller. pract. crim. 3. par. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, n. 57. Marf. pract. crim. §. ultima quæstio, n. 27. Gutierrez in d. cap. 10. n. 8. & Affl. in consil. Regni penam eorum

eorum post n.9. Et facta renuntiatione termini defensionum per reum, Judex non potest procedere ad expeditionem causæ, sed expectare debet lapsum termini defensionum, *Maulonius de controbandis*, quæst. 14. n.25. & seq. de Mari ad *Grammat. decis. 44.* n.18. & seq. *Ursill. ad Affl. decis. 391.* Clar. §. fin. q. 49. n.1. *Carrab. de sindic. part. 2.* n.34. & *Angelis ad Foller. rubr. & facta litis*, n.14. & 17. Sed forsciti possunt renunciare suis defensionibus, *Angel. in l. custodias, ff. de publ. judiciis*, *Puteo de sindic. ver. latro*, cap.2. n.7. & *Grandis de bello exulum, prædicamento pati*, q. 3. speciali 86. sic etiam assassinus potest renunciare suis defensionibus, *Farinac. d. q. 39.* n.64. & in tit. de homicidio, quæst. 123. n. 71. & *Caball. de omni genere homicidii*, n.518. & seq. ubi dicit hoc procedere, si constet de qualitate assassinii, secus si dubitetur, quia tunc assassinus non potest renunciare suis defensionibus, & idem tenet *Farinac. d. q. 39. d. n. 64. in fine*, ubi a n.55. usque ad n.67. plures connumerat casus, in quibus reus potest suis renunciare defensionibus, & *Guazzin. d. cap. 1.* a n.10. usque ad finem. Sed quod assassinus non possit renunciare suis defensionibus tenet *Gutierrez. de juramento confirmando, part. 2. cap. 10. n. 7. ubi n. 5. dicit, quod reus non potest suis defensionibus renunciare, dato quod sit confessus, & n. 2. dicit, quod in delictis levibus, in quibus imponitur pœna pecuniaria, vel relegationis, reus potest renunciare suis defensionibus.*

- 22 Et licet de jure communi Judex possit recipere testes ad defensionem Rei ad veritatem eruendam, etiam lecta sententia, & super eisdem capitulis, ut dicit *Bar. in l. 1. §. fin. & ibi Marf. n. 4. & 5. ff. de quæstionib. Thef. dec. 262.* n.5. *Muscatell. pract. crim. rubr. de injuriis.* n.38. *Caravit. ritu 69.* n.12. *Nigris in cap. Reg. ab illo inchoandum*, n.59. & *Farinac. d. quæst. 39.* n.83. Tamen in Regno neapolitano lecta sententia forjudicationis, reus non auditur in suis defensionibus, ut diximus, quod si forjudicatus sit auditus in suis defensionibus, & sit oppositum de sententia, forjudicationis, si sequatur alia sententia, illa est nulla, *Nigris in cap. Reg. sive quis*, n.31. & facit text. in l.1. C. quando provoc. non est necesse, & in l.1. C. sent. rescindi non posse, de quo vide *Affl. in dict. Cost. Reg. pœnam eorum*, n.43. Sed si Judex admittat aliquem ad novas defensiones, seu probationes post sententiam, & pars adversa non contradicat, in hoc casu potest Judex primam sententiam revocare, *Maranta conf. 114.* n.6. sequitur *Rovit. in prag. 21. n. 1. de Baronib. & in speciem materia forjudicationis remissive loquitur, Affl. in d. Gonst. Reg. pœnam eorum*, n.43. sed vide *Bajard. ad Clarum, §. fin. q. 44.* n. 75. & q. 94. n. 42. & 65. qui tenet, quod si Judex admittat forjudicatum ad novas defensiones, parte non contradicente, si propter illas novas defensiones forjudicatum liberet, dicta liberatio est nulla, & idem tenet *Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione*, quæst. 11. post n. 68. *Buccaronius de differ. inter judicia civilia, & crimin. diff. 165.* n.8.

& *Maranta de jurisdict. part. 4. cent. 1. casu 55.* n.17. 23. & 24. & idem alii dicunt, quod lecta sententia forjudicationis, etiam si postea ex veris probationibus forjudicatus apparebit innocens, non propterea auditur adversus sententiam, ita *Aretinus conf. 136.* *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 95.* n.9. *Rovit. rub. de sent. forjud. n.7.* & latè *Camp. de forjud. ref. 25.* per totum.

Et in Statu Ecclesiastico per Constitutionem Pii IV., & S. Pii V. Judices non possunt, nec bannitos captos sive infra annum, sive post annum admittere ad eorum defensionem, nisi ad defensiones admissi sint per Pontificem, qui sibi hanc facultatem reservavit, *Chart. de exequut. sent. cap. 1.* n.236. cap. 3. n.41. & cap. fin. n.113. & *Bajard. ad Clar. §. fin. q. 44.* n.51. Sed per easdem Constitutiones Pii IV., & S. Pii V. in Statu Ecclesiastico est dispositum, ut Judices absque alia Principis licentia possint admittere bannitos ad novas defensiones infra annum, si banniti spontè compareant, *Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione*, quæst. 11. n.68. & licet *Bajard. ad Clar. §. fin. q. 94.* n. 66. teneat contra *Farinacium*, dicens, Judicem non posse admittere ad novas defensiones bannitum, qui infra annum spontè comparuit, tamen ipsemet *Farinac. d. n. 68. vers. nec adversus*, in 4. impressi. defendit suam primam opinionem contra *Bajardum*, qui in d. quæst. 94. n.40. sibi contradicit, nam d. n.40. dicit, quod in Statu Ecclesiastico bannitus comparens spontè infra annum auditur in suis defensionibus. *Angel. ad pract. crim. Follerii rub. banniantur n. 42.*

- 23 Et quando quis est condemnatus ad mortem, si post sententiam transactam in rem judicatam appareat de innocentia Rei, Judex, qui sententiam tulit, eam revocare non potest, nisi rescripto Principis, l. divi fratres ff. de pœnis l. 1. §. fin. ff. de quæstionib. *Capiblanco de Baronibus. Pragm. 6.* n.36. *Capol. cautela 255.* n.5. *Chartar. de exequut. sent. cap. 3.* n.6. & cap. fin. n.317. & seq. *Sanfelice. decis. 44.* n.7. *Garzia a Toletto in dicto 531.* & *Farinac. d. quæst. 11.* n.12. Et ideo si post condemnationem liqueat Judici de innocentia Rei condemnati, Judex potest superfedere in exequendo sententiam, & Principi denunciare, *Marf. pract. crim. §. ultima quæstio*, n.23. & in sing. 72. in fine. *Guazz. n. ad defensionem reorum. def. 35.* cap. 18. n.7. *Clar. §. fin. quæst. 98. vers. sed numquid*, *Grandis de bello exulum in prædicam. quando*, quæst. 3. n.4. *Chartar. d. cap. fin. d. n. 317.* & seq. & *Farinac. d. q. 11. d. n. 12. & 20.* nam Judex non potest revocare suam sententiam diffinitivam, l. Judex, & l. acta, ff. de re judic. l. 1. C. sent. rescindi non posse. l. post sententiam Cod. de sent. & interloquit. omn. Jud. l. cum quærebat. ff. de re judic. l. 2. C. de sent. ex peric. recit. l. pœnam, C. de pœnis, & est *Prag. 13.* §. 6. de off. 8. R. C. Immo lecta sententia diffinitiva, in ea, neque potest addi, neque minui. l. Paulum la prima, & l. actorum, ff. de re judic. Et ideo dato, quod post sententiam liqueat, de innocentia condemnati, tamen sen-

sententia revocari non potest, argum. l. sub specie, C. de re judic. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 28. cap. 2. n. 7. Boss. pract. crim. tit. si adversus rem judicatam restitutio postuletur. n. 25. & tit. de remediis justitiæ contra sententiam ex concessione Principis, n. 1. Catalan. de indulto, cap. 9. n. 4. & Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 47. Sed S. R. C. potest suam mutare sententiam. Thes. decif. 232., & Catalan. d. cap. 9. n. 93. Et si lecta sententiâ forjudicationis appareat de innocentia forjudicati, Princeps debet remittere condemnationem, & forjudicationem, Capic. latro in consult. 136. n. 31. tom. 2. & Thorus in Cod. rerum judicatorum casu 2. post n. 83.

24. Sed Princeps, lecta sententiâ forjudicationis, potest ex gratia remittere sententiam forjudicationis forjudicato, etiam parte non concordatâ, ex aliqua iusta causâ, firmo remanente processu, quoad delictum, & hoc obtento, forjudicatus auditur in suis defensionibus, ut dicam infra cap. 25. n. 35. ubi idem esse, si forjudicatus sit per Principem admissus ad novas defensiones, nam adhuc debet audiri in suis defensionibus.

25. Et in Statu Ecclesiastico per Cost. Julii II. confirmatam per Pium IV. disponitur, ut banniti etiam ex homicidio in carceribus constituti in quocumque Statu judicii, & instantia causæ, etiam ad conclusionem deductæ, & etiam post sententiam, si supplicaverint ad probandum eorum innocentiam admittantur, Chartar. de exequut. sentent. cap. 1. n. 113. & Princeps tenetur concedere has literas admissionis ad novas defensiones, Boss. pract. crim. tit. de literis Principum, n. 3. Char. d. cap. 1. n. 270. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 65. nisi literæ calumniosè petantur, quia tunc Princeps non tenetur illas concedere, Clar. pract. crim. §. fin. q. 94. vers. est etiam alius modus. & Farinac. d. quæst. 11. n. 66. quod si calumniosè non petantur, & tunc sunt concedendæ, ut diximus, immò si non petantur, adhuc ex officio sunt concedendæ, si Princeps cognoscat, eas non peti a reo propter inopiam, & egestatem, ut per Pios. & si non defendatur, ff. de pœnis, Boss. d. tit. de literis Principum n. 4. Clar. d. vers. est etiam alius modus in fine & Farin. d. quæst. 11. n. 67.

26. Sic etiam si forjudicatus existens in fortiis Curia dicat de nullitate sententiæ forjudicationis, & obtineat nullitates ob stare, in hoc casu deinde auditur in suis defensionibus ad demonstrandam ejus innocentiam, ut dicam infra d. cap. 25. n. 71.

27. Sed queritur, quid si Forjudicatus captus post lectam sententiam forjudicationis velie opponere, testes examinatos in processu informativo esse falsos, an audiri debeat, & primâ facie videtur dicendum, quod maxime Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 11. Marf. in pract. crim. §. opportune n. 1. & Carrer. pract. crim. tit. de homicidio, vers. Circa itaque, n. 39. cum subseq. nam quando sententia est lata ex falsis testibus, est nulla, Guazzin. ad defensionem reor. defens. 35. cap. 6. Sed reus forjudicatus existens

in fortiis Curia potest dicere de nullitate, & pendentibus nullitatibus discutiendis, est suspendendum in exequutione sententiæ forjudicationis, dato, quodd nullitas non appareat ex eisdem actis, sed requireretur altiore indaginem, ut dicam infra cap. 25. n. 65. Et sententia lata in contumaciâ propter falsos testes non debeat exequutioni demandari, quia est nulla Angel. in l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 5. & 6. ff. de verb. obligat. sequitur Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 213. qui tandem dicit, vide ne obitent dicti motus proprii ne quid fiat inconsulto Principe; & meritò in fine hoc dicit, nam ex motu Pii Quarti, & S. Pii Quinti, disponitur, ut bannitus post latam sententiam non admittatur ad novas defensiones, inconsulto Pontifice, prout idem est in Regno Neapolitano, ut diximus, quia si forjudicatus posset opponere, & dicere, testes examinatos esse falsos, idem esset ac sibi facere defensiones post sententiam, quodd fieri non potest nec in statu Ecclesiastico, nec Neapoli; Et sententia lata ex falsis testibus est nulla de jure Canonico absque alia appellatione, cap. accipimus, §. fin. de fide instrum. cap. cum olim, de privileg. Sed de jure civili non est ipso jure nulla, sed per appellationem, & restitutionem in integrum venit retractanda, toto tit. Cui ex falsis instrum. & l. divus, ff. de re judic. Sforzaodus conf. 74. Rovit. Pragmat. 44. n. 11. & seq. de offic. S. R. C. & Guazzin. d. def. 35. d. cap. 6. n. 1. & n. 4. ubi n. 2. dicit, quodd sententia lata ex falsis testibus potest retractari etiam si transit in rem judicatam per l. querelam, ubi Bart. & alii, C. de falsis, & in §. quia vero, authent. de testibus, & Guazzin. d. n. 2. vers. sed hujusmodi, dicit, quodd remedium retractandi sententiam ex falsis testibus non competit sine restitutione, quæ restitutio fieri debet a Principe, & non a Judice inferiore, qui tulit sententiam, per text. in l. 1. §. finali, ff. de questionibus, & l. divi fratres, ff. de pœnis, & Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 279. & seq.

28. Secundò queritur an forjudicatus pro delicto exceptuato, pro quo gaudere non debet immunitate Ecclesiastica, si in Ecclesia sit captus, possit probare, se non commisisse delictum exceptuatum ad finem obtinendi repositionem ad Ecclesiam? & dicas, quodd si repositio petatur ab Ecclesia, tunc est dandus terminus, aliàs si petatur a forjudicato, quia terminus denegari debet, Campana de forjudicatione. resolut. 24. per totum, & resolut. 25. querit an ex probationibus admissis ad finem obtinendi repositionem ad Ecclesiam, possit forjudicatus se jovare adversus exequutionem sententiæ forjudicationis, si post obtentam repositionem ad Ecclesiam, iterum sit captus extra Ecclesiam.

S U M M A R I U M.

1 Forjudicatus Hypocrita, & Monachus habentur pro mortuis, & quid in bannito?

n. 2. & 3.

4 Pater si praterens filium bannitum, Fiscus non

- non potest nomen banniti dicere testamentum nullum, nam filio bannito non debetur legitima. n. 5.
- 6 Bannitus in are, & persona habetur pro mortuo.
- 7 Forjudicatus, & excommunicatus non possunt facere testamentum, amplia, & limita, n. 8.
- 9 Dos restituitur uxori, marito effecto forjudicato, & iura dotalia remanent illesa.
- 10 Confessio mariti de dote recepta facta ante delictum iuvat uxori ad petendum dotem, secus si sit facta post delictum.
- 11 Uxor forjudicati gaudet privilegio electionis fori.
- 12 Matrimonium non dicitur solutum per forjudicationem factam in personam mariti.
- 13 Uxor an teneatur sequi maritum forjudicatum?
- 14 Forjudicatus non potest esse Officialis. amplia pluribus modis. n. 15. 16. 17. 20. 22. 24. & 25. limita, n. 18. Sed si bannitus sit electus Officialis, ejus gesta valent, n. 19. & per forjudicationem an tutor, vel executor testamenti desinat esse tutor, vel executor testamenti n. 21. & 22.
- 26 Forjudicatus an desinat esse Civis illius Civitatis, de qua natus est?
- 27 Fidejussor non tenetur presentare principalem forjudicatum factum post fidejussionem prastitam.
- 28 Forjudicatus est incapax cujuscunque successionis.
- 29 Vassallus liberatur a servitio feudi, bannito Domino.
- 30 Baro contumax privatur jurisdictione durante ejus contumacia. Amplia, ut n. 32. limita, ut n. 31.
- 33 Forjudicatus an possit esse testis? & an possit instrumentum presentare contra suam debitorem? n. 34. & non potest petere rem iure congrui. n. 35. & non potest intervenire, & auctoritatem prestare alicui conjuncto, stante statuto, quod conjunctus interveniat in contractu conjuncti, n. 38.
- 36 Filius minor feudatarii forjudicati statim providetur de balio postquam ejus pater effectus fuit forjudicatus.
- 37 Filius forjudicati, an dicatur sui juris, vel remaneat in potestate sui patris forjudic.?
- 39 Notarius forjudicatus an possit instrumenta conficere?
- 40 Uxor si sit relicta domina, & patrona a suo viro, hærede instituto communi filio, habet præminentiam, quam habebat viro d. ejus viro, & mortuo, vel forjudicato ipsius filio habet usumfructum bonorum viri.
- 41 Forjudicatus an debeat ali a persona, quæ erat obligata ipsum alere ante sententiam forjudicationis, & an ipse teneatur alios alere?
- 42 Forjudicatus an possit compellere suum consanguineum ad compromittendum.
- 43 Forjudicatus, & ejus filii, & excommunicatus possunt contrahere matrimonium.
- 44 Forjudicatus, & excommunicatus possunt facere professionem.
- 45 Succedens in fundo feudatarii forjudicati non tenentur ad relevium.
- 46 Forjudicatus potest accusare uxorem suam de adulterio.
- 47 Gravatus restituere hereditatem post ejus mortem, si efficiatur forjudicatus, statim tenetur restituere d. hereditatem.
- 48 Filii hæredis instituti nati post forjudicationem d. hæredis instituti excludunt substitutum.
- 49 Filius forjudicatus hæredis instituti non excludit substitutum.
- 50 Fideicommissarius si efficiatur forjudicatus, extinguatur fideicommissum.
- 51 Societas finitur per forjudicationem factam in personam unius ex sociis.
- 52 Donatio facta a marito suæ uxori, an sicut morte naturali confirmatur, ita quoque confirmetur morte civili ipsius mariti?
- 53 Filius forjudicatus an pro sit patri, ut ipse propter numerum duodecim filiorum excusetur a muneribus realibus.
- 54 Mandatum an extinguatur per forjudicationem factam in personam mandantis?
- 55 Censuræ vitalitius factus ad vitam creditoris, an extinguatur per forjudicationem factam in personam ipsius creditoris.
- 56 Bannitus an amittat beneficia inducenda a statuto, & a jure communi?
- 57 Filius bannitus an excludat faminas, stante statuto disponente, ut stantibus masculis filia famina non succedant?
- 58 Mors civilis quando equiparatur morti naturali?

C A P. XV.

Forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, habetur pro mortuo.



Forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, quoad omnia fore pro mortuo habetur. *Costit. Reg. penam eorum. vers. quoad omnia, Farinac. decis. 31. Riccius coll. 1401. in princip. Marf. pract. crimin. 6. aggredior. n. 88. & in l. qui duobus. n. 15. ff. ad legem Cornel. de falsis, & Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. n. 90. prout etiam Hypocrita habetur pro mortuo, cap. nolo in fine. 12. q. 1. sic etiam Monachus, facta professione, habetur pro mortuo, l. fin. C. de Episcop. & Cler. Et cap. non judicatis. 12. quest. 1. Afflic. in const. Regni panam eorum, n. 71. & Riccius in dec. 340. n. 3. part. 4. ubi dicit, quod monachus dicitur exul Patria, & mundo. Et ideo filii familias propter ingressum Religionis eorum Patris efficiuntur sui juris, & testamenta facere possunt. Bart. in l. patre furioso, & ibi Jaf. n. 45. ff. de his qui sunt sui, vel alicui Juris. Boer. dec. 121. n. 2. & 3. & Vivius com. opin. lib. 1. opin. 121. vers. fallis primo, & faciunt dicta per Revert.*

vert. in dec. 492. & ibi Marinis. Sic etiam pauper dicitur mortuus civiliter. l. quisquis §. filius in fine ibi, (ut his perpetua egestare sordentibus sit, & mors solatium, & vita supplicium) Cod. ad l. Jul. majest. Sic etiam infamis dicitur civiliter mortuus. Palma in sua practica part. 1. glossa 3. n. 36. sic etiam servus dicitur quasi mortuus l. servitutem, cum concordantibus ibi allegatis per Decium ff. de regulis juris.

- 2 Et in Regno Neapol. forjudicatus habetur pro mortuo, bannitus vero non habetur pro mortuo, Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 96. n. 2. Amend. ad Franch. dec. 102. n. 22. & Nigris in cap. Reg. fixè quis, n. 29. quod ego intelligo de bannito, qui post bannum est forjudicandus, elapso anno, secus in bannito, qui armat per campaneam in comitivâ multorum forjudicatorum, ultradecem dies, & delinquat nã iste dicitur verus forjudicatus, prag. 1. §. 9. & 11. de exul. Grandis de bello exul, prædicamento qualitatibus, q. 1. n. 7. & prædicamento pati, q. 1. n. 1. in fine, & ideo habetur pro mortuo, Grandis d. præd. pati, quæst. 3. speciali 62. & ita potest procedere opinio aliorum DD. qui tenent, quod bannitus habetur pro mortuo, prout tenent Catalanus de indulto, cap. 13. n. 24. *Placa in epitome delict. lib. 1. cap. 44. n. 7.* Marf. prac. crim. §. aggredior. n. 88. ubi dicit, quod si pater prætereat filiū bannitum Fiscus non potest nomine banniti dicere testamentum nullum, & idem tenet Arnono dialogo 7. & soliloq. 19. *Placa d. cap. 44. post d. n. 7.* Jason. in l. si filius qui in potestate n. 12. ff. de liberis, & posthum. Cotta in suis memorialibus. ver. testamento, & Marfil. ibi n. 89. dicit quod filio bannito non debetur legitima, quia persona banniti non reputatur esse in rerum naturâ, & d. Cotta ver. bannitus, & vide quod dicam infra cap. sequen. n. 8. & vide Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæst. q. 102. in sp. 1. n. 20. cñ duob.
- 6 seq. & bannitus in ære, & personâ habetur pro mortuo, Caball. resol. crim. casu 222. n. 26. Et bannitus, qui ex formâ statuti, potest impunè occidi, habetur pro mortuo. §. solvitur. ver. publicatione quoque Inst. de societate. l. actione. §. publicatione. ff. pro socio, & Cabal. resol. crim. d. casu 222. n. 48. ubi casu 264. n. 29. dicit, quod in Ducatu Æturizæ bannitus habetur pro hoste Civitatis, & pro mortuo. Et tunc bannitus habetur pro mortuo quando capitaliter est bannitus ex delicto quod penam mortis merebatur. Curtius junior conf. 182. n. 8. in fine, & n. 9. & Petra de fideicommiss. quæst. 3. n. 13. & bannitus cum confiscatione bonorum habetur pro mortuo. Farinac. in dec. 154. & Novarius in rub. prag. de exilibus n. 16.

- 7 Et idè, dum forjudicatus habetur pro mortuo, non potest facere testamentum, Clar. d. §. testamentum. quæst. 19. & 21. ver. aut vero, Guazzin. ad defensionem reorum. def. 38. cap. 1. n. 6. Farinac. dec. 55. Novarius in coll. sup. rub. prag. de exilibus n. 15. Marf. conf. 133. Viscont. in conclus. ver. forjudicatus & Ricc. col. 291. & col. 407. part. 9. licet contrarium tenet Farinac. d. q. 102. inspect. 1. n. 4.

& seq. & n. 11. sed vide Boffium pract. crim. tit. banniti quid amittant. nu. 13. Nellum de bannitis in 1. par. 2. temporis n. 52. cum duob. seq. Capriol. de success. ab intest. in praef. n. 215. & seq. & Chartarium de exequut. sent. cap. 1. à n. 414. usq; ad 423. ubi d. n. 423. dicit, quod in Statu Ecclesiastico per Bullas Pontificias est dispositum, bannitos, & condemnatos in contumaciam non posse testari, prout etiam in Regno Neapolitano. Maranta in l. is potest. nu. 126. & seq. ff. de acquir. hered. Fuscus in sing. 139. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 332. n. 6. Immo forjudicatus neque etiam ad Pias causas testari potest. Bald. in l. 4. n. 20. C. de Sacrosanct. Eccles. & Tiraquel. de privil. Pias causas privil. 79. n. 3.

- 8 Quod si forjudicatus faciat testamentum, & postea sit aggratiatus, & decedat alio non condito testamento, adhuc d. testamentum non valet. Mastrillo de indult. cap. 14. nu. 9. & Surdus dec. 278. n. 30. nisi in sua morte confirmet d. testamentum, vel si in eo sint instituti venientes ab intestato, vel ad sit clausula codicillaris, quia tunc valet testamentum. Nellus de bannitis in 2. part. 7. temporis. n. 1. ubi dicit, quod si quis faciat testamentum, & postea sit forjudicatus, & deinde sit aggratiatus, & decedat, in hoc casu valet testamentum, & idem tenet Mastrill. de indulto cap. 14. n. 11. & seq. ubi n. 16. dicit, quod si institutus hæres efficiatur bannitus, & mortuo testatore, restituatur; institutio reconvalescit.

Sed nonnulli tenent, quod si bannitus faciat testamentum, & postea sit aggratiatus d. testamentum reconvalescit. Sforzados in tract. de restit. in int. par. 2. qu. 95. n. 12. & seq. per tex. in l. si quis filio. §. pen. ubi DD. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. test. & Farinac. d. q. 102. n. 101. ubi n. 95. dicit, quod bannitus potest testari extra territorium bannientis, & loci, à quo est bannitus tam de jure communi, quam municipali illius Civitatis, in quâ testatur.

Sic etiam excommunicatus non potest facere testamentum, si perseverat in excommunicatione per annum, Anna allegat. 25. scilicet si per annum non perseveravit, quia tunc potest facere testamentum, & ita potest procedere opinio Vivii dec. 96. Riccii coll. 214. in fin. Caprioli, & aliorum per eum allegatorum in tract. de successione ab intest. lib. 1. nu. 34. Maranta in d. l. is potest. n. 128. ff. de acquir. hered. Farinacii in frag. par. 1. ver. excommunicatus. Peregr. de jure fisci. lib. 3. tit. 31. n. 26. & de Virgil. de legit. persona. cap. 24. n. 55. asserentium, excommunicatum posse facere testamentum.

Sic etiam præsens ad mortem damnatus neque potest testari. Bar. in l. qui ultimo. ff. de pœnis. Covar. de testam. par. 3. n. 26. Chartar. d. cap. 1. n. 414. & Farinac. d. qu. 102. inspect. 2. n. 111. Immo condemnatus ad mortem non potest testari etiam ad pias causas. Grassus de effect. cler. effect. 2. n. 243. *clarus in d. §. testamentum. qu. 5. ver. quæro quid.* Peregr. de jure fisci. lib. 3. tit. 2. n. 2. Marinis d. cap. 332. n. 5. & Farin. ubi sup. n. 114. ubi n. 129. dicit, quod dam-

damnatus ad mortem potest testari pro restitutione male ablatorum, dummodo de male ablatis aliter constet, quam ex confessione ipsius testatoris, & n. 131. dicit, quod licet de jure damnatus ad mortem non possit facere testamentum, tamen secus est de consuetudine, & idem tenet Clar. d. qu. 21. ver bene verum est. *Et vide Marinis in d. cap. 332. per totum, ubi n. 2. dicit, quod ista consuetudo est probanda; & n. 4. dicit, quod damnatus ad mortem potest facere testamentum cum licentiâ Proregis, citat Mastrillum in dec. 167. num. 17.*

- 9 Et sicut marito mortuo dos restituitur uxori. l. unica. §. exactio. C. de rei uxoria act. ita & marito effecto forjudicato, dos, & donatio propter nuptias restituitur uxori. Const. Reg. poena carere volentes, Franch. dec. 562. & 689. Nigris in cap. Reg. 133. n. 7. Surdus dec. 116. n. 3. & in tract. de alimentis, tit. 1. qu. 34. n. 1. & 3. & quest. 36. n. 1. Farinac. pract. crim. quest. 25. n. 11. Menoch. conf. 1124. n. 9. Foller. pract. crim. rub. annotentur bona contumacis. n. 23. Nellus de bannitis in 1. parte secundi temporis. n. 44. Caballus resol. crim. casu 222. n. 6. Boss. pract. crim. tit. de bonorum publicatione. n. 73. Gayllus de pace publicâ. lib. 2. c. 16. *Alciatus in conf. 303. Petra de fidei commissis. qu. 2. n. 18. & Peregr. de jure fisci. lib. 5. tit. 1. n. 82.* Immo uxor repetit dotem à Fisco, dato, quod ejus maritus sit damnatus propter crimen læsæ Majestatis. Surdus de alimentis. d. tit. 1. d. qu. 34. n. 4. & seq. nam publicatis bonis mariti propter ejus delictum jura dotalia uxoris remanent illæsa. d. cap. Regn. 133. & est text. de jure communi in l. quisquis. §. uxores. C. ad l. Jul. Majest. & cap. decre. it. de hæreticis in 6. Boss. d. tit. de bonorum publicatione. n. 73. & dicam infra cap. seq. n. 15. Et uxor, publicatis bonis mariti ob delictum potest petere dotem, & antephatum. authen. bona damnatorum. C. de bonis proscriptis. & Mastrill. dec. 283. Et publicatis bonis viri dos uxori debet summarie restitui, & absque libello, immo si uxor habet instrumentum dotale cum clausulis constituti, & præcarii, potest retinere bona viri donec per Fiscum ei satisfiet de dote, & donatione propter nuptias. Valle conf. 31. n. 33. & 37. cum pl. seq. vol. 1. & Paschal. de vir. patriæ pot. par. 4. cap. 5. n. 25. *Et uxor ratione hypothece quam habet pro sua dote in bonis mariti, potest impedire, ne bona Fisco incorporentur propter publicationem bonorum mariti, & propria auctoritate bona antedicta capere. l. si quis post hac. Cod. de bonis damnat. Surdus de alim. tit. 1. quest. 34. n. 10. Ponte dec. 19. per totam & præcipue n. 19. & 20. & Molfes. ad consuetud. Neap. tom. 1. part. 6. tit. de jure dotium quest. 5. n. 12. & 13.* Immo dato, quod uxor non habeat bona viri expresse obligata pro restitutione dotium, sed tantum habeat bona sui viri tacite obligata ex juris dispositione, vigore tex. in l. unica. §. & ut plenius. C. de rei uxoria actione, tamen adhuc si uxor reperitur in possessione bonorum sui viri, potest d. bona retinere, quousque ipsi solvantur dotes, & ex hoc impeditur, d. bona Fisco

incorporari. Urtil. ad Affl. dec. 385. n. 8. & Surd. d. qu. 34. n. 8. & 9. & uxor potest retinere bona sui viri pro ejus dotibus, & juribus dotalibus, etiam ante aditam hæreditatem. Ascia determinat. 87. & Gizzarell. dec. 44. sed si uxor non reperitur in possessione bonorum sui viri, & tunc sub pretextu dotium existentium in pecuniâ non impedit bona Fisco incorporari, sed publicatione sequutâ, agit contra Fiscum ad dotes. Surdus d. qu. 34. n. 7. prout idem est in quolibet alio credito re, ut dicam infra cap. seq. n. 48. in fine, sed si dos consistat in bonis stabilibus, & tunc uxor d. bona capit propria auctoritate, & potest impedire publicationem, & incorporationem d. bonorum insistendo rebus suis. Surdus d. quest. 34. d. n. 7. & Molfesius in d. qu. 5. n. 12. & idem est pro aliis bonis extra dotem, ut dicam infra cap. seq. n. 15.

Et non solum marito effecto forjudicato dos est restituenda ejus uxori, ut diximus, sed etiam si maritus sit damnatus ad triremes, adhuc dos est restituenda ejus uxori, Catalan. de indulto cap. 44. n. 22. quod intellige, si maritus sit condemnatus ad triremes perpetuo secus si ad tempus, Riccius collect. 142. & 663. & licet Molfes. d. part. 6. de jure dotium qu. 5. n. 14. dicat, hoc procedere, etiam quando maritus est condemnatus ad triremes ad tempus, tamen ipsemet se remittit ad dicta per eum ibidem. n. 7. cum duobus seq. ubi, loquitur de marito condemnato ad triremes perpetuo, & dotarium debetur uxori si maritus civiliter mortuus sit. Capriolus de successionibus ab intest. lib. 4. n. 76. & seq. & condemnatus ad triremes vitam durante, dicitur civiliter mortuus Pascal. de viribus patriæ potest. p. 1. c. 5. n. 103. sed marito condemnato ad carceres perpetuos, ejus uxori non competit actio pro omnimodâ, & plenariâ dotium consequutione, sed tantum uxori competit remedium legis, si constante, ff. solut. matrim. & l. ubi adhuc, C. de jure dotium, & Merlin. controvers. forens. tom. 1. cap. 52. licet carcer perpetuus æquiparetur morti, Marfil. de bannitis, ver. carcerati, n. 29.

Sed licet marito effecto forjudicato, dos restituitur uxori, ut diximus, tamen de fructibus dotis, maritus est alendus ab uxore, Surd. de alimentis, tit. 1. quest. 36. nisi maritus sit bannitus pro crimine læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, quia tunc uxor non tenetur subvenire maritum de fructibus dotis, Surdus de alimentis, tit. 7. quest. 26. per totum, & maritus dicitur vergere ad inopiam, si sit factus bannitus, Ludovic. dec. Lucens. 22. n. 19. & Revert. dec. 292. n. 2., ubi per totam dicit, creditores posteriores non habere jus offerendi contra uxorem petentem dotem propter forjudicationem viri, ex quo non est vera restitutio dotis, sed tantum assecuratio.

- 10 Et confessio mariti de dote receptâ factâ ante delictum juvat uxori ad petendam dotem, Foller. dict. rubr. annotentur, n. 25. & Boss. d. tit. de bonorum publicatione num. 49. & d. confessionem intellige diu factam secus si de recenti. Urfillus ad Affl. dec. 402. n. 4. sed con-

- confessio mariti de dote recepta post delictum facta non præjudicat Fisco, Surdus d. decis. 116. & Farinac. præct. crim. tit. de delictis, & pœnis. quæst. 25. n. 122. & vide Mascard. de probat. conclus. 362. n. 5. & Farinac. de heresi. quæst. 190. §. 2. n. 48.
- 11 Et sicut vidua gaudet beneficio eligendi Suprema Tribunalia, ita & uxor habens maritum forjudicatum potest eligere Suprema Tribunalia, & ut uti vidua reputetur, & vocatur. Carlenal. de judiciis, tom. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 7. n. 540. Novarius in praxi electionis fori, tom. 1. sect. 2. quæst. 7. n. 2. Nevizzan. in filia nuptial. lib. 6. n. 30. & Riccius coll. 3565. in fine sed per forjudicationem mariti non dicitur solum matrimonium, nam adhuc dicitur durare, Aut. sed hodie in fine. C. de donat. inter vir. & uxor. & Franch. dec. 102. n. 2. & dec. 689. n. 13. & Molfes. in d. quæst. 5. n. 10. prout etiam per deportationem mariti matrimonium non dicitur solum l. 1. Cod. de repudiis.
- 12 Sed licet uxor teneatur sequi maritum in quocunque loco, ubi vir migrare voluerit, cap. unaquæque 13. quæst. 2. tamen non tenetur maritum bannitum sequi. Farinac. præct. crim. tit. de delictis carnis. qu. 143. n. 276. nisi uxor possit ita honestè vivere cum marito bannito in eo loco, ubi maritus velit eam ducere, prout honestè vivebat in priori loco. Nellus de bannitis in primâ parte secundi temporis. n. 44. in fin. & Boss. d. tit. de bonorum publicatione. nu. 75. sed de jure civili, uxor non tenetur sequi suum maritum bannitum quocunque vadit, sed de jure canonico tenetur sequi maritum bannitum, & rebellem quocunque vadit. Farinac. tit. de crimine lese Majestatis. qu. 113. n. 281. & seq. & uxor sequens maritum rebellem, non efficitur rebellis, ut dicam infra cap. 18. n. 25.
- 13 Et dum forjudicatus, vel bannitus habetur pro mortuo, non potest esse Officialis. Rovit. prag. 1. n. 5. de Ecclesiasticis personis, & Ann. sing. 52. Anna filius conf. 80. nu. 25. Merolla in Theologia morali. lib. 3. disput. 7. cap. 4. n. 269. in fin. Vantius de nullitate. rub. de nullitate ex defectu jurisdictionis delegat. n. 56. & quando Officialis bannitur ex aliquo delicto ejus jurisdictio suspenditur, ut banno durante, non possit eam exercere. Caravita ritu 220. n. 20. & est ratio, quia bannitus dicitur infamis infamia facti. Afflict. in Conf. Rep. grandis. n. 23. & est tex. in l. fin. C. de requirendis reis licet contrarium teneat Clarus §. fin. qu. 71. ver. quæro nunc, tamen prima opinio est vera. Farinac. præct. crim. tit. de oppositione contra personas testium. quæst. 56. art. 3. à n. 301. usque ad n. 327. Arnono comm. 79. & Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 17. n. 38. & infamis infamia facti repellitur à dignitate. l. nulla. C. ex quibus causis infamia irrogetur. & l. 2. C. de dignitat. lib. 12. & Caravita d. rit. 220. n. 19. & infamis non potest esse Officialis. l. Cassius C. de Senatorib. & l. 1. C. ad l. Jul. de vi privata. cap. infamib. de regulis juris in 6. Capiblan. de Baronib. pragmat. 5. n. 169. cum plur. seq. Grandis de bello exulium, in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 96. n. 15.
- 14 & Leonardis præct. Official. cap. 14. n. 10. facit alia ratio excommunicatus non potest esse officialis, ut docet in tract. de foro comp. meus Avunculus. cap. 23. n. 220. & excommunicatus, & bannitus equiparantur, ut diu est supra cap. 1. n. 20. & dicit Plat. in epitom. delict. lib. 1. cap. 44. post n. 12. Immo neq; fratres, & filii bannitorum, qui fecerunt recaptum possunt esse Officiales in Regno nostro, pragmat. 10. §. 4. de exulib., & quod magis est, simplex contumax pro causâ criminali non potest esse Officialis. Freccia de 17 subfeudis. lib. 2. auctorit. 29. n. 11. immo in exilium missi non possunt esse officiales. Sanfelice. dec. 61. nu. 14. Et quis non admittitur in Actuarium, vel Scribam in R. Audientis, si sit inquisitus. pragmat. 10. §. 24. de off. Judicum. prag. 19. in fine de Actuariis, & 11. de 18 falsis, sed bannitus de uno loco potest exercere officium in aliò loco extrâ jurisdictionem Judicis bannientis. Mastril. de Magistratib. lib. 2. cap. 12. n. 61. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam. cap. 7. n. 15. & vide Farinac. d. qu. 56. n. 334. & seq. & Nellum de bannitis in tertiâ parte secundi temporis. nu. 61. ubi n. 62. dicit, quod si bannitus sit electus Officialis, gesta per eum valent, quousque non removeatur ab officio, & n. 63. dicit, quod neq; bannitus potest eligi Nuncius, vel legatus, sed si forjudicatus sit guidatus, pendente guidatico, potest officia exercere. Paschalis de virib. pat. potest. par. 4. cap. 3. n. 27. in fine. Sic etiam si Princeps promoveat bannitum ad honores, & dignitates, ad quas bannitus assumi non potest, præsumitur cum eo dispensasse. Ruinus conf. 85. n. 9. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 123. & Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. per totam, & præcipue n. 17. ubi n. 32. & seq. dicit, quod Princeps non dicitur reddidisse habilem eum, quem in officio existentem illud exercere permittit; & an tutor effectus bannitus, desinat esse tutor, & amittit tutelam, & nonnulli dicunt, quod per bannum tutor non desinit esse tutor, nisi per Judicem removeatur. ita Peregr. de jure fisci lib. 3. tit. 7. n. 20. sed in contrarium facit textus in l. 3. C. qui petant tutores, vel curam vide Nellum in d. tr. de bannitis in 1. parte secundi temporis. n. 40. ubi n. 41. dicit, quod bannitus non desinit per bannum esse exequutorem testamenti; sed regulariter non potest esse exequutor ultimarum voluntatum. Borrellus de compromisso. §. 2. glosa 4. n. 102. & si tutor propter forjudicationem sit remotus à tutelâ illo aggratiato, compellitur exercere tutelam amissam propter forjudicationem. facit textus in l. p. C. in quibus causis tutorem & in l. muto §. final. ff. de tutelis.
- 15 Quod si quis sit fur, adulter, vel homicida; & de talibus criminibus sit condemnatus, in hoc casu non potest esse Officialis, quod si fuit electus, & tunc ab officio removeatur, secus si non sit condemnatus. Innoc. in cap. super literis. de rescript. & Guazzin. ad defens. reor. def. 1. cap. 22. n. 8.
- 16 Et neque bannitus, & forjudicatus potest esse de regimine Universitatis. l. unica. C. de reis

- reis postulandis. lib. 10. Rovit. in Prag. §. n. 35. de administ. univer. & Anna conf. 94. n. 38.
- 25 Sic etiam forjudicatus, vel bannitus non potest esse arbiter. Blanc. de compromiss. q. 2. n. 14. Sed tantum bannitus potest esse arbiter extra territorium Judicis bannientis. Blanc. d. qu. 2. n. 16. ubi n. 17. dicit, quod si bannitus reputetur pro non bannito: potest esse arbiter; sed quod bannitus possit esse arbiter, nisi eligatur arbiter vigore statuti suæ Civitatis, dicit Nellus de bannitis in 1. part. 2. temp. n. 43. ubi nu. 42. dicit, quod quis non desinit esse arbiter, si efficiatur bannitus, sed veritas est, quod bannitus non potest esse arbiter, licet possit esse arbitrator. Borrell. de compromiss. §. 2. glot. 4. n. 101. & 103. & sicut per mortem unius ex arbitris expirat compromissum, etiam quod alter arbiter supervivat, & denuo teneantur partes eligere novos arbitros. cap. uno delegatorum. de off. delegat. l. item si unus. §. si plures. ff. de arbitris. & Ludovic. dec. Lucenli 37. n. 1. ita, si unus ex arbitris efficiatur forjudicatus, compromissum expirat, argum. eorum, quæ dicam infra hoc eodem cap. n. 42.
- 26 Et forjudicatus desinit esse Civis illius Civitatis, de qua natus est. Bar. per illum textum in l. fin. ff. de legationib. Nellus de bannitis in 1. par. 2. temp. quæst. 45 & Marf. prac. crim. §. aggredior. n. 98. & seq. Et in conf. 57. n. 22. & in tractat. de bannitis. ver. civitate n. 125. ubi n. 126. ampliat in filiis forjudicati, qui etiam desinunt esse cives eorum Civitatis. Sed hoc intellige quoad commoda, & honores, non autem quoad onera, & odia, in quibus non perdit Civitatem. Nellus d. qu. 45. in fin. Romanus conf. 73. n. 4. Foller. rub. banniantur: n. 37. Jason. in rubr. ff. de justit. & jur. n. 20. Montano de jure tutelarum. cap. 26. n. 41. Caball. de indulg. cap. 13. n. 24. & Caball. resolut. crim. casu 149. n. 6. ubi n. 7. dicit, quod non desinit esse conjunctus, cum jura sanguinis jure civili non tollantur. l. jura sanguinis. ff. de reg. jur. de quo vide Farinac. d. q. 102. n. 75. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 127. n. 7. & bannitus omnia jura, & privilegia sibi competentia amittit. Magon. dec. Florentia. 26. & Novarius rub. prac. de exulib. n. 14. & condemnatus ad mortem statim Civitatem, & libertatem amittit. l. qui ultim. ff. de penis.
- 27 Et sicut fidejussor de presentando aliquem si sit requisitus, ut presentet Reum, possit opponere, Reum esse mortuum, & presentare non teneatur. l. qui decesserit. ff. qui satisd. cogantur. Farinac. pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis. qu. 34. n. 34. & Quazzin. ad defens. reor. def. 5. cap. 4. n. 44. Secus si Reus decedat post pœnam inculatam, quia tunc fidejussor non evadit pœnam. l. sancimus. C. de fidejussorib. & mandat. & Farinac. d. qu. 34. n. 36. ita si Reus pro novo delicto sit forjudicatus, fidejussor, qui fidejusserat Reum presentare, liberatur à fidejussione, & non tenetur amplius presentare. Clar. pract. crim. §. fin. q. 46. ver. quæro pone. Chart. de exequ. sent. cap. 1. n. 469. Sanfelic. dec. 158. n. 6. & dec. 236. n. 2. Facchineus cont. Jur. lib. 9. cap. 75. Ballis trac. var. lib. 4. quæst. 4. à n. 1. usque ad n. 13. Afflic. in Const. Reg. humanitate. n. 7. Guazzin. in d.

cap. 4. n. 3. & seq. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 123. n. 10. Farinac. pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis. qu. 34. à n. 39. usque ad n. 86. Ciazzius discept. 21. n. 1. & seq. tom. 2. & Caball. resolut. crim. casu 190. ubi n. 8. dicit hoc non procedere, si Reus sit forjudicatus pro eadem causâ, pro quâ fuit relaxatus sub fidejussoribus, quia tunc fidejussor tenetur ad pœnam, si requisitus non presentet Reum, secus si sit bannitus pro novo delicto, quia tunc fidejussor excusatur. Foller. in pract. crim. in fragmentis. tit. de fidejussorib. n. 252. cum duob. seq. quod procedit, dato, quod principalis Reus sit citatus tantum pro secundo delicto, nam adhuc fidejussor non tenetur eum presentare. Boffius pract. crim. tit. de carcerato. n. 41. & Farinac. conf. crim. 126. & fidejussor non tenetur Reum presentare, dato, quod Judex assecuret Reum pro secundo delicto commissio post datam fidejussorem, si pro secundo delicto, Reus sit citatus. Riccius dec. 37. par. 1. & Guazzin. d. cap. 4. n. 10. sed Charitarius d. cap. 1. n. 471. dicit, quod si bannito sit datus salvis conductus à Judice de voluntate Principis, & fidantia oblata, tenentur fidejussores illum presentare. Sic etiam si fidejussor fuisset in morâ presentandi Reum, & post moram Reus delinquat, in hoc casu tenetur fidejussor Reum presentare. Boff. d. n. 41. & Sanfelic. dec. 159. n. 5. Et solum bannum sine sententiâ, quæ si adhuc sequura non sit, prodest fidejussori, ut dicatur liberatus à presentando Reum, quem toties quoties presentare promissit, Chart. de exequ. sent. cap. 1. n. 468. ubi n. 470. usque ad finem, tenet contrarium, & n. 479. dicit primam opinionem posse procedere de banno, quod transit in condemnationem, nec aliquam expectat post se sententiam, quod dicitur diffinitivum, vel vim diffinitivi habentis. Et quando Reus post habilitationem delinquit, & aggressus sit à satellitibus ad finem eum carcerandi, si aufugit, ejus fidejussor dicitur liberatus à fidejussione, & non tenetur amplius reum presentare. Farinac. conf. 228. n. 20. & 22. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 133. n. 10. ubi cap. 134. tenet quod neque fidejussor tenetur presentare reum post fidejussionem inculatam, si inculatio fidejussionis declarata sit nulla ad instantiam fidejussoris, vide Thor. in C. rerum Judic. casu 29.

Sic etiam licet Officialis teneatur exhibere omnes suos Ministros, & familiares, qui sunt inquisiti de concussione, & barattaria, ut dicit Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminib. qu. 111. art. 8. n. 102. & Revert. dec. 206. 325. & 530. ubi Marinis. tamen sicut Officialis excusatur, si ministri, & familiares sint mortui, ita, & si sint forjudicati absque ejus culpâ, Officialis non tenetur illos exhibere. Puteo de sindic. ver. familiaris, sive familia potestatis. cap. 5. n. 9. & 10. & Farinac. ubi supra. n. 144.

28 Et forjudicatus est incapax cujuscunque successionis. Boff. pract. crim. tit. de bonorum confiscatione. n. 69. Caball. resolut. crim. casu 264. n. 28. & 38. & Magonius decis. Lucenli 84. n. 12. sed quod bannitus sit capax hereditatis

tatis sibi delatæ, tam ab intestato, quam ex testamento, dicit Farinac. d. quæst. 102. in spec. 1. n. 6. & seq. & n. 12. & seq. alii verò distinguunt, & dicunt, quod aut bannitus non potest impunè offendi, & tunc est capax omni successione, aut potest impunè offendi, & tunc succedere potest ex dispositione juris communis, secus ex dispositione statutorum, ita Bart. in disput. 1. *Clarus in §. testamentum. quæst. 20.* & Capriol. de successione ab intestato. lib. 1. n. 24. & seq. ubi n. 27. dicit, quod bannitus ex dispositione juris communis, succedit in eis tantum bonis, quæ extra territorium statuentium sita sunt, nam bannitus est capax hæreditate sibi delata extra territorium bannientis, & loci, a quo est bannitus. Farinac. d. quæst. 102. n. 96. Sed si bannitus sit positus extra omnem protectionem juris communis, & tunc est omnino incapax quâlibet successione. Capriolus d. lib. 1. n. 28. & ideo dum in Regno forjudicatus amittit ea, quæ sunt juris communis, ut dicam infra hoc eodem cap. n. 56. idem est incapax quâlibet successione; prout etiam condemnatus ad trirèmes perpetuè est insuccessibilis, & ipso escluso, alii proximiores in gradu succedunt. Mastrill. dec. 167. & Capriolus d. lib. 1. n. 30. ubi n. 20. cum duob. seq. dicit idem esse in deportato, & n. 36. dicit idem esse in hæretico, & n. 32. & seq. dicit secus esse in relegato, & excommunicato, qui sunt successibiles, & forjudicato, & condemnato cum confiscatione bonorum; si deferatur aliqua hæreditas ab intestato, vel ex testamento, non acquiritur Fisco, sed aliis venientibus ab intestato. Farinac. pract. crimin. tit. de delictis, & pœnis. quæst. 25. n. 139. & d. quæst. 102. in spec. 1. n. 110. & Merlinus de legitima. lib. 3. tit. 1. q. 33. n. 5. Sed si institutus hæres efficiatur bannitus, & mortuo testatore restituitur, institutio reconvalet. Mastrill. de indulto. c. 14. n. 6. *Et quod excommunicatus possit hæres institui tenent Peregrinus de jure fisci. lib. 3. tit. xi. n. 34. & Durante de arte testandi. tit. 1. cautela 10. n. 1.*

29 Et Bannito Domino subditus liberatur a servitio feudi. Nellus de bannitis in 1. parte 2. temporis. n. 22. Prout etiam Barone effecto hæretico, ejus subditi non tenentur ei præstare fidelitatem. cap. absolutos. de hæretic. Et subditus non est obligatus suum Dominum a Rege bannitum adjuvare, vel ei servitium præstare, immò durante banno Domini, subditus solutus est sacramento fidelitatis, c. nulla. per quos fiat invest. & Catalanus de indulto. c. 13. n. 8. & 11.

30 Immò si Baro delinquat, & propter delictum sit effectus contumax, Privatur sua jurisdictione, pendente contumaciâ. Ponte de potestate Proregis, tit. 1. §. 1. n. 2. Rovit. rub. de sent. forjud. n. 19. Caravita ritu 220. n. 21. Foller. pract. crim. rub. annotentur bona contumacis. n. 2. Leonardis pract. offic. cap. 14. n. 10. Mastrill. de indulto. cap. 22. a n. 21. usque ad n. 26. Freccia de subfeudis. lib. 2. auctorit. 29. n. 11. Grandis de bello exulum, in prædicamento pax. q. 3. spec. 95. n. 2. Anna sing. 52. in fin. & Marinis in observat. ad Revert. 51.

n. 2. Immo si Baro delinquat, & post delictum refutat feudum immediate succelluro, adhuc eo effecto contumace, feudum sequestratur, ut ita decisum testatur Sanfel. dec. 372. & *jurisdictio feudi a patre filio refutati in præjudicium patris, ob filii delictum sequestrari potest, dato quod post refutationem pater a filio constitutus sit irrevocabiler procurator pro exercitio jurisdictionis. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 214.* & pendente contumaciâ Baronis, Officialis in ejus jurisdictione creatur per Proregem. Anna d. sing. 52. Borrell. summa dec. tit. 41. n. 216. & seq. Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 26. n. 4. & 5. Capyc. dec. 131. & Ponte ubi sup. n. 4. & 6. ubi n. 5. dicit quod Barone comparente, vel in vinculis existentia, suspensio jurisdictionis ob contumaciam facta, tollitur.

31 Sed si quis habeat facultatem nominandi Officialem in terrâ demaniali, qui deinde confirmatur per Proregem, & a Prorege ei sit commissio, in hoc casu propter contumaciam non amittitur illa facultas nominandi, Ponte ubi supra n. 7. & 8. & ita decisum testatur. Marcan. conf. 43. tom. 1.

32 Et quando Barones in eorum jurisdictionibus tenent, bannitos, latrones, forjudicatos, facinorosos homines, vel delinquentes, adhuc eorum jurisdictiones sequestrantur penes Regem. Peguera in quæst. crim. cap. 36. n. 25. Borrell. d. tit. 41. n. 284. & Rovit. in Pragm. 1. n. 2. de recept. malefact. Et sequestratur jurisdictio per quinquennium. ut in cap. Reg. 210. & ibi Nigris n. 12. & est Pragmat. 21. de exulibus. & dicam infra cap. 18. n. 6. Immò Baro requisitus a Superiore, ut traderet sibi delinquentem ab eo scienter receptatum in Castro suo, si id exequi non curavit, amittit feudum. Rovit. Pragm. 1. n. 9. de recep. malefact. & *de jure communi Barones, & eorum Officialis receptantes bannitos, privantur eorum jurisdictione, & officio. Bajardus ad Clarum in §. finali. quæst. 90. n. 61. Mastrillus dec. 216. n. 1. & 2., & Danza de pugna Doctor. tom. 1. tit. de receptatoribus. cap. 1. n. 22.*

33 Et dum forjudicatus habetur pro mortuo, non potest esse testis in loco, ubi fuit forjudicatus, & bannitus. Mars. pract. crim. §. aggredior. n. 94. Chartar. de execut. sent. cap. fin. n. 79. & seq. Clar. pract. crim. §. fin. q. 71. vers. præterea quero. Farinac. pract. crim. tit. de oppositione. contra personas testium. quæst. 56. art. 8. a n. 328. usque ad n. 351. & *Roland. a Valle conf. 41. n. 48. & 49. lib. 1.* Secus extra locum banni, nam ibi bannitus, & forjudicatus potest esse testis. Bald. in l. 1. col. 10. c. de hered. instit. Monticellus in suo repertorio de testibus, ver. bannitus, Farinac. q. 56. n. 324. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armat. pæc. Campan. cap. 7. n. 15. & *Mascardus de probat. conclus. 162. n. 24. & seq. conclus. 731. & concl. 1262. n. 38. sed quod bannitus ubiq. non possit esse testis dicit Roland. a Valle in d. conf. 41. d. n. 49. sed si bannitus sit restitutus potest testificari tanquam etiam restitutus ad famam. Alex. conf. 12. vol. 2. & Mascard. d. concl. 1262. d. n. 38. quod intellige in civilibus, secus in criminalibus Beccararius de different. inter judic.*

judic. civil. & crim. differ. 90. n. 3. & 4. sic etiam si bannitus tempore banni juravit, si deinde restitutus deponat, ejus dictum reconvalescat, ut per tex. in l. 3. §. duæ, & ibi Barrol. ff. ad S. C. Trebell. & Mastrill. de indul. to. cap. 14. n. 16. & sicut forjudicatus non potest esse testis ita, & excommunicatus cap. licet. & cap. decernimus de sent. excomm. in 6. cap. veniens il. 2. in fine de testibus Mascard. de probat. conclus. 705. Caravit. in ritu 236. n. 10. & Farinac. de testibus quæst. 56. art. 7. a n. 240. cum pluribus seqq.

34 Et neque forjudicatus potest præsentare instrumentum contra suum debitorem viâ ritus. Galterius de præsent. instrum. 1. par. secundæ partis. rub. advertat creditor ad personam suam. n. 21. & Thor. in voto 84. n. 201. cum duob. seq. & in supplem. dec. vers. instrumentum fol. 300. ubi dicit fuisse decisum, ut ordinariè agatur in causâ liquidationis instrumenti præsentati per forjudicatum.

35 Sic etiam forjudicatus, & bannitus non potest petere rem jure congrui, vigore statuti, Magon. dec. Florentiæ 26. sequitur Ricc. coll. 291. & 4027. part. 9. Novarius in rub. prag. de exilib. n. 19. & Petrus a Placa in epit. delict. lib. 1. cap. 44. n. 2. ubi n. 15. dicit hoc etiâ procedere in excommunicato Rumus ad Afflictu de jure prothom. ad §. 2. not. 6. n. 13. nam forjudicatus non potest agere. Gayllus de pace publica. lib. 2. c. 12. per totum. & Marinis quotid. resol. lib. 2. cap. 15. n. 15. Et forjudicatus agendo repellitur a limine judicii. Scaccia in tract. de cambio §. 7. glossa 5. n. 40. 41. 97. & seq. Vantus de nullit. rub. de nullit. ex defectu in habilitatis. n. 51. & seq. Virgil. de legit. personæ. cap. 33. post n. 37. cum pluribus seq. & vide infra cap. seq. post n. 41. Immo forjudicatus non potest accusare de nece suorum consanguineorum. Placa in epit. delict. lib. 1. cap. 44. n. 1. & 6. & idem est in excommunicato, qui neque potest agere in judicio, sed repellitur ab ejus limine. cap. decernimus. de sentent. excomm. in 6. Novarius quæst. forens. 135. n. 1. part. 1. & qui non potest agere ut bannitus vel excommunicatus, non potest petere terminum assignari actori ad agendum juxta textum in l. diffamari. Cod. de ingenuis manumissis. Socinus in l. libertus. n. 5. & ibi Alex. n. 5. ff. de in jus vocando, & neque potest implorare officium Judicis. Grassus de excep. excep. 4. n. 80. Sed si bannitus egit in judicio, & sic nulliter, si postea sit restitutus, & ratificat acta, judicium est validum. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 35. n. 77. & vide infra cap. seq. post n. 41.

36 Et feudatario forjudicato, filius minor illius statim providetur de Balio, Confit. Reg. si quando, & Franoh. decis. 213. n. 12. Sic etiam filio banniti, & forjudicati datur curator, tanquam filio ejus, qui est apud hostes, l. muto, §. ci, cujusvis de tutelis. Arena in tract. de bannitis. n. 4. Virgilius de legit. pers. cap. 33. n. 67. & n. 86. Ripa in Lex facta §. ex facto n. 18. ff. ad S. C. Trebal. Petra de fideicom. quæst. 2. n. 19. Peregr. de jure fisci lib. 3. tit. 7. n. 23. & Nellus de bannitis. in 1. par. 2. temp. n. 20. ubi dicit,

37 quod filii non efficiuntur sui juris, sed rema-

nent in potestate patris, quando pater efficitur bannitus, idem tenent Marf. præct. crim. §. aggredior, n. 101. Clar. d. quæst. 71. ver. successive quæso. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 1. quæst. 90. n. 45. Virgilius in tract. de legit. pers. cap. 33. n. 86. Peregrin. d. tit. 7. n. 23. Ripa in d. §. ex facto n. 19. Bald. in l. 1. n. 31. cum duobus seq. Cod. de hæred. instit. & Capiblan. de Baronib. tom. 2. cap. 23. n. 3. ubi dicit, matrem non privari filii successionem, si non petat filio impuberi tutorem, si habeat patrem licet forjudicatum, sed contrarium tenet Marescut. var. resol. lib. 1. cap. 71. n. 2. & 4. nam quando pater est deportatus ad insulam, ejus filius efficitur sui juris, §. cum autem, instit. quibus modis jus patriæ potest. solvat. ergo idem esse debet in patre forjudicato, ut ejus filius efficiatur sui juris, prout tenent Paris. conf. 157. a n. 20. lib. 4. relatus a Menoch. d. quæst. 90. n. 45. Farinac. d. quæst. 102. n. 15. cum quatuor seq. Bal. in l. 1. §. 1. n. 7. ff. de capitis diminut. Virgil. de leg. personæ cap. 4. n. 112. Alex. in d. §. ex facto n. 10. prag. de Senat. Conf. Macedon. & Placa in d. cap. 44. n. 5. & potest esse in judicio absque consensu patris forjudicati. Virgil. d. cap. 4. n. 112. nam banniti nostri temporis æquiparantur deportatis. gloss. in §. relegati, vers. retinere, instit. quibus modis jus pat. potest. sol. Alex. Jaf. & alii in l. 1. C. de hæred. instit. Ludovic. dec. Perusina 11. n. 7. Placa in d. cap. 44. post n. 1. & Magon. decis. Florentiæ 99. n. 7. & 8. & a fortiori forjudicati æquiparantur deportatis. Marcian. conf. 43. n. 3. tom. 1. & forjudicatus efficitur servus pœnæ; ut dixi supra cap. 12. n. 44. sed servus pœnæ effectus, filios in potestate habere desinit. §. cum autem. ver. pœnæ servus. instit. quibus modis jus pat. potest. sol. ergo &c. & a fortiori, si pater committat crimen læsæ Majestatis, ejus filii efficiuntur sui juris. Farinac. præct. crimin. tit. de crimine læsæ Majestatis. quæst. 116. §. 2. n. 49. & idem est si pater efficiatur hæreticus. cap. cuicumq; & Peregr. in d. tit. 7. n. 23. §. illorum. ubi glossa de hæreticis in 6. quod non habet locum in filiis sanctorum receptatorum, & defensorum hæreticorum quia non dicuntur liberati a patria potestate. Pegna ad Emericum d. part. 3. quæst. 116. & Farinac. de hæresi. quæst. 197. §. 1. n. 29. Sed forjudicatus quando est agratiatus recuperat patriam potestatem, ut dicam infra cap. 24. n. 11.

Et dum forjudicatus habetur pro mortuo, in taxatione legitimæ, filius forjudicatus non connumeratur, nam ipse non facit partem, unde si sint quinque filii, & unus istorum sit forjudicatus, legitima est triens, Merlinus de legitima, lib. 1. tit. 4. q. 3. n. 26. Revert. dec. 25. n. 2. & ibi Marinis n. 2. & in dec. 1. n. 3. et quotid. resol. lib. 2. cap. 93. n. 4. & 7. & cap. 245. ubi dicit idem esse in monacho professore, & renunciantem bona patris nihilo recepto qui in liquidatione legitimæ suorum fratrum, non facit partem, & idem tenet Marta de jurisditione part. 4. casu 96. n. 7. Quod ego intelligo quando pater decedit condito testamento, & præterito filio forjudicato, quia tunc nec filius forjudicatus, nec fiscus succedit patri, ut dictum est supra hoc in capit. n. 4. & 5. & do-

cuit

enit meus Avunculus cap. seq. n. 8. Secus si pater decedit ab intestato, quia tunc succedit Fiscus in portionem filii forjudicati. conf. Regni ob filiorum.

- 38 Et quando statutum disponit, ut in contractu interponatur auctoritas consanguinei, si consanguineus est forjudicatus, in hoc casu non satisfit dispositioni statuti, Marfil. de bannitis, ver. exules. n. 7. & in pract. crim. §. aggredior. n. 90. & in l. qui duobus in solidum. n. 16. ff. ad legem Cornel. de falsis. *Placa in d. cap. 44. n. 4.*
- 39 Sic etiam si Notarius sit effectus forjudicatus, non potest conficere instrumenta, faciunt dicta per Caball. resolut. crim. casu 66. & in specie vide Nellum de bannitis in 1. par. 2. temporis. n. 51. Follor. pract. cri. rubr. bannientur. n. 39. & Pereg. d. tit. 7. n. 21. *Et idem est si Notarius sit notorie excommunicatus, omnia instrumenta per eum facta sunt nulla. glossa in cap. decernimus, de sent. excom. in 6. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 331. n. 8. & 9. Laganarius ad Rovit. prag. 1. n. 6. de eccles. personis, & vide eundem Rovit. in prag. 1. n. 27. de Notariis, qui loquitur de Notario excommunicato, & bannito.*
- 40 Si quis relinquat uxorem dominam, & Patronum omnium bonorum suorum instituat filium heredem uxor, dum maritus instituit filium, debet habere tantum alimenta, & præheminentiam, quam habebat, marito vivente. gloss. & DD. in l. unica, C. si secundo nupserit mulier. & in l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. Anna sing. 600. Franch. dec. 58. Caball. resol. crim. casu 222. n. 32. *Marinis d. lib. 1. cap. 347. n. 1. & Pascal. de vir. pat. pot. par. 3. cap. 8. per totum.* Quod si deinde præmoriatur filius, uxor debet habere integrum usumfructum, perinde ac si a principiò non esset institutus filius, ita præeitat DD. & ita decisum testantur Thorus in compend. decis. tom. 3. sect. 3. ver. uxor. f. 440. Sanfel. dec. 201. Gartia a Toletio in dicto 541. & Gayl. lib. 2. observ. 44. latè Paschal. de virib. patriæ potest. part. 2. cap. 8. per totum. & *Marinis d. cap. 347. n. 6. usque ad n. 11.* Ergo idem est, si filius sit forjudicatus, qui dum habetur pro mortuo, uxor relicta dominâ, & patronâ a suo marito, efficitur usufructuaria bonorum mariti, & usufructus non spectat ad Fiscum, ita Bajardus ad Clarum, §. fin. quæst. 78. n. 34. *Cavalc. de usufructu mulieri relicto. n. 40. Pereg. de iur. fisc. lib. 7. tit. 1. n. 80. Pascal. d. cap. 8. n. 18. Cab. d. casu 222. n. 35. & seq. ubi n. 37. dicit, deducto tamen usufructu legitime ipsius filii.*
- 41 Sed licet forjudicatus habeatur pro mortuo, tamen debet ali à personâ, quæ tenebatur eum alere ante forjudicationem, Duenas. reg. 68. n. 10. in decima limitatione, undè pater tenetur alere filium bannitum, & è contrà, Bart. in l. quis à liberis, §. sed utrum, ff. de liber. agnoscen. Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 1. quæst. 4. n. 6. Surdus de alimentis, tit. 1. quæst. 2. Farinac. pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 113. nu. 261. & seq. & Menoch. d. quæst. 90. n. 45. & forjudicatus, tenetur alere, quos de jure alere tenetur Capib. d. cap. 33. nu. 3. & Nellus de bannitis in 1. par. secundi temporis, n. 48. Sed alii dicunt,

quodd forjudicatus habetur pro mortuo, etiam quoad alimenta, ita Franch. dec. 689. n. 5. & 6. & dicam infra cap. sequenti, n. 19. ubi n. 20. dicam, quodd usufructuario effecto forjudicato, usufructus extinguitur, & consolidatur cum proprietate, & non spectat ad Fiscum. Immo sunt aliqui, qui tenent, quodd pater non potest alimenta præstare filio forjudicato, ita Affl. in Confit. Reg. pœna. care. in 8. not. & Garzia à Toletio in dicto 327. & pater non alit filium forjudicatum; & è contra Arnono differ. 34. & hæc opinio, potest comprobari pluribus rationibus, primò, propter causas pro quibus filius potest exheredari, Surd. de alim. tit. 7. quæst. 1. num. 1. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 30. nu. 10. & lib. 4. tit. 1. quæst. 1. n. 1. & *Revert. dec. 80. n. 2. & ibi Marinis n. 4.* Sed forjudicatio est legitima causa exheredationis, ut dicam infra cap. seq. n. 9. ergo &c. Secundo forjudicatus dicitur hostis publicus, Confit. Reg. pœnam eorum, sed pater non tenetur alere filium, qui est hostis publicus. Surd. d. tit. 7. q. 3. n. 6. ergo &c. Tercio pater non tenetur alere filium excommunicatum, Surd. d. tit. 7. qu. 2. n. 12. Sed excommunicatus, & bannitus æquiparantur, ut dixi supr. cap. 1. n. 20. ergo &c. *Sed in contrarium facit ratio. Pater tenetur alere filium de jure naturali. §. Jus naturale Inst. de jure naturali gent. & civil. sed per forjudicationem naturalis obligatio non tollitur Bald. in l. si pater. ff. de condi. indeb. & Buccaronius de differ. inter judicia civilia & crim. differ. 176. n. 3. in fin. ergo &c. Sed vide const. Regni. Patres, & const. Regni pœna carere volentes, quæ mandant ut Parentes non præstent alimenta filiis forjudicatis, & vide quodd docuit meus idem Avunculus in hac pract. cap. 18 n. 25.*

- 42 Et bannitus, si sit conventus à suo consanguineo, potest cogere consanguineum ad compromittendum vigore statuti, & ita decisum testatur Benintendis dec. 21. num. 21. usque ad fin. Sed quodd bannitus non possit compromittere, tenent Rovit. in pragmat. 1. n. 70. de arbit. & Borrell. de compromisso, §. 1. gloss. 3. n. 69. ubi n. 322. dicit idem esse in condemnato ad Regias triremes, qui neque potest compromittere. (Immo si sit factum compromissum, & unus ex compromittentibus efficiatur forjudicatus, in hoc casu compromissum extinguitur, DD. in l. si quis arbitrato, ff. de verb. obligat. & Benintend. dec. 21. n. 21. & est ratio, nam per forjudicationem bona forjudicati publicantur, ut dicam infra cap. seq. n. 1. & 4. sed per publicationem omnium bonorum sequutam post factum sed in compromissum, extinguitur compromissum, Rovit. in pragmat. 1. n. 62. de arbitris, & Blanc. de compromisso, quæst. 7. n. 6. ergo &c. Est etiam ratio, nam forjudicatus habetur pro mortuo, ut in Confit. Reg. pœnam eorum, sed per mortem unius ex compromittentibus expirat compromissum, cap. ex parte, & cap. fin. de arbitris, ergo &c. Et Bannitus si sit conventus ab aliquo non potest actorem reconvenire. Obrhecti de iurisdic. lib. 3. cap. 16. num. 4. dixi supra cap. 8. num. 45.)
- 43 Sed

- 43 Sed forjudicatus potest contrahere matrimonium, Franch. dec. 102. n. 25. prout idem est in excommunicato, qui si contraxit matrimonium, valet matrimonium, c. significasti de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult. Sanchez de matrimonio. tom. 2. lib. 7. disput. 9. Ricciull. de jure personarum, lib. 4. cap. 41. n. 3. *Peregrinus de jure fisci lib. 3. tit. 11. n. 38. & Virgiliis de legit. personæ. cap. 34. n. 28.* & a fortiori filii forjudicatorum possunt contrahere matrimonium, cap. Reg. humanitatem, licet secus esset dispositum per cap. Reg. satis constat, prout etiam licet olim per d. cap. Reg. satis constat, filii prodicorum, & rebellium non poterant contrahere matrimonium absque assensu Regio, aliàs bona contrahentium confiscabantur, tamen hodiè filii rebellium, si sequuti non sint paternam malitiam, possunt ad libitum contrahere matrimonium absque assensu Regio, cap. Reg. 128. & statutum, si prohibeat, ut quis non contrahat cum bannito, si quis contrahat cum filio banniti, in hoc casu non incurrit in pœnam statuti, Gérardus à Petra Sancta singul. 64. & Garzia à Toletto in dicto 166. *Sed matrimonium contractum cum hæretico non valet. cap. decrevit. de hæreticis in 6. & Farinacius, de hæresi quæst. 190. §. 3. n. 51.*
- 44 Sic etiam forjudicatus potest ingredi Religionem, & ibi facere professionem, qua facta, valet, & tenet, ut constat ex dictis per Franch. dec. 384. & tunc si forjudicatus sit captus, remittitur ad Judicem Ecclesiasticum quoad ejus personam tantum, & non quoad bona, ut dicam infra cap. 25. num. 62. Prout idem est in excommunicato, qui si faciat professionem in Religione, professio valet, & non vitiatur, Abb. per text. in cap. cum illorum, num. 4. de sentent. excommun. Ricciull. de jure personarum, lib. 4. cap. 41. n. 1. & *Virgiliis in d. cap. 34. n. 39. & seq.*
- 45 Sic etiam licet forjudicatus habeatur pro mortuo, tamen feudatario effecto forjudicato, succedens in feudo non tenetur solvere relevium, nam tunc succedens in feudo tenetur ad relevium, quando succedit per mortem naturalem feudatarii, Freccia de subfeudis, lib. 2. auctoritate. 3. n. 22. cum plur. n. seq. & *Marinis in d. lib. 1. cap. 166. n. 8. Et idem est si feudatarius sit effectus Clericus vel Monachus, nam succedens in feudo propter Clericatum vel Monachum feudatarii non tenetur ad relevium, mortuo suo prædecessore. Revert. dec. 564. & ibi Marinis n. 2.*
- 46 Sic etiam licet forjudicatus habeatur pro mortuo, tamen potest accusare uxorem suam de adulterio, Trivis. dec. 3. lib. 2. Amend. ad Franch. dec. 240. n. 3. & nxor forjudicati non potest adulterari, Decius in l. ut vim, n. 15. ff. de just. & jur. *Marfiliis in tractatu de bannitis. ver. ab offensis. n. 6. & vide infra cap. 17. n. 33.* sed in aliis criminibus forjudicatus non potest accusare, ut constat ex dictis per Decianum tract. crim. lib. 3. cap. 17. n. 38. unde *forjudicatus non potest accusare de nece suorum consanguineorum, ut dictum est supra hoc cap. n. 35.* prout etiam excommunicatus

accusare non potest, cap. 1. & 2. & cap. exceptionem, de except. cap. cum dilectus de accusat. Decian. d. lib. 3. cap. 20. nu. 1. Farinac. pract. crim. tit. de accusatione, quæst. 12. n. 26. cum plur. seq. *Placa d. cap. 44. n. 10. usque ad finem.* & Bajard. ad Clarum, quæst. 14. §. fin. n. 37. ubi dicit hoc procedere in excommunicato excommunicatione majori, secus in excommunicato excommunicatione minori, nam ipse potest accusare, *Placa in d. cap. 44. n. 12. & 14. nam excommunicatus minori excommunicatione est capax omnium præter Sacramentorum. cap. à nobis extra. de except. & cap. finali extra de Clerico excomm. & Peregrinus de jure fisci. lib. 3. tit. 11. n. 4.* & accusare excommunicatus non potest tanquam unus de populo, Arnono in comment. 48. & neque potest prosequi suam, vel suorum injuriam, Farinacius ubi supra, Arnono in epitom. 42. & *Peregr. in d. tit. 11. n. 8. & 9.*

Sic etiam licet forjudicatus habeatur pro mortuo, tamen si dederit rem in feudum, & feudatarius intendat alienare rem feudalem, adhuc requiritur assensus domini forjudicati, vel excommunicati, Curtius Junior de feudis, p. 4. n. 116.

Sic etiam bannitus potest contrahere, & ex contractu se obligare, Farinac. d. quæst. 102. n. 23. & seq. ubi n. 163. dicit, quod etiam deportatus potest contrahere, citat text. in l. quidam sunt, in fine, ff. de pœnis, sed quod forjudicatus non possit contrahere, tenet. Campana de forjudic. resol. 20. per totam, & *Virgiliis tract. de legit. personæ. cap. 33. n. 42. Sed excommunicatus potest contrahere, & ex contractu obligatur. Peregr. d. lib. 3. tit. 11. n. 28. & Virgiliis de legit. personæ. cap. 34. n. 43. 51. & 52.*

- 47 Sed quæritur, quid si gravatus restituere hæreditatem post ejus mortem sit effectus forjudicatus, an hæreditas sit statim restituenda fideicommissario, sequuta forjudicatione, vel debeat expectari mors naturalis forjudicati, & dicas, quod debet restitui, statim sequuta forjudicatione, Anna conf. 9. & 13. Valle conf. 97. n. 39. & seq. lib. 2. & *Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 3. quæst. 4. n. 4. & Boerius dec. 278.* verum delinquente hærede gravato per fideicommissum, fiscus ex ejus persona de fideicommissio deducere potest legitimam, & Trebellianicam, *Merlinus in d. tract. de legitima, lib. 3. tit. 1. quæst. 32. n. 1. & 2.* Sed alii dicunt, quod si fideicommissum, vel substitutio sit facta in casu mortis, Fiscus potest apud se retinere bona durante vita condemnati, & veniente casu fideicommissi, potest Fiscus detrahere ex persona condemnati Trebellianicam. Clar. pract. crim. §. fin. q. 78. post ver. item quæro, & Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, quæst. 25. n. 34. & opinionem. Clari, & Farinacii videtur approbare *Fusarius de substitut. quæst. 442. n. 4.* ubi dicit, quod si quis sit gravatus sub conditione mortis, si sit forjudicatus, substitutus non admittitur, statim sed expectatur ejus mors naturalis, & interim bona remanent apud Fiscum. *Marinis quotid. resol.*

resol. lib. 1. cap. 166. n. 11. & vide Surdum. cons. 90. lib. 1. & Farinacium in fragmentis. part. 2. ver. mors. nn. 359. & 372. & in cons. crim. 125. tom. 2. Fusarius ibi n. 11. hoc declarat procedere, quando adest tantum substitutio simplex, secus si bona etiam essent prohibita expressè alienari, quia tunc cum bona non possint confiscari, substitutus statim admittitur, non expectata morte naturali hæredis gravati, qui fuit forjudicatus. Fusarius ibi. quæst. 529. n. 6. & 12. & ita potest procedere opinio Annæ, & aliorum, De quo vide Petram de fideicom. quæst. 3. à n. 11. usque ad n. 22. Peregr. de iure fisci. lib. 5. tit. 1. n. 69. & à n. 98. usque ad n. 102. & Marinis. quotid. resol. lib. 2. cap. 90. à n. 6. cum pluribus seq. Qui dicit idem esse si testator dixit, in casu, quo hæres gravatus committat delictum ex quo intret confiscatio bonorum, hæres gravatus à die delicti ipso iure intelligatur privatus hereditate, quia tunc substitutus statim admittitur, non expectata morte naturali hæredis gravati, cuius bona propter delictum fuerunt confiscata. Fusarius de substitut. qu. 529. n. 4. sed agratiato forjudicato hærede gravato, ipse vindicat bona fideicommissio subjecta, nisi dicta bona essent incorporata, & apprehensa à substituto, Merlinus de legitima, d. lib. 3. ad tit. 1. q. 29 n. 24. & seq. & dicam infra in cap. 24. n. 8. in fine, & bona quæ subjacent fideicommissio, non veniunt in confiscatione bonorum, ut dicam infr. cap. seq. n. 10. Et publicatio bonorum nullam facit præiudicium fideicommissario. Bartol. in l. Imperat. ff. de fideicom. libert. & Mantica de conjecturis ultimar. volunt. lib. 11. tit. 2. n. 6. & Marinis in arresto. Reg. Cam. 680 fol. 956.

48 Secundò quæritur quid si institutus gravatus restituere hereditatem, si absque filiis decesserit, sit effectus forjudicatus tempore quo non habebat filios, si post forjudicationem procreat filios, & deinde decedat, an filii excludant substitutum? & dicas, maximè, Fusarius de substitutionibus, quæst. 424. Et Petrus in d. quæst. 3. n. 19. citat glossam in l. ex facto. §. ex facto. in ver. cum sua causa. ff. ad S. C. Trebell. immo successio Feudi, defuncto feudatario sine liberis, competit nepoti ex fratre secundogenito nato & concepto post forjudicationem sui patris excluso fratre tertio genito. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 127.

49 Tertiò quæritur, quid si quis instituat Titium heredem, & ei substituat Cajum, si decesserit absque filiis, si institutus decedat, & relinquat filium forjudicatum, an succedat substitutus? & dicas, maximè ita Fusar. de substitut. quæst. 423.

50 Quarto quæritur, quid si fideicommissarius efficiatur forjudicatus, an expiret fideicommissum? dicas maximè, Paris. cons. 163. n. 17. lib. 3. Menoch. cons. 91. n. 2. & seq. & Fusar. de substit. q. 567.

51 Quintò quæritur quid si unus socius sit forjudicatus, an per forjudicationem dicatur soluta societas? & dicas, maximè ita in specie tenet Michalorius de fratr. par. 2. cap. 38. n. 9. & cap. 40. n. 54. & est ratio, nam forjudicatus habetur pro mortuo, ut diximus, sed so-

cietas morte finitur, §. solvitur, Infit. de societate, & non transit ad hæredes; dato quod sit contractus pro se, & hæredibus, Thes. dec. 242. & Valasquez. dec. Lulitana 67. Michalor. d. part. 2. cap. 40. n. 12. cum pluribus seq. & Peregr. d. lib. 5. d. tit. 1. post n. 96. Et sicut societas finitur morte naturali, ita etiam finitur morte civili. l. 4. §. 1. ubi glossa ff. pro socio. & Revert. dec. 492. in fine, ergo &c. Sic etiam bona forjudicati confiscantur, ut dicam infra cap. seq. n. 1. sed per publicationem dissolvitur quoque societas, ut in d. §. solvitur, vers. publicatione, & in l. actione 9. publicatione ff. pro socio, & Michalor. d. cap. 38. n. 6. & Peregr. d. tit. 1. post n. 96. prout etiam societas dissolvitur per decoctionem unius ex sociis, Franchis dec. 249. ergo &c. Sic etiam societas excommunicatione finitur. Michalor. in d. cap. 40. n. 51. sed valet argumentum de excommunicato ad bannitum, ut dictum est supra cap. 1. n. 20. Sic etiam societas ad tempus contracta potest infra conventum tempus dissolvi propter discordias vel scandala. Ursillus ad Afflictum in dec. 254. & Laganarius ad Rovitum in prag. 1. nu. 8. de salario eorum. & socio dilapidatori vel rixoso potest fieri renunciatio societatis ante finitum tempus societatis. l. si convenerit, ubi DD. ff. pro socio. Nisi à principio talem esse socium scivisset, qui vult a societate recedere. Michalor. d. part. 2. cap. 36. n. 23.

52 Sextò tu scis, quodd donatio inter virum, & uxorem est prohibita, l. 1. cum duob. ll. seq. ff. de donat. inter virum, & uxorem, sed morte confirmatur, l. Pomponius, & l. cum hic statutus, ff. de donat. inter virum, & uxorem, l. donationes quas parentes, C. eod. tit. de donat. inter virum, & uxorem, quæritur quid si sit facta donatio per maritum suæ uxori, an marito effecto forjudicato, donatio confirmetur, & dicas, maximè, Arnono in soliloquio 1. ubi dicit, quod donatio facta uxori confirmatur morte civili mariti sequuta per bannum, & est ratio, nam forjudicatus habetur pro mortuo, ut diximus ergo &c. & bona donata per maritum uxori, marito effecto forjudicato, non confiscantur, sed sunt uxoris; l. res quæ legata, & l. res uxoris, C. de donat. inter virum, & uxorem. l. si quis post. hac. Cod. de bonis præscriptorum, Boff. præd. crim. tit. de bonorum publicatione, n. 36. in principio, ver. non ita est, & n. 52. ver. nam donatio, Duena in regula 226. in nona limitatione; Peregrinus d. lib. 5. d. tit. 1. n. 148. Reg. Constant. in l. 1. à n. 140. usque ad n. 145. C. penis fiscal. credit. præfer. lib. 10. Novarius quæst. forens. 38. n. 2. part. 2. & Farinac. d. quæst. 25. n. 127. & seq. ubi n. 130. & seq. dicit, idem esse in donatione causa mortis facta à marito ejus uxori, quæ donatio etiam morte civili confirmatur, & bona donata, in Fiscum non transeunt propter delictum mariti, & Pascal. de virib. patria. potest. part. 4. cap. 5. n. 26. verum marito donanti non censetur adepta potestas, donationem revocandi usque ad ejus mortem naturalem, l. sed si mors, ff. de donat. inter virum, & uxorem, & d. l. res uxoris, & Farinac. d. quæst. 25. n. 131. & vide Cottam in suis me-

- verbalibus ver. donatio.* Sed quando donatio causa mortis est facta alteri, quàm uxori, tunc morte civili non confirmatur, & publicatis bonis donantis, donata causa mortis transeunt in Fiscum, l. si aliquis. ff. de donat. causa mortis, Boff. d. tit. de bonorum publicatione, n. 52. in fine, Duena d. reg. 226. seq. & in 9. limit. *Peregrin. d. lib. 5. & tit. 1. n. 147. & Farinac. d. quæst. 25. n. 130. ubi n. 133.* dicit, quod quando donatio inter vivos, vel ex causa mortis facta à marito suæ uxori, est facta in fraudem Fisci, tunc morte civili mariti non confirmatur, & publicatis ejus bonis, censentur etiam publicata donata uxori in fraudem Fisci, citat tex. in l. post contractum, ubi glos. Bar. & alii, ff. de donat. & d. Farinac. d. q. 25. n. 136. & seq. dicit, quod tunc donatio facta à marito uxori confirmatur morte civili mariti, & bona donata non transeunt in Fiscum publicatis ejus bonis, quando uxor reperitur in possessione bonorum donatorum tempore confiscationis, aliàs si non reperiatur in possessione, tunc bona transeunt in Fiscum nec donatio per bannum confirmatur, citat Boffium d. tit. de bonorum confiscatione, nu. 52. Et est ratio, nam si donans post donationem rem donatam possidet dicitur in fraudem donasse. l. si quis. §. supervacuum. ff. quibus modis. pignus vel. hypoth. & l. si is. ff. de acquirend. hæredit. & l. si quis in fine. Cod. de naturalibus liberis. Mascard. de probat. conclus. 559. n. 3. & seq. & Capibl. tom. 1. super Prag. 8. part. 3. n. 88.
- 53 Septimo tu scis, quod si pater habeat duodecim filios, exculatur à muneribus realibus, l. si quis decurio. C. de decurionib. lib. 10. & l. semper. §. demonstratur. ff. de jure immunit. & Franch. dec. 259. quæritur an filius forjudicatus pro sit patri ad obtinendum hoc privilegium, & puto, quod minimè, nam forjudicatus habetur pro mortuo, ut diximus, & hoc beneficium fuit introductum in beneficium patris propter onus alendi filios. d. l. semper. §. demonstratur. ff. de jure immunit. Franchis d. dec. 259. n. 17. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de patre onusto duodecim filiorum. cap. 1. in principio. vers. 2. propter onera, sed pater non tenetur alere filium forjudicatum, ut diximus sup. n. 41. ergo &c.
- 54 Octavo tu scis, quod morte mandantis extinguatur mandatum. l. mandatum. C. mandati. & *Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 261. n. 1. & 2.* quæritur an per forjudicationem mandantis extinguatur mandatum, & puto, quod maxime, nam forjudicatus habetur pro mortuo, & faciunt dicta per Martam vot. 84. ubi dicit, quod mandatum extinguatur per decoctionem mandantis, sed forjudicatus dicitur decoctus, dum omnia ejus bona publicantur, ut dicam infra cap. seq. ergo, &c. & in specie *Peregr. de jure fisci. lib. 3. tit. 7. n. 21. & contra per forjudicationem procuratoris, etiam extinguatur mandatum.* Nellus de bannitis in 1. par. 2. tempor. n. 76. & dixi sup. cap. 8. n. 45.
- 55 Nono quæritur, an per forjudicationem creditoris extinguatur census vitalitius factus ad vitam creditoris, & puto, quod maxime, ex dictis per eundem Martam vot. 90. ubi dicit, quod pactum de lucrando capitale

per mortem naturalem creditoris habet etià locum in morte violenta.

- Decimo quæritur, quid si excommunicatus pro absolutione Romam petere teneatur, si sit bannitus, vel forjudicatus, an Romam petere teneatur? & dicas minimè, sed potest absolvi à quocumque Sacerdote, cum conditione tamen, quod quando habuerit gratiam Romam pro absolutione petat. prout est quando quis est in articulo mortis. cap. eos de sent. excom. in 6. cap. non dubium. cap. quod ex his. cap. quamvis, & cap. à nobis. de sent. excomm. & clem. multorum. §. verum de hæret. Grassus de effect. Cler. effect. 9. n. 153. cum pluribus seq. & Ansalde de jurisdic. par. 2. tit. 8. cap. 10. n. 10. & idem est in eo, qui habet capitales inimicitias. cap. de cætero. de sent. excomm. nam bannitus, & forjudicatus possunt ab omnibus impune occidi, ut videre est infra cap. 17. & ideo semper dicuntur constituti in articulo mortis, & per hoc possunt ab omnibus absolvi à quocumque peccato, & censura, nisi tamen sint guidati. ita Ugolinus de officio. & potest. Episcop. cap. 15. §. 8. n. 9. & Diana moral. resol. par. 5. tract. 3. resol. 64. sic etiam bannitus & forjudicatus propter periculum vite excusatur in audiendo rem divinam in diebus festivis, & in adimplendo præceptum Sacramenti penitentia, & in recitando Divinum Officium, si sit in Sacris, & à jejunando propter incommoditatem ciborum.*
- 56 Et advertas, quod licet per aliquod statutum disponatur, ut contumaces tamquam confessi possint condemnari, & impune offendi, & occidi, tamen non amittunt ea, quæ juris communis sunt, nec beneficia inducenda à jure communi, & multo minùs ea, quæ sunt juris gentium, seu naturalis. Bart. in l. 1. n. 3. & ibi Angel. n. 1. Alex. post n. 4. Salyc. n. 20. & Paul. de Caltr. n. 4. C. de hæredit. instit. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 17. n. 21. *Peregr. d. tit. 7. n. 8. cum plur. seq. & Farin. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionib. qu. 102. inspect. 1. n. 1. ubi n. 2. & 3. dicit, hoc etiam procedere in bannito, in aere, & persona, & qui impune offendi potest, & n. 8. dicit, hoc etiam procedere in bannito capitalitèr, & cū publicatione bonorum condemnato, nam hic adhuc non amittit ea, quæ sunt juris communis, sed amittit tantum beneficia inducenda à statutis illius Civitatis, in qua fuit bannitus. Farinac. d. qu. 102. n. 76. Merlinus de legitima. lib. 4. tit. 1. qu. 4. n. 2. & 3. Grandis de bello exulum, prædicamento pati. qu. 3. speciali 63. post n. 1. & *Marfil. in conf. 57. n. 21. & conf. 131. n. 42.* nam bannitus perdit omnia jura suæ Civitatis. Bart. in l. cum mulier. n. 5. ff. solut. matrim. Marant. in fing. ver. bannitus per tex. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capitis diminut. Placa in epit. delictor. lib. 1. cap. 44. n. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 45. per totam, & Ripa in lex facta. §. ex facto. à n. 14. usque ad 17. ff. ad Sen. Conf. Trebell. ubi n. 18. dicit, quod bannitus à Papa, vel Imperatore perdit omnia jura communia, & municipalia. Sed quia in Regno Neapol. per Const. Reg. pœnam eorum, disponitur, ut forjudicatus hostis publicus reputetur,*

tur, idèd non solum amittit beneficia indu-
cta per statuta municipalia, sed ea quoq; quæ
sunt juris communis. Bar. in qu. Lucanæ Ci-
vitat. n. 26. Grandis d. special. 63. n. 2. & Cam-
pana de forjud. resol. 20. n. 1. cum duob. seq. &
latè Ciarlinus contrav. forens. lib. 2. cap. 161.
per totum, & quando quis est bannitus in
aere, & persona cum publicatione bonorum,
& cum expressa pœna, ut impunè offendi
possit, tunc amittit etiam commoda juris
communis. Peregrin. de jure fisci. lib. 3. tit. 7.
n. 26. cum duob. seq. Caball. ref. crim. ca. 222.
n. 26. *Revit. in rub. ac exulibus* n. 37. & Mer-
lin. de legitim. lib. 5. tit. 2. qu. 19. n. 2. 4. & post.
n. 8. ubi n. 3. dicit, quòd si disponat statutum,
ut Rantibus filiis masculis, filæ fœminæ non
succedant, prout est in Regno nostro per Con-
stitutionem Regni, in aliquibus, si adsit filius
bannitus in aere, & persona, iste non exclu-
dit fœminas, citat Peregrin. d. tit. 7. n. 12. cum
duob. seq. & *idem tenet Caphalus* conf. 22. n.
21. vol. 1. *Michalor. de fratrib. par. 7. cap. 11. à*
n. 181. usq; ad 185. Menoch. de præsumpt. lib.
5. præsumpt. 45. post n. 6. & Mastrill. dec. 165.
n. 18. sed contrarium disponitur in Regno
nostro per Constitutionem Regni, ob filio-
rum versu. autem, & dicam infra cap. sequen-
post n. 7. Et bannitus pro crimine læsæ Maie-
statis amittit Civitatem, & jura civilia cete-
ris communia. Bart. in extravaganti, qui sint
rebelles in vers. rebellando. n. 12. & 13. Bos-
pract. crimin. de crim. læsæ Majest. n. 12 & 13.
Menoch. conf. 101. n. 3. & Burd. de alimentis.
tit. 7. qu. 26. n. 14.
58 Et an, & quando mors civilis æquiparatur
morti naturali, vide Bos. pract. crim. tit. de
bonorum publicatione. à n. 35. usque ad n. 40.
Farinac. in frag. par. 2. ver. mors, à n. 358. usq;
ad n. 386. *Riccium in coll. 3565. cum duobus*
seq. & Revert. in dec. 56. n. 5.

S U M M A R I U M.

- 1 **C**onfiscatio bonorum pro quibus delictis
imponi possit? & quod locum habeat
usque ad n. 7.
- 7 Pater forjudicati, si decedat, an Fiscus suc-
cedat in portionem filii forjudicati?
- 8 Pater præteriens filium forjudicatum ejus te-
stamentum valet, & filio forjudicato non
detur legitima, immò pater exhæredans
filium forjudicatum, vel hæreticum, valet
exhæredatio, & pater potest gravare filium
de restituendo hæreditatem alicui in casu,
quo ejus bona venirent. confiscanda, & hoc
etiam quoad legitimam n. 9.
- 10 Bona, quæ subjacent fideicommissis, & alie-
nari prohibita per testatorem non veniunt
in confiscationem bonorum: sed jura condi-
tionalia an veniant in confiscationem ibid.
- 11 Hæreditas si sit relicta delinquenti, qui eam
non adivit, non transmititur ad Fiscum.
- 12 Donationem per forjudicatum factam ante
forjudicationem alicui absentis, & Nota-
rio pro eo acceptante, Fiscus revocare non
potest.
- 13 Donatus si donavit omnia bona sua cum re-
servatione testandi de certa quantitate, si

- forjudicetur, anteq dispositionem, an reser-
vatum spectat ad Fiscum?
- 14 Dos an publicetur, muliere effecta forjudi-
cata?
 - 15 Dos non publicatur, publicatis bonis viri.
 - 16 Peculium filii familias, an confiscetur per
forjudicationem ipsius filii, vel ejus pa-
tris? & num. 17.
 - 18 Legitima filii non confiscatur, vivo patre
ob delictum ipsius filii, vel patris, & n.
22. cum trib. n. seq.
 - 19 Alimenta an spectant ad Fiscum, publica-
tis bonis illius, cui debentur alimenta.
 - 20 Ususfructus an spectat ad Fiscum, publica-
tis bonis usufructuarii?
 - 26 Confiscatio bonorum fieri non potest, si non
constat de corpore delicti.
 - 27 Universitas, & consanguinei forjudicati
compelluntur emere bona forjudicati, quan-
do non invenitur iustus emptor.
 - 28 Bona vassalli forjudicati, an spectent ad Ba-
roneum, vel ad Regium Fiscum?
 - 29 Feudum cui applicetur, feudatario effecto
forjudicato, & quid in re emphyteutica-
ria? num. 30.
 - 31 Jus patronatus an confiscari possit?
 - 32 Neapolitanorum forjudicatorum bona non
confiscantur, sed applicantur proximiori-
bus in gradu, & num. 33.
 - 34 Dominus si unus erat tempore delicti, &
alius sit tempore forjudicationis ad quem
eorum, bona forjudicati spectant?
 - 35 Bona forjudicati ad quem Dominum spe-
ctant, si sint sita in diversis Territoriis?
usque ad n. 39.
 - 40 Fiscus, qui occupat bona forjudicati non te-
netur solvere interesse hæredibus occisi.
 - 41 Debitor solvens creditoribus suo effecto forjudi-
cato non liberatur.
 - 42 Bona contumacis an spectent ad Fiscum
elapso anno, sed non dum lata contra eum
sententia forjudicationis?
 - 43 Fiscus an possit revocare alienationem re-
rum ante, vel post delictum per delinquen-
tem factam, & n. 44.
 - 45 Confiscationis jus quanto tempore præscri-
batur?
 - 46 Forjudicatus restitutus an teneatur solvere
debita suis creditoribus? & n. 47.
 - 48 Fiscus, confiscatis bonis forjudicati, tene-
tur solvere debita creditoribus dicti forju-
dicati.
 - 49 Bona reperta super forjudicatos ad quem
spectant?
 - 50 Domus forjudicati an possit destrui? & n. 51.
 - 52 Sententia confiscationis bonorum non tenet,
ubi à lege, vel statuto non sit imposita con-
fiscatio.
 - 53 Bona forjudicati per Curiam baronalem spe-
ctant ad Baroneum.

CAP. XVI.

De bonis forjudicatorum
confiscandis.

N pluribus delictis est imposita pœna confiscationis omnium, vel partium bonorum contrà delinquentes, de quibus per Carrerium in practica crimin. tit. de homicidio. ver. quæ autem constitutiones per totum. Et per statutum, vel consuetudinem potest imponi confiscatio bonorum, in pœnam alicujus delicti. Farinac. in pract. crim. tit. de delictis, & panis. quæst. 25. n. 10. & 18. Peregr. de jure fisci. lib. 5. tit. 1. n. 8. & 20. & Cabal. resol. crim. casu 127. n. 20. cum duobus seq. & casu 237. n. 17. & Prorex potest imponere pœnam confiscationis, etiam omnium bonorum contrà aliquem. Ponte de potest. Proreg. tit. 1. in princip. n. 20. & 22, ubi n. 23. & 28. dicit hoc facere posse etiam contrà Neapolitanos, licet per prag. 2. de immunit. Neap. eorum bona ex privilegio confiscari non possint, nisi præ crimine læsæ Majestatis Divinæ, & humanæ, & idem tenet Sanfelicius dec. 135. Sed Judices inferiores non possunt imponere pœnam confiscationis omnium bonorum, absq; licentiâ Principis. l. unica. C. ne sine jussu Principis, & Constantius in l. 1. n. 44. C. panis fisci lib. creditores præferri.

2 Et quando quis est condemnatus, pro delicto, pro quo est imposita pœna publicæ bonorum, si habet descendentes, vel ascendentes in infinitum, vel collaterales usque ad tertium gradum, ejus bona illis publicantur, quibus deficientibus Fisco applicantur. Auth. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum. Clarus pract. crim. §. fin. qu. 78. n. 1. & 2. Peregrin. in d. tit. 1. n. 4. & Farinac. d. qu. 25. n. 1. cum pluribus seq.

Sed hoc fallit, & primo in crimine læsæ Majestatis humanæ, pro quo bona delinquentis applicantur Fisco, exclusis omnibus descendentes, ascendentes, & collateralibus delinquentis. l. quisquis. C. ad legē Jul. Majest. et d. Auth. bona damnatorum in fin. Cap. Regni nuper apud Trani. cap. Regni, & si frequenter. cap. Regni bona proditorum prag. 1. de bonis proditorum. Guidon Papa dec. 76. & Anna in sing. 211. quod procedit etiam contra Neapolitanos, quorum bona publicantur propter crimen læsæ Majestatis humanæ, & Divinæ. prag. 2. de immunitate Neapolitanorum, & bona committentis crimen læsæ Majestatis humanæ, et Divinæ applicantur fisco ipso jure commisso delicto, ut in d. cap. Regni bona proditorum, & Sebast. de Neapol. in d. cap. Regni nuper apud Trani. n. 11. cum pluribus seq. Sed de jure communi sunt qui tenent, quod in crimine læsæ Majestatis humanæ bona reorum non dicantur confiscata ipso jure. Boss. in pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis. n. 72. cum duobus seq., & n. 122. Cabal. resol. crim. casu 295. n. 39. cum duobus seq. Marinis in observ. ad Revert. 126. & Riccius in coll. 568. Alii

vero tenent quod etiam de jure communi bona committentis tale crimen dicantur confiscata ipso jure commisso delicto, ita Clarus in pract. crim. §. læsæ Majestatis. n. 9. Sed licet bona applicantur Fisco ipso jure propter d. crimen, tamen requiritur declaratio Judicis talem incidisse in rebellionem, ut prædicta bona capi possint per Fiscum. Clarus in d. §. læsæ Majestatis. d. n. 9. Sebast. de Neap. in d. cap. Regni nuper apud Trani, & ibi Nigris n. 40. Bossius in d. tit. de crimine læsæ Majestatis. n. 75. Capicius dec. 120. Carrer. in d. ver. expedit. 20. n. 21. fol. mihi 275. Revert. dec. 72. & ibi Marinis n. 1. & 2. & dec. 92. ubi etiam Marinis, & Carleval. de judiciis. tom. 2. tit. 2. disp. 1. a n. 39. usque ad finem, & an confiscatio bonorum habeat locum contra condemnatum pœna extraordinariâ de crimine læsæ Majestatis? vide Ponte conf. 90. post. n. 27. ver. ex his ni fallor vol. 1.

Et idem est in falsificante monetas, cujus bona publicantur & Fisco applicantur. l. 2. C. de falsa moneta. const. Regni adulterinam, cum const. seq., & cap. Regni, ut quæ ab excellentia.

Secundo fallit in crimine hæresis, pro quo bona delinquentis confiscantur, & Fisco applicantur exclusis filiis hæretici, ut in auth. Gazaro. C. de hæreticis. cap. cum secundum de hæreticis in 6. Const. Regni in consutilem, & Const. Regni apostatantes. Anna in d. sing. 211. & Farinac. de hæres. qu. 190. §. 1. a n. 1. usque ad n. 29. Sed licet bona hæreticorum dicantur confiscata ipso jure, commisso delicto, tamen debet procedere Judicis Ecclesiastici declaratio, ut hæreticorum bona capi possint per Fiscum. ut in d. cap. cum secundum. Cabal. resol. crim. casu 295. Riccius in coll. 568. Boss. in pract. crim. tit. de hæreticis. n. 26. Carrer. in pract. crim. tit. de hæreticis. ver. expedit. n. 20 & seq. fol. 275. & Rovitus in prag. 1. n. 10. de bonis proditorum.

Tertio fallit quando per aliquam legem, vel statutum non est imposita confiscatio omnium bonorum, sed partis tantum, puta dimidia tertia, vel alterius quotæ, quia tunc in parte succedit Fiscus tantum, & in hoc non procedit textus in d. autentica bona damnator. Guazzinus ad defensam reorum defehs. 8. cap. 1. n. 5. Boerius in dec. 264. n. 15. Peregr. d. tit. 1. n. 11. in fin., & Cabal. resol. crim. cas. 238.

3 Et licet aliqui dicant, quod bona damnatorum ad mortem ratione contumaciæ, & ex forma statuti non publicentur, ut tenet Follet. in pract. crim. in 4. parte 2. partis rub. & si confitebuntur n. 44. Chartar. de execut. sent. cap. 1. n. 289. cum duobus seq. & Peregr. in d. tit. 1. n. 9. 10. & 22., tamen hoc debet intelligi, quando adsunt descendentes, ascendentes, vel collaterales usque ad tertium gradum condemnati in contumaciâ, nam tunc succedunt excluso Fisco. ita Caphalus in conf. 79. per totum, & præcipue n. 11. lib. 1. & Capriol. de success. ab intest. lib. 1. n. 38.

4 Et in Regno Neapolitano est statutum, quod quando forjudicatus habet descendentes, tunc si habet unum filium natum, vel conceptum ante forjudicationem, & debet bona burgensia-

satica, tunc de illis fit divisio, & medietas spectat ad filium, & altera medietas ad Fiscum. Sed si forjudicatus habet duos filios, & tunc fit divisio bonorum prædictorum in tres partes, quarum dua erunt duorum filiorum, & tertia pars erit Fisci, quod si plures filii sint, & tunc Fiscus semper est loco unius filii ut in const. Regni forjudicatorum bona, & Monachus connumeratur inter filios, & succedit Monasterium, & hoc etiam si Monachus mortuus sit ante forjudicationem sui patris. Carrerius in pract.crimin.tit.de appellat.ver. 7.casus est.n.75.fol.miki 18.& Arnon.in epit. 67. Sed bona mobilia patris forjudicati spectant ad Fiscum, dato quod forjudicatus habeat filios. Foller.in pract.crim. rub.adnotentur bona contumacis post n.1. Afflict.in const. Regni forjudicatorum bona. n.4. & in const. Regni si quando per illum texum n.10. Dautza de pugna DD.tom.1.tit.de forjudicat.cap. 1.n.5. & 6. & Bajard.ad Clarum. §. fin. qu. 44. n.8. in fine, & in portione reservata filiis in bonis patris confiscatis, pater non habet usumfructum. Michalor. de fratrib. par. 1. ca. 2. n. 40. Et quando bona forjudicati sunt dividenda inter Fiscum, & filios, Fiscus facit divisionem, & eligit portionem ad se spectantem. Constant. in l. 1. n. 9. cum duobus seq. C. de vendit. rerum fiscal. lib. 10. Quod si divisio bonis forjudicati inter Fiscum, & filios forjudicati, nascantur alii filii, hi non possunt petere eorum portionem. Nellus de bannitis in 2. par. 3. temp. n. 10. Bossius in pract.crim. tit. de bonorum confiscatione. n. 39. & faciunt dicta per Merlinum de legitima. lib. 3. tit. 1. qu. 29. n. 20. & per Farinac. in tit. de delictis, & penis. qu. 24. n. 42. & seq. Sed tunc filii nati post patris forjudicationem non admittuntur, quando concepti sunt post forjudicationem patris, alias si ante, quia tunc admittuntur. l. 1. §. 1. ff. de bonis damnatorum. Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad S.C. Trebell. Franch. dec. 102. Capriol. in d. lib. 1. n. 39. & seq. & Peregr. in d. tit. 1. n. 40. & seq.

5 Si vero forjudicatus non habeat descendentes, sed habeat ascendentes, & tunc ascendentes succedunt in bonis forjudicati, excluso Fisco, qui nullam portionem habere debet in bonis forjudicati. Carrerius in d. ver. septimus casus est. n. 74. & Sanfel. dec. 393. à n. 5. usque ad n. 10. Sed in feudis de novo quæsitis per feudatarium forjudicatum non succedunt ascendentes, sed succedit Fiscus exclusis ascendentibus, ut in d. const. Regni forjudicatorum bona, & Carrerius in d. n. 74.

6 Sed si forjudicatus non habeat descendentes, & ascendentes, sed habeat collaterales usque ad tertium gradum, tunc collaterales succedunt, excluso Fisco, in bonis forjudicati. Marciannus conf. 19. tom. 2. & Marinis in observ. ad dec. Rovit. 143. per totam, ubi etiam dicit, quod si feudatarius forjudicatus non habeat descendentes, sed habeat collaterales, qui de jure sunt successibiles in feudo, collaterales excluso Fisco in feudo succedunt, & si cum patre, & matre forjudicati concurrant fratres forjudicati, tunc omnes succedunt, excluso Fisco, in bonis burgensaticis

forjudicati. juxta Authent. defuncto. C. ad Senatus Consul. Tertull. Carrerius d. n. 74. & Marciannus d. conf. 19. n. 10. & seq. tom. 2.

7 Et quando decedit pater ab intestato, filius forjudicatus non succedit patri, sed succedunt alii filii, Foller. pract. crim. rub. forjudicentur, n. 20. & Ludovic. dec. Perusina 11. Et fiscus nihil potest pretendere super bonis patris filii forjudicati. Boss. d. tit. de bonorum publicatione n. 27. & patre mortuo ab intestato post bannum filii condemnati in confiscatione bonorum, fiscus non potest loco dicti filii aliquid consequi in d. bonis etiam quoad legitimam. Caball. resolut. crim. casu 264. in princ. nam forjudicatus est incapax successione sibi delata etiam respectu legitimæ. Merlinus in decisionib. quas ponit in fine sui tractat. de legitima dec. 27. unde merito si filius vivente patre, sit forjudicatus, si postea pater moriatur, integraliter hæreditas patris defertur sequentibus in gradu, & aliis ab intestato venientibus, & fiscus ex personâ filii forjudicati non potest pretendere, neque legitimam in bonis patris filii forjudicati. Alex. conf. 27. lib. 1. Soecin. jun. conf. 51. lib. 1. Covar. variar. resol. lib. 2. cap. 8. post n. 7. vers. sic delinquentem filio. Farinac. d. quæst. 24. n. 19. Persp. de jure fisci. lib. 3. tit. 7. n. 31. & 42. & Merlinus de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 33. n. 4. cum plurib. seq. sed Const. Regni ob filiorum, vers. si autem, dicit, quod in portionem filii forjudicati succedit fiscus in bonis patris filii forjudicati, quando pater decedit ab intestato, unde si moriatur pater forjudicati, superstiti filio forjudicato, & sorore in capillo, d. patri succedit fiscus cum onere dotandi sororem, sed si soror sit dotata, & tunc in totum fiscus succedit. Foller. d. rub. forjudicentur. n. 21. Quod si pater relinquat tantum filium forjudicatum, & tunc a fortiori succedit fiscus in bonis patris, decedenti ab intestato, ut in d. Const. Regni ob filiorum, Foller. pract. crim. rub. annotentur bona contumacis. n. 20. & Carrerius d. vers. septimus casus est. n. 78. & seq. Sed si filius feudatarii, vivo feudatario committat crimen læsæ Majestatis, mortuo feudatario est locus successorio Edicto, fisco penitus excluso, Marinis in observat. ad dec. Revers. 96. post n. 2. & a fortiori si filius primogenitus sit forjudicatus pro alio delicto, mortuo patre feudatario in feudo succedit filius secundogenitus, excluso fisco. Revers. in dec. 143. Thor. in comp. dec. ver. secundogenitus fol. 495. & Mastrillus dec. 165. n. 19.

8 Sed pater preteriens filium forjudicatum ejus testamentum dicitur validum, & non rumpitur, nam filio forjudicato non debetur legitima, cum ipse pro mortuo habeatur. Bal. in l. si quæ pænâ, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris, Curtius junior. conf. 182. n. 8. & seq. Petra de fideicom. quæst. 2. n. 14. Revers. dec. 143. & Marf. prac. crim. §. aggredior. n. 88. licet Amend. ad Franch. dec. 204. n. 8. teneat, quod testamentum patris, in quo præterit filium bannitum, sit nullum, tamen contrarium tenent Eugenio conf. 69. n. 21. & 22. & Cabal. d. casu 264. n. 23. & seq. n. 39. & 47. & vide

vide, quodd dixi supra cap. præcedenti, n. 4. & 5. & filio bannito in aere, & persona cum publicatione bonorum, & facultate, ut impunè occidi possit, non debet a patre relinqui legitima titulo institutionis. ita Merlinus de legitima. lib. 5. tit. 2. quæst. 19. per totam.

9. Immo si pater filium forjudicatum exhæredat, valet exhereditatio, *Petra d. quæst. 3. n. 14.* nam sola forjudicatio est iusta causa exhæredationis unde fiscus nihil debet habere. *Farinac. d. quæst. 25. n. 27.* Merlinus de legitima, lib. 4. tit. 1. quæst. 4. *Afflictus in Const. Regni. ob filiorum culpas in secundo notabili. n. 20. & ibi Hisernia. Rever. dec. 143. & Foller. præct. crim. sub. annotentur bona contumacis n. 21.* ubi n. seq. dicit, quodd si pater relinquat certum quid filio forjudicato, ut in eo tantum succedat fiscus, in hoc casu fiscus potest tantum petere relictum a patre, & non virilem tangentem filio forjudicato, & idem tenent *Curtius junior. conf. 182. n. 4. cum plurib. seq. Afflictus in d. const. ob filiorum culpas n. 3. & Caball. d. casu 264. n. 26.* Et quodd magis est, pater potest prohibere in testamento, ut filius privetur hæreditate paterna, & alteri transmittatur in casu, quo filius delinquat, & ejus bona essent confiscanda, & talis prohibitio valet etiam in præjudicium fisci. *Boff. præct. crim. tit. de bonorum publicatione. n. 30. & seq. Farinac. d. qu. 25. n. 25. cum duob. seq. & in conf. crim. 173. tom. 2. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 56. n. 50. & 51. & Peregr. in d. tit. 1. n. 103. cum pluribus seq. & maxime quando pater hoc facit, ut bona conferrentur in familia. l. Imperator. ubi Bar. ff. de fideicom. libert. sed hoc non procedit quoad legitimam, quæ tali prohibitione non obstante, legitima applicatur fisco. *Farinac. d. quæst. 25. n. 40. Michalor. d. cap. 56. n. 52. & Peregr. d. tit. 1. n. 104.* nisi pater prohibuerit etiam quoad legitimam, quia tunc in tali casu prohibitio valet etiam quoad legitimam *Farinac. d. quæst. 25. n. 45. in fine.* Merlinus de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 32. n. 3. & ita decidit testatur *Mastrillus dec. 181.* quod est notandum, nam regulariter pater non potest gravare filium, quoad legitimam. *glos. in l. precibus, C. de precib. imper. offerend. Affl. & dec. 38. n. 4. Ferrat. cautela 35. Borrell. conf. 51. n. 1. & latè Fusarius de substitutionib. quæst. 296. per totam.* & legitime nullum potest imponi gravamen per testatorem, & appositum, ipso jure reicitur. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. Merlin. de legitima. lib. 2. tit. 2. quæst. 5. n. 1. & lib. 3. tit. 2. quæst. 1. n. 2. tamen quando filius est universaliter hæres institutus a patre, & fideicommissio gravatus, potest in d. fideicommissio includi legitima a d. patre. *Merlin. d. lib. 3. tit. 2. quæst. 8.* Unde confiscatis deinde bonis dicit filii sic gravati, fiscus excluditur etiam a legitima, ut decisum refert. *Revert. in dec. 336. n. 3.* & onus in legitima substituitur ratione excessus, puta si major quantitas relinquatur, quam importat legitima, dummodò onus expresse a patre sit impositum in legitimam. *Merlin. d. lib. 3. tit. 2. quæst. 7. de quo vide Fusarium in d. quæst. 296. & Marcianum in conf. 29. tom. 2. & filius hæreticus potest a patre**

exhæredari, *Garrerus præct. crim. tit. de hæreticis. vers. nunc de pœnis. n. 35. fol. mihi 278.* Immo si sit hæres institutus non potest capere hæreditatem, cum hæreticus, nec ab intestato, nec ex testamento succedere possit. *Auth. credentes. C. de hæret. & Capriol. de luccession. ab int. lib. 1. n. 36. Et pater nequit tenetur relinquere legitimam filio committenti crimen læsæ Majestatis, & illum exheredando, vel præter eundo, non rumpitur testamentum. Farinac. præct. crim. tit. de delictis, & pœnis. qu. 24. n. 18.*

20. Et bona, quæ subjacent fideicommissio, non veniunt in confiscatione bonorum, *Clar. d. quæst. 78. vers. item quæro. Farinac. d. quæst. 25. n. 22. Revert. in dec. 336. n. 2. & ibi Marinus n. 1. & quotid. resol. lib. 1. cap. 148. a. n. 17. usque ad finem. & lib. 2. cap. 18. n. 2. cum duob. seq. Pascal. de vir. pat. potest. part. 4. cap. 5. n. 18. Fusar. de subst. quæst. 129. n. 1. & 2. Mars. de bannitis, vers. confiscata. n. 14. ubi n. 12. dicit, quod in generali confiscatione bonorum non veniunt bona alienari prohibita per testatorem. *Clarus d. vers. item quæro. Gabriel. commun. conclus. lib. 7. conclus. 24. Caravita in ritu. 132. n. 5. & 6. Costa in suis memorialibus var. confiscatio in fine, & vers. testamentum in quo. Paschal. in d. cap. 5. d. n. 18. Horatius Montano controuv. 51. & Farinac. d. quæst. 25. n. 22. ubi n. 31. dicit idem esse in bonis dividi prohibitis usque ad certum tempus, quæ neque veniunt in confessione bonorum, ut dicit d. Farinac. ibi, & prohibita alienatione censetur etiam prohibita confiscatio. *Ruinus conf. 25. n. 10. vol. 5. Roland. a Valle conf. 59. n. 8. vol. 1. & in conf. 98. n. 14. vol. 2. & Mascard. de probat. concl. 1242. n. 110. & vide Peregr. in d. tit. 1. n. 98. cum pluribus seq. Et confiscatio bonorum rebellis, non comprehendit bona fideicommissio subiecta in damnum eorum, qui ad fideicommissum vocantur, ut in dec. R. C. S. relato a Marinis in sue decis. Revert. in n. 680. fol. 956. & an in confiscatione veniant jura conditionalia, vide *Catalanum de indulto. cap. 17. n. 94.* cum plur. n. seq. & quodd veniant jura conditionalia in confiscatione bonorum, tenet *Caball. resol. crim. casu 264. n. 2. ubi n. 50. vers. quod si banniti, & vers. posset, dat cautelam, ut pater instituat extraneum hæredem, & enim gravet de restituendo hæreditatē ipsius, filio bannito, quando habuerit gratiam, vel instituat filium bannitum sub conditione, quando habuerit gratiam pro primâ cautela, citat *Durant. de arte testandi. tit. 1. de his, qui non habent factionem testamenti. caut. 10. & secundum primam cautelam, idem tenet Capriol. de lucc. ab int. lib. 1. n. 31. & pro secunda cautela citat Cepol. caut. 38. n. 3. vers. & ista, & utramque cautelam dat *Farinac. d. qu. 25. n. 28. & d. q. 102. n. 107. & seq.* Sed quod jura conditionalia non veniant in confiscatione, dicunt *Surd. de alimentis. tit. 8. privilegio 19. n. 19. Peregr. d. tit. 1. n. 92. & seq. Gomesius var. resol. lib. 3. cap. 14. n. 2. ubi tamen dicit hoc procedere, si jura conditionalia veniant ex ultima voluntate per l. substitutio. ff. de acquir. rerum domin. secus si ex contractibus, quia tunc veniunt in confiscatione bonorum.******

notum, ut ita etiam distinguit Farinac. d. q. 25. a n. 142. usque ad n. 147. *Sed si pater stipulatus sit, dotem filia sua sibi redi, soluto matrimonio, ipso patre delinquente, fiscus ex patris stipulatione ad dictam dotem repetendam non admittitur.* Vulpel. conf. 112. n. 6. & Giannius in tit. de oppositionibus dandis contra fiscum ad factorem rei, quem posuit in fine secundi tomi discept. crim. n. 46. & vide infra in n. 25. in fine.

¶ Quod si delinquenti sit delata aliqua hæreditas, sed non dum per ipsum sit adita, delinquente postea effecto contumace, hæreditas non confiscatur, cum illud jus adeundi non transmittatur ad fiscum. Nellus de bannitis, in 1. p. secundi temporis, n. 30. & Farinac. d. q. 25. n. 141. Immo licet hæreditas patris non adita per filium in potestate existentem, transmittatur ad hæredes extraneos ipsius filii, t. apud hostes, C. de suis, & legit. hæred. l. 3. C. de jure deliberandi. l. 2. §. si quis ex liberis, ff. ad Trebell. Thes. dec. 88. & 248. n. 11. & Latro dec. 84. n. 7. tamen hæreditas non transmittitur ad fiscum, qui ex delicto filii vult confiscare bona filii. Masrill. dec. 277. n. 22. cum plurib. n. seq. ubi n. 53. dicit quod licet dominium rei legatæ transeat in legatarium a morte testatoris, tamen intelligitur, si agnoscat, & antè acceptationem non dicitur jus quæsitum, ita ut veniat in confiscationem propter delictum commissum per legatarium postquam ipsi fuit relictum d. legatum; sed quod delatæ hæreditate delinquenti, sequentia confiscatione, jus adeundi transeat in fiscum, si illud jus adeundi transiret ad extraneos hæredes, aliàs secus, dicunt Tartag. pract. crim. cap. 17. post n. 2. ver. sed quid si delata, Clar. d. q. 78. ver. sæpè cōtingit. Boss. d. tit. de bonorum publicatione. n. 17. & 74. & Farinac. d. q. 25. n. 141. in fine, sed Cabal. resol. crim. casu 264. n. 12. dicit, quod si antè delictum delata sit filio paterna hæreditas, & tempore condemnationis, adhuc illi non se immiscuisset, fiscus illam prætere non potest. & n. 13. dicit, quod si vivente patre, filius delinquit, & mortuo patre, formiter inquisitio, & sequatur condemnatio cum confiscatione bonorum, talis paterna hæreditas non adita per filium, licet ante condemnationem delata, tamen non transit in fiscum, sed tutius est, ut talis bannitus repudiet d. hæreditatem, ut dicit Cabal. ibi, nam delinquens potest repudiare hæreditatem, vel aliquod jus non acquirere in præjudicium fisci. Boss. d. tit. de bonorum publicat. n. 29. Franch. dec. 101. n. 6. Bellis tractat. variar. lib. 4. quæst. 9. n. 12. cum tribus sequentib. & vide Peregr. in 4. tit. 1. n. 190. cum trib. seq.

Sunt aliqui, qui tenent, quod fiscus succedit bannito, & forjudicatus, etiam in bonis quæsitis post bannum, & forjudicationem, ita Grammat. conf. crim. 7. n. 2. & Tartag. in pract. crim. cap. 17. post n. 2. ver. dicunt etiam Doctores, qui citat tex. in l. 2. C. de bonis profer. Sed alii tenent contrarium, & sic, quod in confiscatione bonorum veniunt tantum bona præsentia, & non futura, nam bona quæsitæ post bannum, vel forjudicationem

in fiscum non transeunt. Nellus de bannitis in 1. par. 2. temporis, n. 18. Boss. pract. crim. tit. de bonorum confiscatione. n. 15. 66. & 80. Rovit. in rubr. de sent. forjud. n. 16. Clar. d. q. 78. ver. ulterius quæro, Marf. de bannitis. verf. confiscata. n. 8. Cabal. resol. crim. casu 264. n. 9. & 18. cum duob. seq. & n. 42. & seq. Catalan. de indulto. cap. 2. n. 63. & cap. 17. n. 85. cum plur. seq. Garzia a Toledo in dicto 469. Menoch. conf. 101. n. 13. & 14. Merlin. controv. foren. tom. 2. cap. 20. & 21. Gomes. var. resol. lib. 3. cap. 14. n. 1. Surd. de alimentis, tit. 8. privilegio. 59. n. 17. & seq. Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, d. q. 24. n. 20. & d. q. 25. n. 138. qui moventur ex tex. in l. si mandavero, §. is cujus, ff. mandati Nam appellatione bonorum, non veniunt bona futura, quando agitur de gravi præjudicio. Mascard. de probat. conclus. 206. n. 2. ubi n. 3. dicit, quod dispositio in penalibus non debet extendi ad bona futura, & ideo ad bona futura non extenditur confiscatio. Magon. dec. Florentia 99. n. 2. & seq. Peregr. de jure fisci lib. 3. tit. 7. n. 46. & lib. 9. d. tit. 1. n. 132. & seq. Cravetta in conf. 925. n. 13. in conf. 941. n. 1. & in conf. 970. n. 2. vol. 5. & Masrillus in dec. 165. n. 31. cum tribus sequent. sed primam opinionem tenet Camp. de forjudic. resol. 19. per totam. & vide Ursillum ad Afflictum dec. 127. n. 4. & 5.

¶ Quod si quis donat absenti, & Notario acceptante pro ipso absente, si donans post donationem delinquat, & forjudicetur, in hoc casu fiscus non potest revocare dictam donationem, & confiscare bona donata in præjudicium donatarii, ut ita decisum testatur Thes. dec. 124. & Cabal. resol. crim. casu 207. Prout idem est in hæredibus donantis, qui neque possunt donationem factam a testatore revocare, antequam donatarius eam acceptaverit, Franch. dec. 339. & Sperell. dec. 81. n. 36. par. 1. & in dec. 170. n. 31. part. 2. Et donans si in sua vita non revocat donationem factam absenti, per ejus mortem donatio non evanescit. Surdus dec. 111. n. 5. San. Nic. dec. 191. n. 3. Et donatio absenti facta Notario pro ipso stipulante potest acceptari etiam post donantis obitum per donatarium: Sperellus dec. 170. part. 2. ubi n. 48. & 50. dicit, secus esse, si donatio sit facta per epistolam, vel per nuncium, nam si antequam litera vel nuncius perveniat in posse donatarii, donans decedat, donatio annullatur, & idem tenet Ripa in l. admonendi n. 136. ff. de jure jurando. Et è contrario, neque jus ratificandi transit ad fiscum, si erat facta donatio alicui absenti, qui postea fuit forjudicatus, si de ejus ratificatione non appareat, licet adesset constitutum, & stipulatio Notarii pro donatario absente, ita Masrill. dec. 277. n. 56. Et quando donatarius decedit, antequam donationem acceptaverit, annullatur donatio, ita ut ejus hæredes eam acceptare non possint, Paul. de Castro conf. 195. vol. 2. & Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 77. in fine, sed contrarium tenent Clar. §. donatio, q. 13. verf. tertius est casus, & Anna conf. 109.

Et scias, quod si donatarius committat causam ingratitudinis contra donantem, si ante-

antequam donans revocaret donationem, sit effectus forjudicatus, fiscus donationem revocare non potest, nam ius revocandi donationem ob ingratitudinem non transit in fiscum, Anna sing. 292. & *Peregrin. in d. lib. 5. d. tit. 1. n. 92.* prout etiam neque transit ad hæres ipsius donantis, si donans in vita non revocavit, l. fin. C. de revocand. donat. & cap. fin. extra de donat. sed hæres donantis potest donationem revocare propter supervenientiam filiorum donantis, dato, quod donans in vita non declaraverit animum suum revocaverit donationem, Valas. dec. Lusitana 31. in 2. dubio. Sed alii tenent, quod si facta donatione nascantur filii, & donans non revocandi donationem per biennium, eo mortuo, si i possunt donata avocare saltem usque ad eorum legitimam, ita Thes. dec. 121. *Et an fiscus confiscatis bonis possit revocare donationem per supervenientiam filiorum donantis? vide Peregr. in d. tit. 1. n. 149. cum duo seq.*

23 Sed si donans donavit omnia bona sua alicui cum reservatione testandi de certa quantitate, si donans antequam disponat, forjudicetur, tunc reservatum spectat ad fiscum, & non ad donatarium. Franch. dec. 600. & faciunt scripta per eundem Franch. dec. 45. *Et licet Marius Muta in dec. 49. n. 14. dicat contrarium fuisse decisum, tamen ibi fuit de æquitate dum donatarius erat filius donantis secus si donatarius sit persona extranea, quia tunc reservatum spectat ad fiscum.* *Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 88. a n. 7. usque ad finem.* nisi donans dixerit, quod si decesserit ab intestat. succedat in id, quod reservaverit donatarius quia tunc donatarius succedit. Thes. dec. 97. in fi. & Caball. res. crim. cas. 207. n. 14. usque ad fi. Sed alii tenent, quod si quis donat omnia bona sua presentia, & futura alicui cum reservatione testandi de certa quantitate, si donans postea efficiatur bannitus, & moriatur, & de quantitate prædicta reservata nullam faciat dispositionem, hæres ab intestato donantis succedit in quantitate reservata, excluso fisco, & donatario. Mastrill. dec. 277.

24 Et muliere effecta forjudicata, si ipsa sit vidua, etiam ejus dos publicatur. l. si constante, §. fin. ubi DD ff. sol. matrim. *Farin. d. q. 29. n. 112.* Secus si non sit vidua, & constante matrimonio efficiatur forjudicata, quia tunc ejus dos non confiscatur, nisi in quinq; casibus, l. quinque legibus, ff. de bonis damnat. Angel. Aret. de maleficiis, ver. & ejus bona publicamus, n. 29. *Farinac. quæst. 25. n. 112. & seq.* Nellus de bannitis in prima part. secundi temporis, n. 28. *Peregr. d. tit. 1. n. 117. & seq.* Boff. d. tit. de bonorum publicatione, n. 73. *Clar. d. quæst. 78. ver. quarto si bona, & Tartag. præd. crim. cap. 17. post n. 2. ver. publicatis, ubi dicit, quod quando dos, constante matrimonio, publicatur ob illos quinque casus positos in d. l. quinque legibus, nihil reservatur filiis ipsius mulieris, citat tex. in l. de bonis, C. de bonis proscript.* Sed si per pactum, vel per statutum maritus debeat lucrari partem dotis, & dos mulieris publicetur, constante matrimonio propter illos quin-

que casus, & tunc maritus potest agere contra fiscum, & summam probare pactum, vel producere statutum, & consequitur a fisco partem lucri prædictæ dotis, l. dos, §. a reo ff. de jure fisci, Bar. in l. quinq; legibus. Mar. de bannitis, ver. confiscata, n. 18. *Farinac. d. q. 25. n. 115. Peregr. d. tit. 1. n. 82. & Angel. Aret. d. ver. & ejus bona publicamus, n. 29. ubi August. in Add. dicit, quod in præjudicium patris dos filiarum forjudicata non publicatur. & idem tenet Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 15. n. 12. & hoc suo dos, sit profectitia, five adventitia. Peregr. d. tit. 1. n. 119.* Immo putatur, usufructum dotis confiscatæ propter delictum uxoris, constante matrimonio, spectare ad maritum, nam hic constante matrimonio est usufructuarius dotis, l. dotis fructus ff. de jure dotum, & l. pro oneribus, C. de jure dot. & ideo usufructus dotis mulieris forjudicatæ spectat ad maritum, constante matrimonio, ut in simili videmus, nam neque publicatur usufructus bonorum filii forjudicati, sed ad patrem spectat. *Amend. ad Franch. dec. 102. n. 11. Et bona dotalia constante matrimonio exequi non possunt pro debito uxoris Marinis quotid. resol. lib. 2. cap. 63. & cap. 237. n. 10. intellige si debitum uxoris sit contractum constante matrimonio, secus si ante, quia tunc possunt exequi, facta prius, discussionem cum muliere. Marin. ubi supra. Guid. Papa dec. 447. Franch. dec. 636. Capic. dec. 128. Cantar. dec. 24. Borrel. cons. 54. Ponte de potest. proreg. tit. 10. rub. de decretis Collateralis Consilii. n. 2. & latè Carleval. de judiciis tom. 2. disput. 19. & Riccius in coll. 1533. & omnia quesita per mulierem, constante matrimonio, non publicantur muliere effecta forjudicata, sed spectant ad maritum, dum dicta bona præsumantur, pervenisse ipsi uxori ex bonis viri, l. quintus mutius §. 2. ff. de donat. inter virum, & uxorem, & dicit Novar. q. forensi 98. p. 2. latè Mascard. de probat. in conclus. 30. per totam, in conclus. 214. & in conclus. 1081. n. 42. & Nevizzan. in silva nupt. lib. 4. a n. 20. usque ad n. 24. Immo acquisita per uxorem, marito mortuo, infra annum luctus dicuntur ei pervenisse de bonis mariti. Neviz. d. lib. 4. n. 21. Cancr. variar. resol. lib. 1. cap. 9. n. 76. & Mascard. de probat. conclus. 1415. n. 1. cum duob; seq. ubi n. 4. hoc ampliat etiam in acquisitis per viduam post annum luctus, si illa remansit in administratione bonorum mariti mortui, citat Boerium dec. 81. n. 8. sed acquisita per uxorem ex turpi lucro, non sunt mariti. Sanfelix. dec. 147. & de delictis bonis uxor potest testari. Thom. Ferrar. in cautela 6. Et acquisita ab uxore constante matrimonio confiscari non possunt propter hæres mariti. *Farinac. de hæresi quæst. 190. §. 3. n. 47. ubi n. 54. & seq. dicit, quod dos uxoris hæreticæ confiscari potest etiam in præjudicium mariti quoad usufructum.**

25 Publicatis bonis mariti, non publicantur jura dotalia uxoris, ut diximus supra cap. peccedenti, n. 9. nam delictum mariti uxori nocere non debet in dote. l. 1. C. ad leg. Juliam de vi publ. l. 1. C. de privileg. fisci, & toto tit. C. ne uxor pro marito, Caball. resol. crim. casu

casu 232. n.1. unde merito in confiscatione bonorum mariti non venit confiscanda dos uxoris, l. si quis post hac, ubi DD. & Auth. bona damnatorum. Cod. de bonis proscriptorum. l. si marito. in principio, ubi etiam DD. ff. solut. matrim. Const. Regni Patres, & const. Regni pana caveri volentes. cap. Regni. 133. Cabal. in d. casu 232. n.3. & Bossius in pract. crim. tit. de bonorum public. post n.72. Et confiscatis bonis viri neque venit confiscanda donatio propter nuptias, seu antephatum vel dotarium debitum dictæ uxori in bonis viri, ut in iuribus supra allegatis. Mastrillus dec. 283. & Capriol. de successione ab intestato. lib. 4. n. 73. Immo confiscatis bonis mariti propter crimen hæresis, non publicatur dos uxoris catholica. cap. decrevit. de hæreticis in 6., & Farinacius de hæresi. quæst. 190. §. 3. n. 43. ubi nu. 44. & seq. dicit idem esse in bonis paraphernalibus, & in donatione propter nuptias uxoris, quæ non publicantur propter crimen hæresis commissum à marito, ubi n. 47. dicit quod acquisita ab uxore, constante matrimonio, confiscari non possunt propter hæresim mariti, & confiscatis bonis mariti propter crimen læsæ Majestatis neque confiscatur dos uxoris. l. quis quis. §. uxores sanè. Cod. ad l. Jul. Majest. Caball. in d. casu 232. n. 4. & Surdus de alimentis tit. 1. quæst. 34. n. 4. & seq. & hoc etiam si uxor sequatur maritum de rebellionem condemnatum, & hostem civitatis effectum, nam adhuc ejus dos non publicatur. Caball. in d. casu 232. n. 5. Peregr. de jure fisci. lib. 5. tit. 1. post n. 82. Constant. in l. 1. n. 121. Cod. panis fiscal. cred. prefer. lib. 10. & Farinac. d. quæst. 25. n. 111. sed bona mariti confiscantur propter crimen læsæ Majestatis, & Mulier lucrata sit antephatum eà mortuà dictum antephatum spectat ad fiscum, & non ad filios masculos mariti. d. §. uxores sanè. Revert. decis. 92. n. 2. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 15. & lib. 2. cap. 22., & à fortiori confiscatis bonis mariti non confiscantur bona uxoris, quæ illa habet extra dotem, d. l. si quis post hac ubi habetur, quod uxor bona quæ habet extra dotem, confiscatis bonis mariti potest capere propria auctoritate. Farinac. d. qu. 25. n. 119. & Surdus in d. qu. 34. n. 10. prout etiam uxor capit bona dotalia propria auctoritate publicatis bonis sui mariti, ut dictum supra est in cap. precedenti n. 9. & quando bona uxoris presumantur data marito in dotem latè tractat Masc. de probat. concl. 211. 215. 577. Sic etiam publicatis bonis mariti non publicantur bona donata per maritum uxori constante matrimonio, nisi dicta bona sint donata uxori per maritum in fraudem fisci, vel uxor non reperiatur in possessione dictorum bonorum tempore confiscationis, quia tunc dicta bona donata per maritum sue uxori constante matrimonio, spectant ad Fiscum, ut in d. l. si quis post hac. Constantius in d. l. 1. à n. 140. usque ad n. 145. & latè dictum est supra in cap. precedenti. n. 52. & Fiscus confiscatis bonis mariti delinquentis tenetur prestare quartam uxori debitam in bonis mariti vigore Authent. præterea. Cod. unde vir et uxor, ut probat in d. authent. bona damnatorum, ubi glossa. Marfil. de bannitis. in vers. confiscati. n. 17. Caballus in d. casu 232. à n. 10. usque ad

finem. Surd. in d. quæst. 34. n. 14. & 15. Peregrin. in d. tit. 1. n. 4. 46. & 81. Capriol. in d. lib. 4. n. 32. Mangil. de imput. quæst. 180. Constantius in d. l. 1. n. 119. & seq. & Farinac. in d. quæst. 25. n. 122. & hoc dato quod bona mariti sint confiscata propter crimen læsæ Majestatis, nam adhuc Fiscus tenetur dare quartam uxori. Merlinus de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 23. nu. 381. Surdus in d. quæstione 34. n. 14. & Mangil. de imput. quæst. 181. n. 2. & 3. Sed omnia bona reperia in domo mariti forjudicati presumuntur esse mariti, & non uxoris, nisi contrarium probetur. Mascard. de probat. conclus. 213. n. 10., & confiscatis bonis mariti ob rebellionem, si Fiscus sit in mora solvendi dotis uxori, tenetur uxori ad interesse a die mortis. ut decisum refert Revert. dec. 262., & confiscatis bonis feudalibus mariti propter rebellionem, potest uxor instare, ut bona feudalicia vendantur pro consequutione sue dotis, & antephati, si habet obligata bona feudalicia cum assensu. Revert. dec. 506., & in arreftu 149. fol. 821. posito per Marinis in fine.

16. Filiotam. effecto forjudicato, peculium profectitium ipsius non confiscatur, l. certum. C. famil. ercisc. & l. 3. §. sed utrum. ff. de minoribus. Mascard. de probat. conclus. 1163. à nu. 1. usque ad 5. Peregr. d. tit. 1. n. 125. Michalor. de fratribus. part. 1. cap. 4. n. 4. Boss. d. tit. de bonorum publicatione, n. 71. Clar. d. quæst. 78. ver. præterea quæro, Farinac. d. q. 24. n. 3. ubi nu. 4. hoc ampliatur procedere, etiam si pater concefferit filio liberam, & absolutam administrationem peculii profectitii, & neque peculium adventitium confiscatur filiotam. effecto forjudicato, Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis, n. 25. Covar. variar. resol. lib. 2. cap. 8. post n. 7. Clar. d. quæst. 78. vers. sed quid in adventitiis, & quæst. 86. versic. secundo infestur, Cacher. dec. 94. Paschal. de virib. patr. potest. lib. 1. cap. 3. nu. 36. Mascardus in d. concl. 1163. à n. 6. usque ad n. 9. Peregr. d. tit. 1. n. 128. Michalor. d. part. 1. cap. 3. n. 16. & Farinac. d. quæst. 24. n. 5. ubi n. 6. hoc ampliatur etiam si pater non habeat usumfructum de peculio adventitio filii, nam adhuc dictum peculium non confiscatur, Facchineus controver. juris, lib. 9. cap. 48. Clarus pract. crim. §. final. quæst. 78. ver. sed quid adventitiis. & ver. sed in fine. Mascard. d. concl. 1163. n. 17. & 18. & Peregr. d. n. 128. prout neque confiscatur peculium castrense filii, ipso effecto forjudicato, in præjudicium patris, l. 3. C. de bonis prescript. Covar. d. cap. 8. n. 7. Clar. d. q. 78. ver. quæro etiam, & licet contrarium teneant Nellus d. n. 25. Gomef. variar. resolut. lib. 2. cap. 15. n. 15. Peregrin. de jure Fisci, lib. 5. tit. 1. n. 130. Boss. d. tit. de bonorum publicatione, num. 68. Mascardus in d. concl. 1163. à n. 10. usque ad 19. & Paschal. d. cap. 3. n. 7. tamen prima opinio est vera, & sic, quod peculium castrense filii effecto forjudicati non confiscatur, sed illud spectat ad patrem, prout tenent Facchineus controver. juris, lib. 9. cap. 49. Tartaglia pract. crim. tit. 17. post n. 2. Boss. d. tit. de bonorum publicatione, nu. 71. Foller. pract. crim. rub. annotentur bona contumacis, n. 19. Angel. aret. d. ver. & ejus bona

publicamus, n. 27. Arnono cautela 41. *Michalor. de fratribus. part. 1. cap. 1. n. 9.* & Farinac. d. q. 24. a n. 11. ulque ad n. 13. ubi n. 14. dicit, peculium castrense. confiscari propter crimen læsæ Majestatis commissum à filio, ubi n. 9. dicit, propter crimen læsæ Majest. confiscari etiam peculium adventitium quoad proprietatem, reservato patri usufructu. *d. Michalor. d. part. 1. cap. 3. n. 16.*

17 Et è contra patre effecto forjudicato, peculium filii non publicatur, sed spectat ad filium, & hoc sive peculium sit profectitium, sive adventitium, vel castrense, l. 2. §. sed utrum ff. de minoribus. *Mascard. d. conclus. 1163. n. 20. cum pluribus seq. Peregr. d. tit. 1. n. 126. & 129. Michalor. d. part. 1. cap. 4. n. 5.* Nellus d. par. 1. secundi temporis, n. 26. Angel. Aret. d. ver. & ejus bona publicamus, nu. 27. Boss. præf. crim. d. tit. de bonorum publicatione, n. 71. Arnono comment. 88. & vide Farinac. d. quæst. 24. num. 26. & ex delicto patris condemnati non potest fieri exequutio in peculium profectitium in damnum filii, Garzia a Toletto in dicto 208. & è contra filio condemnato ex delicto, non debet nocere patri quoad peculium profectitium, Garzia à Toletto in dicto 269. *Et Patre effecto forjudicato cum confiscatione bonorum, filius potest deducere ex bonis patris dotes maternas, & filius non potest prætere de usufructum in dictis bonis, quam pater habebat. Peregr. in d. tit. 1. post n. 116. ver. ideoque, & est ratio, nam per forjudicationem usufructuarii, extinguitur usufructus, ut videre est infra hoc eodem capit. n. 20. in fine.*

18 Et à fortiori, filio effecto forjudicato, vivente patre, legitima non confiscatur, nam pater, durante ejus vitâ, non compellitur dare legitimam filio, Benintendis dec. 89. n. 1. Bart. & Bald. in Authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles. Franch. dec. 123. & Ricci collect. 665. Et filius, vivente patre, nullum jus habet in legitima, leg. post emancipationem, ff. de liberat. legata, & docent Guid. Papa decis. 486. & Riccius d. coll. 665. Et ideo filio effecto forjudicato, vivente patre Fiscus non potest prætere de legitimam à patre, Caball. resolut. crim. casu 264. n. 42. Novarius ad Franch. d. dec. 123. ver. ita quod, Farinac. d. quæst. 24. n. 15. cum plur. seq. & Nellus de bannitis, d. par. 1. secundi temporis, n. 33. ubi n. 36. dicit, quod pater non tenetur dare Fisco, quod teneretur dare filio pro alimentis, confiscatis bonis filii.

19 Immo si alicui sint relicta alimenta, si postea legatarius forjudicatur, alimenta non publicantur, Boss. d. tit. de bonorum publicatione, n. 72. Bar. in l. is cui 11. ff. de alimentis, & cibariis legatis, Farinac. d. quæst. 25. n. 145. Carleval. de judiciis, tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 20. post n. 1. & latè Surd. de alim. tit. 8. privilegio 59. nam publicatis bonis malefactore alimenta ipsi debita in fiscum ipso malefactore vivente non transeunt, sed eidem delinquenti debentur, Albericus de Rosate de statutis, lib. 3. quæst. 11. Simon de Petris de interpret. ultimar. volunt. lib. 4. dubit. 11. nu. 12. Nellus d. par. 1. secundi temporis, n. 36. & 48. *Peregrin. d. tit. 1. n. 123.* Surdus de alimentis tit. 5.

q. 1. n. 12. & Caball. resolut. crim. casu 222. a n. 1. usque ad n. 19. qui citat tex. in l. qui bonis ff. de cessione bonorum, l. pen. ff. de capitis diminut. l. is cui annua, ff. de aliment. & cibariis leg. & l. si in metallum, ff. de his, quæ pro non scripto habent. Sed quando condemnatus habetur pro hoste publico vigore aliqujus statuti, & tunc ipsi alimenta non debentur, Bartol. in quæst. 1. & idem est, si vigore statuti condemnatus possit impunè offendi, nam tunc ipsi non debentur alimenta, Caball. d. casu 222. nn. 21. & 26. ubi dicit, quod bannitus in aere, & persona habetur pro mortuo, & omnia etiam de jure communi sibi competentia perdit, & bannitus, qui potest impunè occidi, dicitur diffidatus a populo, a quo est bannitus, & dicitur hostis loci, quo est bannitus, Rota in florilegio præf. conclus. conclus. 9. post n. 69. ver. bannitus, & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 45. n. 8. & æquiparatur transfugæ, ut dicit Caball. ubi supra & bannitus in aere, & persona dicitur hostis, & inimicus patriæ, & indignus dicitur, Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 1. quæst. 4. n. 8. & dicam infra cap. 19. post n. 1. sed quia in Regno Neapolit. forjudicatus habetur pro hoste publico, & ab omnibus potest impunè occidi, ut in Const. Reg. poenam eorum. Idèd si forjudicato non debentur alimenta, ut constat ex dictis per Caball. d. n. 21. 26. & 33. nam dum in Regno forjudicatus habetur pro mortuo per d. Const. Reg. poenam eorum, alimenta extinguuntur, dum illa morte extinguuntur, l. cum hi, §. modus autem ff. de transact. Caball. d. casu 222. n. 5. Surdus de alimentis, tit. 5. q. 1. n. 1. Unde forjudicatus habetur pro mortuo, etiam quoad alimenta, ut dixi supra cap. præcedenti, n. 41.

20 Sed publicatis bonis malefactoris usufructus malefactori debitus venit in confiscatione, Nellus d. 1. parte 2. temporis, n. 27. Farinac. d. quæst. 25. a n. 148. usq. ad n. 150. qui dicit, quod durante vitâ malefactoris, Fiscus habet usufructum, nam eo mortuo usufructus consolidatur cum proprietate, *Et quando pater in bonis filii habet usufructum, si pater sit forjudicatus, propter quod ejus bona sint confiscanda, confiscabitur etiam usufructus ad fisci beneficium, nec filius dicere potest d. usufructum fuisse propter forjudicationem patris cum proprietate consolidatum. Thor. compend. decis. tom. 1. ver. usufructus, & Marinis quotid. resolut. lib. 1. cap. 166. n. 9. & lib. 2. cap. 128. n. 6. & usufructus potest confiscari Michalor. de fratribus part. 1. cap. 3. n. 51.* & licet Surdus de alimen. tit. 8. privileg. 59. nu. 12. dicat, quod usufructus non transit in Fiscum ex confiscatione, sed commoditas tantum utendi, & fruendi transit, tamen veritas est, quod publicatis omnibus bonis malefactoris, usufructus malefactori debitus, venit in confiscatione, Caball. d. casu 222. n. 28. ubi n. 29. & seq. dicit, nisi condemnatus pateretur maximam, vel mediam capitis diminutionem, quia tunc usufructus extinguatur, & cum proprietate consolidatur, nec dicto usufructu Fiscus potiretur in vita damnati, §. finitur Inst. de usufructu,

Et, & l. corruptionem. in fine, G. de usufructu, & idem tenet Farinac. d. quæst. 24. a. n. 29. usq; ad n. 33. & Surdus. d. privileg. 59. n. 23. *Peregr. d. tit. 1. n. 75. & 116. Michal. d. part. 1. d. cap. 3. d. n. 51. & Castill. de usufructu. cap. 66. n. 27. & 28.* sed quando bannitus, & forjudicatus vigore statuti habetur pro mortuo, & reputatur hostis publicus, & impunè offendi, & occidi potest prout est in Regno nostro per d. Const. Regni, pœnam eorum, & tunc, publicatis bonis, usufructus forjudicato debitus non publicatur, sed extinguitur, & consolidatur cum proprietate, *Peregrin. d. tit. p. n. 116. & Cabal. d. casu 222. n. 42. cum plurib. seq. ubi n. 46. dicit, quod si forjudicatus adversus sententiam forjudicationis restituatur, non recuperat usumfructum, Cabal. d. n. 46. & seq. & Mastrill. de indulto, cap. 22. n. 133. Peregr. de jure fisci. l. 5. tit. 2. n. 78. in d. tit. 1. post n. 116. Afflic. in Const. Regni. comitibus, n. 12., & Bajard. ad Clarum in §. final. quæst. 59. n. 69.*

21 Et pro delictis commissis à filio pater non tenetur solvere pœnam, in quâ filius fuit condemnatus etiam de legitimâ, quæ ad filium spectat post mortem patris, Bart. in l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bonorum, Bâl. in l. fin. n. 13. ff. de usuris rei jud. Vivius in sylva com. opin. lib. 1. opin. 199. circa medium. Garzia a Toletto in dicto 524. & Farinac. d. quæst. 24. n. 15. & seq.

22 Immo si legitima in vitâ patris filio sit assignata, neque potest confiscari propter delictum filii, Cuccius in tract. de legitima pagina 70. n. 11. Anna filius ad ejus Genitorem fing. 531. Novarius ad Franch. decis. 133. ver. ita quod. & *Surd. dec. 167. n. 2. & 3.*

23 Sic etiam neque vita, & militia ob delictum filii, vivente patre, potest confiscari, ita Garzia Mastrillus decis. Siciliæ 165.

24 Et quod si publicentur bona filii ob delictum, non publicetur legitima, vivente patre, dicit Amend. ad Franch. decis. 102. n. 13. & Merlin. de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 33. n. 1. cum plurib. seq. Immo si filius committat crimen læsæ Majestatis, vivente patre, adhuc ejus legitima non confiscatur. Farinac. d. quæst. 24. n. 17. & seq. sed in statu Ecclesiastico pater pro delicto filii tenetur filio assignare legitimam, Merlin. de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 33. n. 7. & hoc dato, quod filius in contumaciam bannitus, aut condemnatus sit, ut esse dispositum, per Bullam Pii IV. testantur Add. ad Clar. §. fin. puæst. 86. n. 19. Farinac. d. quæst. 24. n. 182. & Merlin. d. lib. 3. d. tit. 1. quæst. 35. n. 10. cum duob. seq. prout etiam est in Civitate Perusii, in quâ statutum est, ut pater teneatur ad solvendam legitimam pro filio bannito, ut refert Ludovic. dec. Perusina 11. n. 25. & seq. ubi n. 27. cum plurib. seq. dicit, statutum hoc non habere locum quando filius forjudicatus habet filios, quia tunc legitima, non confiscatur, & idem tenent Farinac. d. quæst. 24. n. 172. Merlin. d. lib. 3. tit. 1. quæst. 36. & *Surd. decis. 167. & 314.* sed hoc fallit in crimine læsæ Majestatis, Farinac. d. n. 172. in fine, & Merlin. d. quæst. 36. n. 6. & tale

statutum disponens, ut pater pro delicto filii teneatur assignare legitimam filio, valet, Vivius commun. opin. part. 1. opin. 291. Farinac. d. quæst. 24. n. 160. Merlin. d. quæst. 33. n. 8. & Cabal. resol. crim. casu. 250. n. 1. ubi n. 4. cum plurib. n. seq. dicit, quod si statutum dicat, ut pro delicto filii capi possit legitima filij ei debita in bonis patris viventis, ut capi possit legitima filij est necesse ut pro delicto sit convictus per veras probationes, secus si ipse filius in contumaciam sit condemnatus, quia tunc legitima capi non potest; nisi statutum dicat, ut pater teneatur solvere condemnationem filij usque ad legitimam, quia tunc pater tenetur, dato quod filius in contumaciam sit condemnatus, citat Clarum præct. crim. §. fin. quæst. 86. ver. sed quæro nunquid, (& idem tenent Farinac. d. quæst. 24. a. n. 173. usq; ad n. 182. & Merlin. d. quæst. 35. a. n. 1. usq; ad n. 9. & vide Facchin. contrav. jurium lib. 9. cap. 52.) & Cabal. d. casu 250. n. 9. cum plurib. n. seq. dicit, quod tale statutum non procedit contra patrem, quando filius fuit condemnatus propter delictum commissum extra territorium statuentis (& idem tenent Merl. d. lib. 3. d. tit. 1. quæst. 40. & Farinac. d. quæst. 24. n. 166. ubi n. 16. & seq. dicit, idem procedere in patre forense, nam si ejus filius delinquat in loco statuti, nō tenetur, & Cabal. ibi ponit alias quæstiones circa dictum statutum ponunt Farinac. d. quæst. 24. a. n. 160. usque ad n. 196. Vivius d. opin. 291. & Merlin. d. lib. 3. tit. 1. a. quæst. 33. usque ad quæstionem 40.) Sed Cabal. casu 264. n. 10. dicit, quod filio capitaliter damnato cum confiscatione bonorum, pater non cogitur ad dandam legitimam Fisco, etiam, quod statutum vellet, patrem teneri ad solvendam condemnationem filij, (& quando statutum disponit, ut pater teneatur ad legitimam pro delicto filii ad taxandam legitimam, inspicitur tempus delicti, Arnono dialogo 99.)

25 Et è contra si bona patris confiscantur propter ejus delictum, legitima debet solvi filio per Fiscum, etiam patre vivente, Thes. decis. 104. & 198. Clarus d. quæst. 78. ver. videntum est. Riccius coll. 105. & 665. (Garzia a Toletto in dicto 524. Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 31. n. 11. Novarius ad Franch. decis. 133. ver. sicut, Farinac. d. quæst. 24. n. 34. cum plurib. seq. *Petra de fideicommissis. quæst. 3. n. 17. Peregr. d. tit. 1. n. 34. cum pluribus seq. & Merlinus de legitima. lib. 5. tit. 3. quæst. 4. & lib. 3. tit. 1. quæst. 28. n. 2. & 4. & quæst. 29. n. 14. ubi d. quæst. 28. in fine dicit quod filius non potest retinere bona patris forjudicati pro legitimâ spectante, sed Fiscus tanquam successor occupat omnia bona, & facta à confiscatione, Fiscus conveniendus est in filio pro legitima.*

Et licet legitima filiorum regulariter sit trientis hæreditatis paternæ, quando filij sunt quatuor, aut infra, & dimidia, quando sunt quinque, vel ultra, Auth. novissima, C. de inoff. test. tamen legitima, quæ ex bonis paternis publicatis detrahatur, si pater habeat unum,

vel duos filios, erit dimidia totius hereditatis, l. quando, C. de bonis damnat. Farinac. d. quæst. 24. n. 38. & Merlin. d. quæst. 29. n. 2. & 3. si verò pater habeat tres, vel plures filios, & tunc patre delinquente, tota hereditas, & omnia bona paterna spectant ad dictos filios, l. fin. §. si plures, ff. de bonis damnat. Farinac. d. quæst. 24. n. 39. & 170. & seq. Peregr. d. tit. 1. n. 38. & Merlin. d. quæst. 29. n. 4. ubi n. 15. dicit, omnia supradicta procedere, etiam in matre delinquente, & facta confiscatione ejus bonorum, nam adhuc filius habebit legitimam de bonis maternis confiscatis, & supradicta etiam procedunt, si statutum disponat, ut patre delinquente, ejus bona confiscantur, sed uni, vel pluribus filiis delinquentis, medietas bonorum reservetur, nam adhuc si tres, vel plures filios habeat, confiscatio locum non habet, Farinac. d. quæst. 24. n. 40. & n. 171. & Merlin. d. quæst. 29. n. 12. sed d. Const. Reg. forjudicatorum bona, dicit, quod si forjudicatus habeat tres, vel plures filios, filii & Fiscus succedunt, & Fiscus est loco unius filij.

Sed si bona patris publicentur propter crimen læsæ Majestatis, tunc legitima filiis non debetur, l. quisquis. §. filij, ff. ad l. Jul. Majest. Farinac. pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 116. n. 77. & seq. Capriol. de successione ab intest. lib. 1. n. 455. & Merlin. d. lib. 3. tit. 1. quæst. 30. n. 1. cum plurib. seq. ubi n. 22. hoc limitat, quando pater fuit condemnatus in contumaciam de crimine læsæ Majestatis, quia tunc de bonis patris est danda legitima filiis, citat. Boss. pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis, n. 136. & Farinac. d. quæst. 116. n. 170. & faciunt dicta supra cap. 13. n. 19. sic etiam si bona patris sint confiscata propter crimen hæresis, non debetur legitima filio de bonis paternis confiscatis Merlin. d. lib. 3. d. tit. 1. quæst. 31. n. 1. cum plurib. seq. Et non solum Fiscus, confiscatis bonis patris, tenetur dare legitimam filiis, sed etiam tenetur dotare filias, Benintendis decis. 91. Boss. d. tit. bonorum publicatione. n. 9. Peregr. d. tit. 1. n. 75. & seq. Marf. de bannitis, ver. confiscata. n. 15. Merlin. lib. 3. d. tit. 1. d. qu. 28. n. 6. Surd. d. quæst. 31. n. 16. & Farinac. d. quæst. 24. n. 46. ubi n. seq. hoc ampliat etiam si bona patris confiscantur propter crimen læsæ Majestatis, nam adhuc filie feminae debent dotari à Fisco, & idem tenent Merlin. d. lib. 3. d. tit. 1. q. 30. n. 9. Pascal. de virib. pat. pot. par. 4. cap. 5. n. 10. & Capriolus de success. ab intest. lib. 1. n. 47. & idem est si bona patris confiscantur propter crimen hæresis, nam adhuc filie sunt dotandæ à Fisco de bonis patris, Merlin. d. tit. 1. q. 31. n. 30. rejectâ opinione Surdi d. q. 31. n. 26. & 30. tenentis dotem, & alimenta non deberi confiscatis bonis patris propter crimen læsæ Majestatis divinæ, & humanæ, sed alimenta deberi filio, confiscatis bonis patris propter crimen læsæ Majestatis, dicunt Farinac. d. quæst. 116. n. 128. & Capriol. in d. lib. 1. n. 46. ubi n. 49. & seq. dicit dispositione d. l. quisquis non habere locum in filiis natis ante delictum patris citat Jul. Clarum in §. læsæ Majestatis. l. 2. Sed dispositionem d. legis quis-

quis. habere locum tam in filiis natis ante quam post delictum patris tenent Farinac. in d. quæst. 116. n. 91. cum duobus seq. Anna conf. 9. n. 41. cum duobus seq. & Montauo de Regalibus. rub. bona committentium crimen Majestatis n. 6. sed primam opinionem sequitur Marinis quotid. resol. lib. 2. cap. 95. per totum, & in observat. ad dec. 25. n. 1. Revert. Et pena apposta contra filios committentis crimen læsæ Majestatis per d. l. quisquis. §. filiis, non habet locum contra filias feminas. ut decisum refert Revers. in dec. 350. ubi Marinis dicit neque habere locum contra filios emancipatos, & filios Clericos.

Et publicatis bonis patris, non publicantur alimenta debita per patrem filio spurio. Farinac. d. quæst. 24. n. 40. in fine, Surd. d. q. 31. n. 31. & Merlin. d. tit. 1. d. q. 28. n. 8. & 9. & hoc etiam si bona patris publicentur propter crimen læsæ Majestatis, Merl. d. tit. 1. q. 30. n. 8. vel propter hæresim, nam adhuc alimenta debentur filio spurio de bonis patris, Merlin. d. tit. 1. q. 31. n. 12. & seq. Et publicatis bonis patris, dos à marito data, & recuperata ob mortem ejus generi est à Fisco restituenda filia dato quod pater sit hæres d. generi l. 2. Cod. solut. matrim. et faciunt dicta supra n. 10. in fi. Et servo effecto forjudicato peculium ipsius non confiscatur, sed spectat ad ejus dominum. l. 1. Cod. de bonis proscriptis.

26 Scias, quod si non constat de corpore delicti, Judex non potest devenire ad confiscationem bonorum, Plotus conf. 20. n. 2. & Quazzin. ad defensionem Reorum def. 4. cap. 1. n. 26.

27 Adverte, quod quando venduntur bona forjudicati per Fiscum, si non inveniatur justus emptor consanguinei forjudicati, vel Universitas (ubi bona sita sunt) compelluntur emere pro justo pretio dicta bona, ut desumitur ex prag. 10. §. 3. in fine de exulib. & tale statutum adesse in statu Ecclesiastico, testantur Cartarius de executione sententiæ cap. 1. n. 392. cum duob. n. seq. & Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 44. n. 11. Et ementes bona confiscata à Fisco, non tenentur pro illisolvere gabellam. Marinis in dec. Revert. 548. à n. 3. usque ad finem, qui decisionis decretum in fine posuit per extensum in n. 682. fol. 957. sed de jure Fiscus non potest in licitationibus cogere privatos emere res confiscatas per eum subastandas. Gratian. discip. forent. cap. 149, n. 33. Rummus ad Afflictum de jure prot. bon. in rub. ver. Afflictum in hac rub. n. 14. per sex. in l. locatio §. ad conducendum, ff. de public. & vectigal.

28 Adverte etiam, quod si subditus Baronis committat delictum, propter quod bona ejus confiscantur, dicta bona applicantur Baroni, & non Regio Filco, & hoc etiam si subditus committat crimen hæresis, Guid. Pap. dec. 76. Boss. pract. crim. tit. de hæret. n. 34. & Amend. ad Franch. decis. 102. n. 9. Nisi subditus committat crimen læsæ Majestatis humanæ, vel falsæ monetæ, quia tunc ejus bona applicantur Regio Fisco, & non Baroni, Boss. pract. crim. tit. de pœnis, n. 28. & Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 40. n. 1. licet contrarium teneant Foll. pract. crim. rub. audiantur excusato-

fatores, post n. 132. & Thes. decis. 266. post n. 7. sed Catalan. de indulto, cap. 16. n. 96. dicit, quodd ubi, sit mentio de publicatione bonorum, intelligi debet, bona illa publicanda Fisco, & non Baroni, sed quodd in bonis forjudicati per Curiam Baronalem succedat Baro, & non Regius Fiscus, dicit Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est n. 82. fol. mibi 18. at. licet Affli. & in Const. Reg. pœnam eorum, n. 40. dicat, quodd bona forjudicati per Curiam Baronalem applicantur Regi, nisi Rex concesserit Baroni confiscationem bonorum, quia tunc applicantur Baroni. *Peregr. in d. tit. 1. n. 29. & seq. & vide infra n. 33.*

29 Sed queritur, & primò, an feudatario effecto forjudicato, feudum applicetur Fisco, vel revertatur ad Dominum, hanc quætionem de jure communi examinat, Nellus de Bannitis in 1. parte 2. temporis, n. 23. Boff. tit. de bonorum publicatione, n. 19. 20. 53. & 54. latè Rovit. in rub. de sent. forjud. n. 17. cum plurib. n. seq. Caball. resol. crim. casu 182. Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis. d. qu. 25. à n. 62. usq; ad n. 93. & in conf. 209. lib. 2. *Peregr. d. tit. 1. n. 71. & à n. 6. usque ad 115. & Pascal. de virib. patriæ potest. parte 4. cap. 5. à n. 28. & seq. sed in Regno si feudum sit quaternatum, quod possidetur in capite à Rege; & tunc si forjudicatus habet filios impuberos Regia Curia providet eos de balio, ac si mortuus esset eorum pater, & viriliter dividuntur fructus ipsius feudi inter Fiscum, & dictos pupillos, durante vitâ patris forjudicati; eo verò mortuo, omnes fructus percipiuntur per balium, & finito baliato, & mortuo d. patre forjudicato naturaliter omnes fructus reintegrantur dictis filiis, Const. Regn. si quando, & Foller. pract. crim. rub. annotentur bona contumacis, n. 1. circa finem, si verò forjudicatus non habeat descendentes, sed habeat tantum ascendentes, & tunc bona feudalia forjudicati spectant ad ascendentes, sed ad Fiscum, ut diximus supra in hoc cap. n. 5. & est tex. de jure Regni, in Const. forjudicatorum bona. *Quod si feudatarius forjudicatus non habet descendentes sed habeat collaterales qui de jure sunt successibiles in feudo, tunc excluso Fisco collaterales in feudo succedunt. Marinis in observat. ad Revert. 143. à m. 4. usque ad finem. sed si forjudicatus habeat subfeudum, quod tenet à Barone, si non habeat filios, neque parentes illud subfeudum revertitur ad Baronem à quo habuit, & non ad Regiam Curiam, si verò habeat filios, Fiscus Regius habebit ratâ fructuum dicti subfeudi, tanquam unus filius, vivente dicto forjudicato, ut in d. Const. Regn. si quando, & Foller. ubi supra. Et vide de Angelis ad pract. crim. Follerii rub. forjudicantur. n. 35. Revert. in dec. 69. & Jo. Thomam de Marinis de genere, & qualitate feudorum. lib. 1. tit. 7. à 5. usque ad 15. sed bona feudalia confiscantur propter crimen hæresis. Farinac. de hæresi q. 190. §. 4. n. 59. & idem est propter crimen læsæ Majestatis humana. Revert. in dec. 92. post n. 1.**

30 Sed res emphyteuticaria, quæ de sui natura vel ex pacto non transit ad hæredes extraneos, non venit in confiscatione bonorum secus si ex sui natura, vel ex pacto transeat

ad hæredes extraneos, quia tunc res emphyteuticaria confiscatur, Facchineus contro. juris, lib. 9. cap. 53. *Peregr. in d. tit. 1. n. 70. & 120. Revert. in dec. 123. n. 3. in fin. secundum ordinem Marinis. & Farinac. d. qu. 25. à n. 50. usque ad n. 61. verum Dominus directus potest dare pretium rei emphyteuticariæ Fisco, & rem recuperare, confiscatis bonis ipsius emphyteutæ, Arnono in problema 50. sed quando res emphyteuticaria ex sui natura non transit ad hæredes extraneos, prout est res emphyteuticaria Ecclesiæ, ut dicit Riccius collect. 2148. licet ipsa non veniat in confiscatione bonorum, tamen emphyteuta effecto forjudicato, fructus ipsius rei spectant ad Fiscum vivente d. emphyteuta, soluto tamen Canone Domino directo per Fiscum, sed post mortem forjudicati, res emphyteuticaria revertitur ad Dominum directum, ita Nellus de bannitis d. 1. parte 2. temporis, n. 24. & Gigas de crimine læsæ Majestatis lib. 2. tit. de pœnis committentis crimen læsæ Majestatis. qu. 6. n. 9. sed, quodd fructus non spectant ad Fiscum, durante vita emphyteutæ forjudicati, dicunt Gabriel. consil. 73. lib. 2. & Farinac. d. qu. 25. post n. 58. in tertia impressione, & vide Surdum in dec. 254. & an res emphyteuticaria confiscetur propter crimen hæresis? vide Farinac. in d. qu. 190. §. 4. à n. 62. usque ad 67.*

31 Secundo queritur, an juspatronatus possit confiscari? & dicas minime. Guid. Pap. dec. 341. n. 3. & Riccius coll. 2159. nam publicatis bonis, non venit in confiscatione juspatronatus, Aret. de maleficiis d. ver. & ejus bona publicamus, n. 15. & ibi August. n. 17. Farinac. d. qu. 25. n. 151. de quo latè Lambertinus de jure patronatus in octava principali qu. art. 7. per totum; & an propter rebellionem in dominum temporalem juspatronatus Ecclesiæ possit confiscari, & negativam, & affirmativam opinionem refert Anna in sing. 290. ubi sing. 291. dicit, quod juspatronatus de per se non confiscatur, sed si esset cum universitate feudi confiscatur, confiscato feudo, citat cap. cum sæculum de jure patron., & idem tenet Farinac. d. qu. 25. n. 156. & seq. & juspatronatus consistens in aliqua universitate rerum temporalium transit cum universitate bonorum, cap. ex literis de jure patronatus, sed dicit Anna d. sing. 291. quod fuit decisum, juspatronatus posse confiscari in utroque casu, nam jurepatronatus succeditur, ut hæres, & non uti filius. Riccius collect. 777. & Garzia à Toletto in dicto 584. sed si scus publicatis bonis malefactoris; habetur loco hæredis, ut dicam infra hoc eodem cap. n. 48. ergo, &c. & licet Cabal. resol. crim. cas. 40. dicat, quod in confiscatione omnium bonorum laici facta per Judicem sæcularem non veniat juspatronatus Ecclesiæ d. condemnato competens, sed Ecclesia remaneat libera sub Episcopi potestate, tamen idem Cabal. ibi in fin. n. 9. dicit, quod in aliquibus locis non vulgaribus servatur, quod in Fiscum transit hoc juspatronatus, & Fiscus videtur d. jurepatronatus, & in vita condemnati, & etiam eo mortuo, & Clar. d. quest. 78. ver. quero

quæro modo, dicit, quod aut juspatronatus est transitorium, etiam ad extraneos hæredes, & tunc transit ad Fiscum, aut verò non est transitorium in extraneos hæredes, & non transit ad Fiscum. *Peregrinus in d. tit. 1. n. 72, & 121.* sed *Farinac. d. quæst. 25. n. 152. & seq.* contra *Clarum*, tenet, quod si juspatronatus sit transitorium ad extraneos hæredes, si ve non nunquam transit ad Fiscum publicatis bonis patroni; & n. 154. dicit, quod juspatronatus non venit in confiscatione bonorum, & hoc si ve imperpetuum, & post obitum condemnati, si ve durante vita condemnati, ut scilicet, eo vivente Fiscus habeat jus præsentandi, eveniente casu vacationis beneficij patronalis, sed restitutus ad bona alienata recuperat juspatronatus, quod propter bannum amiserat, & proximiori consanguineo fuerat acquisitum, l. si ve libertus. ff. de jure patron. l. sed si hac. §. liberos. ver. sed & si per pœnam. ff. de in jus vocat. *Gomes. var. resolut. lib. 3. cap. 13. post h. 39. & Mastril. de indulto. cap. 21. n. 89. Et juspatronatus an veniat in confiscatione bonorum propter crimen hæresis, vide Farinac. in d. qu. 190. §. 1. n. 24. & quid propter crimen læsæ Majestatis humane? vide Revert. in dec. 123., & ibi Marinis n. 2.*

32 Tercio tu scis, quod per speciale privilegium bona Neapolitanorum non confiscantur, nisi pro crimine læsæ Majestatis divinæ, & humanæ, ut in Pragmat. 3. de immunit. Neapol. in impressione facta de anno 1633. Queritur an Neapolitano effecto forjudicato, ejus bona publicentur, & dicas minime. *Aff. in Constit. Reg. forjudicatorum bona. n. 6.* Sed tamen Neapolitano effecto forjudicato, statim ipse privatur omnibus suis bonis, & dicta bona applicantur proximioribus in gradu, *Franch. dec. 213. & 563. n. 1. & Pontec. conf. 69. n. 6. cum plur. n. seq. & Revert. in dec. 51. & ibi Marinis n. 1.*

33 Immo si Neapolitanus post sententiam forjudicationis procreat filios, filii excluduntur, & alii proximiores succedunt in bonis forjudicati. *Boss. d. tit. de bonorum publicatione. n. 39. & Franch. dec. 162.*

34 Quarto queritur quid si quis committat delictum tempore unius Domini, & postea feratur sententia forjudicationis tempore alterius Domini, puta si jurisdictio vendatur, an bona forjudicati spectent ad Dominum, qui erat tempore delicti, vel ad Dominum, qui erat tempore sententiæ forjudicationis, & videtur dicendum, quod bona forjudicati spectant ad dominum secundum, qui est dominus tempore sententiæ forjudicationis, & non ad primum dominum, qui erat dominus tempore commissi delicti, ita *Giud. Pap. decis. 1535, Bertazzol. conf. 114. part. 2. Bal. in l. fin. C. de fruct. & litium expens. & Rovit. dec. 91. n. 30. nam pœna non acquiritur Fisco nisi post sententiam, & non antea, Capibl. de Baronib. tom. 1. super Prag. 4. n. 73. & seq. & vide infra n. 42. & hoc etiã si ipso jure pœna sit imposita, *Molina de just. & jure, q. 95. & Capibl. tom. 2. cap. 38. n. 12. & seq.* Unde licet bona hæreticorum propter crimen*

hæresis dicantur confiscata ipso jure, cap. cum secundum de hæret. in 6. tamen debet precedere Judicis declaratio, ut hæreticorum bona capi possint per Fiscum, *Beliam. decis. 689. & Boss. pract. crim. tit. de hæreticis, n. 26. & bona hæreticorum per Fiscum non possunt ulucapi, quousque Judex Ecclesiasticus non declaraverit ipsum esse hæreticum d. cap. cum secundum, de hæret. in 6. Sed quod bona forjudicati spectant ad primum dominum, qui erat dominus tempore commissi delicti, & non ad dominum, qui erat tempore sententiæ forjudicationis, tenent *Tiraquel. de retractu conventionali, §. 5. glos. 4. ver. quid si sint fructus jurisditionis, n. 10. & seq. Peregr. de jure Fisci lib. 6. in fine, n. 44. Rolandus à Valle consil. 72. vol. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 6. cap. 17. n. 8. Bajard. ad Clarum, §. fin. q. 78. n. 114. Franch. decis. 76. n. 12. Bossius pract. crim. tit. de pœnis, n. 22. Mastril. dec. 12. pulchrè distinguit Cabal. result. crim. casu 267. & vide Peregrinum in d. tit. 1. n. 195. & seq.**

35 Quinto queritur quid si committens delictum extra suum domicilium, & habeat bona tam in loco delicti, quam in loco sui domicilij, & territoria sint diversorum dominorum, cui Fisco bona prædicta applicantur, si delinquens efficiatur forjudicatus, & dicas quod bona existentia in territorio domicilij Rei confiscantur per Judicem domicilij, & bona existentia in territorio loci delicti confiscantur per Judicem loci delicti, *Rebuffus in l. 2. ff. de verbor. signif. Nellus de bannitis dict. 1. par. secundi temporis, n. 17. Thes. dec. 266. post n. 7. Thorus in Cod. rer. jud. allegat. 9. Arnono in epitome 75. Rovit. de sen. forjud. n. 26. Clar. d. q. 78. ver. sed hic quæro, *Marin. quotid. quæst. cap. 35. n. 1. & 2. sequitur Danza de pugna DD. com. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. n. 21. Et creditores delinquentis agunt contra Fiscos confiscantes pro eorum creditis pro rata bonorum possessorum per ipsos Fiscos confiscantes, & non in solidum, Cabal. result. crim. casu 266. n. 11. & seq. Rovit. d. rub. de sent. forjudic. n. 26. & Farinac. d. q. 25. n. 172. in fine, quod intelligo, si creditores ipsi habeant personalem actionem, aliàs si hypothecariam, & tunc habent in solidum contra possessores, argum. l. 2. C. de hæred. act. & l. 2. C. si unus ex plurib. hæredib. ita *Ancharan. q. 25. lib. 2. Sed quod licet creditores habeant hypothecariam actionem super bonis debitoris condemnati non agant in solidum contra plures, & diversos Fiscos confiscantes, sed agant prorata bonorum possessorum per ipsos Fiscos confiscantes, tenent Cabal. d. casu 266. n. 7. cum plurib. nu. seq. & Farinac. d. q. 25. n. 173. Intellige quando bona unius territorij sufficiunt, aliàs si non sufficiunt, & tunc ne creditoribus jura eorum perirent, est eis satisfaciendū de bonis sitis in alio territorio, prout ita pluries conclusum, & servatum, testantur *Clar. d. qu. 78. ver. sed quæro, & Farin. d. q. 25. d. n. 173. in fin. Sed Giazzius in tit. de oppositionibus dandis. contra Fiscum ad favorem rei, quem ponit post consilia libri secundi discepo. crim. n. 41. dicit****

- dicat quod Fiscus in solidum tenetur pro creditis in loco confiscationis contractis per reū, etiam quod reus ipse alia bona in diversis territoriis possideat, & idem tenet Thes. filius in d. dec. 40. & vide Peregr. in d. tit. 1. n. 143. & seq. ubi n. 57, dicit, quod si fiscus sit creditor alicujus, qui postea commisit delictum propter quod bona ejus sint confiscanda, & applicanda ipsi fisco, in hoc casu dicitur extinctum d. debitum, & fiscus ipse non potest pro d. credito agere super aliis bonis d. sui debitoris, si sit in aliā Provinciā extrā suam jurisdictionem. Constantin. in d. l. 1. n. 116. C. pœnis fiscal. credit prefer. lib. x. ubi a n. 161. usque ad n. 165. latè tractat si creditores delinquentis possint agere in solidum, vel pro rata contra plures, & diversos fiscos confiscantes bona sui debitoris.*
- 36 Sed in tantum Judex domicilii potest confiscare bona existentia in suo territorio, in quantum sit probatum delictum in suā Curia, & non sufficit delictum esse probatum in Curia loci delicti. Rovit. Prag. 1. n. 12. de bonis proditorum.
- 37 Et licet aliqui teneant, quod bona mobilia etiam existentia extrā jurisdictionem Judicis loci delicti, confiscantur per Judicem loci delicti, prout tenent Caravit. ritu 132. n. 4. Cabal. resolut. crim. casu 268. in princip. Nigris in cap. Reg. sive quis, post n. 21. Farinac. d. quæst. 25. n. 108. Arnono in epitome 75. Cotta in suis memorabilibus ver. confiscatio, & Marciannus conf. 20. tit. 4. circa finem to. 2. tamen veritas est, quod si bona sunt stabilia, sive mobilia semper applicantur Fisco Judicis loci, ubi bona reperiuntur, Clarus prac. crim. §. fin. q. 78. ver. sed hic quæro, sequitur Capibl. tom. 2. c. 40. n. 2. & Peregr. d. tit. 1. n. 141. nam fiscus ad bona extrā suam territorium sita non se extendit. Giazzius in d. tit. de oppositionibus n. 42. & ideo Fiscus per publicationem succedit tantum in bonis delinquentis sitis in suā jurisdictione. Peregrin. in d. tit. 1. n. 62. & 134. cum pluribus seq.
- 38 Et an, & quando confiscatio bonorum delinquentis trahatur ad bona extrā Territorium confiscantis posita, & ubi ad ea trahitur, an spectent ad dominum confiscantem, an verò ad dominum territorii, in quo sita sunt, vide Cabal. resolut. crim. casu 138. Farinac. d. quæst. 25. à n. 94. usque ad n. 108. & Montanum de regalibus vers. bona contrahentium incessas nuptias n. 16. & bona mobilia hæretici fisco ubi sita sunt applicantur. Bajardus ad Clarum in §. hæresis. n. 24. Bossius in pract. crim. tit. de hæreticis. n. 34. Guid. Papa in dec. 76. & Amend. ad Franch. in d. decif. 102. n. 9. Et annui census, & nomina debitorum delinquentis existētia extrā territorium Judicis confiscantis an spectant ad Judicem confiscantem, vel ad Judicem territorii, ubi sunt dicti annui census, & nomina debitorum, vide Cabal. in d. cas. 268. & Peregr. in d. tit. 1. num. 142. ubi dicit nomina debitorum spectare ad fiscum loci debitorum, & an bona banniti post bannum acquisita ad Fiscum transire possint? vide Cepparellum in resolut. fiscal. resolut. 70. & an bona banniti ac-

quisita post bannum extra locum banni an ad Fiscum, an ad hæredes, an ad creditores transeant? vide eundem ibidem, & resol. 68. n. 15.

- 39 Et sententia forjudicationis, si sit lata per Regios Superiores, bona burgenlatia, quæ forjudicatus habet in Terrâ Baronis, applicantur Baroni, in cujus territorio sita sunt, & non Fisco Regio propter sententiam regiam, Peregr. de jure Fisci, lib. 5. n. 129. & Natta conf. 580. in 2. dubio, to. 2. quos citat Rovit. rub. de sent. forjud. n. 30. Et Marciannus in d. conf. 20. per totum, & præcipue n. 3. tom. 2. Capibl. de Baronibus tom. 2. cap. 40. n. 2. Ballis trac. var. lib. 5. tit. de compositionibus n. 15. fol. mihi 308.
- 40 Sexto tu scis, quod homicida tenetur ad interesse hæredibus interfecti, ut dixi in Tract. de foro compet. cap. 37. n. 6. queritur an confiscatis bonis homicidarii, Fiscus teneatur ex bonis confiscatisolvere dictum interesse hæredibus occisi? & Clar. §. homicidium, vers. tenetur etiam, in fine, dicit, quod de jure Fiscus tenetur, sed hoc in practica malè servatur; sed tu dicas, quod quando bona confiscantur propter sententiam forjudicationis, Fiscus non teneturolvere interesse hæredibus occisi ex bonis confiscatis, nam ex fictâ confessione, quæ resultat ex contumaciâ inquisiti, vigore statuti, inquisitus potest condemnari ad interesse parti, ita Foller. pract. crim. in 4. p. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, n. 40. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 394. & seq. & dixi supra cap. 13. n. 21. Ergo si non potest condemnari, Fiscus non teneatur, secus si inquisitus posset condemnari, puta si esset legitime convictus, quia tunc confiscatis bonis delinquentis, Fiscus teneturolvere interesse parti offensæ, ad quod delinquens fuit condemnatus ex delicto, propter quod bona confiscata fuerunt, Farinac. d. q. 25. n. 188. & seq. sed vide quod dixi d. cap. 13. n. 21.
- 41 Septimò queritur, quid si debitor solvat suo creditori effecto forjudicato, an liberetur, & dico quod dum in Regno bona forjudicatorum publicantur, ut supra dixi, debitor non liberatur, Bar. in l. fin. §. fin. ff. de requir. reis, & Nellus de bannitis in 3. par. secundi temporis, n. 57. Hinc est quod dum in Regno bona committentis crimen læsæ Majestatis dicuntur confiscata ipso facto si debitor solvat creditori suo, qui commisit tale crimen, non liberatur nisi boni fide solvat ignorans d. crimen commissum fuisse per d. suum creditorem. Revert. in dec. 126. secundum ordinem Marin. sed debitor solvendo suo creditori delinquenti ante condemnationem, liberatur, nec potest amplius molestari à Fisco, l. reo, ff. de solut. l. post contractum, ff. de donat. & Surdus de alimentis, tit. 9. quæst. 32. n. 17. secus si post condemnationem, d. l. post contractum, Gigas de crimine læsæ Majestatis, tit. de pœnis committentis tale crimen. quæst. 27, & Farinac. d. quæst. 25. n. 110. Et quando forjudicatus vult convenire suum debitorem repellitur à judicio, cum ipse pro mortuo habeatur, & ejus bona publicentur, & condemnatus

natus cum confiscatione bonorum, non potest convenire suos debitores, l.2. C. ad leg. Jul. de vi publ. l. si debitori. ff. de fidejussor. Bart. in l. creditor, ff. de solut. Surdus de alimentis, tit.8. privilegio 59 n.11. *Peregrin. d. tit.1. n.54. & dictum est in cap.35. n.15.* unde non videtur tuta opinio Maulonii in tractat. de cautis exequutitis, ampliatur. 20. n.11. afferentis, bannitum posse convertere suum debitorem, in quocumque loco, etiam, quo ibi non fortiaur forum, immò si forjudicatus sit agratiatus quoad pœnam & non quoad bona, adhuc non potest convenire suos antiquos debitores, l. si ademptis, C. de sententiam passis, sed si bannitus egit in iudicio, & sic nulliter, si postea restituatur etiam quoad bona, & ratificat omnia acta antea facta, dicta acta valent, Nellus de bannitis in 1. part. 3. temporis, quæst. 20. & Decianus tractat. crim. lib.3. cap.35. n.77. sed contrarium tenet Mastril. de indulto, cap.14. a n.3. usque ad n.8. Et sunt aliqui, qui tenent jura, & actiones, & sic nomina debitorum forjudicati, non confiscari ita Arnono in soliloquio 10. & Cotta in suis memorabilibus. ver. bonis, & ver. nomina. Sed contrarium tenet *Peregr. in d. tit.1. n.49. & 50. licet cum pro primâ opinione allegat. Rovitus in prag.1. n.22. de usuris sed primam opinionem tenet Thes. in quæst. forens.2. n.13. lib.1. & appellatione bonorum mobilium, & stabilium non veniunt jura, & actiones, & nomina debitorum. Reverter. in dec.249. & ibi Marinis, & legatum omnium bonorum mobilium, & stabilium non comprehendit jura, & actiones. Marefcot. ver. resol. lib.1. cap.29. n.56.*

- 42 Octavo quæritur, quid si sit elapsus annus à die banni, sed non sit lata sententia forjudicationis, an bona contumacis post dictum annum antequam sententia in Fiscum deferantur, & gloriæ & Affli. in Const. Reg. pœnam eorum, tenent, quòd maxime sequitur Lanarius consil.45. n.1. Rov. rub. de sent. forjud. post n.19. & Franch. dec.213. n.27. Unde Rovit. d. rub. de sent. forjud. n.5. dicit, quòd Fiscus post annum potest capere bonâ annotata propriâ auctoritate, non reperto contradicatore, aliâs contradicitor est audiendus, & pro hac opinione facit Const. Reg. grandis utilitas per quam disponitur, ut contumax propter ejus contumaciam puniatur ad tertiam partem suorum bonorum mobilium, & reliqua bona annotentur, quæ elapso anno à die annotationis, si persistat in contumaciâ, applicentur Fisco, Sanfel. dec.393. n.1. & 2. Capit. Regni 155. ver. sed post. & prag.28. §.11. de offic. magistr. iustit. sed ego puto contrarium esse verum, nam tunc bona forjudicati applicentur Fisco, quando in sententiâ forjudicationis sit dictum, ut bona forjudicati applicentur Fisco, Franch. dec.213. n.19. Rovit. d. rub. de sent. forjud. n.23. Angel. Aret. de maleficiis, d. vers. & ejus bona publicamus, n.3. *Peregr. in d. tit.1. n.23. & Nellus de bannitis in p. part.2. tempor. n.11.* ergo a fortiori quando non est lata sententia forjudicationis, bona contumacis non confiscantur, unde si contumax decedat post dictum annum, non

dum latâ contrâ eum sententiâ forjudicationis, Fiscus non potest agere contra hæredes contumacis pro confiscatione bonorum dicti contumacis, Nellus de bannitis in 2. part. tertii temporis, n.7. & faciunt dicta per Lanarium consil.43. n.1. & consil.93. n.7. per Caball. resol. crim. casu 298. à n.32. usque ad finem, & per Facchineum controver. juris, lib.9. cap.37. ubi tenet, quòd si delinquens confessus, vel convictus decedat antè sententiam contrâ ejus successores, bona dicti delinquentis confiscari non possunt, nisi pro delicto à defuncto commissio sit imposita pœna publicationis bonorum ipso facto, & jure incurrenda post factum delictum, quia tunc potest agi contrâ hæredes defuncti delinquentis ad confiscationem bonorum, lex judiciorum, vers. adeo, ff. de accusat. & l. Canis, ff. ad Senat. Cons. Syllan. & Clar. pract. crim. §. fin. q.51. vers. scias etiam, *Peregr. de jure fisci lib.4. tit.5. a n.7. usq. ad 15. Chartar. de execut. sent. cap.1. d. n.353. cum quatuor seq. & Reverter. dec.139. nu.2. in fine, & dec.440. n.4* & hoc procedit dato, quòd lis non esset contestata cum defuncto delincente, nam adhuc potest agi contrâ ejus hæredes ad publicationem dictorum bonorum. Rovit. dec.64. n.10. cum plur. n. q. & vide Guazz. ad defensam reorum, def.33. cap.26. in princip. Thes. dec.144. Catal. de indulto cap.17. n.56. & seq. & Caball. resol. crim. casu.298. Sed si sit latâ sententiâ forjudicationis, cum publicatione bonorum contra reum, & antequam Fiscus apprehendat bona confiscata, reus decedat, tunc Fiscus potest bona apprehendere. Caccherius in dec.106. *Peregrin. d. tit.5. n.44. de quo late Ant. Sola in consil. Sabaud. in tit. ne pœna contra defunctum per totum, et faciunt dicta supra in cap.7. n.12. & Fisco non acquiritur jus super bonis delinquentis, nisi post condemnationem. Bossius in pract. crim. tit. de bonorum publicat. n.81. & Giazzius d. tit. de oppositionibus, n.21. ubi n.23. dicit quòd Fiscus in panis nullum jus habet antè sententiam, citat Muscatell. in pract. crim. tit. de injuriis. n.32. & 34. & a fortiori quando accusatus moritur ante elapsum annum, ejus bona non confiscantur, l.1. §. finali, ff. de requirendis reis, & Hijern. in consil. Regni. grandis utilitas, in fine, & ibi Affli. n.7. & Grammat. in dec.4. n.11. & delicta morte extinguuntur, & eorum pœna sive corporalis, sive pecuniaria non transit ad hæredes delinquentis, l.2. 3. & finali. Cod. si reus, vel accusator, & l. finali Cod. de bonis eorum, & Lanarius in consil.43. n.1. & Virgilius de legit. personæ, cap.32. n.104. ubi n. seq. dicit, quòd hæres accusati potest perire, ut declaratur accusatum mortuum delictum non commississe, & facit text. in l. finali. §. finali. ff. de bonis eorum, qui antè sententiam sed quando pœna pecuniaria est imposita ipso facto commissio delicto, tunc transit ad hæredes. Glossa in l.3. §. quod autem, ff. quod quisque jure. Palma in sua practica. part.1. glossa 15. n.40. gloss.21. n.28. & late Danza de pug. DD. tom.3. tit. de minore in delictis excusando. cap.5. per totum, & quando hæres teneatur pro pœna delicti mortuo de-*

lin-

linquente? vide Thef. dec. 144. & Guzzin. ad defensam reorum. defens. 33. capit. 26. per totum. & heres in casibus, in quibus tenetur pro delictis defuncti, tenetur tantum quo ad vires hereditarias, etiam non confecto inventario. Aret. in rub. ff. de acquirenda heredit. Abbas in cap. tua nos, de usuris. Covarruvias ver. resolut. lib. 3. cap. 3. Guzzinus in d. cap. 26. n. 5. Caballus resolut. crim. casu 298. n. 44. Jul. Clarus in pract. crim. §. final. quæst. 51. ver. scias tamen. Palma in sua pract. part. 1. glossa 21. n. 30. Marinis ad Revert. dec. 260. & Negusantius de pignoribus part. 2. membro 4. n. 144.

43 Sed si delinquens alienat bona sua ante, vel post delictum, Fiscus non potest revocare dictam alienationem, tanquam in farudem factam, Rovit. d. rub. de sent. forjud. n. 15. & vide Gomefium variar. resolut. lib. 3. cap. 14. n. 4. Et quando alienatio est facta post commissum delictum ante sententiam titulo oneroso alienatio valet, & non revocatur, quando non apparet, contrahentem fuisse participem fraudis, & publicatio bonorum non sit imposta ipso jure, Jul. Clarus. d. q. 78. ver. cæterum, nam delinquens post delictum commissum in casibus, in quibus bona ipso jure publicantur, sua bona non potest alienare, licet non dum sit accusatus, quod si alienaverit, potest Fiscus dicta bona vindicare non restituito pretio emptori, nisi sua bona alienaverit causa se alendi, quia tunc valet alienatio, Surdus de alimentis tit. 8. privil. 35. per totum, & tit. 9. quæst. 32. Et in Statu Mediolanensi publicatio bonorum censetur fieri à die commissi delicti, licet postea requiratur Judicis declaratio, & idem in dicto Statu alienationes factæ etiam ante condemnationem non valent, Bossi. d. tit. de bonor. public. n. 44. & 76. unde dum bona hæreticorum dicantur confiscata ipso jure, commissio delicti, cap. cum secundum de hæretic. in 6. emens bona prædicta ab hæretico ante sententiam declaratoriam, licet bona fide emat, tamen potest à Fisco molestari illo declarato hæretico, Surd. dec. 247. Riccius coll. 568. & Caball. resolut. crim. casu 295. licet contrarium teneat Thef. filius dec. 40. part. 1. tamen prima opinio est vera, ut testatur Riccius d. coll. 568. ubi dicit, quod tamen debet præcedere Judicis declaratio, ut bona hæreticorum capi possint per Fiscum, & idem tenent Carr. pr. cri. tit. de hæret. ver. expeditio, n. 20. & seq. fol. mihi 275. Bossi. d. tit. de hæreticis, n. 26. & Caball. d. casu 295. n. 1. usque ad n. 4. ubi. n. 45. usque ad finem, dicit, quod bona alienata ante sententiam, vel ante captum judicium in delictis occultis non revocantur, & n. 42. & seq. dicit, quod Fiscus potest revocare alienationem factam per committentem crimen læsæ Majestatis ante sententiam declaratoriam, postquam est pronuciatum, alienantem commisisse crimen, si emens fuisset in mala fide, sciens venditorem commisisse crimen, secus si fuisset in bona fide, vel si bona essent vendita propter æs alienum, vel propter maritandam filiam, quia tunc Fiscus non potest alienationem revocare, Surd. dict. q. 72. n. 18. & seq.

44 Et alienatio facta à delinquente ante commissum delictum valet, si non intervenit fraus, alias si intervenit fraus licet alienatio non irritetur, potest tamen a Fisco revocari, restituito prius pretio, Clar. d. quæst. 78. versic. solet, Tartaglia pract. crim. cap. 17. post. n. 2. vers. an autem alienatio, latè Bossi. d. tit. de bonorum publicatione, n. 43. cum plur. n. seq. & Catalan. de indulto, cap. 17. n. 116. usque ad n. 129. Sed contumax non potest alienare bona annotata infra annum, Foller. pract. crim. rubr. annotentur bona contumacis, n. 5. & Afflicti. in Const. Reg. grandis utilitas, n. 24. ubi 25. dicit, quod si alienavit, & infra annum compareat, & purgat contumaciam, & faciat se extrahere à banno, & recuperat bona annotata, in hoc casu confirmatur alienatio, & à fortiori, si delinquens alienat post sententiam, alienatio non valet, Clar. dict. q. 78. ver. si verò alienatio & dicta alienatio revocatur nulla facta pretii restitutione, Surd. d. q. 32. n. 30. & neque forjudicatus potest cedere, alicui bona sua confiscata, Bal. in l. per diversas, n. 20. C. mandati, & bannitus si vendat rem, & antequam succederet Fiscus non tradat emptori rem, Fiscus succedit in dicta re. absque onere, Arnono soliloquio 88. & est tex. in l. si fundus, ff. locati. Et au & quando Fiscus possit revocare alienationes per delinquentem factas ante vel post delictum? Latè tractat Peregrinus de jure Fisci a libro 5. tit. 1. à n. 152. usque ad n. 189. Ballis tract. var. lib. 4. quæst. 9. per tot. Gomefius à lib. 3. à cap. 14. n. 4. Mangil. de evict. quæst. 169. per tot. & Farinacius in pract. crim. tit. de falsitate & simulatione, quæst. 164. à n. 1. usque ad n. 168. Et quando Fiscus agit ad bona condemnati possessa per tertium, debet probare illa fuisse in bonis condemnati, secus si sit per condemnatum possessa, quia tunc prætendens sua esse, hoc probare debet. Mascard. d. quod probat. conclus. 806. n. 3. ubi n. 5. dicit quod Fiscus semper præsumitur solvendo, & n. 7. dicit quod semper Fiscus dicitur esse ubiq; & præsens, & idem tenet Constant. in rubric. Cod. de jur. Fisci. n. 12. lib. x., ubi dicit quod à Fisco non potest peti cautio sicut à privato, sed Fiscus tunc dicitur semper esse solvendo, quando est Fiscus Principis absoluti vel Reipublicæ, secus si sit Fiscus particularium Dominorum. Sola super const. Sabaudia. in tit. de gratiis. in const. abus. glossa 2. n. 6.

45 Nonò quæritur, quando tempore præscribatur hoc jus publicationis, seu confiscationis? & dicas, quod præscribitur per quinquennium, Catalan. d. cap. 17. à n. 152. usque ad finem, Guaz. in def. 2. c. 2. n. 69. & Gomefius d. cap. 14. n. 5. citat. tex. in l. 2. C. de vestigal. de quo latè per Farinac. d. q. 25. à n. 158. usque ad n. 168. & per Facchin. d. lib. 9. cap. 54. & per Sanel. dec. 393. Et quanto tempore præscribatur jus confiscandi in crimine hæresis? Vide Farinacium de hæresi. quæst. 190. à n. 119. usque ad n. 122. & Marcianus in consil. 3. n. 6. tom. 1.

46 Decimò, quid si lata sententia forjudicationis cum publicatione bonorum forjudicati fiat ad dictum, ut si aliquis aliquid præten-

B b

dat

dat super dictis bonis confiscatis compareat infrascriptum tempus, aliàs termino elapso, amplius non audiat, & via ulterius petendi præcludatur, prout in Regno prætendens aliquod jus super bonis confiscatis propter rebellionem, si sit præfens in Regno debet infra annum, & bimestre tempus comparere, & sua jura allegare, si verò sit absens à Regno, & tunc infra biennium debet comparere, aliàs dicto termino elapso amplius non audietur, cap. Reg. & si frequenter quæritur, si elapso dicto termino, forjudicatus sit restitutus etiam quoad bona confiscata, an creditores, qui non comparuerunt infra dictum tempus possint agere contra ipsi restitutum? & dicas, quod non, ita Cabal. resol. crim. casu 233. & Farinac. d. q. 25. n. 181. sed contrarium, & sic, quod si Fiscus dedit terminum ad comparandum creditoribus illius, cujus bona fuerunt confiscata, & ipsi creditores non comparuerunt, si inquisitus postea sit agratiatus, etiam quo ad bona confiscata, ipse agratiatus teneatur suis creditoribus, tenent Mastril. de indulto, cap. 20. n. 65. & seq. Bossius in præf. crim. tit. de proclamatione. n. 15. & 16. & Peregrinus de lure Fisci. d. lib. 5. tit. 1. post n. 208. & tit. 2. post num. 62. & vide Constantinum in d. l. 1. n. 169. & pro ista ultima opinione facit ratio, nam debitor agratiatus sciabat se esse debitorem suis creditoribus, sed in præscriptione bona fide requiritur. cap. final. de præscriptionibus; quod procedit etiam in præscriptione statutaria, ut dicit Bossius in d. tit. de proclamatione. n. 6.

- 47 Et indultatus etiam quoad bona confiscata tenetur suis creditoribus, & ab illis conveniri potest, l. si debitor. l. tutor filiorum, & l. si deportationis, C. senten. passis, Cabal. resol. crim. casu 234. n. 7. Farinac. d. q. 25. n. 180. Peregrin. d. lib. 5. tit. 2. n. 62. Decian. tras. crim. lib. 3. cap. 35. n. 78. & Mastril. d. cap. 20. n. 63. ubi n. 75. dicit, quod restitutus ad bona dicitur quoque restitutus ad onera illis annexa, & ad illa tenetur. Sed licet Baunitus restitutus quoad bona teneatur suis creditoribus, tamen potest uti beneficio cessionis bonorum, Brunus de cessione bonorum, in 4. principali. quæst. 15. sed restitutus tantum, quoad poenam, & non quoad bona non tenetur ad antiqua debita, & neque molestari potest a prioribus creditoribus, etiam in bonis postea quæsitis, d. l. tutor filiorum, Cabal. d. casu 234. n. 4. & seq. Farinac. d. q. 25. n. 179. Mastril. d. cap. 20. n. 70. Constant. in l. 1. n. 118. C. panis fiscal. creditores præferri lib. 10. & Decianus d. cap. 35. d. n. 78. unde contrarium instrumenta liquidari non possunt per ejus creditores, Danza de pugna DD. com. 1. tit. de forjudicatis, cap. 1. n. 1. & 2. & Campana de forjudicat. resol. 20. n. 6. & faciunt dicta pro Grammaticum in dec. 85. & per Sanfelix, dec. 90. & per Grazian. in dicto 3.

Et debitor cujus bona confiscata sunt propter delictum, dicitur liberatus ab omni ære alieno, nec à creditoribus molestari potest, d. l. si debitor, Bald. in l. tutoris. n. 1. C. ad l. juliam de vi publ. Grammat. decif. 85. n. 5. & 6. Surd. de alimentis tit. 1. q. 31. n. 9. & tit. 8.

privileg. 59. num. 10. & Farinac. d. q. 25. num. 177. sed fidejussores debitoris, cujus bona sunt confiscata, non liberantur, & à privatis creditoribus conveniri possunt, l. si verò in principio, ff. qui satisd. cogant. l. capitis rei, ff. de fidejuss. & l. 1. C. od. tit. de fidejussorib. Farinac. d. q. 25. n. 178. Peregrin. in d. tit. 1. n. 55. ver. illud. autem, & Cabal. d. casu 234. num. 12. & seq. ubi num. 14. & seq. dicit, quod fidejussores possunt solutum a Fisco, poenas quem sunt bona debitoris, repetere, & Fiscus tenetur fidejussores indemnes conservare, quæmadmodum debitor tenebatur, dummodò tamen bona confiscata sint sufficientia, quia Fiscus non tenetur ultra vires bonorum, sed si debitor erat debitor Fisci, & tunc publicatis bonis, debitoris, fidejussores debitoris liberantur, Cabal. d. casu 234. num. 20. cum plurib. seq. Immo fidejussor delinquentis condemnatus ad penam fracta pæcis, vel ad penam fidejussoris, ex quo reus non comparuit si postea sit lata sententia confiscationis omnium bonorum contra principalem, fidejussor præfertur Fisco super bonis confiscatis pro dicta pena quam Fisco solvit. Pascal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 5. num. 21. & 22. & Constantin. in l. 1. n. 84. Cod. panis fiscal. credit. præferri lib. 10.

- 48 Et ex confiscatis bonis, deducendum est æs alienum, l. non possunt, ff. de jure fisci, Tartag. præf. crim. cap. 17. num. 2. circa finem & Boss. præf. crim. tit. de bonorum publicatione, nu. 11. & 23. nam confiscatio semper intelligitur facta cum omnibus oneribus, ad quæ damnatus tenebatur, Farin. d. q. 25. n. 170. in fin. Immo locus confiscatis bonis malefactoris, habetur fisco hæredis, l. tutores in fine, ff. ad leg. Jul. de vi publica, & in l. inter eos, ubi glos. & DD. ff. de fidejussor. Farin. d. q. 25. n. 169. Surdus de alimentis, tit. 1. q. 31. n. 8. & 10. & tit. 8. privilegio 59. n. 1. & 2. Ludovic. Romanus in conf. 73. n. 1. & Peregr. in d. lib. 5. tit. 1. n. 53. & 60. cum plurib. seq. Unde Fiscus confiscatis bonis alicujus ob delictum, tenetur satisfacere creditoribus delinquentis, l. si marito in principio, ff. solut. matrim. l. 2. C. ad leg. Jul. de vi publica, & l. si ut proponis Cod. de bonis præscript. Constantinus in l. 1. n. 4. & 100. Cod. panis fiscalib. creditores ferri Peregr. in d. tit. 1. post n. 54. ver. sic etiam. Surdus d. q. 31. num. 7. & d. privilegio 59. n. 9. Cabal. resol. crim. casu 266. nu. 2. & Farinac. d. q. 25. n. 170. Sed tenetur Fiscus dictis creditoribus, quatenus bona publicata sufficiant, & non ultra, Cabal. dict. casu 234. num. 3. & hoc etiam non confecto inventario, l. 1. §. an bona, ubi Bar. & l. non possunt, ff. de jure Fisci, Guidon Papa dec. 322. & 571. Boss. præf. crim. tit. de Fisco, num. 64. Clar. d. q. 78. ver. unum scias, Farinac. d. q. 25. n. 183. cum duob. seq. Cabal. d. casu 266. n. 3. & 4. & Marinis in dec. Revert. 506. n. 2. Et Peregrin. in d. tit. 1. n. 64. ubi n. 193. & seq. dicit quod Fiscus pro expensis factis in confiscando bona delinquentis præferatur omnibus creditoribus delinquentis, sed contrarium tenet Carleval de judiciis. tom. 2. tit. 2. disput. 1. n. 28. cum plurib. seq.

Sed

Sed fiscus non potest de bonis confiscatis satisfacere creditoribus condemnati in nominibus debitorum, quæ fuerunt debitoris, & ipsa dare insolutum, & pro soluto dictis creditoribus pro concurrenti quantitate debiti, Farinacius. d. q. 25. n. 174. & seq. & Cabal. d. casu 266. num. 3. cum duob. seq. ubi n. 6. dicit, secus esse in Statu Florentino, in quo contrarium est determinatum per particulare statutum illi status, & vide Constant. in d. l. i. num. 111.

Et licet fiscus teneatur creditoribus delinquentis satisfacere, non tamen per hoc possunt creditores impedire incorporationem bonorum delinquentis, sed facta dicta incorporatione, ipsi creditores eorum credita capiunt de manu fisci, Farinac. d. q. 25. n. 189. in fine, & Constant. in l. i. n. 153. Cod. pen. fisca. credit. praferri. lib. 10. & faciunt dicta per Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 1. q. 28. in fine, & per Surdum de alimentis, tit. 1. q. 34. n. 7. Sed fiscus tenetur summarie solvere creditoribus producentibus instrumenta creditorum contra bona delinquentis quæ fiscus occupavit. l. si quis. Cod. de bonis praescriptorum. Bossius in pract. crim. tit. de fisco. nu. 65. Giazzius in d. tit. de appositionibus. n. 27. Peregrin. in d. tit. 1. post n. 54. vers. creditores, & Constant. in l. i. n. 83. Cod. pen. fisca. credit. prafer. lib. 10. ubi n. 125., & sequent. dicit quod fiscus non tenetur solvere legata relicta per testatorem, quando fiscus occupat omnia bona testatoris post testamentum per publicationem bonorum propter delictum commissum a testatore. citat textum in l. cum filius §. finali, ff. de legatis 2., & n. 82. dicit quod fiscus non tenetur solvere debita probata tantum per confessionem ipsius cujus bona sunt confiscata, nisi saltem aliunde de credito constare per efficaces, et validas conjecturas sed de hoc vide textum in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legatis 2. Riccium in collect. 1120. Merlin. contror. forens. lib. 1. cap. 85. et Bossium in pract. crim. tit. debitores an delinquent. post n. 1.

Undecimò, tu scis, quod in feudalibus succedit primogenitus & secundogenitus habet vitam, & militiam à primogenito, ut in Const. Reg. Comitibus, de quo latè per Marinis quotid. resol. lib. 2. cap. 45. quæritur quid si secundogenitus sit forjudicatus, an vita, & militia extinguatur, vel spectet ad Fiscum; & dicas, quod extinguatur, et nihil prætere potest fiscus in vita, et militia, Montanus de Regalibus, rub. bona contrahentium incestos nuptias, nu. 19. in fine prout etiam est, si secundogenitus sit rebellis, nam vita, et militia non spectat ad Fiscum, ut ita decisum, testatur Camillus de la Ratha, in teatro feudali part. 12. dilucid. 76. n. 28. et Thor. in supplem. decis. ver. vita, et militia col. 1. fol. 655. et vitæ, et militia extinguatur per rebellionem durante vita naturali rebellis, ita ut non acquiratur Fisco, Revert. decis. 80. vol. 1. et decis. 5. vol. 2. Andr. Capanus post tract. de vita, et militia in collect. decis. 2. et 5. Thor. dict. versic. vita, et militia, col. 2. fol. 655. et vita, et militia extinguatur morte si-

lii secundogeniti; glo. et Isernia in d. Constit. Regni comitibus, et Affl. dec. 252. post n. 5. et vide Mastrill. dec. 165, Et è contra si sint confiscata bona feudalìa paterna propter crimen læsæ Majestatis per feudatarium primogenitum commissum fiscus tenetur ad vitam, et militiam secundogenito debitam. Marinis in observat. ad dec. Reverterii 66. n. 1. et in arre. fol. 170. imò si d. bona feudalìa sint per fiscum alienata adhuc secundogenitus agit pro vita et militia contra tertium possessorem. Revert. in dec. 91. 92. et 401.

Duodecimò quæritur, an fiscus confiscatis bonis forjudicati, teneatur stare colono forjudicati, qui locavit aliquam rem colono ante delictum? et dicas, quod sic, nam fiscus succedit in omnibus bonis forjudicati, et habetur loco hæredis, ut dixi, sed universalis successor tenetur stare colono, l. viam veritatis, C. de locato, et conducto, l. hæredem 60. ff. de regulis juris, Bal. in l. si fundus, et in l. si merces, §. 1. ff. locati, Rovit. in prag. 1. n. 24. de usuris, Peregrinus in d. tit. 1. post n. 74. e Capriol. de successio ab intestat. lib. 5. n. 5. secus si fiscus confiscat tantum fundum locatum, quia tunc non tenetur stare colono confiscati, d. l. si fundus, ubi Bal. nam singularis successor non tenetur stare colono, l. emptorem C. de locato, et conducto, ita Gome. lius variat. resolut. lib. 2. cap. 3. n. 10. Sed quod fiscus licet singularis successor, teneatur stare locationi, tenet Capriolus de success. ab intestato in prefatione n. 134.

Decimo tertio quæritur an forjudicatus teneatur ad onera collectarum, et dum in Regno bona forjudicati confiscantur, ut dictum est supra in principio hujus cap. ideo non tenetur ad collectas, nam de suis bonis non percipit fructus, secus si ejus bona non essent publicata. Bartolus in l. inter quos. §. damni. n. 3. ff. de damno infecto. Bald. in l. finali in fine. Cod. si præter publ. pensiones. l. in l. si tutor. n. 3. ff. de tutelis. Romanus consil. 73. et Thor. in addit. et Grandis de bello exulium in practic. pati. quæst. 3. special. 63. ad n. 2.

Ultimò quæritur an bona reperta super forjudicatos tempore, quo carcerantur, vel bona reperta in eorum domibus sint capiendum, vel spectant ad fiscum, dicam infra cap. 21. n. 9.

50 Sed advertas, quod domus forjudicatorum possunt destrui, Grandis de bello exulium, in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 33. num. 1. ubi n. 2. & 3. hoc ampliat etiam si domus sit alteri hypothecata, vel si sit communis cum alio, sed quod non procedat quando domus est alteri hypothecata, dicunt Cepoll. cautela 151. Ponte de potestate Proreg. tit. 1. in principio, n. 36. Farinac. pract. crimin. tit. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 116. num. 35. cum pluribus seq. & Ar. tin. de maleficiis, d. vers. & ejus bona publicamus, num. 18. ubi num. 19. & seq. dicit, quod neque debent devastari fructus, quos colit colonus, vel si fructus sint pignoriati, vel venditi, sed fiscus intendit solvere debitum creditori potest domum destruere. Constantius in l. i. n. 55. Cod. de vendit. ver. fiscal. lib. 10. &

quando domus forjudicati debet destrui, si sit communis cum aliquo, & tunc sit divisio, & pars superior consignatur forjudicato, & illa destruitur, & pars inferior est confocii, & non destruitur, Aret. d. ver. & ejus bona publicamus, num. 21. & Nigris in cap. Reg. 12. num. 83. ubi n. 84. dicit, quod domus destruita propter delictum, non potest amplius reedificari absque licentia Superioris. Sed si fiscus intendat solvere pretium illi, qui habet domum communem cum forjudicato, soluto dicto pretio, potest totam Domum destruere. Constantius d. l. 1. n. 56. & quando propter contumaciam unius domus communis devastatur, contumax tenetur reficere partem confocio. l. si is cum quo fundum. ff. communi dividundo. l. si merces §. culpa ff. locati. & Tironus in quadam sua allegatione, quam posuit Carolus Rota in florileg. practic. conclus. conclus. 9.

51 Sed tunc domus, & possessiones bannitorum destruantur, quando banniti, & forjudicati imposuerunt ignem, vel occiderunt animalia causa extorquendi pecuniam à Dominis rerum combustarum, & animalium occisorum, prag. 13. in principio, & prag. 14. §. 2. in fine, de exul. & antequam fiat destructio domus in casibus permixtis, requiritur sententia, qua pronuncietur, domum esse destruendam, immò si ipso jure talis poena imponatur, adhuc requiritur sententia declaratoria. Nigris d. cap. Reg. 12. num. 82. in fine. Et birruarii & executores excusantur diruendo domum alicujus asserti delinquentis de mandato Judicis, quamvis indebite. Farinacius in tit. de panis temperandis. quest. 97. casu 6. n. 125.

52 Et sententia confiscationis bonorum non tenet, ubi à lege, vel à statuto non sit imposita confiscatio, Guazzin ad defensionem reorum, def. 35. cap. 14. n. 5. & sententia dicitur nulla, à qua licet non sit appellatum, tamen illa nunquam facit transitum in rem judicatam. Farinacius in pract. crim. tit. de delictis & panis. quest. 25. n. 2. cum tribus seq.

53 Et quando quis est forjudicatus per curiam Baronalem pro delicto spectare ad d. Curiam, bona publicata d. forjudicati spectant ad baronem & non ad Reg. Fiscum. Constantius in l. 1. n. 42. & 45. Cod. panis fiscalibus creditores preferri. lib. 10. licet contrarium teneat Montana de regalibus d. rub. bona contrahentium incessas nuptias. n. 17. & dictum est supra hoc cap. post n. 28.

S U M M A R I U M.

- 1 **B**annitus de jure communi non potest impunè occidi.
- 2 Forjudicatus in Regno potest impunè occidi, & idem est in statu Ecclesiastico, n. 3. & tale statutum valet, n. 4. Immo per statutum potest induci, ut forjudicatus fiat servus capientis, n. 5.
- 7 Forjudicatus, quod possit in Regno impunè occidi ampliatur pluribus modis, usque ad nu. 45. Sed limita à n. 47. usque ad n. 65.
- 66 Probationes, quæ requirantur ad recipere

faciendam caput alicujus, à quo pretenditur, fuisse commissum delictum, propter quod poterat impunè occidi.

67 Consanguineus forjudicati occisi est audiendus, si allegat forjudicatum ipsum non potuisse occidi.

68 Caput forjudicati occisi est presentandum Curia, & cui Curia? n. 71. & fit verificatio dicti capitis, & quomodo fiat? d. n. 68. &

69. Et facta dicta verificatione interponitur decretum, quod dictum caput recipiatur, & ponatur in publico, n. 70.

C A P. XVII.

Forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, potest ab omnibus impunè occidi.



1 licet de jure communi bannitus non possit impunè occidi, Gaudis de bello exulum, in prædicatione pati, quat. 3. speciali 21. n. 3. Catalanus de indulto, cap. 13. n. 25. cum pluribus numeris sequentibus, Caballus resolut. crim. casu 61. in principio, Decius in l. ut vim. n. 14. ff. de instit. & jure, & Clarus pract. crim. §. homicidium, ver. plerumque.

2 Tamen in Regno nostro forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, ab omnibus impunè offendi, & occidi potest, & occisores præmium consequuntur, ut in Cont. Reg.

3 poenam eorum, ver. quoad omnia, & ver. adeo. Et in prag. 1. §. 6. 9. & 11. de exulibus, & idem est in Statu Ecclesiastico, in quo contumaces capitaliter condemnati possunt impunè occidi, Ambrosius de processu informativo, lib. 5. cap. 1. n. 15. Et idem est in Regno Placentia per decretum 171., quod disponit, bannitum capitaliter cum confiscatione bonorum posse impuni offendi, & Petra de fidei-commis. quest. 3. n. 12. Immo alii tenent quod etiam de jure communi bannitus possit impunè occidi, ut Farinacius in pract. crim. in tit. de variis ac diversis questionibus. 6. quest. 103. n. 8. cum duobus seq. Petrus à Placa in epitome delict. cap. 26. n. 1. & Marsilius in conf.

4 110. n. 9. & tale statutum permittens, forjudicatum ab omnibus impunè posse occidi, esse validum, restantur Clarus d. §. homicidium, d. vers. plerumque, Nigris in cap. Regni misericordiam, n. 29. Vivius commun. opinion. lib. 1. opinion. 290. Carrerius pract. crimin. tit. de homicidio, vers. septimo igitur, n. 2. fol. mihi 192. à tergo, Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis, n. 1. Paschal. de virib. patriæ potest. par. 4. cap. 3. n. 3. Mars. in l. 1. n. 68. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, Rota in florilegio pract. concl. concl. 9. n. 72. Caballus de omni genere homicidii n. 57. Menoch. de arbitrar. judic. lib. 1. q. 90. n.

4. Bar-

4. *Burgus de modo procedend. ex abrupto. quæst. 8. n. 9. Afflict. in const. Regni panam eorum. n. 12. & 14. Cotta in suis memorialibus ver. bannitus. Baldus in l. 1. §. qui deficiunt. n. 10. ff. de capitis diminut. Follerius in prag. de forjudicatis n. 1. & Farin. d. q. 103. n. 1. & seq. ubi n. 2. dicit quodd statutum est validum, etiam si ultra impunitatem, concedat etiam proemium offendenti, seu occidenti bannitum, & n. 4. cum tribus seq. dicit, tale statutum esse favorabile, & n. 16. dicit, ut non solum statuto fieri possit, ut bannitus impune occidatur; sed hoc etiam possit statuere Officialis deputatus ad persequutionem bannitorum, iuxta suadente causa, puta, quia banniti multum Civitatem opprimebant, & idem tenet Bajard. ad Clarum, §. homicidium, n. 214. quod ego intelligo, si hanc potestatem Judex habeat à Principe, aliàs secus. Immo potest induci per statutum, ut forjudicatus fiat servus capientis, Rovit. rub. de exulib. n. 24. Grandis in d. prædicamento pati, q. 3. speciali 28. n. 2. Nellus d. p. 1. 2. temporis, n. 1. Bald. in l. 2. Cod. quib. ad libert. proclam. non licet. & Afflict. in const. Regni. in prælud. quæst. 4. n. 4. Sed vide si in contrarium facit tex. in Auth. sed hodie. Cod. de donat. inter virum & uxorem, quia tale statutum efficeretur elusorium nam forjudicatus procuraret se capi ab aliquo suo amico, & sic evaderet panam, & ex hoc delicta, rem. uerent impunita, contra textum in l. ita vulneratus in fine ff. ad leg. Aquil. & daretur occasio delinquendi contra tex. in l. si unus. §. illud, & §. pacta ff. de pactis, & in l. convenire. Cod. de pactis dotalibus.*

6 Et statutum disponens, ut forjudicatus ab omnibus possit impune occidi, amplia pluribus modis. &

7 Primò ut occidens forjudicatum non peccet, & non teneatur in foro tori, & in foro poli, Thomas Afflictus meus Patruus de iustitiâ, & jure. part. 2. disput. 17. n. 94. 97. 98. & 99. Grammat. in Const. Reg. pœnam eorum, n. 40. Capiblanco. de Baronib. prag. 6. n. 28. Clar. d. §. homicidium, ver. sed nunquid, Nigris in c. Reg. misericordiam, n. 30. sed quodd occidens forjudicatum teneatur in foro poli, tenent Rovit. rub. de exulib. n. 1. Duenas regula 68. n. 2. in limitat. Placa in d. cap. 26. à n. 12. usque ad 18. & Marf. in l. 1. n. 73. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis, & in præct. crim. §. aggredior, n. 11. & opinio, ut occidens forjudicatum teneatur in foro poli confirmatur ratione, nam statutum disponens, ut forjudicatus impune occidi possit non valet de jure canonico, Farinac. d. quæst. 103. n. 349. sed quia ipsemet, Farinac. ibi n. 350. dicit quodd non sine ratione dubitat de istâ opinione, Brunor. à Sole in quæst. 26. n. 68. Idem tu dicas, quodd occidens forjudicatum bono zelo non peccat, Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, n. 58. Secus si id faciat livore, & delectatione effundendi sanguinem humanum, quia tunc peccat mortaliter, ita Nellus de bannitis in 2. part. secundæ temporis, n. 11. Grandis d. prædicamento pati, qu. 3. speciali 22. n. 2. Caball. resol. crim. casu 61. n. 6. & casu 274.

n. 17. & de omni genere homicidii, n. 61. in fine, Pascal. de virib. patriæ potest. part. 4. cap. 3. n. 4. Rota in florileg. præct. conclus. conclus. 9. n. 70. cum plurib. n. seq. Marta de jurisdictione part. 4. centu. 1. cas. 67. n. 10. & 15. late Caravit. Prag. 1. a n. 84. usque ad n. 100. de exulib. Menoch. d. quæst. 90. n. 5. & seq. Farinac. d. quæst. 103. n. 348. & Foller. in Prag. de forjudicatis, n. 3. ubi n. 4. dicit, quodd occidens, forjudicatum efficitur infamis, ita ut in delictis gravibus non possit recipi in testem, absque torturâ, idem tenent Cabal. de omni genere homicidii, n. 64. cum duob. n. seq. Monticell. præct. crim. reg. 3. n. 44. Pascal. de virib. patriæ potest. part. 4. cap. 2. n. 42. Vivius d. op. n. 290. Farinac. d. quæst. 103. n. 351. & seq. Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 24. n. 95. & Marfiliis in d. l. 1. n. 74. ff. ad l. corneliam de sicariis, & in præct. crim. in d. §. aggredior. n. 12. Quod potest procedere de jure commu. & non in Regno nostro per d. Const. pœnam eorum, ibi nullam calumniam meruendam Carrerius pr. cri. tit. de appell. vers. septimus casus est, n. 88. fol. 19. & Farinac. d. quæst. 103. n. 352. Immo interficiens forjudicatum ex odio, & inimicitia non efficitur infamis, & admittitur in testem, ut addam infra in hoc eodem cap. n. 21. in fine.

8 Secundò amplia, nam si clericus uti laicus sit forjudicatus a Judice laico, potest impune occidi à laico, Marf. conf. 11. n. 14. Bajardus ad Clarum, §. homicidium, n. 269. Monticell. d. reg. 3. n. 3. Nellus de bannitis in 1. part. tert. temporis, n. 2. & Rovit. rub. de sent. forjud. n. 11. in fine. Sed nonnulli tenent quodd si quis occidat clericum forjudicatum à Judice laico non excusatur ab homicidio, & est puniendus, nisi occisor ignoraverit illum forjudicatum fuisse clericum, ita Bald. in l. ex quacunque causâ, n. 11. ff. si quis in jus vocat, non jeric, Guid. Pap. dec. 450. n. 1. & Franc. Ansaldo de jurisdictione, part. 2. tit. 11. cap. 1. n. 64. & seq. & alii dicunt, quodd statutum disponens, ut bannitus possit impune offendi, & occidi, comprehendit Clericum bannitum, ita ut vigore dicti statuti Clericus possit impune occidi, ita Grass. de effect. Cler. effect. 2. n. 369. cum plurib. seq. Sed tu dicas, quodd si Clericus sit forjudicatus à Judice laico, pro causâ, pro quâ Judex laicus non poterat procedere contra Clericum, & occidens d. Clericum hoc sciat, tunc occidens punitur, aliàs si ignorabat, vel occidat Clericum forjudicatum à Judice laico pro causâ, pro quâ Judex laicus poterat procedere contra Clericum, & tunc non punitur, ita Farinac. d. q. 103. n. 313. cum quatuor seq. Et occisor Clerici forjudicati gaudet indulto, Franch. dec. 463. Guid. Papa dec. 450. Blanc. præct. crim. ver. ignorantia, n. 26. usque ad n. 100. Alex. conf. 6. n. 5. vol. 7. Bald. in l. 2. ff. si quis in jus vocat. jeric, Grass. de effect. Cler. effect. 1. n. 459. Nigris in cap. Reg. 12. n. 21. Grandis de bello exulum, prædicamento pati, q. 3. speciali 23. n. 2. Riccius coll. 475. citat Mastrill. dec. 39. licet contrarium teneant Caravita prag. 1. n. 111. cum pluribus seq. de exulibus, & Cabal. resol. crim. casu 60. tamen prima

ma opinio est vera, quam intellige procedere, quando sumus in casibus, in quibus occidens Clericum bannitum non punitur, aliàs non gaudet indulto, ita Farin. d. q. 103. n. 118. Sic est è contra si Clericus interficiat bannitum laicum, adhuc non punitur & hoc tam à Judice laico, quam Ecclesiastico, sed tantum incurrit in irregularitatem, Grassus de effect. Cleric. effect. 2. n. 374. & seq. Farinac. d. q. 103. n. 142. Marf. conf. 11. Ricc. dec. 97. par. 2. & Grandis d. prædicamento pati, q. 3. speciali 25. n. 1. & seq. Et Thomas Afflictus meus Patruus de justit. & jur. d. par. 2. d. disput. 17. d. n. 94. in fine docet An peccet Clericus bannitum occidens, affirmat Bonac. loc. cit. n. 4. quia Clerico, ut infra dicemus, non licet se immiscere in causâ sanguinis, ut patet ex capitulo sententiam unde non potest Judicis laici esse minister, & proinde esse homicidii reum, & tanquam homicidam esse puniendum. Riccius vero post alios loc. cit. ait etiam Clericum esse immunem ab omni pænâ temporali, & hanc sententiam puto veriore, nam Clericus occidendo bannitum non peccat peccato homicidii, nã etiam Clerico conceditur per Judicem laicum potestas illum occidendi, & licet non possit esse minister judicis laici, si tamen hoc agit, non peccat contra ius naturale, nec contra præceptum divinum. Non occides, ut patet in Clerico pugnante in bello iusto, & proinde non meretur penam temporalem, sed solum penam spiritualem irregularitatis, quæ per Canones illi imponitur, quia non peccat contra iustitiam, sed contra Religionem ratione indecentiæ, quia ratione status, talis actus est illi prohibitus, & vide n. 101. d. part. 2. d. disput. 17. & quando Clericus fuit forjudicatus à Judice laico in casu, in quo Index laicus poterat procedere contra Clericum, si Clericus interficiat alium bannitum, gaudet indulto in foro sæculari, Grandis de bello exulim in prædicamento quantitatis, quæst. 3. n. 9. Rovit. prag. 5. n. 48. de abolit. & Caravit. prag. 1. n. 117. de exulib. Secus si Clericus esset bannitus, & forjudicatus à Judice laico pro causâ spectante ad Judicem Ecclesiasticum, quia tunc Clericus bannitus à Judice laico gaudet indulto interficiens alium bannitum in foro laicali, sed non in foro Ecclesiastico, nam à Judice Ecclesiastico potest puniri pro delicto, pro quo fuit bannitus coram Judice laico, Caravit. Pragm. 1. n. 117. de exulibus, Grass. d. eff. 1. n. 259. & d. eff. 2. n. 366. & seq. Farinac. d. q. 103. n. 142. & Bajar. ubi sup. n. 270. Immo Clericus interficiens laicum forjudicatum à Judice laico, potest à Judice Ecclesiastico puniri. Marta de iurisdictione. part. 5. cent. 1. casu 67. a n. 11. usque ad finem ubi n. 2. dicit quod Clericus bannitus per Episcopum non potest impunè offendi vigore statuti laicorum, & indultum concessum à Principe comprehendit clericos inquisitos in Curia sæculari, quando clericus est inquisitus pro delicto, pro quo potest cognosci à Judice laico, aliàs secus, Makril. de indulto, cap. 3. n. 13. usque ad n. 20. & cap. 29. n. 16. Thor. in supplern. decis. ver. Clericus. fol. 88. & Marta de iurisdic. part. 4. casu 15.

9. Quod dixi interficientem Clericum bannitum, & forjudicatum à Judice laico uti laicum non puniri, confirmo nam licet forjudicatio facta à Judice laico contra Clericum sit nulla, ut dicit Grass. dict. eff. 1. n. 357. & 466. tamen quando quis interficit nulliter forjudicatum, & tamen ignorat de nullitate non punitur Boss. pract. crim. tit. banniti quid omittant, n. 3. Clar. d. 6. homicidium, ver. maior est dubitatio, Monticell. d. reg. 3. n. 7. & 18. cum duob. n. seq. Riccius col. 291. in fine, Petr. Duenas reg. 68. n. 7. & ita decisum testatur Magonius dec. Florentiæ 128. n. 14. & Bajard. ubi supra n. 226. licet contrarium teneat Afflict. in Conf. Reg. pœnam eorum, n. 55 & 56. & ibi Grammat. n. 42. Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 290 in quarta limitatione, & Cepolla in conf. crim. 6. n. 16. tamen prima opinio est vera. Nellus in d. 1. part. tertii temporis, n. 2. Placa in d. cap. 36. n. 2. Marfilis conf. 55. n. 6. & Carrer. pract. crim. tit. de homicidio, ver. septimo igitur, n. 6. fol. mihi 193. ubi n. 15. dicit, quod occidens injustè bannitum non punitur pœna ordinaria, sed punitur pœna extraordinaria, & idem tenent Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 15. Menoch. d. quæst. 90. n. 7. cum plur. seq. & lib. 2. casu 283. n. 1. & 2. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 88. n. 9. & Baccarenus de differr. inter iudic. civil. & crim. diff. 115. post n. 31. sed Marfil. in l. 2. n. 6. ff. ad leg. Cornel. de Sycharis, dicit, quod occidens nulliter bannitum punitur pœna homicidii, dato quod extet statutum, ut bannitus possit impunè interfici, & maxime quando occidens scit nullitatem banni, & n. 9. dicit quod occidens bannitum, qui non poterat banniri, excusatur si ignorabat, quod non poterat banniri, & vide Chartar. dict. cap. fin. n. 147. ubi post n. 308. dicit, quod si forjudicatus post sententiam forjudicationis efficiatur Monachus non potest impunè occidi à privato, citat Guid. de Suzar. conf. 100. & Camill. Gallin. lib. 7. de verb. significat. cap. 21. & late hanc quæstionem disputat Cavalcan. dec. Fivizan. 1. part. 5. quem adducit Rovit. rub. de sent. forjud. n. 12. & in rubrica de exulib. n. 4. Et forjudicatus si post lectam sententiam forjudicationis sit effectus Clericus, vel Monachus, & sic captus contra eum non exequitur sententia, forjudicationis, sed remittitur ad Judicem Ecclesiasticum quoad personam tantum, & non quoad bona, ut dicam infra cap. 25. n. 62.

Et licet Vant. in tract. de nullit. rub. quoties, & infra quod tempus de nullitate agi possit, n. 44. dicat, quod si quis interficiat nulliter bannitum, sciens nullitatem banni puniatur pœna ordinaria, aliàs si ignorabat nullitatem banni, & tunc puniatur pœna extraordinaria, tamen veritas est, quod occidens nulliter bannitum, si sciebat nullitatem banni punitur, aliàs si ignorabat, & tunc non punitur, nec pœna ordinaria, nec extraordinaria, Farin. d. quæst. 103. n. 36. cum duob. seq. & n. 42. & seq. ubi n. 45. dicit quod occidens nulliter bannitum, ignorans illum esse bannitum, punitur. Et bannitum à Judice,

dice, rectè bannitum præsumi, dicit Menoch. conf. 100. n. 3. *Et si ipsemet Menoch de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 88. n. 9. dicat quod occidens nulliter bannitum præsumatur scivisse nullitatem banni & ideo non excusatur, si non probaverit ignorantiam tamen veritas est, quod in dubio præsumitur potius in occidente ignorantia nullitatis banni, quàm scientia, Farinac. d. q. 103. n. 39. ubi n. 40. & seq. dicit, nisi nullitas banni sit evidens, quia tunc non probata per occisorem, ignorantia præsumitur scientia, & successivè occisor pœna extraordinaria punitur.*

10. Tertiò amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi ad instantiam alterius, etiam pecunia mediante, Boslius præct. crim. tit. banniti quid amittant, n. 1. Franch. dec. 276. n. 4. Angel. ad Gizzarell. dec. 13. n. 10. Amend. ad Franch. dec. 176. n. 14. Follerius præct. crim. rub. forjudicentur, n. 12. & in prag. de forjudicatis, n. 15. & 42. Caravita prag. 1. n. 36. cum duob. n. seq. de exilib. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 24. n. 1. Monticell. d. reg. 3. n. 28. & 45. Nellus de bannitis in 2. par. secundi temporis, n. 12. Paschal. de viribus patriæ potest. par. 4. cap. 3. n. 24. Vivius d. opin. 290. Carrer. præct. crim. tit. de homicidio, ver. circa igitur tertium, n. 41. fol. mihi 140. à tergo, Cabal. de omni genere homicidii, n. 60. 409. & 529. & licet Arnono in dialogo 16. dicat occidentem forjudicatum per alium, & non propriis manibus puniri, *Et Decianus in tractat. cri. lib. 9. cap. 20. n. 19. dicit bannitum occidi non posse per assassinum tamen prima opinio est vera. Bajardus ad Clarum in §. homicidium. n. 288. Thorus in Cod. rerum judicatarum. alleg. 36. & Farinac. d. q. 103. n. 26. & seq. & n. 113. & seq. ubi n. 29. hoc limitat, quando mandatarius non potest occidere impunè forjudicatum, quia tunc tam mandatarius, quàm mandans punitur & idem est e contrario, si mandans non possit impunè occidere forjudicatum, quia tunc tam mandans, quàm mandatarius punitur, Farin. ubi supra n. 116. & seq. Et in dec. 276. n. 4. §. 9. & 11. Nellus in d. n. 12. in fine, & Monticella in d. reg. 3. n. 28.*

11. Quartò amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi ab eo, qui forjudicatum cæpit vivum, Farinac. præct. crim. d. q. 103. n. 144. & seq. & conf. 101. n. 28. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis, cap. 1. n. 34. & Guazzin. ad defensam reorum, defens. 5. cap. 6. n. 9. & seq. Sed contrarium tenet Rovitus in rub. de exilibus, n. 8. Marf. præct. crim. §. aggredior, n. 24. Monticell. d. reg. 3. n. 27. Clar. d. §. homicidium, ver. quæro etiam, *Rosa in præct. crim. cap. 3. n. 38. & 39. pars. 1. & Grandis de bello exulum prædicamento quantitatis, quæst. 3. n. 7. & in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 21. n. 2. ubi in speciali 19. dicit, quod licet forjudicatus, dum capiatur possit impunè verberari, tamen secus est postquam sit captus, Sed in Regno nostro prima opinio est vera per Constit. Reg. pœnam eorum, ver. offensionis, & ver. quod si fortè, ibi offensionis, vel occisionis etiam ut*

dictum est capienti licentia non negata & ibi quod si fortè motus clementia, qui forjudicatum caperit offendere, vel occidere noluerit eundem ex quibus verbis clarè constat, quod capiens forjudicatum vivum est in sua electione, vel eum occidere, vel eum ducere ad Judicem, unde Angelis ad Gizzarell. dec. 13. n. 10. Carrer. præct. crim. tit. de homicidio, ver. sextò ad instar. n. 2. fol. mihi 191. à tergo, Cabal. resolut. crim. casu 277. & Foller. præct. crim. rub. forjudicentur n. 11. dicunt, quod forjudicatus potest suspèdi per privatū, dummodò hoc non faciat animo usurpandi jurisdictionem, & idem tenent Affl. in Constit. Reg. pœnam eorum, n. 75. Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 233. & Farinac. d. q. 103. n. 23. ubi n. 24. & seq. dicit, quod forjudicatus non potest à privato torqueri. Et quod forjudicatus possit impunè occidi à capiente postquam est captus, dicit Foller. d. rub. forjudicentur, n. 12. Immodò si forjudicatus sit captus per aliquem, & dum ducatur ad Curiam per viam sit interfectus ab alio, in hoc casu interficiens, neque punitur, Foller. in prag. de forjudicatis, n. 16. Farinac. d. quæst. 103. n. 144. citat Nellum de bannitis in 2. part. secundi temporis, q. 32. & Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 277. Et licet aliqui teneant, quod occidens forjudicatum captum familia Curie, qui adhuc erat in manibus dictæ familiæ, puniatur uti homicida, prout tenent Nellus de bannitis in 2. part. secundi temporis, n. 28. Affl. in d. Constit. Reg. pœnam eorum, n. 75. Bald. in l. libere n. 4. ff. de statu hominum & in l. quicumque n. 2. Cod. de malefic. & Marf. in l. eisdem, §. fin. n. 2. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, & in tract. de bannitis, ver. capti, n. 12. tamen qui occidit forjudicatum existentem in manibus privatorum capientium, qui eum ducere volebant ad manus Curie, non punitur, Foller. d. rub. forjudicentur, n. 12. Bajard. ad Clarum d. §. homicidium, n. 266. Farinac. conf. 101. n. 20. & seq. Pascal. de viribus patriæ potestatis, par. 4. cap. 3. n. 26. *Sansel. in dec. 235. n. 14. & Nellus in d. 2. part. 2. temporis quæst. 22. Unde Farinac. d. quæst. 103. n. 154. dicit, quod aliud est occidere bannitum existentem in manibus Curie, & birrariorum, & aliud est, illum occidere existentem in manibus privatorum, in primo casu non licet, sed in secundo licet, & n. 302. dicit quod bannitus existens captus in manibus familiæ Curie non potest ab aliquo impunè occidi.*

12. Sed postquam forjudicatus est præsentatus Curie, & reperitur penes Curiam carceratus, non potest impunè occidi à privato sed eum occidens punitur pœnâ mortis, Foller. d. rub. forjudicentur, n. 12. & ibi Angelis n. 18. & idem Angelis ad Gizzarell. dec. 13. n. 12. Vivius d. opin. 290. in tertia limitatione, Carrer. d. ver. septimo ad instar, n. 3. Guazzinus ad defensam reorum, defens. 5. cap. 6. n. 2. & defens. 6. cap. 1. n. 26. Monticell. d. reg. 3. n. 40. Marfil. l. 1. n. 2. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, & in sing. 150. Duenas d. reg. 68. in sexta limitatione, Menoch. d. quæst. 90. n. 53. Farinac. d. d. quæst. 103. n. 303. Bajard. ubi supra, n. 278. *Pla.*

ea in d. cap. 36. num. 20. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 11. n. 10. Sanfelice. dec. 225. n. 12. & Grammaticus in Constitutione Regni poenam eorum, n. 43. & ibi Affl. n. 75. ubi dicit, quod si privatus occidat forjudicatum, qui per justitiam ducitur ad patibulum, puniatur poena mortis, & idem tenet Cerrerius d. tit. de homicidio, ver. septimo igitur, n. 25. fol. mihi 194. Duenas d. reg. 68. in quinta limitatione, Menoch. d. quæst. 90. n. 54. Farin. d. quæst. 103. n. 304. Et Placa in d. cap. 36. n. 19., nam occidens proximè decapitandum, vel suspendendum, licet aliqui teneant, quod non puniatur poena mortis uti homicida, ut dicit Bal. in l. fideicommissu. §. si quis illicitè, ff. de leg. 3. & Jacobus de Franchis de feudis, quæst. 16. n. 18. tamen veritas est, quod puniatur poena mortis, uti homicida, Boer. dec. 89. n. 3. & Guazzin. d. def. 5. d. cap. 6. n. 4. & 5. Pro ut etiam quis occidens proximè moriturum, dicitur homicida voluntarius, Riccius dec. 91. part. 2. Unde si consanguineus venenat consanguineum bannitum carceratum, ad finem, ut non exequatur sententia contra ipsum lata, venenans puniatur uti parricida, Cerrerius d. ver. septimo igitur, n. 26. Marfil. d. l. 1. n. 3. & d. §. aggredior, n. 24. Muta decis. Siciliae 36. n. 18. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de veneno, cap. 1. n. 26. & seq. & Bajardus ad Clarum, §. fin. quæst. 68. n. 45. sed quod non poena parricidii, sed poena extraordinaria puniatur, dicit Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. casu 356. n. 63. sed prima opinio est vera, Arnono in epitoma 50. & in problema 24. Et Marfil. in sing. 150.

13. Unde non videtur tuta opinio Nigris in cap. Regni ad perversorum, n. 36. asserentis consanguineum venenantem consanguineum carceratum, qui morte ignominiosa erat moriturus non puniri poena mortis, sed poena relegationis; tamen prima opinio est vera, scilicet venenans, puniatur poena mortis, ita Guazzin. d. def. 5. cap. 6. n. 2.

14. Et quod occidens bannitum, & forjudicatum, tempore, quo ducitur ad locum justitiæ, puniatur uti homicida, tenent Marfil. d. §. aggredior, n. 41. & in d. l. 1. n. 13. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, Monticell. d. reg. 3. n. 38. & Grammat. in d. Constitutione Regni poenam eorum, n. 39. Et licet aliqui tenant, quod licet bannitus captus non possit impunè occidi, tamen possit impunè occidi, si sit dimissus fidejussoribus, prout tenet Boss. pract. crim. tit. de carcere, n. 29. tamen contrarium puto verum, nam si existens in carceribus, non possit impunè occidi, ut diximus, ergo neq. potest impunè occidi, si sit dimissus fidejussoribus nam dimissus fidejussoribus dicitur esse in carcerib. l. 2. in fi. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam, cap. 1. 2. q. 6. Carav. rit. 47. n. 16. latè Catal. de indulto, cap. 11. per totum, & sicut qui in carcere contraxit non obligatur, & contractus est nullus, l. qui in carcerem, ff. quod metus causa, latè Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 35. per totam, Et Guazzinus ad defensionem reorum, def. 6. cap. 1. n. 9. cum plurib. seq. ita qui est relaxatus sub fidejussoribus, si contrahat, contractus non valet, Riccius dec. 97. par. 4.

Guazzin ad defensionem reorum, def. 6. cap. 1. n. 11. & Novarius in quæst. forensi 128. par. 1. licet idem Boss. d. tit. de carcere, num. 28. dicat, quod dimissus sub fidejussoribus non dicatur esse in carceribus.

15. Et licet transfuga, hostis, & proditor Civitatis possint impunè occidi, l. 3. §. transfugas, ff. ad l. Cornel. de Sycariis, & in l. proditores, ff. de re militari, et Affl. in Const. Reg. terminum vitæ, num. 35. tamen quando transfuga est in manibus familiæ Curie, vel in posse Curie non potest impunè occidi, Marfil. d. §. transfugas, Affl. & in Const. Regni poenam eorum, num. 48. et Cerrerius d. tit. de homicidio, ver. quarto excusatur, num. 1. et 2. fol. mihi 191. ubi dicit, quod rebellans se contra Imperatorem, potest impunè occidi, et quod desertor militiæ ab omnibus possit impunè occidi, est tex. in l. fin. C. quando liceat unicuique sine Judice se vindicare, quod intellige, si inventus resistat, l. 2. C. de desert. lib. 12. et Caballus resolut. crim. casu 294. n. 106. & vide Aunam in repetitione const. Regni terminum vitæ a num. 101. usque ad 109.

16. Sed Franciscus Laverga Procurator Fiscalis Provinciæ Civitatis Barri extraxit quendam forjudicatum ab Ecclesia, quo extracto, mandavit illum occidi, et caput amputari denegando ad ejus preces Sacramenta, et accessum ad Tribunal Regiæ Audientiæ, et occiso dicto forjudicato, à familia dicti Procuratoris Fiscalis, ob ejus mandatum fuit dictus Procurator Fiscalis condemnatus ad deportationem in insulam declarandam per Suæ Excellentiam ut refert decisum Sanfelice dec. 249. ubi num. 22. dicit opinionem aliorum DD. contrarium tenentium procedere, quando forjudicatus resistit, vel si fuit captus à privato, et eandem distinctionem facit Campana de forjudicatione resol. 23. à num. 2. usque ad num. 7. Et bannitus potest impunè occidi, etiam quod occidens illum potuerit capere, et vivum ducere ad carceres, Farinac. d. quæst. 103. à num. 144. usque ad num. 171. et feciunt dicta infra cap. 20. nu. 24. et latè Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sententia forjud. c. 13. per totum. Sed licet occidens forjudicatum captum à privato non puniatur, tamen si capiens ob dictam occisionem non consequatur premium, quod consequeretur si d. forjudicatum presentare vivum curiæ vigore alicujus statuti; Occidens tenetur ad interesse d. capienti. Buccaronius de differ. inter Judic. civil. & crim. differ. 90. num. 11. & Follerius in pragmat. de forjudicatis n. 16.

17. Quintò amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi veneno, Caravita Pragm. 1. nu. 32. cum plurib. num. seq. de exilibus, Garzia à Toletto in dicto 495. Foller. pract. crim. rub. forjudicentur, num. 12. Angelis ad Gizzarell. dec. 13. num. 10. et Caball. resolut. crim. casu 278. et de omni genere homicidii, num. 579. sed quod bannitus non possit veneno occidi tenent Marfil. in rub. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, num. 14. Canonicus Novarius in summa bullarum, tom. 1. tit. de immunit. Eccles. num. 42. in fine, Duenas d. regula 68. in octava limitatione, Farinac. d. quæst. 103. n. 108. et

108. et 110. *Placa in epit. delict. lib. 1. cap. 2. n. 7.* & *Cotta in suis memorabilibus. ver. homicidium. in fine.* nisi quis sit forjudicatus pro crimine læsæ Majestatis; quia tunc potest impunè interfici veneno, Monticell. d. reg. 3. num. 41. Carrerius præf. crim. tit. de homicidio. ver. septimò igitur, num. 37. fol. mihi 195. Marf. d. rob. d. num. 14. et Arnono soliloquios 21. Sed prima opinio procedit de jure Regni, secunda verò de jure communi, Caravit. d. Pragm. 1. num. 31. cum duod. num. seq. de exulib.

18. Sextò amplia, ut forjudicatus possit interfici proditoriè, & interficiens forjudicatum proditoriè non punitur, ita Boslius præf. crim. tit. banniti quid amittant, num. 1. Folter. d. rubr. forjudicentur, num. 12. Mastril. dec. 104. Riccius coll. 291. Angelis ad Gizzarell. d. dec. 13. num. 10. Clar. d. §. homicidium, vers. sed an licebit, & ibi Bajardus in add. n. 247. & Thor. in Cod. rerum judic. alleg. 36. sed quod statutum permittens, ut bannitus impunè occidi possit, intelligatur dummodò non interficiatur proditoriè, aliàs occidens non juvatur beneficio statuti, dicit Angel. per tex. in l. fin. C. de delat. lib. 10. Duenas d. regula 63. in octava limitatione, Mascard. de probat. conclus. 162. n. 9. & Menoch. d. q. 90. n. 49. ubi dicit, quòd occidens bannitum proditoriè punitur, nisi occisus esset bannitus, & forjudicatus pro crimine læsæ Majestatis, quia tunc occidens juvatur beneficio statuti, Angel. ubi sup. & Nigris in cap. Regni nuper apud Trani, num. 35. Monticell. d. reg. 3. num. 14. & seq. Carrerius d. num. 37. & Marf. d. rub. ad legem Cornel. de Sycariis, num. 14. sed Caravit. d. prag. 1. num. 32. cum trib. num. seq. dicit, primam opinionem procedere de jure Regni, secundam verò de jure communi, & quòd forjudicatus possit impunè occidi proditoriè, tenent Grandis de bello exulom, in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 24. Cabal. de omni genere homicidii, num. 59. & seq. num. 404. cum plurib. seq. & num. 529. cum plur. seq. & Farinac. d. quæst. 103. num. 107. 109. & 111. & seq. Et tales banniti dicuntur proditores. de Grandis de bello exulom in prædicam. qualitat. quæst. 1. n. 3. ubi plurimum committunt homicidia proditoriè, ergo possunt ipsi quoque impunè proditoriè occidi. nam quis eodem jure uti debet, quod in alium ipse statuit, ut in toto tit. ff. quod quisque juris & quod quisque facit semper expectat. l. 3. Cod. de Episcopali audientia. & dolus cum dolo compensatur. ita Thorus in addit. ad Jo. Grandem in d. speciali 24. & quacumque seminaverit homo, hac & metetur ad Galatas. 6. & Nevizzanus in Silva nuptiar. lib. 4. n. 48. in fine.

19. Septimò amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi cum armis prohibitis, Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. dict. speciali 24. Menoch. de arbit. judic. casu 574. Rovit. in rob. de exulib. n. 6. & Farinac. d. quæst. 103. n. 75. cum duob. seq. Immo si quis occidat forjudicatum cum armis prohibitis, & in recessu incontinenti sit captus cum dictis armis, non punitur poena asportationis dicto-

rum Rovit. in rubr. de exulib. post n. 6., & Nellus de bannitis, in 2. parte secundi temporis, num. 48. ubi dicit, hoc etiam procedere, si sit captus cum dictis armis, tempore quo ibat ad occidendum forjudicatum, sed Foller. in prag. de forjudicatis, num. 17. dicit, quòd si quis occidat forjudicatum cum armis prohibitis teneri, & asportari, et tunc occidens punitur de asportatione armorum prohibitorum, aliàs si sint arma prohibita portari, et non teneri, et tunc non punitur, sed quòd asportatio armorum prohibitorum sit licita pro occidendis forjudicatis, dicunt Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per Campaneam, cap. 6. n. 6. et cap. 8. in princ. Menoch. de arbit. Judic. lib. 2. centuria 6. casu 575. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 4. cap. 8. num. 6. Farinac. præf. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionibus, quæst. 108. n. 216. cum trib. seq. & in cons. crim. 131. n. 111. & 12. tom. 2. & Afflictus in cons. Regn. intentionis. n. 6. et dicam infra cap. 19. num. 5. Unde non mihi videtur tuta opinio Caravita in pragmat. 1. num. 103. cum plur. n. seq. de exulib. concludentis, occidentem bannitum cum armis prohibitis, non gaudere indulto.

20. Octavò amplia, nam si quis faciat pacem cum suo inimico, et promittat eum non offendere, si deinde inimicus efficiatur forjudicatus, qui facit pacem, potest impunè interficere forjudicatum suprad., et pax non dicitur facta, Bart. in quæst. incipiente. lucana Civitatis Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. num. 37. Vivius d. opin. 290. Cabal. resol. crim. casu 275. Grammat. in Cons. Reg. poenam eorum, nu. 41. et seq. Monticell. d. reg. 3. num. 8. Caravita d. prag. 1. nu. 127. cum plur. num. seq. de exulib. Marf. præf. crim. §. aggredior, num. 84. et Farinac. d. q. 103. num. 46. sed Clar. §. homicidium. ver. quæro aliquis, dicit hoc procedere, quando quis effectus fuit forjudicatus pro alia causa, quam pro qua fecerunt pacem, aliàs secus, sed opinionem Clari reiciunt Cabal. d. casu 275. num. 5. et Caravita d. prag. 1. num. 132. dicentes opinionem Clari ipsis non satisfacere, et opinionem Clari, etiam reicit Farinac. d. q. 103. num. 48. asserens occisorem non puniri, dato quòd occisus fuisset forjudicatus post pacem pro eodem delicto, pro quo fuit facta pax, ubi num. 47. dicit quòd immò iste talis occidens non solum gaudet impunitate, sed etiam consequitur præmium, et indultum a statuto concessum occidentibus bannitos, ubi num. 50. et seq. dicit, hoc etiam procedere, si vè occidens occidat zelo justitiæ, si vè odio particulari, nam nunquam punitur, et nu. 52. et seq. dicit quòd è contrà si bannitus post bannum interficiat eum, cum quo fecit pacem antè bannum, in hoc casu dicitur rupta pax, nisi hoc faciat defensionis causa, et idem tenet Bajard. ad Clarum, §. homicidium num. 245. et seq. dicit quòd nunquam bannitus comprehenditur sub cautione de non offendendo, nec activè, nec passivè, nisi expressè dicatur, unde promittentes pro se et suis consanguineis inter eos non offende-

re, non intelligitur promississe pro consanguineis bannitus, et ideo siue consanguinei banniti offendant, siue ostendantur, non dicitur conventioni contraventum. Sed si quis faciat pacem cum forjudicato, et promittat eum non offendere, si postea eum occidat, talis occidens non excusatur, Clar. d. §. homicidium, d. ver. quare aliquis, ubi ver. sed an licebit in fine, dicit, quod si quis det fidem forjudicato, de eum non offendendo, in hoc casu non potest d. forjudicatum occidere; nam etiam fides data hostibus à privatis est servanda, Facchineus controversiarum juris, lib. 9. cap. 58. sed quod, qui fecit pacem cum forjudicato, possit d. forjudicatum impunè occidere, siue pax sit facta ante, siue post forjudicationem, et occidens neque teneatur ad pœnam conventionalem, tenent Nellus de bannitis in 3. parte secundi temporis, num. 51. et seq. Marf. d. §. aggredior, num. 84. et sing. 352. Monticell. d. reg. 3. num. 8. Grandis d. prædicamento pati, quest. 3. speciali 27. Farinac. d. q. 103. à num. 46. usque ad num. 60. Bajard. ad Clar. §. homicidium, num. 292. et Caball. dict. casu 275. num. 8. et vide Caravit. d. Pragmat. 1. num. 127. cum plur. n. seq. de exulibus, et forjudicato non est servanda securitas, vel aliquod promissum, Affl. in Constit. Reg. pœnam eorum, num. 48. quod intellige si promissum, vel securitas sit promissa à privato, secus si à Superiore, ut dicam infra cap. 23. num. 14. Immo si quis cum juramento promittat forjudicatum non offendere, adhuc potest ipsum impunè offendere, Caball. d. casu 275. n. 11. sed d. Caball. de omni genere homicidii, nu. 423. et seq. tenet contrarium, prout etiam contrarium, tenet Bajardus ad Clar. §. homicidium, n. 244.

21 Nondè amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi etiam causa vindictæ, et ex odio particulari, Boffius d. tit. banniti quid amittant, num. 1. Foller. d. pragmat. de forjudicatis, num. 15. Clar. d. §. homicidium, ver. sed nunquid in fine, sed alii tenent contrarium, si dicat quod occidens puniatur pœna homicidii, ita Cephalus consil. 35. num. 21. Grass. de effect. cler. eff. 9. num. 228. Duas d. regula 68. in nona limitatione, Menoch. d. quest. 90. n. 48. Arnone soliloquio 40. *Placa in d. cap. 26. n. 21. Carrab in sing. 29.* et Monticell. d. reg. 3. nu. 22. Prout etiam si forjudicatus interficiat alium forjudicatum ex odio particulari, neque gaudet indulto vigore statuti simpliciter disponentis, forjudicatum occidentem alium forjudicatum, gaudere indulto, Danza de pugna DD. to. 2. tit. de armatione per campameam cap. 7. nu. 21. Nigris in cap. Reg. misericordiam, num. 24. et Marf. consil. 10. num. 42. vol. 1. sed quod occidens forjudicatum inimicum possit indultari, tenent Caball. resolut. crim. casu 274. à num. 12. usque ad finem, Grandis de bello exulum in prædicamento quantitatis, quest. 3. num. 26. et dicam infra cap. 24. n. 109. nam occidens bannitum propter odium, adhuc gaudet pœmio à statuto indulto, Bajard. ad Clarum in §. homicidium, num. 221. et Farinac. d. quest. 103. num. 201. et 206. unde apparet primam

opinionem esse veram, ut forjudicatus possit impunè occidi, etiam causa vindictæ, et ex odio particulari, Marfil, dec. 104. Riccius coll. 291. Caball. ubi supra d. num. 12. & de omni genere homicidii, num. 61. & Farinac. d. quest. 103. à num. 199. usque ad num. 207. *Et hoc procedit a fortiori in Regno Neapolitano, in quo est statutum, ut bannitus possit impunè interfici omni modo meliori, ut in prag. 1. §. 9. & 11. de exulibus, ex dictis per Palmam in prag. part. 1. glos. 26. n. 14. & per Carrab. sing. 29.* unde interficiens forjudicatum ex odio, & inimicitia non efficitur infamis, & admittitur in testem, Arnone sing. 71.

22 Decimò amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi etiam ab eo, qui ignorat, ipsum esse forjudicatum, Duas d. reg. 68. num. 1. Menoch. d. quest. 90. num. 20. cum duob. seq. Farinac. d. quest. 103. num. 30. & seq. & num. 140. & seq. Arnone epit. 63. Nel us de bannitis, in 2. parte secundi temporis, num. 25. Grammat. n. Constit. Regni, pœnam eorum, n. 44. Boff. d. tit. banniti quid amittant, num. 4. Foller. prag. de forjudicatis, num. 19. Carrer. d. ver. sept. mo igitur, num. 2. fol. mihi 192. à tergo Marf. in l. 1. num. 69. ff. ad leg. Corneli de Sycariis, Cabal. resolut. crim. casu 274. nu. 1. *Placa in d. cap. 26. n. 7. Jason in l. omnes populi in repetit. n. 49. ff. de just. & jur. Clar. d. §. homicidium, ver. tunc etiam, ubi dicit, quod licet occidens forjudicatum, qui ignorabat occisum esse forjudicatum non puniatur, tamen non consequitur pœmium concessum per statutum occidenti forjudicatum, & idem tenent Affl. & in Constit. Reg. pœnam eorum, post num. 78. Menoch. d. quest. 90. num. 22. Bajard. ad Clarum §. homicidium, num. 220. & 291. Capolla in cons. crim. 7. n. 2. Bal. in l. si quis in gravi, §. utrum n. 2. ff. ad l. senat. cons. ult. Syllan. & in l. si quis hæredem, n. 7. Cod. de infir. & subfir. late Cabal. d. casu 274. à n. 3. usque ad num. 12. qui tandem dicit, contrarium de consuetudine servari licet de jure non consequatur pœmium, d. Cabal. & in casu 287. num. 23. & seq. & quod interficiens forjudicatum casualiter, vel si occisor ignorabat, occisum esse forjudicatum, adhuc occisor gaudeat indulto, si simpliciter statutum dicat, forjudicatum occidentem alium forjudicatum, gaudere indulto, dicunt Caravita pragmat. 1. num. 141. cum plurib. num. seq. de exulib. Follerius in d. pragmat. de forjudicatis, d. n. 19. & Farinac. dict. quest. 103. num. 33. & seq. ubi num. 35. dicit, quod pœmium debetur capienti, seu occidenti forjudicatum, etiam quod capiens, vel occidens forjudicatum ignorabat, adesse statutum concedens tale pœmium, citat Monticellum reg. 3. n. 24. Menoch. casu 185. n. 44. & 50. & Bajardum ad Clarum, §. homicidium, num. 280. & 291. Et idem tenet Affl. in d. constit. Regni pœnam eorum q. 78. Farinac. ibi num. 45. dicit, quod occidens nulliter bannitum ignorans, illum esse bannitum, puniatur.*

23 Undecimò amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi, etiam extra territorium judicis forjudicantis, Clar. d. §. homicidium, ver.

vers. ulterius quæro, Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis, cap. 1. num. 21. Monticell. d. reg. 3. num. 6. & Franch. dec. 276. in princ. Prout idem est in assassinio, qui potest impunè occidi, Boss. pract. crim. tit. de foro competenti, nu. 142. Grammat. voto 9. Grassus de effect. cler. eff. 1. num. 671. Rovit. pragmat. 12. post num. 13. de abolit. Capyc. dec. 155. num. 25. Catalan. de Indulto, cap. 32. num. 27. cum duob. nu. seq. Carrerius pract. crimin. tit. de homicidio, ver. quinto ad instar. fol. mihi 191. à tergo, Aff. et. in Constit. Reg. terminum vitæ, num. 38. Ambrosius de immun. Eccles. cap. 17. num. 6. Farinac. d. qu. 103. num. 11. & in tit. de homicidio, quæst. 123. num. 4. & 8. Ansaldo de jurid. d. par. 3. tit. unico, cap. 2. num. 69. & 73. Clarus §. assassinium, vers. sed quæro, Farinacius d. qu. 103. n. 11. & assassinus potest à proprio patre interfici, Caball. de omni genere homicidii, num. 532. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de assassinio, cap. 3. num. 24. & tamen assassinus potest impunè interfici, etiam extra territorium Judicis declarantis, illum eide assassinum, postquam ita fuit declaratus, & non ante, Aloysius de Leon l. non ideo, nu. 11. C. de accusat. Grassus d. eff. 1. n. 691. Farinac. d. q. 103. num. 213. & Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 283. & seq. ergo idem esse debet in forjudicato, ut ipse quoque occidi possit impunè extra territorium Judicis forjudicantis, ut diximus, quod intellige, ut occidens forjudicatum extra territorium Judicis forjudicantis, non possit puniri à iudice forjudicante, Marf. in l. fin. num. 31. ff. de jurid. omn. jud. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, num. 57. & Arnono in epitoma 70. secusa iudice loci delicti, nam ipse occidens forjudicatum, extra territorium Judicis forjudicantis, potest puniri à iudice territorij, in quo forjudicatum alterius loci interfecit, Franch. dec. 276. nu. 3. Grandis de bello exulum prædicamento quantitatatis, qu. 3. num. 28. Farinac. d. quæst. 103. num. 215. Bajard. ad Clarum, §. homicidium, num. 279. & seq. Peregrin. de jure fisci lib. 2. tit. 7. n. 28. Corra in suis memorabilibus. ver. bannitus, & Cabal. resol. crim. casu 61. num. 17. sed quod etiam possit puniri à iudice forjudicante, quando quis interfecit forjudicatum extra territorium Judicis forjudicantis, tenet Rovit. rub. de exulib. n. 7. asserens. quendam, qui interfecit forjudicatum hujus Regni in Civitate Beneventana, fuisse per Sacrum Regium Consilium relegatum in insulam per decennium, nam forjudicatus re vera non potest impunè occidi extra territorium Judicis forjudicantis, Cephalus conf. 35. nu. 19. Decius in l. fin. num. 4. ff. de jurid. omn. jud. Vivius d. opin. 290. in ultima limitat. Boss. d. tit. banniti quid amittant, nu. 5. Foller. prag. de forjudicatis, num. 8. Riccis coll. 114. Marf. pract. crimin. §. aggredior, num. 33. & in l. fin. num. 5. ff. de jurid. omn. jud. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 29. n. 2. Jason in l. omnes populi in repetitione. n. 49. ff. de justit. & jure, & Arnono in epitoma 69. & 92. & in sing. 27. ubi dicit secus esse in Regno nostro Neapoli-

tano, & vide Campana d. resol. 23. n. 8. latè Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 7. per totum, & præcipue num. 23. Delbene de immunitate Ecclesiastica, lib. 2. cap. 9. dubitat. 35. sect. 6. & Farinac. d. quæst. 103. nu. 208. ubi num. 219. cum duob. seq. hoc ampliat, dato quod extra territorium Judicis bannientis adsit etiam statutum, ut bannitus possit impunè occidi, nam adhuc ibi non potest bannitus alterius territorij impunè occidi, & idem tenet Bajard. ubi supra, nu. 288.

24 Immo si forjudicatus sit captus extra locum Judicis forjudicantis, & sit ductus vivus in territorio Judicis forjudicantis, in hoc casu, dictus forjudicatus non potest impunè occidi, Monticell. d. reg. 2. num. 43. qui videtur sibi contrariari, ibi num. 6. in ead. reg. 3. & an forjudicatus, qui est captus extra locum Judicis forjudicantis, & ductus ad Judicem forjudicantem, possit justificari, & dicas quoddam sic, & non debet relaxari, ut dicam infra cap. 19. num. 41. Et Thomas Afflictus meus Patruus alma Religionis Clericorum Regularium de justitia, & jure part. 2. disputat. 17. n. 94. docet. Hac autem facultas occidendi publicos bannitos solum potest concedi intra proprium territorium, unde non potest quis delinquentem occidere extra territorium illius Principis, qui facultatem occidendi concessit. Ita Sitr. verb. homic. 1. q. 3. & alii Doctores superius citati, ratio est quia talis occisio est actus jurisdictionis contentiosa, cum sit iusta sententia executio, quæ non potest exerceri in alieno Territorio, esset enim jurisdictionis usurpatio, & fieret injuria Principi, qui talis Territorij dominus est, quod maxime verum est, quando delinquenti immunitatem concessit, si tamen Princeps talis loci facultate concedat, possit licite occidi, & eadem est ratio, quando adesset scientia tacita. ita Sitr. verb. homicid. 1. q. 3. n. 7. Fagundes. lib. 5. cap. 15. nu. 9. quamvis Nald. loc. cit. post Azor. oppositum sentiat, sed sunt intelligendi, quando adesset licentia tacita, ut infra. ita post alios Diana resol. 24. part. 5. qui subdit bannito a Pontifice posse ubique occidi, quia Pontifex habet jurisdictionem illimitatam in toto Orbe, quod puto verum de bannitis pro causa spirituali, nam quo ad temporalia Pontifex non habet jurisdictionem directam in toto Orbe, & proinde banniti a Papâ solum in terris, quæ illi sunt temporaliter subjectæ possunt occidi, a quo possunt iuste puniri, & licet in hoc casu Bonacina de rest. dis. 2. q. ultima sect. 1. part. 2. n. 2. solum dicat non esse grave peccatum, quod tu dic, nullum adesse peccatum, non potest quis in alieno territorio jurisdictionem exercere ex licentiâ illius, qui est territorij dominus, hinc si quis malefactorem occideret in alieno territorio ex licentiâ Principis, qui illum damnavit, non esset homicida, sed tantum peccaret ob injuriam domino loci illatam, possunt etiam prescripti se ipsos invicem occidere, quando hæc facultas a Principe conceditur, & immunitas occidenti conceditur, etiam proditorij

torie, & cum insidiis, cum talis occisio publica auctoritate fiat & in bonum commune cedat, quia est optimum remedium ad huiusmodi malefactores extirpandos ita Azov. loc. citat. q. 4. Jul. Clarus verb. homicidium vers. sed an licebit. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 30., & alli quos citat, & sequitur Ricc. loc. citat., quamvis Sotus, quem sequitur Bonacina loc. citat. hunc usum non approbet, quia exponitur bannitus periculo damnationis aeternæ, verum hoc periculum semper adest, etiamsi ab aliis occidantur, & ideo licite datur à Principe hac facultas quia bonum commune est bono privato preferendum, & huiusmodi Malefactores suis cadibus solent alias in huiusmodi periculum conicere, dum vitam illis improvise eripiunt, & ideo socii illos occidentes non peccant contra iustitiam; an autem peccant contra charitatem, dum saluti spirituali illorum non consulunt, sed damnationis aeternæ illorum sunt causa, potest esse dubium, & puto probabilius non peccare cum non possint moraliter alia via saluti propriæ tum corporali, tum spirituali consulere; debent enim huiusmodi malefactores sibi imputare, quod in hac angustia se coniecerint, & proprium salutis periculum non caverint, sicut enim in bello licite hostes Reipublicæ interficiuntur, etiam fideles, quando bellum est iustum, etiam si in eternam damnationem incurrant, quia iniuste bellantur, ita licite tales proscripsi interficiuntur, cum sint Reipublicæ hostes, & sicut in bello licitum est insidiis uti, ita possunt isti proditorie etiam occidi. Ita post alios Diana resolut. 25. parte. 5. tract. de homicid. dicit tamen Fernannez loco citato num. 11. quod si quis fidem dedisset bannito non offendi, & postea illum occiderit, dignus esset supplicio extremo, citans Jul. Clar. §. homicidium nu. 61. sed non placet, nam licet peccaret contra fidelitatem, non peccaret contra iustitiam, nisi esset persona, quæ posset securitatem banniti promittere, hinc in cap. pro humani de homic. in 6. datur facultas cuilibet occidendi illos, qui Christianos per assassinos occidunt, quia tanquam Reipublicæ hostes reputantur, rectè autem advertit post alios Sayr. loc. cit. num. 12. in fine; non esse concedendam per Principem hanc facultatem nisi in delictis gravioribus, & quando delinquentes non possunt facile capi, & à delictis non abstinere, tum quia raro zelo iustitiæ occiduntur, tum quia quando hac facultas parti conceditur, solent illa ab uti, & valde crudeliter in malefactorem seuire, tum demum, quia solent occidi sine confessione, & aeternæ damnationis periculum incurrunt, hinc potest ferri iudicium de consuetudine, quam aliqui servant, qui facultatem faciunt cuilibet occidendi exules à Patria, à Republica ad mortem damnatos, nam Sot. lib. 5. de iust. quæst. prim. art. 3. hanc consuetudinem reprehendit, alii verò illam approbant, non quidem absolute, sed quando huiusmodi exules non sunt emendati, nam si sint emendati, non est procedendum ad penam, ita Sayr. loc. cit.

Tu dic esse licitum si delictum tali pena sit

dignum; sed dubium est an peccat Clericus bannitus occidens, affirmat Bonac. loc. cit. num. 4. quia clerico, ut infra dicemus non licet se immiscere in causa sanguinis, ut patet ex cap. sententiam, unde non potest iudicis laici esse minister, & proinde esse homicidii reum, & tanquam homicidam esse puniendum, Ricc. vero post alios loc. cit. ait etiam Clericum esse immunem ab omni pena temporali, & hanc sententiam puto veriore, nam Clericus occidendo bannitum non peccat peccato homicidii, nam etiam clerico conceditur per iudicem laicum potestas illum occidendi, & licet non posset esse Minister iudicis laici, si tamen hoc agat, non peccat contra ius naturale, nec contra præceptum divinum, Non occides, ut patet in Clerico pugnante in bello iusto, & proinde non meretur penam temporalem, sed solum penam spirituales irregularitatis, quæ per canones illi imponitur, quia non peccat contra iustitiam, sed contra religionem ratione indecentiæ, quia ratione status talis actus est illi prohibitus.

Hinc alias d. meus Patruus occidendi facultates docendo sequitur, ut tanti Viri magna virtus demonstratur, quæ per se eruditus lector videre potest.

25 Sed si exterius occidat forjudicatum in territorio iudicis forjudicantis, occidens non punitur à iudice sui domicilii, Nullus de bannitis in 2. parte secundæ temporis, n. 56. & Farin. d. q. 103. n. 213.

26 Et bannitus non solum potest impunè interfici vigore statuti in territorio bannientis, sed etiam potest impunè interfici in locis confederatis, Bar. in l. non dubito, ff. de capti. Bald. in l. exequutorem, C. de exequut. rei jud. Farinac. d. quæst. 103. num. 210. & seq. & num. 243. Bajard. ubi supra, n. 282. & Marl. d. l. fin. num. 28. ff. de iurisd. omni. jud. ubi nu. 29. dicit, quod bannitus ex una Civitate censetur etiam bannitus à Civitate illi confederata, idem in l. unica, num. 145. C. de rapto Virginum, & in pract. crim. §. opportunè num. 37. & in cons. 32. n. 8. & cons. 131. n. 11. Farinac. d. q. 103. n. 210. & 243. & Menach. de arbitr. Judic. quæst. 100. n. 16. Sed quod bannitus non possit interfici in locis consideratis tenet Peregrin. de iure fisci tit. 7. n. 29.

Sed tunc forjudicatus non potest interfici extra territorium iudicis bannientis, quando sunt diversorum dominorum, secus si sine unius domini, quia tunc interficiens non punitur, Farinac. d. q. 103. nu. 209. ubi num. 222. dicit, quod bannitus ab una Civitate Ecclesiæ, censetur etiam bannitus vigore bullarum ab universo territorio Ecclesiæ mediæ, vel immediate subiecto, & ideo bannitus potest impunè occidi in quolibet loco predicto, & num. 214. dicit, quod bannitus pro crimine læsæ Maiestatis potest impunè interfici extra territorium iudicis bannientis, & interficiens eum gaudet quocunque præmio à statuto inducto in favorem occidentis bannitos, Bajard. ad Clarum ubi supra, n. 285. Farinac. cons. 112. tom. 2. Et in Regno Neapolitano si quis sit forjudicatus à curiâ baronali potest impunè interfici in toto Regno. Afflict. in cons.

const. Regni panam eorum. n. 43. Chart. in dec. Rotæ Genuæ. 68. n. 6. Campana de forjud. res. sol. 23. n. 8., & Caput. de regim. Reip. cap. 3. nu. 73. & Freccia de subfendis. lib. 2. authorita. 11. 45. n. 3.

Et excommunicatus in uno loco, ubique pro excommunicato haberi debet *cap. cum plantare, ubi Abbas n. 1. de privileg. Ansaldus de jurisdictione. part. 2. tit. 8. cap. 9. n. 25. & Scaccia de iudiciis lib. 1. cap. 63. n. 6. vers. si verò sint. Et excommunicatio facta in uno loco parit effectum suum ubique locorum. cap. panul. de except. cap. pen. de sentent. excommuni. & cap. ut animarum de constit. in 6., & Peregrinus de iure fisci lib. 3. tit. 11. n. 37., & ideo excommunicatus ubique à societate fidelium arcetur, & evitandus est in toto orbe terrarum. cap. 2. cum duobus seq. & cap. de beat. 11. quæst. 3. & cap. 1. de tregua, & pace, & Nigris de except. cap. 14. §. 3. n. 18., & seq., & Episcopus tenetur publicare excommunicatum ab alio Episcopo alterius Diecesis si fuerit requisitus, & effigere cedolonus in sua Diecesi, Scaccia d. lib. 1. cap. 63. post nu. 6. vers. si verò sint nisi sententia Excommunicationis sit notorie in iusta, quia tunc Episcopus requisitus non tenetur denunciare excommunicatum ab alio Episcopo requirente. Glossa, & Ancharan. in clementina unica de foro compet. Genuensis in pract. Archiep. Neap. cap. 38. n. 3, & Ulpe in praxi iudic. cap. 1. n. 53., & docuit meus Avunculus Scialoja in tract. de foro compet. cap. 38. n. 39. in fine.*

- 27 Decimosecundò amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi intus Ecclesiam, Boss. pract. crim. tit. banniti quid amittant, nu. 6. Clar. d. §. homicidium, ver. ulterius quæro, & ibi Bajard. num. 275. & 286. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, num. 58. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. num. 13. Rovit. rub. de exulib. num. 7. Angel. ad Gizzarell. decis. 13. nu. 11. qui Rovit. & Angelis remissivè loquuntur, immò alii dicunt, quod extrahentes bannitos ab Ecclesia, & eos occidentes, si id faciant bono zelo iustitiæ, & non propter odium ita Guaz. ad def. reorum, defens. 1. cap. 3. in fine; sed quare extrahentes bannitos ab Ecclesia saltem non sint excommunicati, dum bannitus confugiens ad Ecclesiam, gaudeat immunitate Ecclesiastica, ut dicam infra cap. 19. num. 43. & extrahens aliquem ab Ecclesia etiam bono zelo, adhuc efficitur excommunicatus, & extractus debet restitui ad Ecclesiam, Genuens. pract. Archiep. Neap. cap. 21. num. 9. & Riccius collect. 1792. unde opinio Guazzini non mihi videtur tuta, in quantum dicit, quod extrahentes bannitos ab Ecclesia, & eos occidentes bono zelo iustitiæ, sint tuti in conscientia, sed quod forjudicatus non possit impunè interfici intus Ecclesiam, tenet Sperellus decis. 104. nu. 68. & seq. part. 2. Farinac. d. quæst. 103. nu. 321. Danza sibi contrarius in eodem cap. 7. num. 24. Cotta in d. ver. bannitus. Lagararius ad Rovitum in rub. de exul. & Didia par. 6. tract. 1. resol. 21. in fine, ver. notandum est etiam, ubi

dicat, quod licet occidens forjudicatum intus Ecclesiam non puniatur uti homicida, tamen debet acriter puniri uti violator Ecclesiæ, & idem tenent Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 26. post num. 8. Peregrinus de immunitate Ecclesiastica, cap. 5. post num. 11. & Dèlbene in eodem tract. lib. 2. cap. 16. dubit. 24. sect. 17. num. 17. ubi dubit. 37. sect. 1. & 2. tenet, quod si Judex mandat, occidi forjudicatum intus Ecclesiam, & forjudicatus ibi sit occisus, Judex incurrit in excommunicationem latam per Bullam Gregorii XIV. & opinionem Guazzini d. cap. 3. in fine expresse impugnat Sperellus d. dec. 104. par. 2. n. 70.

Sed quæritur an caput forjudicati mortui, & sepulti in Ecclesia possit amputari per satellites, & illud extrahi ab Ecclesia absque metu excommunicationis, & puto, quod non aliàs sunt excommunicati, nam sicut mutilans membrum homini vivo intus Ecclesiam, non gaudet illius immunitate, ita & mutilans membrum homini mortuo intus Ecclesiam non gaudet illius immunitate, ut dicam infra cap. 27. num. 6. in fin. Et faciunt dicta infra cap. 19. n. 43. vers. sed quando forjudicatus.

Sed si quis est forjudicatus, & bannitus pro delictis exceptuatis in bulla Gregoriana, & sit interfectus intus Ecclesiam, intersector non punitur, & ita potest procedere opinio supradictorum Doctorum tenentium, posse impunè occidi intus Ecclesiam.

- 28 Decimotertio amplia, ut mulier forjudicata possit etiam impunè occidi, Bajard. ad Clar. §. homicidium, num. 224. Nellus de bannitis, in 2. parte secundi temporis, num. 39. Caball. resolut. crim. casu. 276. nu. 8. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 5. num. 17. Farinacius d. quæst. 103. num. 6. cum pluribus seq. & Virgil. de legit. persona. cap. 33. n. 65. & idem tenet Bajard. ubi supra, num. 285. Unde non mihi videtur tutà opinio Foller. pract. crim. rub. forjudicentur, nu. 33. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis, cap. 1. num. 32. & Novar. in coll. super rub. de sentent. forjud. num. 10. asserentium, mulierem non posse forjudicari; nam contrarium puto esse verum, nam si mulier potest condemnari ad mortem, eâ existente in vinculis, ergo potest in contumaciam forjudicari, & malè elaborassent Doctores in concludendo, mulierem forjudicatam impunè posse occidi, si ipsa non posset forjudicari, prout etiam Universitas potest banniri, uti contumax, ut dixi supra cap. 8. nu. 31. & hanc meam sententiam dictantem, mulierem forjudicari posse, sequitur Campana de forjudicatione, resol. 3. & faciunt dicta supra cap. 3. num. 30. Et facit textus de iure Regni in ritu 220., & 306. ubi habetur quod mulier potest banniri in contumaciam. Et mulieres ita ligantur statutis generaliter loquentibus, sicut masculi nisi specialiter sint exceptuata. Bald. in l. ne possim. Cod. de iuris & facti ignorans. Marfil. in l. si quis viduam. n. 7. ff. de quæstion. Franchis dec. 284. n. 1., Et statutum prohibens adsporationem amorum comprehendit etiam faminas. Riccius

cuius dec. 19. tit. 3. part. 3. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de armis. cap. 7. n. 3. Novarius in rubric. prag. de armis. n. 11. & Caballus res. fol. crim. casu 228. n. 14. & seq. nam Mulieres seu femina comprehenduntur in statutis penali- bus. Thori in voto 21. a n. 6. usque ad finem tom. 1. & quis puniatur de receptione tam si re- ceptat Masculum, quam feminam banni- tam, ut addam infra in cap. 18 post n. 11. & femina non excusatur a pena homicidii. l. ci- cero. ff. ad l. corneliam de sicariis, & Farina- cius in pract. crim. tit. de homicidio. quat. 119. inspect. in 19. & mulier forjudicata, & in pos- se Curie existens non potest petere se re- situt adversus sententiam forjudicationis, ex dictis per Glos. & Iser. in Constitutione Re- gni obcuritate, Franchis dec. 84. Rovit. in pragmat. 1. n. 22. de minoribus, & per Sanfel, dec. 122. n. 6. & seq.

29 Sed si mulier forjudicata sit prægnans, non potest interfici, & eam interficiens puniatur pœnâ mortis, argumento l. Imperator, ff. de statu hominum, & l. prægnantis, ff. de pœ- nis, ita in specie Mart. pract. crim. §. nunc de- mum, n. 50. Et in l. dictum, n. 14. ff. de quæstio- nibus. Placa in cap. 36. n. 22. Monticell. d. reg. 3. n. 39. Chart. de exequu. sent. cap. fin. n. 426. Duenas d. reg. 68. in septima limitatio- ne, Menoch. d. quæst. 90. n. 55. Farinac. d. q. 103. n. 68. cum duob. seq. Arnono comment. 112. & Vivius d. opin. 290. post quintam li- mitationem, ubi hoc ampliant, etiam si partus sit adulterinus, & adhuc non sit ani- matus, & idem tenet Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, vers. septimo igitur, n. 304. fol. mihi 194. Sed quoad partum inanima- tum ego non sequor opinionem Vivii, & Carrerii, ut occidens mulierem forjudica- tam prægnantem decem, vel viginti dierum quovisque non sit animatus partus, occidens puniatur pœnâ mortis, sed puto, ut punia- tur aliquâ pœnâ extraordinariâ: nam respec- tu mulieris forjudicatæ interficte non pu- nitur occidens, dum illa impune possit occi- di, ergo respectu partus inanimati, neque puniri debet pœnâ mortis, sed pœnâ extraor- dinariâ, nam procurans abortum, si partus erat animatus, puniatur pœnâ mortis, aliâs si inanimatus, & tunc puniatur pœnâ extraordi- nariâ Menoch. de arbit. judic. lib. 2. cent. 4. ca- su 357. de quo latè per Thes. dec. 12. Franch. dec. 592. & latè per Danzam de pugna DD. tom. 2. tit. de abortu, cap. 2. per totum, & di- xi supra cap. 2. num. 60. Et hanc opinionem videtur approbare Placa post d. n. 22.

30 Sed in tantum occidens mulierem forjudi- catam prægnantem, partu animato, puniatur pœnâ mortis in quantum occidens iacet mu- lierem forjudicatam esse prægnantem, aliâs si ignorans esse prægnantem, eam occidat non puniatur, Alfi. & in Constit. Reg. termi- num vitæ, n. 20. & Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 45. licet Vivius d. & opin. 290. post quintam limitationem te- neat, ut talis occidens puniatur pœnâ mor- tis, licet mulierem forjudicatam occisam prægnantem fore ignoraverit; nam Vivius: citat Nellum d. n. 45. qui tenet contrarium,

ut videre poteris, & animadvertit Farinac. d. quæst. 10. n. 72. in fin. & ex his apparet non esse tutam opinionem Garzæ à Toletio in di- cto 496. asserentis mulierem gravidam posse impune occidi, si fuerit forjudicata, citat Nellum de bannitis in 4. parte primi tempo- ris, quæst. 9. circa finem, nam opinio Garzæ à Toletio potest procedere, quando occidens ignorat, mulierem forjudicatam esse præ- gnantem, quia tunc si eam occidit non puni- tur, aliâs secus, ut dixi, & docent Farinac. d. quæst. 103. n. 71 & seq. & Bajard. ad Clarum, §. homicidium, n. 235.

31 Et ubi licet patri, & marito occidere fi- liam, & uxorem, hoc permixtum intelligitur etiam si ipsa sit prægnans, Bar. in l. Imperator la secunda, n. 2. ff. de statu hominum; unde maritus occidens suam uxorem prægnantem in adulterio deprehensam, non puniatur Ar- non in epitoma 52. sed veritas est, ut pater, vel maritus occidens filiam, & uxorem præ- gnantem in casu permixto, non puniatur pœ- nâ homicidii, sed bene puniatur aliquâ pœ- nâ arbitrariâ, Caball. resolut. crim. casu 300. n. 82 & sequen. Farinac. pract. crim. tit. de ho- micidio, quæst. 121. n. 4. §. & 76. Pascal. de vi- ribus pat. potest. par. 1. cap. 5. n. 14. Et Marsil. in d. l. dictum n. 15. ff. de quæstionibus & ban- nitis muliere prægnante natus postea ex ea non est bannitus. Baldus in l. finali Cod. de li- berali causa, & Marsil. in sign. 426.

32 Sed si disponat statutum, ut occidens for- judicatum gaudeat indulto, si quis interficiat mulierem forjudicatam, in hoc casu oc- cidens non gaudet indulto, Cabal. d. casu 276. & Bajard. ad Clarum §. homicidium, n. 237. Nam statutum loquens de bannito, non habet locum in feminâ, quia ratio statuti non vide- tur procedere in feminâ Decius in l. femina. n. 77. l. 2. ff. de regulis juris, sed si mulier forju- dicata occidat alium forjudicatum, & tunc vigore talis statuti ipsa gaudet indulto, Cara- vit. pragmat. 1. n. 151 cum plur. n. seq. de exu- lib. & Farinac. d. & q. 103. n. 64. & sequen. & Bajardus ubi supra n. 238.

33 Et licet mulier forjudicata, possit impune occidi, tamen non potest adulterari, aliâs adulterans puniatur, Clarus d. §. homicidium, ver. sed an stante, Nellus d. 2. parte secundi temporis, n. 46. Farinac. d. quæst. 103. n. 66. & seq. Arnono in epitoma 63. Contra in suis me- morabilibus ver. statuta. & Jason. in l. omnes po- puli in repetitione n. 49. in fine. ff. de iustis. & jure & licet Bajard. ad Clarum, §. adulte- rium, n. 81. dica, quod adulterans mulierem bannitam, etiam cum vi nulla pœna punia- tur, tamen ipsemet in §. homicidium, n. 236. tenet primam opinionem, ubi d. n. 236. dicit, quod neque uxor banniti potest adulterari, & dixi supra cap. 15. post n. 46.

34 Decimoquarto amplia, nam si quis occi- dat aliquem non forjudicatum, credens esse Titium forjudicatum, in hoc casu occidens non puniatur pœnâ homicidii, sed puniatur pœnâ extraordinariâ secutum modum cul- pæ. Nellus d. part. 2. secundi temporis, n. 26. Follerius prag. de forjudicatis, n. 20. Me- nochius de arbit. judicium casu 573. & Rovit.

ans in rub. de exulib. n. 5. & occidens eum, quem credebatur bannitum, qui re vera non erat bannitus, occidens tenetur de culpa, cum debet investigare, si erat bannitus. Arnono cautela 1. Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 292. & Carrerius præf. crim. tit. de homicidio, d. ver. septimo igitur, n. 9. fol. mihi 193. ubi n. 4. dicit, quod si quis occidat Titium, credens esse forjdicatum, prout publicè dicebatur, si non sit forjdicatus occidens excusatur, & idem tenet Farinac. d. q. 103. à n. 135. usque ad n. 139. Et Rovit. in d. rub. de exulib. d. n. 5. Nam fama excusat quemlibet à dolo, nisi habuit Originem ab eo, qui propter famam vult se excusare. Bart. in l. miles §. Mulier ff. ad l. Jul. de adult. & de hoc quod putaverit, occidit esse forjdicatum, & quod idem eum occidit, statur suo jramento, Arnono d. cautela 1. in fine.

35. Decimoquintè amplia, ut si quis occidat forjdicatum, à quo aliquam donationem habuit, non per hoc amittit donationem, Paschal. de virib. patrie potest. par. 4. cap. 3. n. 33. & jus revocandi donationem propter ingratitude non transit in Fiscum, Anna Img. 292.

36. Decimosextè amplia, ut forjdicatus non cancellatur possit impunè occidi, dato, quod protestetur habere gratiam, si illam non offendat, Duenas d. reg. 68. n. 5. Farinac. d. q. 103. n. 81. & seq. ubi n. 83. & seq. hoc duobus modis declarat, Carrer. d. ver. septimo igitur, n. 12. Chartar. de exequutione sententiæ, cap. 3. n. 66. Paschal. dict. cap. 3. n. 11. & seq. Vivius d. opin. 290. in 3. ampliæ. Fontanell. de pactis nupt. tom. 2. clausula 6. gloss. 3. part. 5. n. 74. & Clar. d. §. homicidium, ver. sed quid, ubi ver. in hoc, dicit quod si forjdicatus occidat eum, qui voluit ipsum forjdicatum occidere, in hoc casu forjdicatus non puniatur pœnâ mortis pro dicto homicidio, sed pœnâ extraordinariâ, idem tenent Grammat. in Conf. Regni pœnam eorum, n. 45. & Nellus in d. 2. parte secundi temporis, n. 49. Et hoc potest procedere in Regno, quando forjdicatio deinde declarata, esset nulla aliâs esset questio de vento, cum forjdicatus possit morti tradi vigore sententiæ forjdicacionis, licet non possit morti tradi pro ipso homicidio, quod fecit ad sui defensionem, & forjdicato licita est defensio, & occisio ad sui defensionem, Carrerius præf. crim. tit. de homicidio, ver. quinto excusat, n. 8. Placa in apit. delict. lib. 1. cap. 28. n. 3. ver. tertio suffragari. Sed quod bannitus, qui potest vigore statuti impunè occidi, non possit adversus offendentem se defendere, & si defendendo illum occidat, puniatur, tenent Bart. in l. uicium, n. 4. Paul. de Cast. n. 5. Fulgos. n. 1. & alii, ff. de iustit. & jure, Farinac. d. quest. 103. n. 129. & in tit. de homicidio, quest. 125. n. 114. cum trib. seq. Bajard. ad Clarum d. §. homicidium, n. 294. Baldus in l. 1. in repetitione n. 2. Cunde vis licet idem in d. l. ut vixit n. 6. n. 9. ad 12. dicat hanc questionem esse dubiam, tamen opinionem Bartoli, & aliorum sequitur Baldus tract. var. lib. 3. casu 1. à n. 119. usque ad n. 144. ut in simili, cum in casibus, in quibus

licitum est patri, & marito occidere filiam, vel uxorem in adulterio repletam una cum adultero, si adulter se defendendo occidat patrem, vel maritum adulter non excusatur à pœnâ homicidii, idem Farinac. d. tit. de homicidio, qu. 121. n. 21. & faciunt dicta per eundem Farinac. d. quest. 125. n. 112. qui dicit, quod ubi offensio est licita, ibidem defensio est illicita, & ideo dum fur potest impunè occidi, ut dixi supra cap. 3. n. 89. ipsi furi non est licita defensio adversus volentem eum occidere, Farinac. d. quest. 125. n. 198. & Ballis ubi supra n. 145. cum plur. seq.

37. Decimoseptimè amplia, nam interficiens forjdicatum, qui habuit gratiam, quæ gratia adhuc non sit publicata, & forjdicatus adhuc non sit cancellatus à banno, in hoc casu occidens non punitur, Mastrill. de indul. to, cap. 43. à n. 2. usque ad n. 7. Afflic. in conf. Regni pœnam eorum, n. 54. & 60. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de guidatico, cap. 4. n. 22. Marfil. in sign. 340. Duenas d. reg. 68. n. 2. & Farinac. d. q. 103. n. 79. & seq. & n. 90. & seq. nisi probetur, quod occidens sciebat, dictum forjdicatum fuisse aggratiatum, quia tunc punitur, Alexan. conf. 114. vol. 1. Decius conf. 227. n. 6. Marfil. sing. 340. & in præf. crim. §. aggredior, n. 4. & in conf. 55. n. 7. Nellus de bannitis, in 1. parte tertii temporis, n. 2. Grand. de bello exulum, in prædicamento pati, q. 3. speciali 26. Monticell. d. reg. 3. n. 2. & 30. Paschal. d. cap. 3. n. 8. & 10. Mastril. d. cap. 43. n. 8. & Farinac. d. q. 103. n. 93. Sed alii dicunt, quod quando quis interficit forjdicatum, qui habuit gratiam, & nondum sit cancellatus à banno, & occidens sciebat dictam gratiam, talis occidens punitur pœnâ mortis si verò ignorabat, sed perquirendo facile scire potuisset, dictum forjdicatum fuisse aggratiatum, & tunc occidens ex hac culpa, puniri debet pœnâ extraordinariâ, ita Cæpol. conf. crim. 6. n. 18. & seq. Nellus d. 1. part. tertii temporis, n. 2. Alex. conf. 77. vol. 2. Carrerius d. tit. de homicidio, d. ver. septimo igitur, n. 5. & seq. fol. mihi 193. Clar. d. §. homicidium, ver. item quæro, & Paschal. d. cap. 3. n. 10. ubi dicit, præterquam, si gratia esset subreptitia, vel conditionalis, juxta notata per Bajard. ad Clarum d. §. homicidium, n. 247. & seq. quia tunc licet occidens sciat forjdicatum fuisse aggratiatum non puniatur, si gratia sit subreptitiè impetrata, nam quando gratia est subreptitiè impetrata, est nulla, & ideo forjdicatus restitutus vigore gratiæ subreptitiè impetratæ, potest à quolibet impunè occidi, tanquam si gratiam non obtinuisset, Riccius dec. 187. n. 3. p. 3. Cotta in suis memorialib. ver. bannitus ver. sed quid dicaris. & Add. ad Clerum in §. fin. quest. 59. n. 90. & quando dicatur subreptitiè impetrata, dicam infra cap. 25. n. 45. & occidens bannitum rebannitum, non tamen cancellatum à banno, punitur pœnâ extraordinariâ, Menoc. de arbit. ind. lib. 2. cas. 282. n. 2. & 4. Bucaronius de differ. inter iudicia civilia & crim. differ. 115. n. 29. & Marfil. in confilio, 55. n. 8. & Pollerius in præf. de forjdic. n. 27.

38. Decimo octavo amplia, si forjdicatum sit nul-

- nulliter aggratiatus, nam adhuc potest impunè interfici; Nellus de bannitis d. par. i. tertii temporis, n. 3. Boff. d. tit. banniti quid amittant, n. 3. ver. successive, & in tit. de remediis ex solâ clementia Principis, n. 37. Marf. pract. crim. §. aggredior, n. 5. & 6. Paschal. d. par. 4. d. cap. 2. n. 9. Decianus tract. crim. lib. 3. cap. 35. n. 92. Duenas d. reg. 68. n. 3. Alex. conf. 114. n. 3. vol. 1. & Farinac. d. q. 103. n. 101. ubi n. 102. dicit idem esse, si bannitus habuit gratiam conditionatam, & non adimplevit conditionem, nam adhuc potest impunè occidi.
39. Decimononô amplia, nam si quis interficiat forjudicatum, injustè cancellatum à sententia forjudicationis, occidens non punitur. Charar. de exequut. sent. cap. fin. post num. 3151. ver. ut etiam bannitus, Menoch. d. q. 90. num. 23. Farinac. d. quæst. 103. num. 100. Mascard. de probat. conclus. 162. n. 5. & 23. Placa cap. 36. n. 8. Capolla conf. crim. 7. n. 5. & Marfilin fing. 340. hoc dato, quod occidens putasset, forjudicatum fuisse rectè cancellatum, nam adhuc non punitur, Carrerius d. ver. septimo igitur, n. 10. fol. mihi 193. Marf. in l. 1. num. 71. ff. ad l. Cornel. de Sycar. & Farin. d. quæst. 103. num. 103. ubi n. seq. dicit, quod licet occidens in isto casu non possit puniri, tamen non consequitur præmium, Immo occidens bannitum cancellatum, occidens non punitur. Menoch. d. q. 90. num. 34. sed vide, quod dicam infra num. 53. in fine, & in dubio præsumitur quem injustè deletum fuisse à banno, quando non apparet causa cur fuit deletus. Mascard. d. conclus. 162. n. 14.
40. Vigesimo amplia, nam si statutum disponat, ut forjudicatus possit impunè occidi, forjudicatus potest impunè occidi, ab alio forjudicato, Marf. pract. crim. §. aggredior, n. 73. cum plur. num. seq. usque ad n. 74. & Carrer. d. ver. septimo igitur, num. 14. fol. mihi 193. licet contrarium teneat Monticell. d. reg. 3. num. 26. qui citat Marf. & Carrerium, ubi supra, qui tamen tenent Boff. pract. crim. tit. banniti quid amittant, nu. 7. Placa d. cap. 36. n. 10. Abbas in cap. dilecti filii. n. 10. de except. Duenas d. reg. 68. num. 6. & Farinac. d. q. 103. num. 119. ubi n. 120. & seq. dicit, quod bannitus occidens bannitum non gaudet præmio à statuto concessio occidenti bannitum, nisi statutum hoc præmium etiam bannitis occidentibus expressè concesserit, & idem tenet Angelis in prato. super l. omnes, n. 9. C. de defensoribus Civitat. sed contrarium alii tenent, ut dicam infra cap. 19. num. 15. in fine.
41. Vigesimo primò amplia, nam licet violator murorum Civitatis ex eis egrediens, vel ingrediens, puniatur pœnâ mortis, l. fin. ff. de rerum divis. §. sanctæ quoque, ver. ideo autem, ubi glossa iussit. de rerum divis. & Farinac. in pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, q. 20. n. 146. ubi n. seq. hoc ampliat etiam in rumpente muros Civitatis quod præcedit in violante muros Civitatis Romæ, nam in aliis punitur pœnâ arbitraria. Cabal. resol. crimin. casu 100. in princip. & Farinac. d. q. 20. n. 152. ubi n. 151. dicit, tunc transcendentem muros Civitatis puniri pœnâ mortis, si sit tempus belli, secus si pax, citat Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 68. ver. muros, in fine, & Magor. num. dec. lucensi 90. num. 14. & ipse Farinac. d. q. 20. num. 150. dicit, tunc violatorem murorum Civitatis puniri pœnâ mortis, quando effectus est sequutus, aliàs secus, & tamen si quis pro occidendo forjudicatus, ingreditur Civitatem, per muros ipsius non punitur pœnâ ordinariâ, sed aliâ pœnâ extraordinariâ, ita Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, num. 43. Cabal. d. casu 100. n. 6. & Farinac. d. quæst. 20. n. 145.
42. Vigesimo secundò amplia, nam licet per statutum sit permissum Officiali, amplissimum arbitrium procedendi in homicidiis de jure, & de facto, tamen Officialis per tale arbitrium non potest punire occidentem forjudicatum, qui vigere statuti poterat impunè occidi, Cabal. resol. crimin. casu 157. nu. 5. Carrer. pract. crim. tit. de homicidio, ver. septimo igitur, num. 8. fol. mihi 193. & Farinac. d. quæst. 103. nu. 173.
43. Vigesimo tertio amplia, nam repertus armatus cum armis igneis in comitiva quatuor forscitorum, seu bannitorum, potest impunè occidi dato quod contra eum adhuc sit lata sententia forjudicationis, ut in Pragmat. ca. 21. & 22. de exulibus. §. 5. & non solum possunt occidi forjudicati, sed etiam eorum socii opem præstantes, ne forjudicati offendantur, Bajar. ad Clarum §. homicidium. n. 211. & Farin. d. q. 103. n. 172. Immo si non bannitus, casualiter reperiatur cum bannitis casu occisus sit à volentibus bannitos occidere, occisores non molestantur, Berons conf. 197. n. 9. v. 3. & Masc. de probat. conclus. 1162. n. 130. & seq. & faciunt dicta supra. cap. 3. n. 94. in fine.
44. Vigesimo quarto amplia, nam si statutum disponat, ut forjudicatus possit impunè occidi, habet locum in decocto forjudicato, qui quamvis pro causa pecuniaria tantum forjudicatus sit, tamen adhuc potest forjudicari, & jure occidi, Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 14. extra de const. Menoch. d. quæst. 90. num. 13. cum plur. b. seq. Brunor. à Sole in questionibus legalibus, quæst. 26. num. 11. & Catalan. de indulto, cap. 55. n. 90. & seq. Et in Regno Bancherii, si aufugiant etiam ex causa, quod sint decocti casu fortuito, possunt forjudicari, Pragm. 1. & 4. de nummulariis, & in istis potest procedere opinio Decii, & Catalani in Regno nostro, ut dixi supra cap. 10. num. 23.
- Vigesimo quinto amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi, dato, quod esset forjudicatus in contumaciam propter indicia, & non esset legitime convictus pro delicto, pro quo fuit forjudicatus, Farinac. d. quæst. 103. n. 194. usque ad num. 198. & dicam infra cap. 24. post n. 103. Et vide Cottam in suis memorabilibus. ver. statuta.
45. Ultimo amplia, ut forjudicatus possit impunè occidi, dato, quod statutum dicat, ut forjudicatus possit impunè offendi, Cabal. resol. crimin. casu 61. à num. 12. usque ad finem, Clar. d. §. homicidium, ver. est tamen diligenter, Carrerius d. ver. septimo igitur, n. 11. fol. mihi 193. Marfilis in l. unica, nu. 51. C. de rapt. virg. & in pract. crim. §. aggredior, num.

num. 15. Duenas d. reg. 68. n. 4. Menoch. d. qu. 90. num. 26. cum plurib. seq. Jason. in l. omnes populi in repetit. n. 49. ff. de iustit. & iure. Peregrin. de iure fisci. lib. 2. tit. 7. n. 4. Placa d. cap. 36. n. 11. Capolla consil. crim. 5. a n. 1. usq. ad 11. Marta de iurisdic. part. 4. cent. 1. casu 67. n. 1. & Farinac. d. quæst. 103. num. 18. Sed quod statuto dictante, ut forjudicatus possit impunè offendi, forjudicatus non possit impunè occidi, dicit Nellus de bannitis in 2. parte secundæ temporis, num. 7. sed d. Const. Reg. pœnam eorum, ver. quoad omnia, dicit, ut forjudicatus ab omnibus offendatur impunè, sed deinde sequitur adeo, quod si ipsum occiderit aliquis, nullam proinde calumniam vereatur & sic d. Const. expressè mandat, ut forjudicatus offendi, & occidi possit impunè & qui potest impunè occidi, potest etiam impunè vulnerari. Peregrin. d. tit. 7. n. 32. & Jason in d. l. omnes populi in repetitione. n. 49. ff. de iustit. & iure.

46 Sed regula supra posita, scilicet forjudicatum posse impunè occidi vigore statuti taliter disponentis, limitatur pluribus modis, &

47 Primo, nam filius non potest occidere patrem forjudicatum, Foller. in Prag. de forjudicatis, num. 13. Anna in Const. Reg. terminum vitæ, num. 138. & seq. Clar. §. homicidium, vers. sed hic quæro, Franch. dec. 276. num. 6. cum plurib. num. seq. Monticell. d. reg. 3. n. 13. Carrerius præct. crimin. tit. de homicidio, vers. sexto ad instar, num. 4. fol. mihi 192. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis, cap. 1. nu. 16. cum duob. numeris sequentibus Duenas d. reg. 68. num. 8. Menoch. d. qu. 90. num. 43. & casu 356. num. 20. Farinac. d. qu. 103. n. 275. cum plurib. seq. Arnono in epitoma 62. & Diana par. 8. tract. 7. resol. 42. Sed quod filius possit occidere suum patrem forjudicatum, tenent Carrerius sibi contrarius d. tit. de homicidio, versic. septimo igitur, n. 17. fol. mihi 192. Vivius d. opin. 290. ampliatur. 2. Abbas in cap. 1. n. 9. de conversat. in fidelium. Narsil. in consil. 11. n. 9. Grandis de bello exulum in prædicamento pœni, quæst. 2. speciali 25. & pro opinione istorum potest adduci ratio, nam filius occidens patrem, qui commisit causam aliquam ingratitude contra filium, filius non punitur, & è contra Martil. in l. 1. num. 105. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, & Menoch. d. casu 356. num. 21. & 58. & dixi supra cap. 3. n. 70. sed sola forjudicatio est causa exheredationis, ut dixi supra cap. præcedenti. num. 9. Ergo filius occidens patrem forjudicatum non punitur, sed prima opinio est vera. & sic quod filius non possit impunè occidere suum patrem forjudicatum, ut tenet Caravit. pragm. 1. nu. 158. de exulib. Roland. à Valle consil. 45. num. 63. & seq. vol. 1. Rovit. in rub. prag. de exulibus. n. 1. in fine, Capolla consil. crim. 5. n. 26. Jason. in d. l. omnes populi in repetitione. n. 47. prout etiam filius non potest impunè occidere patrem inventum in adulterio cum eius uxore, & è contra, Paschal. de viribus patriæ potestatis, par. 1. cap. 5. num. 21. & dixi supra cap. 3. num. 70. Et an licet filio Patrem bannitum

occidere? docet meus Patrus Thomas Afflictus de iustit. & iur. part. 2. dispnt. 17. n. 96. illis verbis, quod affirmat Barthol. Gomez, & alii, quos citat Jul. Clar. §. homicidium vers. sed hic quæram, negat ipse loc. cit. & Bonac. dict. sect. 1. n. 6. & Diana resol. 25. quia filius ex eo, quod pater bannitus est, non desinit esse filius, nec amittit obligationem naturalem, quâ tenetur erga Patrem, mihi tamen videtur distinctione utendum, nam vel pater non solum est bannitus, verum actu Rei publicæ nocet novis delicta committendo, & in tali casu potest filius illum occidere, cum sit actu Rei publicæ hostis, & major sit obligatio civis erga Rempublicam, quam filii erga Patrem, & ita docent communiter Doctores, quos citat & sequitur Cler. loc. citat. n. 59. Fagundes cap. 16. n. 13. vel pater ob delictum iam commissum est bannitus, nec amplius Rei publicæ nocet, sed solum se abscondit, ut penam effugiat, & in tali casu non licet, quia pietati, repugnat filium penam mortis contra patrem exerceri, quod diximus de filio erga patrem, dicendum de patre, erga filium cum sint correlativi, hæc meus Patrus, Sed & è contra pater non potest impunè occidere filium bannitum, Surdus de alimentis, tit. 1. quæst. 3. nu. 1. & 9. Et est ratio nam pater, & filius eadem persona esse intelliguntur. l. fin. Cod. de impuber. & aliis substit. cap. sunt qui dicunt. 27. quæst. 2. Mascard. de probat. conclus. 1156. & Pascal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 7. n. 1. Sed forjudicatus non potest impunè se ipsum occidere, ut infra addam n. 61. Sed filius potest occidere patrem & è contra pater filium pro tuenda patria, Caravit. ritu 191. num. 20. & seq. Menoch. d. casu 356. nu. 23. Farinac. d. quæst. 103. num. 277. & 279. & Surdus d. qu. 3. num. 10. & vide Novarium in prag. 1. n. 6. de exulib. Unde licitum est filio mihi occidere suum patrem venientem hostiliter contra Civitatem, & è contra; & hoc dato, quod pater, vel filius non essent banniti, l. 1. §. si ea, ff. de centre in possess. mittendo, & l. minimè, ff. de reg. & sumpt. funerum, Cabal. resol. crim. casu 294. num. 438. & seq. Mascard. de probat. conclus. 857. n. 20. & Capolla in d. consil. 5. n. 13. Sic etiam filius assassinus potest a proprio patre impunè occidi, Cabal. de omni genere homicidii, nu. 532. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de assassin. cap. 3. nu. 24. sic etiam pater committens crimen læsæ Majestatis potest impunè occidi a suo filio, & è contra, Farinac. d. quæst. 103. num. 278. & seq. ubi n. 287. & seq. dubitat, an servus, vel libertus possit impunè occidere dominum, vel patronum bannitum. Sic etiam hereticus potest impunè occidi a proprio filio, Menoch. de arbitr. judic. casu 356. n. 34.

48 Secundò limita, nam uxor non potest impunè interficere suum maritum forjudicatum, Franch. d. dec. 276. num. 6. cum plurib. num. seq. Monticell. d. reg. 3. num. 10. Carrerius dict. ver. sexto ad instar, num. 4. Danza d. tit. de forjudicatis, cap. 14. num. 16. cum duob. num. seq. Menoch. d. casu 356. num. 86. Capolla in d. consil. 5. n. 12. usq. ad 30. & Farinac. d. quæst. 103. num. 282. sed contrarium

D d

tenet.

tenet Grandis dicta speciali 25. Sed prima opinio est vera, Caravit. in d. pragmat. 1. num. 158. de exul. Sordus de alimentis tit. 7. quest. 26. n. 13. & Cabal. resol. crim. casu 278. num. 7. cum plur. non. seq. ubi num. 10. dicit, quod auxilium prestant uxori ad occidendum ejus maritum bannitum, punitur, secus si solus id facit. tex. in l. utrum, ff. ad leg. Pomp. de parricidiis, ubi habetur, quod extraneus confocius in parricidio punitur poena parricidij, & ita per dictum textum in specie tenet Arnopo cautela 5. Cepolla in d. conf. 5. n. 29. & 30. Et quod uxor non possit impune occidere suum maritum forjudicatum, facit ratio quia maritus & uxor dicuntur unum corpus, & una caro, cap. debitum. de bigamis. cap. imago, 23. quest. 5. & uxor reputatur pars corporis viri. d. cap. debitum. cap. ad apostolicam de conver. conjugum, & cap. gaudemus de divortijs, & dicuntur unum corpus, & una anima, l. 1. ff. de ritu nuptiarum, sed forjudicatus non potest se ipsum occidere, ut addam infra n. 61. ergo neque uxor potest interficere suum maritum forjudicatum. Cepolla d. conf. 5. n. 18. & 19. Virgilius tract. de legit. pers. cap. 33. nu. 65. & Palma in sua practica. part. 2. glossa 6. n. 33.

49 Tertiò limita in fratre forjudicato, qui non potest impune occidi a suo fratre, Caravit. d. & Pragmat. 1. num. 158. de exulib. Monticell. d. reg. 3. num. 11. Carrerius d. ver. sexto ad instar, n. 4. Anna in d. Const. Regni terminum vitæ, nu. 140. Duenas d. reg. 68. num. 8. Roland. à Valle conf. 45. nu. 64. vol. 1. Farinac. d. quest. 103. num. 280. & seq. Arnopo soliloq. 66. Cepolla d. conf. 5. n. 23. Cravetta in conf. 94. n. 36. vol. 5. & Marsil. conf. 119. n. 18. licet contrarium teneat Carrerius d. ver. septimo igitur, num. 17. Vivius dict. opin. 290. in 2. ampliat. & Grandis d. speciali 25. num. 3. tamen prima opinio est vera, imò statuto disponente, ut si unus bannitus interficiat alij bannitum, gaudeat indulto, si frater bannitus interficiat fratrem bannitum, in hoc casu non gaudet indulto, Nigris in cap. Regni misericordiam, num. 23. Sed si frater sit pro ditor sua patria, potest impune occidi a suo fratri. Nellus de bannitis in 2. part. 2. tempor. quest. 10. & in 3. par. 2. temporis quest. 52. Marsil. in fing. 210. & Michalorus de fratrib. part. 3. cap. 56. n. 11. ubi num. 14. dicit idem esse in fratre occidente fratrem venientem contra fidem Christi.

50 Quartò limita, nam subditus non potest interficere impune suum Baronem forjudicatum, Clarus ad §. homicidium, ver. sed hic quæro, Anna in d. Const. Regni terminum vitæ, num. 142. Puteo de sindic. ver. officialis offensa, cap. 1. num. 5. Monticell. d. reg. 3. nu. 12. Duenas d. reg. 68. nu. 8. Capiblan. de Baronib. tom. 2. cap. 14. nu. 18. Cepolla in d. conf. 5. n. 24. & Ursill. ad Afflictum dec. 265. n. 85. sed quod subditus possit impune occidere suum Superiorem forjudicatum, tenet Carrerius d. ver. septimo igitur, num. 17. Vivius d. opin. 290. in 2. ampliatione, Grandis d. speciali 25. & Farinac. d. quest. 103. nu. 285. sed prima opinio est vera Anna in d. Const. Reg. terminum vitæ, num. 142. Immo Do-

minus non potest occidi a suo subdito, qui cum reperit cum uxore sua adulterium committentem, sed contra subditus potest occidi à Domino, Affl. in dec. 265. Boffius pract. crim. tit. de coitu damnato, num. 50. & Cabal. resol. crim. casu 300. nu. 85. & seq. & Subditus non potest advocare contra suum dominum. Grammat. dec. 80. & Novarius in prag. 16. n. 3. de offic. magistr. Justit. sed pater potest interficere Judicem repertum in adulterio, cum ejus filia, Cabail. de omni genere homicidii, num. 49. cum pluribus n. seq. & resol. crim. casu 300. n. 38. & seq. Clar. pract. crim. §. homicidium, ver. dixi etiam in fine. Palschal. de viribus patriæ potest. par. 1. cap. 5. num. 16. & est tex. in l. marito, §. illud, ubi gloss. ff. ad l. jul. de adult. quod intellige quando filia non est ignobilis, nec pater turpis persona, gloss. & Bar. in d. §. illud, & Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, quest. 121. num. 10. sed maritus occidens Judicem repertum in adulterio cum sua uxore, punitur poena extraordinaria, Farinac. dict. quest. 121. nu. 70. & seq. Et Palschal. dicto cap. 5. n. 30.

51 Quintò limita, nam si quis se defendendo, occidat forjudicatum, in hoc casu occidens punitur, Monticell. d. reg. 3. num. 23. & Vivius d. opin. 290. in §. limit. prout etiam si quis ad sui defensionem occidat forjudicatum occidens non gaudet indulto, Colla in tract. de scientia, & ignorantia juris, & facti dist. 44. num. 4. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. nu. 36. Arnopo soliloquio 86. & Bajard. ad Clar. §. homicidium, nu. 223. & 290. sed contrarium tenent Affl. in Const. Reg. poenam eorum, nu. 78. Cabal. resol. crim. casu 274. à nu. 12. usque ad finem, Caravit. in d. Pragmat. 1. n. 141. cum plur. n. seq. de exulibus, & Farinac. d. quest. 103. num. 127. & seq. ubi num. 126. dicit, quod occidens bannitum se defendendo, non punitur.

52 Sextò limita, nam licet forjudicatus vigore statuti possit impune occidi, tamen non potest spoliari post mortem, Bal. in l. sororem, C. de his quibus ut indignis, Cephalus conf. 57. num. 22. & Affl. in Const. Reg. si quis aliquem, nam. 2. & 3. Sed hoc procedit, si ex intervallo hoc fiat, secus, si in continenti, nam occidens forjudicatum, potest incontinenti forjudicato vestes tollere, Marsil. pract. crim. §. aggredior, num. 83. & in l. fin. num. 51. ff. de quest. & in conf. 110. n. 13. & in conf. 137. n. 43. Fenucius de momento temporis. cap. 26. n. 2. Cephal. d. conf. 57. num. 23. & seq. Caball. resol. crim. casu 83. num. 10. & seq. Riccius collect. 291. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 5. cap. 7. num. 8. in fine, & def. 38. cap. 9. n. 5. in fine, Mastrill. dec. 104. Grandis de bello exilium in predicamento pati quest. 3. speciali 20. Rota d. concl. 9. num. 74. Nellus de bannitis in 2. parte tertii temporis, num. 3. Bajard. ad Clarum, §. homicidium, num. 286. & Farin. d. quest. 103. num. 22. Sed tantum occidens forjudicatum potest incontinenti forjudicatum occisum spoliare, & non alius, qui non occidit, Arnopo in dialogo 17. & spolians mortuum, punitur poena arbitraria, Novar. dec. Regiæ Audientie Apuleæ

145. nu. 1. & per Confit. Reg. si quis aliquem disponitur, ut spolians hominem mortuum, ultra pœnas impositas à jure communi, punitur pœnâ amputationis manus, & Arnono differentia 68. & de jure communi spolians mortuum armatâ manu capite punitur, si vero hoc faciat absque armis, & tunc usq. ad metallum damnatur, l. 3. §. adversus, ff. de sepulchro violato, & sic pœna arbitraria, Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, qu. 20. nu. 116. cum trib. leg. & Menochius de arbit. judicium in præfatione. quæst. 80. n. 92. casu 387. n. 13. Sed quando forjudicatus est vivus potest spoliari, Boslius pract. crim. tit. banniti quid amittant, nu. 9. & quis potest impunè forjudicatum distrubare eo vivente, Monticell. d. reg. 3. num. 1. & 5. & Marf. in leg. unica, num. 50. C. de rapt. virg. & in l. fin. n. 52. ff. de quæst. & est ratio, nam quando statutum disponit, ut bannitus possit impunè interficendi, intelligitur in ære, & in persona, argumento l. 1. §. quod autem, ff. de alex. lusu, & aleat. Bart. consil. 188. in princip. lib. 1. & Cabal. resolut. crim. calu 247. nu. 1. & quemadmodum forjudicatus potest impunè occidi ex forma statuti, ita potest in bonis damnificari, molestari, & expelli, Ludovicus decif. Perulina 11. n. 17. cum duob. seq. & forjudicato possunt bona auferri, Farinac. d. quæst. 103. num. 20. & seq. & Peregrin. in d. tit. 7. n. 32. & 45.

- 53 Septimò limita, quando forjudicatus est guidatus, nam tunc non potest interfici, & interficiens eum sciens, punitur pœna mortis, Bosf. d. tit. banniti quid amittant, post n. 3. Mastrill. de indulto. quæst. 43. Grandis de bello exulum in prædicamento quantitatis, quæst. 2. num. 8. Farinac. d. q. 103. num. 293. Foller. in pract. crim. rub. audiantur excusatores, nu. 115. & Menoch. de arbit. jud. lib. 1. d. quæst. 90. num. 60. & lib. 2. calu 273. & casu 336. num. 1. & 2. ubi dicit quod si quis non interficit guidatum, sed cum offendit, punitur arbitrio judicis, & idem tenet Grandis in d. quæst. 2. d. n. 8. & latè Farinac. in pract. crim. in tit. de carceribus, & carceratis qu. 29. à n. 12. usq. ad 20. & hoc etiam si sit concessum guidaticum illi, cui concedi non poterat, nam adhuc eum interficiens punitur, Menoch. d. lib. 2. calu 337. num. 5. ubi num. 10. cum duobus seq. dicit, secus esse si sit concessum guidaticum à Judice non habente potestatem guidandi, quia tunc interficiens talem guidatum non punitur alii tenent quod si sit concessum guidaticum à Judice inferiore non habente potestatem guidandi, adhuc interficiens talem guidatum punitur, Farin. d. q. 103. n. 295. & seq. secus si quis interficiat forjudicatum, ignorans illum esse guidatum, quia tunc non punitur, Monticell. d. reg. 3. n. 29. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, num. 5. cum plurib. num. seq. Paschal. de viribus patriæ potestatis, par. 4. cap. 3. num. 13. & seq. Menoch. d. quæst. 90. num. 35. & lib. 2. d. calu 336. num. 34. & casu 337. n. 9. Farinac. d. quæst. 103. nu. 297. cum plurib. seq. Danza tom. 3. tit. de guidatico, cap. 4. à n. 8. usque ad 23. Gigas de crimine lasa

Majestatis lib. 1. tit. qualiter, & à quib. crimen. las. Majest. commit. quæst. 33. n. 9. & Bal. consil. 9. vol. 3. & consil. 142. vol. 4. ubi ipse Baldicet, quod talis occidens forjudicatum ignorans, illum esse guidatum, punitur pœnâ extraordinariâ, si lævis sit culpa, & Capiblanco de Baronib. pragm. 6. num. 168. & ibi idem in Add. refert in Regia Audientia Salerni condemnasse ad triremes quendam militem, qui interfecerat forjudicatum guidatum sub colorata ignorantia, sequitur Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de guidatico, cap. 11. ver. si quis occiderit, & vide, Buccaronius de differ. inter judic. civilia, & crim. differ. 115. à n. 27. usq. ad n. 33. Sed si quis occidat forjudicatum guidatum, qui pendente guidatico acriter deliquit in hoc casu occisor non punitur, Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, num. 16. Afflict. in Confit. Reg. pœnam eorum, num. 60. cum duobus sequentibus, Menoch. in d. casu 337. n. 13. cum duobus sequentibus. Paschal. d. cap. 3. nu. 17. Bajard. ad Clarum, §. homicidium, num. 262. Danza d. cap. 4. num. 19. & seq. & Cabal. resolut. crim. casu 118. num. 4. ubi dicit, quod capiens, vel occidens forjudicatum guidatum, qui pendente guidatico delinquit, habebit præmium à statutis ordinatum, sicut habuisset, si forjudicatus occisus guidatus non esset, sed si quis occidit guidatum ad discussionem indultus, licet guidatus, pendente guidatico delinquit, tamen occidens guidatum punitur, Campana de forjudicatione, resolut. 9. num. 7. verum si guidatus sit repertus cum forjudicatis non guidatis, tunc potest impunè occidi; Mari ad Gizzarell. dec. 11. num. 10. Foller. in pragm. de forjudicatis, num. 21. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de guidatico, cap. 10. ver. & si guidatus, Bajard. ad Clarum d. §. homicidium, num. 263. & Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 27. num. 2. citat Nellum de bannitis in 2. parte secundi temporis, nu. 15. prout etiam si guidatus, pendente guidatico sit captus, si pendente guidatico, deliquit, non est ponendus ad priusnam libertatem, prout ponetur, si non deliquisset, sed punitur tam de delictis commissis ante guidaticum, quam de delictis factis tempore guidatici, ut dicam infra cap. 23. num. 16. & 17. sic etiam si guidatus accedat ad locum vetitum, potest ibi impunè occidi, Turrius consil. 81. num. 85. tomo 2. inter consil. crim. diversorum, & Danza d. tom. 3. d. tit. de guidatico, cap. 4. n. 1. & 18.

Et à fortiori punitur ille, qui occidit bannitum non solum restitutum per viam gratiæ, vel justitiæ, sed etiam concellatum, & deletum à banno, Decius consil. 327. n. 3. lib. 3. & Blanc. in pract. crim. §. ignorantia, post nu. 96. fol. mihi 98. & licet aliqui dicant, hoc procedere, si occidens sciebat cancellationem, secus si ignorabat, quia tunc est excusandus saltem à pœna ordinaria, pro ut tenent Mascardus de probationibus, concl. 162. nu. 4. & Buccaronius in d. differ. 115. n. 31. tamen veritas est, quod occidens bannitum absolutum, & cancellatum, tenetur pœna ordinaria homicidii, dato quod ignoraverit restitutionem,

& cancellationem, ita Blancus d. num. 96. & Farinac. d. quæst. 103. nu. 344. cum trib. seq. Unde non videtur tuta opinio Menoch. d. quæst. 90. n. 34.

- 54 Octavo limita, nam si statutum dicat, ut si quis non comparuerit infra decem dies, habeatur pro forjudicato, & ab omnibus impune possit occidi, in hoc casu in ultima die dierum decem non potest interfici, Follerius pract. crim. rub. banniantur, nu. 63. & Grandis de bello exulum, prædicamento quantitatis, quæst. 2. n. 16. Immo quando statutum disponit, ut si quis non comparuerit infra decem dies possit impune occidi, si in nona die sit in aliquo loco distante à loco iudicii, ita ut difficile comparere possit infra decem dies; adhuc in illa nona die non potest impune interfici, Caravita pragmat. 1. num. 118. de exulib. Aret. de maleficiis, ver. qui Judex videns, quod inquisiti non compareant, nu. 57. & ibi August. num. 59. Bajardus ad Clarum. in §. homicidium, n. 225. Nellus de bannitis in tert. parte 1. tempor. n. 11. Fenucius de momento temporis cap. 28. n. 4. & Chavtar. de exequut. sent. cap. 1. post num. 424. facit tex. in Linsulam, ff. de verb. obligat. ubi promittens facere edificium infra certum tempus, non potest conveniri ad interesse quanti stipulanti interest ante tempus, statutum, licet certum sit opus fieri non posse infra statutum tempus facit etiam doctrina, Ass. in Confit. Regni poenam eorum, num. 12. ubi dicit, quod sententia forjudicationis debet proferri, elapso anno à die banni, quæ sententia, si sit lata ante annum, est nulla, dato quod Judex esset certus, contumacem non comparuisse post annum. Et quando statutum disponit, quod si bannitus non compareat infra octo dies habeatur pro confesso, & convicto elapsis dictis octo diebus, pro confesso & convicto habeatur. Bald. in l. 2. C. si pendenti appell. mors inter & Fenucius de momento temporis cap. 23. n. 6.

- 55 Nond limita, nam si quis non sit forjudicatus, & dum forjudicetur sit occisus, in hoc casu occisor punitur, Grammat in Constitut. Regni poenam eorum. num. 46. sed Marf. de bannitis, ver. absoluti, num. 15. & in conf. 94. dicit, quod de proximo banniendus habeatur pro bannito, ut possit impune offendi vigore statuti permittentis, bannitum posse impune offendi, & idem tenent Carrelius d. vers. septimo igitur, nu. 19. fol. mihi 192. à tergo, Duenas d. regul. 68. num. 9. & Arnono sing. 80. & de proximo condemnatus habeatur pro condemnato, Caball. de omni genere homicii, num. 167. sed prima opinio est vera ex infra dicendis in sequenti limitatione, & 16. & primam opinionem sequuntur Farinac. d. quæst. 103. num. 122. & seq. & num. 225. Bajard. ad Clar. §. homicidium, num. 208. Fenucius in d. cap. 28. n. 4.

- 56 Decimo limita, nam si quis non sit forjudicatus, licet sit notorium ipsum commississe delictum, pro quo imponitur poena, pro qua forjudicatus possit impune interfici, tamen in hoc casu non potest impune interfici,

ante forjudicationem, Farinac. d. quæst. 103. num. 328. & Buccaronius de different. inter. judic. civil. & crim. differ. 171. à n. 100. usque ad finem. nam non dicitur forjudicatus quousque non fuerit declaratus forjudicatus, Nellus de bannitis in quarta parte primi temporis, num. 8. ubi nu. 9. dubitat, quid si statuto caveatur, ut interficiens aliquem cum certo genere armorum sit forjudicatus ipso ipso facto, an talis delinquens possit impune interfici, antequam forjudicetur, de quo dic, ut ibi per eum, & faciunt dicta per Marf. pract. crim. §. aggredior, num. 105. ubi dicit, quod licet bannitus ex forma statuti debeat haberi pro confesso, nihilominus debet condemnari per Judicem, alias non potest fieri exequutio banni contra eum, & nu. 125. usque ad num. 135. dicit quod etiam in notoriis requiritur sententia Judicis, sed Caball. resolut. crim. casu 275. num. 14. dicit, quod banniendus de proximo, quando est notorium delictum, & transacti sunt omnes termini defensionum, ac tempus ad comparendum sint expirata, & causa sit in calculo ferenda sententia, & sublata sunt remedia appellandi, tunc habetur pro bannito, & vigore statuti disponentis, bannitum posse interfici, banniendus potest impune interfici, & faciunt dicta per Fenucium in d. cap. 28. n. 5. & 6. sed veritas est, quod exequutio poenæ ante sententiam condemnatoriam contra criminofum fieri non potest, l. 1. C. de exeq. rei judic. & hoc etiam si crimen sit tale, pro quo poena ipso jure sit imposita, nam cum de claratoria requiratur, ante declaratoriam exequutio attentari non potest, cap. fin. de hæret. in 6. & Caball. resolut. crim. casu. 133. n. 1. & 2. & dixi supra in cap. 10. n. 21. & in cap. 12. n. 14.

- 57 Undecimo limita, quando forjudicatus est toleratus a Superiore, quia tunc non potest impune interfici, Carrelius d. ver. septimo igitur, n. 22. fol. mihi 192. à tergo, Marf. in l. 1. n. 10. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, & in pract. crim. §. aggredior, n. 28. cum plurib. n. seq. Et in singular. 77. & 340. & in conf. 10. n. 26. conf. 46. n. 31. conf. 66. n. 9. conf. 97. n. 20. & in cfs. 107. n. 3. Cephalus conf. 35. n. 20. Caravit. d. pragmat. 1. n. 10. de exulib. Farinac. d. quæst. 103. n. 289. cum duob. seq. Arnono sing. 10. Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 254. Mascard. de probat. concl. 162. n. 7. & concl. 158. n. 2. & Jason in l. omnes popul. in repetitione. n. 48. ff. de justit. & jur. intellige, si forjudicatus publicè toleratus à Superiore, maneat in Civitate, vel locis habitatis, secus si per sylvas, & nemora incedat cum comitivis latronum, vel solus, quia tunc potest impune interfici, Foller. pragmat. de forjudicatis, n. 10. & Menoch. d. q. 90. n. 56. & seq. Intelligo etiam, ut forjudicatus publicè toleratus à Superiore non possit impune occidi à privato, secus à Judice, nam Judex potest forjudicatum publicè toleratum à Superiore capere, & eum punire, Monticel. d. reg. 2. n. 36. sed aliquando ob frequentiam forjudicatorum pro ut hodie est in hoc Regno solent emanari bann-

- na ut etiam forjudicati publicè tolerati à Superiore possint impunè occidi, & quādo adest tale bannum nulli dubium est, quōd occidens forjudicatum publicè toleratum à Superiore, non punitur, Boss. d. tit. banniti quid amittant, n. 2.
- 58 Quōd si statutum disponat, ut forjudicatus interficiens alium forjudicatum gaudet indulto, si forjudicatus interficiat forjudicatum publicè toleratum in Civitate à Superiore, talis occidens non gaudet indulto, Grandis dicto prædicamento quantitatis, quæst. 2. n. 20. *Sed toleratio banniti à suo Superiore non arguit banni revocationem. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 33. Sed bannitus tantum publicè toleratus in Civitate à Superiore dicitur assecratus. Marlinus controu. forens. lib. 1. cap. 53. n. 5. unde si forjudicatus publicè maneat cum Magistratu vel Principe, non potest impunè occidi. Mascard. in d. conclus. 162. n. 31. Et receptans bannitum publicè toleratum à Superiore, non punitur, ut meus Avunculus Scialoja in hoc opere docet cap. 18. n. 16. & ibi aliqua addam.*
- 59 Duodecimò limita, nam interficiens forjudicatum, qui reputabatur ab omnibus uti non forjudicatus, occidens punitur. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 84. Grandis d. prædicamento quantitatis, quæst. 2. n. 23. Foller. pragmat. de forjudicatis, n. 9. Monticell. d. reg. 2. n. 37. Carrer. d. ver. septimo igitur, n. 23. Marfil, in d. l. 1. n. 11. ff. ad legem Cornel. de Sycariis, & in præd. crim. §. aggredior, n. 24. *Placa in d. cap. 36. n. 24. & Duenas d. regul. 68. in quarta limitatione, sed contrarium tenet Farinac. d. quæst. 103. n. 140. & seq.*
- 60 Decimotertiò limita, nam si quis sciat, forjudicatum de proximo habiturum fore indultum, & interficiat dictum forjudicatum, in hoc casu occidens punitur, ut dicam infra cap. 24. n. 106. & Duenas d. regula 68. in tertia limitatione, & *Placa in d. cap. 36. n. 29.*
- 61 Decimoquartò limita nam ipsimet forjudicato non licet se ipsum interficere impunè, Jas. in l. 1. C. de servis fugitivis, Carrerius præd. crim. tit. de homicidio, quæst. 8. n. 4. & d. ver. septimo igitur, n. 24. Martiliis præd. crim. §. aggredior, n. 17. Farinac. præd. crim. tit. de homicidio, quæst. 128. n. 26. & in d. quæst. 103. n. 124. & seq. Menoch. de arbit. jud. casu 284. n. 33. Decian. tract. crimin. lib. 9. c. 2. n. 1. *Capolla in d. cons. 5. n. 19. & Decius in l. si is qui n. 6. Cod. qui testam. fac. poss. Sed supradicta non procedunt quoad penam corporalem, nam delicta morte extinguantur, sed procedunt quoad penas spirituales scilicet ut se interficiens careat Ecclesiastica sepultura pro ut est in quolibet alio se ipsum interficiente. Riccius in coll. 2143. Farinac. in d. quæst. 128. n. 16. & seq. & Guazzin. ad defens. reorum defensa 29. c. 2. n. 1. & 2. & cadaver forjudicati qui seipsum interfecit motu pænæ potest furcâ suspendi, ut docet meus avunculus Scialoja in hoc opere cap. 26. n. 9. in fine, & ibi aliqua addam. Et Clericus qui seipsum percussit est excommunicatus. Decius in d. l. si is qui n. 5. Clarus in §. finali quæst. 77. n. 3. Grassus de effectibus Cler. effect. 9. n. 82. & seq. Riccius in praxi part. 2. resol. 472. & parte 3. resol. 581. & Sperellus dec. 45. n. 71. parte 1. licet contrarium teneat Diana part. 9. tract. resol. 88. & vide supra cap. x. n. 5. in fine.*
- 62 Decimoquintò limita, nam si forjudicatus sit missus legatus, seu Ambasciator ad locum unde est forjudicatus, in hoc casu non potest ibi offendi, vel retineri ex causa d. forjudicationis, §. revered. verò Apocrifarii Aut. de S. Epif. & ibi Angel. de Perusio, n. 29. in fine, Caball. resol. crim. casu 150. Guazzin. ad defens. reor. def. 1. cap. 1. n. 28. Bazar. ad Clarum, §. homicidium, n. 241. Et Gigas de crimine læsæ Majestatis. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crimin læsæ Majestatis committatur. quæst. 16. n. 8. licet bannitus non possit eligi legatus, ut dictum est supra cap. 15. n. 20.
- 63 Decimosextò limita, nam si sit dictum, quōd reus forjudicetur, si ab hoc decreto sit appellatum antè lictam sententiam forjudicationis per consanguineos forjudicandi pendente appellatione, Reus non potest impunè occidi, ut dixi supra cap. 11. n. 24. & Carrerius d. ver. septimo igitur, n. 31. *Placa in d. cap. 36. n. 25. & Ripa in l. res judicata n. 12. ff. de re judic.*
- 64 Ultimò limita, ut in Regno nostro bannitus tantum, & non dum forjudicatus non possit impunè occidi, Afflictus in Constitut. Regni penam eorum, n. 55. & 68. in fine. & in Constit. Regni Grandis utilitas, n. 15. in fine, Virgiliis in tract. de legitimatione personæ cap. 33. n. 26. Camillus de la Ratha cons. 110. & faciunt dicta per Farinac. d. quæst. 103. n. 325. qui dicit, quōd bannitus non dum tamen condemnatus, non potest impunè occidi, *Petrus à Placa in d. cap. 36. n. 25. prout etiam si bannitus, & non dum forjudicatus sit captus vigore banni non potest morti tradi, sed audiri debet in suis defensionibus, ut dixi supra cap. 14. n. 20. nam bannum, quod post se expectat sententiam diffinitivam non exequitur contra bannitum captum, sed sententia diffinitiva sequitur post bannum exequitur, Chartar. de execut. sent. cap. 1. n. 438. & 441. ubi n. 448. dicit, quōd bannum exequi non debet, sed sententia, quæ post illud sequuta est exequi debet, & n. 449. dicit quōd si quis bannitus reperiatur, sed condemnatio, & sententia diffinitiva, quæ sit ex forma statutorum non reperiretur, non potest hoc bannum exequi, si is caperetur. Immo si sit factum decretum, quōd reus forjudicetur, antequam legatur sententia forjudicationis, isto medio tempore forjudicandus non potest impunè interfici, ut desumitur ex dictis in limitatione nona, & limitatione decima,*
- 65 Sed tunc bannitus tantum non potest in Regno interfici impunè, quando post bannum est forjudicandus elapso anno, secus si bannitus sit, ex quo armat per campaneam *Ultra decem dies in comitiva bannitorum, & cum ipsis delinquat, quia tunc dum dicatur verus forjudicatus, ut dixi supra cap. 15. n. 2. potest impunè occidi, Grandis de bello exultum, prædicamento pati, quæst. 1. n. 1. & quæst. 12. speciali 21. n. 1. Rota d. conclus. 9. n. 78.*

- n.78. in fine. *Et Campana de forjud. resol. 27. n.4. & est prag. 1.5.6. & 9. & 11. de exulibus.*
- 66 Et adverte, quod si per statutum disponatur, ut committens aliquod delictum intelligatur ipso facto, & jure forjudicatus, & ab omnibus possit impunè occidi, prout in Regno de hoc sunt plura statuta, de quibus mentionem fecimus supra cap. 10. n.20. & quis interficiat talem delinquentem, & pretendat recipi facere caput dicti delinquentis in Regiis Tribunalibus, in hoc casu occisor debet probare, occisum, commississe dictum delictum, ex dictis per Farinac. d. quæst. 103. n.11. in fine, ver. sed numquid, & n. 14. & ex dictis per nos infra cap. 24. post n. 112. & hoc probatur, si occisus reperiebatur inquisitus de dicto delicto in aliqua Curia, & contrà eum sint sufficientia indicia ad torturam, nam præsentata copia informationis, recipitur caput dicti delinquentis, sed si non dum sit capta informatio de delicto, & occidens dicat, occisum commississe delictum, propter quod poterat impunè occidi vigore statuti, & tunc recipiuntur testes à proprio Commissario, & non ab Actuario, qui Actuarii corrupti à partibus sæpè probant innocentem fuisse bannitum exceptuatum per plura Regia banna, ita Grandis de bello exulum, prædicamento quantitatis, quæst. 3. n. 18. sed Gizzarell. decis. 15. n.14. cum duob. n. seq. dicit, quodd si post mortem delinquentis occisor pretendat indultum, & capiatur informatio, quod occisus erat publicus delinquens, & bannitus, & non constet de ejus delictis per informationem captam tempore, quo occisus vivebat, dum publicè delinquebat, talis informatio rejicitur tanquam suspecta, ubi n.15. hoc limitat non habere locum in bannito, vel notorio forjudicato, cujus nomen ex factis atrocissimis notum sit, Danza probat quod nullatenus sint recipiendi capita bannitorum, nisi sint liquidata ex informationibus captis ante presentationem ipsorum, & sic vivente inquisiti ex provisionibus DD. Præreg. Danzade pugna DD. c.1. tit. de forjudicatis, c.1. post n.35. ver. quid ergo, & tom. 3. tit. de variis criminum cognitionibus, cap.5. n.1. cum duob. seq. & Campana de forjudicat. resol. 27. post n.4. Quod ego etiam limito, quando quis postquam commiserat delictum propter quod dicitur forjudicatus ipso facto, delinquens sit in continenti occisus, quia tunc puto, informationē deinde captam ab aliqua Curia de delicto commissio ab occiso non esse suspectam, & vigore dictæ informationis esse recipiendum caput dicti delinquentis, si in informatione adstant indicia sufficientia ad fundandam citationem contrà occisum de d. delicto. *Limita etiam in rebelle qui potest ab omnibus impunè occidi, dato quod non sit declaratus rebellis, dummodo post occisionem, constet de rebellionem. Farinac. in d. quæst. 103. n. 13. & seq.*
- 67 Adverte etiam, quodd filius, vel alius consanguineus forjudicati occisi est audiendus, si allegat forjudicatum non potuisse occidi, Foller. prag. de forjudicatis, n.41.
- 68 Adverte quoque, quodd quando quis inter-

fecit forjudicatum, tenetur ejus caput præsentare Tribunali, Caravit. Pragm. 1. n.45. de exulibus, & Gizzarell. dict. decis. 15. n.12. & quando statutum disponit, ut præsentans Curia forjudicatum mortuum præmium consequatur, sufficit, si præsentetur caput dicti forjudicati, ut ita prædicari testatur Bajar. ad Clarum, §. homicidium, n. 289. Quo capite præsentato illud verificatur per duos testes, quodd illud caput sit talis forjudicati, nam homo recognoscitur ex facie, l. cum in diversis, ff. de relig. & sumpt. funerum; & ideo testes debent dicere, quodd illud caput recognoscunt esse dicti forjudicati, quia videntur, & inspexerunt ejus faciem, Bar. in l. stigmata, C. de fabricantibus lib. 11. Cepoll. cons. crim. 32. n.14. ubi dicit, quodd si testes dicant, quod non potuerunt benè discernere in facie, non probant, licet subjungant, quodd eorum judicio esset ille de quo ageretur, unde si facies forjudicati, esset taliter devastata, itaut ex eà cognosci non posset, recurrendum est ad aliqua signa ejus corporis, ut puta ad cicatricem, quam haberet in aliqua parte corporis, quia ex hoc legitimè dicitur facta recognitio, si de eà testes deponerent, Bar. in d. l. stigmata, Cepoll. in l. 1. §. si intelligatur, n. 2. & 3. ff. de ædilitio edicto Garzia à Toletto in dicto 194. Mascard. de probat. conclu. 102. n.76. & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præscript. 64. n. 5. hæc supradicta omnia dicunt Cabal. resolu. crim. casu 270. n.6. & seqq. Novarius in decis. 124. & Danza d. tit. de forjudicatis post n.35. ver. proseguendo, ubi ver. quiddid. autem, dicit, quodd testes deponentes super verificationem, & recognitionem captis forjudicati occisi debeant esse omni exceptione majores, citat Farinac. d. q. 11. n.25. in fine *Et asserens occidisse bannitum debet probare illum occisum esse, illum met in banno descriptum.* Bar. in l. 1. n.3. ff. si nūus ex pluribus appellaver. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. n.37. Novarius in dec. 126. & vide infra in cap. 24. n.112.

69 Et quando præsentatur caput banniti in Tribunali Commissarij Campanæ tunc verificatio capitis, fit per Commissarium Campanæ, & ejus Actuarius, & non per alium, & debet constare, quodd servitium sit factum per quem præsentatur caput, & non per interpositam personam, & informationes, verificationis capitis, debent conservari, pragmat. unica, §. 20. de officio Judicis generalis. *Et prag. 9. §. 3. de exulibus.*

70 Et factâ verificatione capitis forjudicati interfecti interponitur decretum v3. & per T. Curiam fuit receptum caput T. de T. forjudicati, & fuit dictum, quod ponatur in publico, & ita provisum per hoc suum, &c.

71 Sed caput forjudicati occisi est præsentandum M.C.V. vel Regiæ Audientie, Grandis de bello exulum, prædicamento quantitatis, quæst. 3. n.6. Caravit. d. prag. 1. n.44. & sequent. de exulibus. Et quando præsentatur M.C. tunc ponitur in loco publico ante foras Palatii M. C. & postea ponitur in palo, seu pertica extra mœnia, & ante portam Capuanam, ut sit omnibus exteris, & Civibus horren-

rendum spectaculum, & exemplum, Gizzarel. d. & decif. 15. n. 12. & Guazzinus ad defensionem reorum, def. 33. cap. 26. n. 6. ver. tamen.

Et in Urbe Romanâ caput banniti interfecti esse præsentandum coram crim. Auditore Cameræ, & non coram Gubernatore di-ctæ Urbis, dicit Farinac. dict. quæst. 103. nu. 360. in fine.

S U M M A R I U M.

- 1 **R**eceptans bannitos, & forjudicatos, quæ pœna puniatur de jure communi, & quæ pœna de jure Regni? usque ad num. 8.
- 9 Prædicantes cum forjudicatis, vel ipsi dantes escam, vel potum puniuntur.
- 10 Receptans, vel sepeliens cadaver forjudicati puniatur.
- 11 Vassallus receptans suum Baronem delinquentem non excusatur.
- 12 Domus, vel Ecclesia existens in nemore, in qua receptantur forjudicati, possunt destrui.
- 13 Receptatores forjudicatorum an admittantur ad compositionem, & quid in Universitate? n. 14.
- 15 Receptans bannitos potest puniri pœnâ ordinariâ receptationis propter depositionem duorum bannitorum, & quomodo esse debeat ipsa depositio, ibidem.
- 16 Receptans forjudicatum publicè toleratum à superiore non puniatur, & in pluribus aliis casibus non puniatur, à num. 17. usque ad n. 26.
- 18 Patrocinium præstans bannito an puniatur?
- 27 Procedi potest ex officio contra receptatores forjudicatorum.
- 28 Receptans in territorio Baronis forjudicatos Magnæ Curie Vicariæ, vel Regiæ Audientie, à quo Judice puniatur pro ipsa receptatione?
- 29 Receptans assassinium, reum criminis læsæ Majestatis, vel hereticum, quæ pœna puniatur.

C A P. XVIII.

De pœnâ receptantis forjudicatos.

DE jure communi receptans bannitos, & forjudicatos puniatur eadē pœnâ, quæ puniatur bannitus, & forjudicatus, tex. in l. 1. ff. de receptat. & per totum tit. C. de his, qui latrones, vel aliis criminib. reos occultaverunt, & Foller. præct. crim. rubr. banniantur, n. 10. & secundum opinionem Follerii est tex. de jure Regni in cap. Reg. 210. unde ex hoc alii inferunt, quod si quis committat delictum exceptuatum in generali indulto, non solum principalis reus non gaudet indulto, sed etiam de ejus receptator, Ponte decif. 22. Gizzarel. dec. 74. & Rovit. pragmat. 11. in fine de abolit. & in rubr. de receptator. malefact.

n. 10. Et dicam infra in cap. 24. n. 80. alii vero tenent, quod de jure communi receptans bannitos, & forjudicatos puniatur pœnâ arbitrariâ, ita Menoch. de arbit. jud. lib. 2. casu 348. n. 3. Farinac. præct. crim. tit. de carcerib. & carceratis, quæst. 30. n. 94. cum duob. sequen. & in tit. de consultoribus, q. 133. n. 1. cum plurib. seq. cap. 1. Virgiliis tract. de legitimatione personæ, cap. 33. n. 101. Muscatellus in præct. crim. tit. de receptatoribus malefactorum n. 38. & Grandis de bello exulium prædicamento pati, qu. 1. & post n. 9. & n. 10. ver. de jure verò communi. Sed quidquid sit de jure communi, tamen in Regno per diversa statuta, sunt impositæ diversæ pœnæ contra receptantes bannitos, & forjudicatos in odium eorum, nam non essent malefactores, si non essent receptatores, l. congruit, ff. de officio Præsidis, l. 1. ff. de recept. prag. 1. de receptat. malefact. Prag. 15. in fine de exulibus. Nigris in cap. Regni 224. n. 20. Et receptatorum passimum genus est d. l. 1. ff. de recept. Menoch. de arbit. judic. casu 348. n. 1. & Farinac. præct. crim. quæst. 133. cap. 1. n. 2.

2 Primo per Const. Reg. pœnam eorum, in fine, disponitur, ut receptatores bannitorum, & forjudicatorum, & eos occultantes puniantur simili pœnâ banni, vel forjudicationis, si occultantes requisiti, non curaverunt illos exhibere, quod si sit Universitas, quæ receptat, vel occultat forjudicatos, Universitas puniatur arbitrio Proregis consideratâ qualitate personarum, & locorum.

3 Secundò per d. cap. Reg. 210. disponitur, ut si privata persona scienter receptet, vel occultet bannitum, vel forjudicatum, puniatur eadem pœnâ, quæ puniatur bannitus, vel forjudicatus receptatus, vel occultatus, si verò receptans, vel occultans sit Baro, & tunc ejus jurisdictio sequestratur pœnæ Regem per quinquennium, si verò Universitas receptat, vel occultat bannitos, vel forjudicatos, & tunc puniatur in unum augustalem pro quolibet fogulari, communis juris regulis super receptationibus editis in suo robore duraturis.

4 Tertio per cap. Reg. 224. disponitur, ut quilibet cujuscunque status, & conditionis exultat, receptans bannitos, vel forjudicatos, puniatur pœna mortis, & publicationis omnium honorum, & contra eos possit procedi ex officio. Et ad extirpandos bannitos, & forjudicatos solent emanari banna imponentia pœnam mortis contra receptantes bannitos, & forjudicatos, prout tale bannum fuisse emanatum, ut post bannum infra quatuor menses appensatè, & absque vi puniantur pœnâ mortis, testatur Grandis d. prædicamento pati, quæst. 1. post n. 10. ubi dicit, quod die 16. Octobris 1584. fuit emanatum bannum, ut receptans aliquem ex exceptuatis, & nominatis in eodem banno, puniatur pœna mortis naturalis, & aliis contra receptantes aliquos forjudicatos, fuit etiam imposita pœna mortis, Pragmat. 15. in fine 17. de exulib. Et eadē pœnâ mortis contra receptatores quorundam forjudicatorum fuit imposita per Pragmaticam 18. 1642. §. & elapso 19. & 21. de

de exulibus. 2. & licet de cap. Regni 224. imponat pœnam mortis contra receptatores bannitorum, & forjudicatorum, tamen dicit ibi Penna, quod nunquam vidit talem pœnam imponi iustitiæ faciendæ neglectu.

Quartò per Pragmat. 1. & 2. de receptat. delinquent. disponitur, ut si Baro, vel privata persona receptet bannitos, & forjudicatos puniatur pœnâ ducatorum sex mille, & aliis pœnis Proregi reservatis, quæ pœna fuit declarata in Regiis Triremibus per quinquennium. Rovit. pragmat. 3. n. 2. de recept. delinquent. sed Cabal. resolut. crim. casu 258. dicit, quòd quando per statutum est imposita pœna pecuniaria, & ultra pœnam pecuniariam alia arbitraria, pœna arbitraria adhuc debet esse pecuniaria; & non corporis afflictiva, Novarius in Prag. 5. n. 266. de administ. Univer. Laganarius ad Rovitum in Prag. 2. circa finem de recept. delinquent. & Clarus in § final. qu. 82. n. 12. ultra quòd in dicta Pragmat. 1. dicitur, & alia pœna pecuniaria arbitrio nostro reservanda, & in dicta Pragmatica 2. simpliciter dicitur, & alia pœna arbitrio nostro reservata, & in terminis dict. Pragmat. 1. & 2. potest procedere opinio Caballi, sed Rovit. loquitur vigore Prag. 2. quæ est hodiè 4. de receptator. malefact. quæ mandat, ut si quis receptet, cælet, vel auxilium præstet delinquenti, ut facto delicto aufugiat, licet delinquens adhuc non sit reputatus contumax, vel bannitus, tamen receptans, cælans, vel auxilium præstans, puniatur pœnâ ducatorum sex mille, & alia pœnâ corporali Proregi reservata, Et hodie est statutum ut receptans bannitos vultra panam ducatorum sex mille puniatur alia pœnâ corporali Proregi reservata. Prag. 1. §. 6. de exulibus.

Et quòd pœna est reservata arbitrio Proregis, non infertur, nec declaratur per alium, quàm per Proregem. A. 1. servus si hæredi ff. de statu liber. Affl. in Constit. Reg. si damna, n. 74 Ballis tract. var. lib. 4. quæst. 5. n. 23. Intrigliolus sing. 165. & Rovit. in prag. 4. n. 1. de aleatorib. sed quòd hoc arbitrium transeat ad Baronem, siue ejus Judicem & Judex possit dictam pœnam declarare, tenent Rovit. in Pragmat. 5. n. 49. & 50. de administ. univer. & Campana de forjudicatione resol. 16. post n. 4 ubi dicit, secus si sit imposita pœna alternativa, puta mortis, vel pecuniaria arbitrio Proregis, quia tunc non potest per Judicem inferiorem arbitrari; sed arbitrari debet per Proregem Sanfel. dec. 275. ubi dicit quòd hoc arbitrium potest per Proregem delegari M.C.V.

6 Quintò per Pragmaticam vigesimam secundam & vigesimam tertiam §. 1. de exulibus. disponitur, ut receptatores, & facientes receptare bannitos, forjudicatos, vel scurritores Campanæ, vel eis subministrantes viæum, & eis providentes de vestibus, armis, & monitione, vel prædicantes cum dictis, vel eos protegentes, & fumentantes si sint ignobiles puniuntur in ducatis sex mille, & in triremibus per quinquennium, si verò nobiles in ducatis sex mille, & per quinquennium in carceribus in uno ex Castris hujus

Regni declarando per Proregem, & aliis pœnis dicto Proregi reservatis. Sed antea per Pragmaticam 21. de exulib. disponebatur quòd si Baro permittat, ut banniti, forjudicati, vel delinquentes maneat in eorum Terris, vel eis præstet auxilium, vel favorem quolibet modo, puniatur pœnâ ducatorum sex mille, & pœna suspensionis jurisdictionis Terræ, ubi permittit illos manere ultra dies duos, & suspenditur ejus jurisdictio per quinquennium, exceptis tamen Baronibus non habitantibus in Regno, in quorum locum eorum Officiales permittentes supradicta, puniuntur pœnâ ducatorum trium milium, & statim privantur officio, & amplius exercere non possunt alia officia, & idem observatur contra Officiales demaniales vide supra cap. 15. n. 32. Sed si forjudicati, & banniti pro delictis non exceptuatis in bullâ Gregorianâ maneat intus Ecclesiam ultra dies duos, in hoc casu Barones vel Officiales ad Nihilum tenentur, cum ibi banniti & forjudicati supradicti non possint persequi, & cap. ex dictis per Mastrillum in dec. 216. a. n. 55. usque ad n. 60. & impossibile nullum est obligatio. lege impossibile, ff. de regulis juris.

Et Baro si sit requisitus à suo Superiore, ut traderet sibi delinquentem ab eo scienter receptatum in suo Castro; si id exequi non curavit, amittit feudum. Rovit. in prag. 1. n. 9. de receptat. malefact. Et per bullam Gregorij XIII. incipientem Tanta. Editam anno 1580. disponitur, ut feudatarij Ecclesiæ receptantes bannitos vultra panam excommunicationis priventur omnibus bonis, dignitatibus & feudis tanquam rebelles. Novarius in opusculò novi juris Pontificis conclus. 45. n. 1. & quòd Officialis detinet delinquentem carceratum, quem suo judici remittere noluit si malitiose eum relaxat ut impunitus evaderet, ut receptator delinquentium puniatur Avenq. de exequend. mand. Princ. part. 2. cap. 7. n. 5. & Palma in sua practica part. 2. glossa. 17. n. 31.

7 Et ultra supradictas pœnas impositas per Regias Pragmaticas contra receptantes forjudicatos, imponitur etiam pœna jure communi statuta, Pragmat. 1. §. 2. de perseq. malefact. Prag. 1. §. 6. de exulib. Prag. 3. §. 2. & Prag. 4. in fine de recept. malefact. Et vide Virgiliis de legit. post cap. 23. n. 102.

8 Sed quidam milites, qui duxerunt forjudicatum in locum immunitatem eum associando cum armis, fuerunt per septennium condemnati ad Triremes, ut testatur Sanfel. dec. 227.

9 Et quis puniatur, dato, quòd prædicet cum forjudicatis, Pragmatica edita die 19. Maij, §. 1. & de jure communi remissivè loquitur Rovit. in Pragm. 3. n. 11. de recept. malefact. citat Signor. conf. 125. & Abbatem in cap. ad hæc extra de judiciis; & Rovit. in d. Prag. 3. n. 8. dicit, quòd de jure Regni quis puniatur, dato, quòd det escam, vel potum bannito, licet secus sit de jure communi, Carrerius pract. crim. tit. de hæreticis, ver. nunc de receptatoribus fol. mih. 282. n. 29. & Farinac. in pract. crim. tit. de consultoribus, quæst. 133. n. 10. & seq. cap. 1. & dicitur quem receptasse for-

forjudicatum, si accepta pecuniâ faciat eum auferre, ut dicam in fra cap. 20. post n. 16. & præstans alicui alimenta post delictum, ut facilius, & commodius delinquens fugiat, & occulteretur præstans alimenta, punitur uti præstans auxilium post delictum, Surdus de alimentistit. 8. privilegio 78. post n. 8. & quæ poena iste puniatur, dixi supra hoc eodem cap. post n. 5.

- 10 Et quis non solum bannitum vivum prohibetur receptare, sed etiam cadaver illius potest receptare, aliàs punitur, Rovit. in rub. de recept. malefact. n. 19. Sed sepeliens corpus forjudicati in loco banni non punitur poenâ ordinariâ statuti contra dantes auxilium, & favorem forjudicato, sed punitur aliâ mitiori poenâ extraordinariâ, Cabal. resol. crimin. casu 83. Et cadaver banniti non potest sepeliri in loco banni, Guazzin. ad defensam reorum, def. 38. cap. 7. n. 6. Nellus de bannitis in 2. parte tertii temporis, n. 2. Cabal. resol. crim. casu 83. n. 1. & casu 265. n. 3. & 7. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campanam, cap. 7. n. 4. in fine Angelis ad Gizzarell. dec. 15. n. 6. & Decianus tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 44. n. 16. Sed tantum ossa, & cineres banniti possunt sepeliri in loco banni, Guaz. d. def. 38. d. cap. 7. n. 6. Prout etiam licet confinatus in aliquo loco ad certum tempus, moriens, durante confinatione, non possit ante finitum tempus confinationis transferri ad locum, à quo confinatus erat, ut ibi sepeliatur absque licentiâ Principis, l. 2. ff. de cadaveribus punitorum, & docet Gomesius variarum resolutionum lib. 3. cap. 14. post n. 8. ver. item adde, de quo vide Ballis tract. var. lib. 4. quæst. 4. n. 66. & seq. tamen secus est quoad ossa, Cabal. d. cas. 265. Sed quod neque ossa banniti possint sepeliri in loco banni, Decianus tract. cri. tom. 2. lib. 6. cap. 42. n. 23. ubi cap. 43. n. 19. dicit, quod qui participat cum cadavere excommunicati est excommunicatus. Et idem tenet Decius in l. si is qui n. 11. Cod. qui testam. facere possunt. & Marfil. in l. final. n. 43. ff. de quæst. ubi n. 46. dicit quod qui non potest vivus stare in Civitate, neque potest ibi mortuus sepeliri, quod confirmat d. Decius ubi supra n. 10. & d. Marfil. 16. n. 47. dicit quod aliud est corpus mortuum, & aliud sunt ossa, & licet quis possit impune occidere bannitum, tamen postquam eum interfecit, non potest impune eum sepellire. Bald. in l. sororem. n. 3. & 4. Cod. de his quib. ut indignis.

- 11 Et vassallus non excusatur, si receptat suum Baronem delinquentem, nisi talis receptatio non potuit evitare, Rovitus Pragmat. 1. n. 3. & in Pragm. 4. n. 3. de receptat. malefact. Et quis punitur de receptatione tam si receptat masculus, quam feminam bannitam. l. 1. Cod. de his qui latrones vel aliis crim. reos occult. Farinac. in pract. crim. in tit. de consultorib. quæst. 133. cap. 1. n. 8. Sed contrarium tenet Ballis tract. var. lib. 5. tit. de Officialibus receptantibus bannitos. n. 11.

- 12 Domus receptantis forjudicatos potest destrui, l. 1. §. domini, C. de his qui latrones, quod intellige, si concurrat scientia recepta-

toris, & quod potuit prohibere, & non prohibuit, Grandis de bello exulum, in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 34. Immo Ecclesia in Nemore exilens potest destrui, si in ea receptentur latrones cum auctoritate tamen Superiorum Ecclesiasticorum, Rovit. rub. de receptat. malefact. n. 9. & dicam infra cap. seq. n. 35. Et Magazenum Monachorum statum in loco maritimo in quo sunt controbanda debet demoliri, auctoritate Ecclesiastica ut in decretis Reg. Cam. Sum. adducto à Marinis in fine dec. Rovit. n. 235. fol. 842.

- 13 Et receptans bannitos, & forjudicatos non admittitur ad compositionem inconsulto Prorege, Prag. 4. de composit. in compilatione facta de anno 1633. quod ego intelligo procedere in M. C. vel in Regiis Audientis, & non in Curiis Baronalibus, quæ passim admittunt receptatores bannitorum ad compositionem, absque relatione faciendâ Proregi Et faciunt dicta per Bajard. ad Clarum in §. final. quæst. 59. n. 50. Immo Regiæ Audientiæ possunt admitttere ad compositionem illos, qui præstant victum bannitis inconsulto Proregi, quod non est quoad veros receptantes bannitos, nam isti veri receptatores bannitorum non possunt admitti ad compositiones per Regias Audientias inconsulto Prorege, Grandis d. prædicamento pati q. 3. speciali 82. n. 2. Danza de pugna DD. tom. 1. cit. de receptat. cap. 1. n. 62. cum duobus seq. & vide Muscatellus ubi supra n. 37.

- 14 Sed Universitas non potest admitti ad compositionem pro receptatione bannitorum, aliàs compositio est nulla, cap. Regni 241. & 278. & Muscatell. ubi supra n. 44.

- 15 Et scias, quod si tres banniti in eorum torturâ confiteantur, ipsos fuisse receptatos ab aliquo, etiam si deponant de actibus diversis, & singularibus, tamen plenè dicitur probatum delictum receptationis, cap. Reg. frequens, & ineffrenata, cap. Reg. Constitutionem divæ memoriæ, Pragmat. 1. §. 6. vers. nec non de exulib. Pragmat. 1. §. 2. de persequut. malefact. Et Revert. decisione 188 & ibi Marinis, sed hodie sufficit depositio duorum bannitorum tantum, ut in Pragm. 6. de receptat. malefact. Caravit. in Pragm. 1. n. 72. & seq. de exulib. Grandis d. prædicamento pati, qu. 3. speciali 90. Mastrillus in dec. 216. n. 83. & Muscatell. ubi supra n. 34. cum trib. seq. sed depositio hæc facta in torturâ debet repeti parte citatâ, aliàs non probat Prag. 1. §. 2. de persequut. malef. ubi Rovit. n. 11. licet contrarium teneat Grandis d. speciali 90. tamen secundum opinionem Rovit. tenet Caravit. d. Prag. 1. n. 73. de exulib. Theodorus in alleg. 97. & Novarius in Pragm. 6. num. 6. de recept. delinq. & Sanfelice. dec. 37. n. 3. dicit opinionem Grandis procedere, quando proceditur vigore potestatis extraordinariæ, quia tunc repetitio non erit necessaria, sed quod sit necessaria repetitio, etiam si procedatur in causâ ad modum belli diximus supra cap. 4. n. 7. Et dicta depositio duorum bannitorum debet repeti in torturâ, Rovit. d. n. 11. vers. & tenacius, aliàs non probat, dato quod principalis receptor det testes Curie pro citatis, ju-

rans, & legitimè repetitis, Rovit. d. Pragm. 1. §. 2. n. 13. & seq. de persequut. malef. sequitur Pasch. de virib. patr. pot. par. 4. cap. 3. n. 41. Et hæc depositio duorum bannitorum debet repeti, datis defensionibus reo receptatori, & non antea Rovit. ubi supra num. 11. *Marinis in observat. ad dec. Revert. 42. num. 1. in fi., & faciunt addita per nos in praxi torquendi reos cap. 6. n. 46. Et repetitio hac debet fieri cum juramento.* Nigris in cap. Regn. frequens, & ineffrenata; num. 59., & 62., & Rovitus Pragm. 5. num. 3. de recept. malef. sed si ille, contra quem est facta depositio supra dicta non reperiatur in posse Curie, & deponens sit condemnatus ad mortem, & sit suspensus, in hoc casu cautela traditur, ut prius citetur ille, contra quem est facta depositio, qui si comparet, & tunc repetitio deponentis fit eo modo, & forma, ut supra si verò non comparet, eo effecto contumace, potest exequi sententia contra deponentem, quia tunc, dum deponens moritur in contumacia Rei, deponens habetur pro repetito per Pragmaticam 10. §. 83. de offi. judic. sed Sanfelix. d. dec. 37. n. 2. dicit, quòd observatur in M. C. tempore confessionis, si est præsens reus nominatus, jurari in ejus faciem, si autem non est præsens, cum venerit ad manus Judicis, si non reperitur exequuta sententia mortis, nominantem iterum torqueri ad convalidandum ejus dictum similiter in faciem dicti nominati; absente verò nominato torqueri, citato ipso nominato, & ita observatum die 17. Maii 1625. in causa Baptistæ, seu Tittæ Tizzani, & interpositum decretum, quòd repetatur cum tormentis, citato nominato. *Sed quia nominatus citatur ad locum notoriè non tutum, dum ibi reperiatur inquisitus propter nominantis depositionem, & citatus ad locum notoriè non tutum ibi comparere non tenetur, & citatio est nulla, ut dictum est sup. in cap. 8. n. 57. idè Judex non errat, si facit citationem supradictam nominato cum assuratione sua inquisitionis, ut valida citatio reddatur.*

Et de jure communi confessio socii criminis, qui fuit morti traditus nullum facit indicium contra consocium sine alio adminiculo, Bertazzol. conf. crim. 234. lib. 1. Pascal. de viribus patriæ potestatis, lib. 4. cap. 3. n. 41. in fine, & Rovit. Prag. 5. n. 5. de recept. malef. & de jure communi testes sine partis citatione recepti in causa criminali, si moriantur antequàm repetantur non probant, Caball. resol. crim. casu 269. & Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 24. cap. 9. n. 16. licet contrarium teneat Ballis tract. var. lib. 1. tit. de indicijis, quæst. 9. n. 4. tamèn prima opinio est vera, Farinac. præct. crim. tit. de oppositiõibus contra examen testium, quæst. 72. nu. 192. cum quatuor seq. nisi testes sint mortui in contumaciam Rei, quia tunc probant, ut dixi supra cap. 4. n. 7. *Et licet Angarii, Villani, & Villici testes esse non possint contra Comites & Barones, ut in const. Regni prosequentes, & Grammatic. in dec. 34. n. 5. circa finem, tamèn si Comites, & Barones malefactorum sint receptatores, tunc testes isti contra*

eos admittuntur. cap. Regni 224. ubi Nigris n. 26. dicit hoc procedere, dummodò tales testes deponant cum tortura. Sic etiam in crimine læsæ Majestatis testes isti admittuntur contra Comites & Barones, ut in d. const. Regni prosequentes in fine.

16 Sed advertas, quòd receptans bannitum publice toleratum à Superiore, non punitur, Rovitus in Pragmat. 1. n. 4. de receptat. malef. & Follerius præct. crim. rub. banniantur, n. 14. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de recept. cap. 1. n. 34. & Farinac. d. quæst. 133. cap. 1. n. 48. ubi ampliat si vè bannitus fuerit toleratus à Superiore, qui eum bannivit, si vè à Superiore receptatoris, ubi n. 49. cum trib. seq. dicit, quòd sufficit patientia, & tolerantia Officialium, & non requiritur expressus consensus Principis, nam ex scientia, & tolerantia Officialium, præsumitur scientia, & tolerantia Principis, & à fortiori receptans forjudicatum guidatum, non punitur, imò si quis in partibus receptat forjudicatum guidatum eo die, quo Neapoli fuit concessum guidaticum, in hoc casu neque punitur *Et bannitus publice toleratus in Civitate à Superiore, dicitur asscuratus. Merlinus controu. forens. lib. 1. cap. 53. n. 5., & hunc interficiens, punitur; ut dictum est supra cap. 17. & seq.*

17 Sic etiam neque punitur alloquens cum bannito, & forjudicato, nam Pragmaticæ loquuntur tantum de præstante auxilium bannitis, & ipsos receptante, & opem præstante, & non loquuntur de loquente cum bannitis, Danza d. tit. de receptatoribus, cap. 1. nu. 16. & 61. unde alloquens cum bannito, non punitur, Danza ubi supra, Ballis tract. var. lib. 5. tit. de Officialibus receptantibus bannitos, n. 9. fol. 415. & Carrerius præct. crim. tit. de homicidio, ver. post vero maleficio, n. 44. fol. mihi 130. à tergo. Quòd si statutum puniens loquentem cum bannito, non comprehendit eum, qui mittit Nuncium, vel epistolam bannito, Bar. in l. r. ff. de legibus, Riccius in praxi fori Ecclesiastici par. 2. resol. 65. n. 2. Farinac. præct. crim. tit. de consultoribus, quæst. 123. n. 13. cap. 1. Arnono comment. 191. *Ripa in lege si stipulatio. n. 58. ff. de verbor. oblig. et Cepoll. cautela 156. nu. 2. ubi dicit quòd prohibitus advocare non prohibetur facere allegationes in jure; & idem dixit in cautela 186. & desumitur ex l. Paulus la prima, §. fin. ubi Bart. ff. de legationibus, & quòd prohibitus alloqui cum bannito non dicitur prohibitus ipsi Nuncium, vel literas mittere, confirmatur ex dictis per Riccium d. ref. 65. ubi substat, quòd si statutum det poenam excommunicationis contra alloquens cum Monialibus, non comprehendit mittentes Nuncium, vel literas dictis Monialibus, sed alloquens cum excommunicato excommunicatione majori, efficitur excommunicatus excommunicatione minori; & hoc procedit etiam in eo, qui mittit Nuncium, vel literas excommunicato, clem. si summus de sen. excom. cap. constitutionem, ver. participatione, de sent. excommun. in 6. prout etiam non solum qui alloquitur cum Cardinali, existente in conclave dicitur ex-*
com-

communicatus, sed etiam qui mittit Nuncium vel literam dicto Cardinali, cap. ubi periculum, §. nulli de elect. in. 6. Et sicut qui loquitur cum inimicis Regis sui committit crimen læsæ Majestatis cap. 1. 93. dist. ita qui mittit eis nuncium vel litteras. l. 1. ff. ad l. Jul. Majest., & Revert. in dec. 67. n. 2.

Et prohibitio loquendi cum bannito, intelligitur quando quis loquitur in præjudicium Regiminis, aliàs secus, Bajardus ad Clarum, §. fin. quæst. 82. n. 40. & Farinac. d. quæst. 133. n. 57. cap. 1. unde si allocutio sit facta cum bannito ex causâ concordie cum Regiâ Curiâ, vel ad aliud bonum finem, non dicitur delictum, Theodor. alleg. 97. n. 13. & Danza d. n. 61. prout etiam alloquens tantum cum bannito extra Regnum, vel intus Ecclesiam, non punitur, Mastrill. dec. 216. nu. 55. 58. 59. & 60. & Danza d. cap. 1. n. 57. & seq. Sed quod visitans vel alimentans delinquentem existentem in Ecclesiâ, puniatur pœnâ extraordinariâ dicit Avendan. de exequend. mandatis princ. part. 2. cap. 7. n. 12.

18 Et statuto disponente, ut nullus possit dare bannitis auxilium, & favorem, si quis patrocinium præstat pro bannito, in alâ causâ, quàm pro eâ, pro quâ fuit bannitus, si bannitus per statutum non sit prohibitus se defendere in dictâ causâ, & tunc præstans patrocinium bannito in dictâ causâ non punitur, prout est in Regno nostro per ritum 220. sed quando quis præstat patrocinium ad annullandum bannum, & forjudicationem, & tunc non punitur, nisi quis sit forjudicatus pro crimine hæresis, vel læsæ Majestatis humanæ, Nellus de bannitis in 3. parte secundæ temporis, n. 26. & Foller. d. rub. banniantur, nu. 19. ubi dicit idem esse in testificante pro bannito in aliqua causâ. Sed quod quis advocans pro bannito, non dicatur ei præstare auxilium, dicit Farinac. in d. quæst. 133. n. 72. & Carrerius d. ver. post vero maleficium, n. 40. fol. mihi 130. ubi n. 44. dicit, quod consulens forjudicatum, non dicitur ei præstare auxilium, & consequenter non punitur de receptatione, citat Bal. in cap. 1. de judiciis, dicentem, quod cum bannito potest haberi consilium, & idem tenet Nigris in cap. Reg. 224. n. 24. sed Prag. 1. de recep. malefactorum etiam prohibet dari consilium malefactori, Et vide de Barrolium in l. post legatum. §. sunt qui putant. n. 1. ff. de his quibus, ut indignis & in l. in furti §. opem. ff. de furtis. sed si aliquis Doctor sit forjudicatus, & quis utatur suo patrocinio, utens patrocinio non punitur, nam cum bannito Doctore potest haberi consilium, Arnono in Commen. 44. Et Advocatus consulens reum, ut negat delictum, peccat mortaliter, & potest puniri. Guazzin. ad defensionem reorum. defens. 20. cap. 1. n. 3.

19 Quod si tabernarius det potum, vel escam bannito, ignorans esse bannitum, mediante pecunia, in hoc casu non punitur, Danza d. tit. de receptationibus, cap. 1. n. 31. Mastrill. dec. 216. n. 84. & seq. Surdus de alimentis, tit. 3. privileg. 78. n. 10. Menoch. de arbit. indic. lib. 2. casu 348. n. 17. & Farinacius d. i. q. 133. n. 42. cum trib. seq. cap. 1. & tabernarius rece-

ptans bannitum, vel ei dans ad comedendum, & bibendum non punitur uti receptor, Carrerius d. ver. post vero maleficium n. 28. & quod tabernarius receptans bannitos, vel ei dans potum, & escam per transitum non punitur, dicit Foller. d. rub. banniantur, n. 15. Nigris in cap. Reg. 210. n. 10. in fine, idem Carrerius in d. pract. crim. tit. de hæreticis, ver. nunc de recept. n. 22. fol. mihi 282. latè Caball. resolut. crim. casu. 287. & n. 66. usque ad 80. Boff. pract. crim. tit. de rapinis, n. 34. ubi dicit idem esse in quolibet alio, qui si per transitum dat ad bibendum, vel comedendum bannito, non punitur, idem tenent Ponte de potestate Proregis, tit. 1. §. 3. n. 6. Virgiliis in tract. de legitimatione personæ, cap. 33. n. 115. & Mastrill. in dec. 216. n. 84. & seq. & quando bannitus publicè transit per aliquam Villam, si ibi publicè bibat in caupona, caupo non punitur, Rovitus in Pragmat. 1. n. 7. de receptat. malefactorum qui omnes DD. citati se fundant super ignorantiam, nam quando quis receptat bannitum, ignorans illum esse bannitum, non punitur Avendan. de exeq. mandatis princ. lib. 2. cap. 7. n. 11. Danza in d. cap. 1. n. 52. cum duobus seq. Caraba in sing. 29. Nellus de bannitis in 3. parte secundæ temporis, n. 20. Marsiliis in l. qui falsum, n. 66. ff. ad legem Cornel. de falsis, Caball. resolut. crim. casu 287. Riccius collect. 544. Boff. d. tit. de rapinis, n. 16. & 21. Surdus d. privileg. 78. n. 12. Menoch. d. casu 348. n. 15. & Farinac. d. quæst. 133. cap. 3. n. 103. ubi nu. 104. dicit, quod ignorantia præsumitur, quando quis receptat bannitum publicè, & palam, non autem clam, & occultè, & n. 111. dicit, quod in dubio in receptante bannitum, præsumitur potius ignorantia, quàm scientia, unde scientia necessariò probari debet, quod tempore receptationis receptans sciebat, receptatum esse bannitum, Menoch. de arbit. judic. casu 348. n. 15. Mastrill. in d. decisione 216. n. 5. 25. & 78. Grammatic. in dec. 99. Cabal. d. casu 287. n. 26. Avend. d. cap. 7. n. 11. Et Virgiliis d. cap. 33. n. 104. & 107. ubi n. 108. dicit, quod nemo de receptatione tenetur, nisi dolo, vel malo receperit, citat tex. in l. 3. §. non tantum, ff. de incendio, ruin. & naufrag. Et semper in dubio præsumitur ignorantia, l. veritas. ff. de probationibus. cap. præsumitur de regulis juris in 6. Mascardus de probationibus. concl. 162. n. 19. & ignorantia excusat etiam in delictis. l. 1. §. Divus ff. ad l. Corneliam de Sicariis. l. respiciendum §. delinquent, ubi glossa ff. de penis & Surdus de alimentis. tit. 9. quæst. 26. n. 100 unde scientia debet probari à Fisco, Nigris in cap. Regni 210. n. 10. Cabal. in d. casu 287. n. 26. & Novarius in opusculo nostri juris pontificis concl. 46. n. 3. Et receptans bannitos & forjudicatos, non punitur ex receptatione, si nescit illos bannitos fuisse. Afflictus in const. Regni panama eorum. n. 85. in fine nisi bannitus esset publicus, & notorius, quia tunc ignorans receptor non excusatur à pœna ordinaria, Riccius dec. 166. par. 3. Nigris d. cap. 210. n. 10. Arnono sing. 9. Virgiliis d. cap. 33. n. 10. Et Jason in l. is potest. n. 81. ff. de acquirenda heredit. & in l. titius

Leitius §. lucius. n. 10. ff. de liberis & posthumis prout etiam, nam licet si quis ignoranter receperit hæreticum, probabilis ignorantia excusat receptantem, glos. in cap. excusatus de hæreticis in 6. tamen quando quis recepat notorium, & famosum hæreticum, tunc præsumitur scientia, & non ignorantia, Mar. cons. 107. & Carrer. d. tit. de hæret. d. ver. nunc de receptat. n. 26. cum duob. n. seq. fol. mihi 282. Vnde si quis sit factus forjudicatus in M.C. & eodem die sit receptatus per aliquem in partibus hujus Regni, receptans excusatur saltem à pœna ordinaria, cum præsumatur, receptatorem nescire forjudicationem, & non obstat si dicatur, quod ipse sciebat receptatum esse delinquentem, & per Pragm. 4. de recept. malefact. disponitur, quod receptans malefactorem adhuc non contumacem, punitur, Foller. d. rub. banniantur, n. 17. & Farinac. pract. crim. tit. de consultorib. q. 133. n. 17. cap. 1. nam respondemus d. prag. loqui quando quis pauld post delictum recepat delinquentem, causa eum faciendi aufugere, secus si eum recepat elapso multo temporis spatio post delictum, *Nam associans vel receptans delinquentem non incontinenti post delictum, sed ex intervallo, non punitur. Gmazinus ad defens. reorum. def. 33. cap. 10. n. 13.* sed advertas, quod omnia supradicta jura allegata in principio hujus cap. dant pœnas contra receptatores omnium delinquentium prout idem est statutum in statu Ecclesiastico per Bullam Sixti V. testatur Farinac. d. qu. 133. n. 17. & per Pragmat. 1. de recept. male. est statutum, ut nemo sub prætextu ignorantie possit eludere pœnam statutam contra receptatores, ut nullus exterius possit receptari ultra binas noctes, quin denunciatur Curie, quod si receptatus fuerit ultra binas noctes, & fuit postea repertum esse bannitum, teneatur receptator ad pœnam, etiam si allegaret ignorantiam. Follerius d. rub. banniantur, n. 13. sed de jure communi receptans bannitum potest puniri pœna extraordinaria ex præsumpta scientia, Farinac. d. q. 133. cap. 3. n. 136. ubi nu. 138. dicit, quod receptans bannitum ex præsumpta scientia, potest torqueri sup. d. scientia, licet contrarium teneat Virgilius in tract. legit. personæ, c. 33. post n. 105. *Et Masfrillus in dec. 216. n. 6. Sed quod quando est dubium, an receptati sint malefactores, receptans non punitur, tenet Rovit. in pragmat. 4. n. 10. de receptat. delinquentium.*

30 Et receptans bannitum tempore suæ inimicitie ad defensionem suæ personæ, non punitur, Rovit. prag. 3. n. 7. de recept. malefact. Hinc dixi in quodam discursu, quod si in marina appareant Turcæ, & cum hominibus non inquisitis associantur forjudicati ad defensionem Regni, in hoc casu puto, associantes cum dictis forjudicatis etiam si sint Officiales non puniri, cum hoc faciant ex causa necessitatis, & necessitas non habet legem, l. si laborante, §. cum in eadem, in fine ff. ad l. Rhod. de jactu, & faciunt dicta infra n. 26. circa finem, & in dubio associatio cum bannitis præsumitur potius casualis, quam delibe-

rata, & dolosa, ad hoc ut delictum excludatur, Paschal. de virib. pat. potest p. 4. c. 3. n. 41. Sic etiam si quis recepat nulliter bannitum, non punitur, Grassis de eff. & Cler. eff. 1. n. 467. Reg. Rovit. d. pragmat. 3. n. 10. de receptat. malefact. Farinac. d. quæst. 133. n. 62. cap. 1. & cons. 205. lib. 3. & Novar. in d. conclus. 46. n. 5. Vnde si quis recepat Clericum bannitum à Judice seculari non punitur, quia bannum est nullum, Grammat. dec. 29. Riccius collect. 291. in fine, Nigris in cap. Reg. 210. post. n. 26. Farinac. d. n. 62. & Grassus de eff. & Cler. eff. 2. n. 378. & seq. Sed quando receptator opponit, forjudicatum receptatum esse Clericum, & idem puniri non posse, tunc superseditur in causa, ut dicit Grammat. dec. 29. in fine, nam hoc opposito non debent dari defensiones receptatori, quia fieret probatio Clericatus absente Reo principali in damnum Filci, sed debet supersederi, præstita cautione per receptantem de se præsentando toties, quoties, nam deinde forjudicatus pervenerit in posse Curie, & remittatur ad Judicem Ecclesiasticum uti Clericus, tunc receptans puniri debet pœna extraordinaria, uti receptator simplicis delinquentis, si verò non remittitur, quia non probavit requisita Clericatus, tunc vocato receptatore ad se præsentandum, & ipso comparente, proceditur in causa receptionis, sed hoc intellige procedere, si saltem receptator ostenderit Bullas Clericatus receptati, & Bullæ poni debent extra processum, sed si forjudicatus receptatus sit mortuus, tunc semper receptans auditur super Clericatum forjudicati receptati, nam cum forjudicatus receptans sit mortuus, non potest fieri præjudicium Filco, si receptans probaverit Clericatum forjudicati mortui, dum est mortuus, & delicta morte extinguuntur. l. 2. & 3. Cod. si reus vel accusator, & l. final. Cod. de bonis eorum, & Decius in l. si is qui. n. 7. Cod. qui testam. facere poss. Menoch. de arbit. judic. casu 285. n. 1. & Virgiliis de legit. person. cap. 32. n. 104.

31 Idem est, si quis recepat bannitum, & deinde pœnitentia ductus illum Curie præsentet, nam in hoc casu mitius punitur, Rovitus d. pragmat. 3. n. 9. de receptat. malefact. & hoc procedit, quando receptans à principio non habebat hunc animum bannitum capiendi, & Curie præsentandi, secus si à principio habebat hunc animum, & eum receptavit ad finem eum capiendi, & Curie præsentandi, & deinde eum capiat, & Curie præsentet, quia tunc in nihilo punitur, Nellus de bannitis in 3. parte secundi temporis, n. 24. Foller. pract. crim. rub. banniantur, n. 20. & in pragmat. de forjudicatis, n. 38. Novarius in pragmat. 1. n. 10. de recept. delinquenti. Danza in d. cap. 1. n. 55. & seq. & Farinac. d. qu. 133. cap. 1. n. 14. ubi dicit, quod non videtur habere animum receptandi, qui infra paucos dies propalavit, & in dubio præsumitur, quod quis receptavit bannitum, ut illum Curie traderet sequutâ traditione.

32 Sic etiam si quis recepat bannitum coactè per vim, & metum, non debet puniri, Foller.

lor. d. rub. banniantur, n. 18. Carrerius d. tit. de homic., ver. post vero malefictum n. 29. & 37. fol. 129. & seq. Virgilius in tract. de legitimatione personæ, cap. 33. n. 114. Danza in d. cap. 1. n. 29. & seq. Michalor de fratribus. par. 3. cap. 56. n. 28. Novarius in d. concl. 46. nu. 4. Cotta in suis memorialibus. ver. bannitorum. & Farin. pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis, q. 113. n. 287. & dict. quæst. 133. cap. 1. n. 36. ubi n. 37. & seq. dicit, an ad excludendum delictum præsumatur quod quis metu, & coactè bannitos recepit, & affirmativam, & negativam affert opinionem, & nu. 40. dicit, quod non omnis metus videtur excusare receptantem, sed tantum ille, qui potest cadere in constatem virum, & n. 41. dicit, quod in statu Ecclesiastico hæc excusatio; quod receptatio sit facta per vim, & metum, parum prodest, nisi is, qui coactè bannitos recepit quamprimum ob eorum potestate liberatus, illos Curie denunciaverit ex Bulla Sixti V. Et tunc receptans bannitos per vim non punitur, quando illos recepit in locis, ubi est magna copia bannitorum, Menoch. de arbit. jud. lib. 2. casu 348. nu. 16. & receptans hæreticū per vim neq. punitur, Carrerius pract. crim. tit. de hæreticis, ver. nunc de receptatoribus, n. 30. fol. mihi 282. à terg. & quis, si ob metum contrahat amicitiam cum inimicis Regis non dicitur rebellis, Nigris in cap. Regni nuper, n. 53. & 66. unde merito receptans bannitum per vim, & metum non punitur, Afflictus in Constitut. Regni paterenorum, Riccius collect. 544. & Caball. resolut. crim. casu 287. à n. 11. usque ad finem, & præcipue n. 79. Hinc est, quod si decem, vel viginti banniti simul congregati vadant ad januam alicujus Rustici, & dicant, si non aperies nobis portam, imponemus ignem, si iste talis aperiat ostium, & eos recepat, in hoc casu receptans non punitur, Marfil. in l. 1. n. 97. ff. ad legem Cornel. de Sycariis, Nigris d. cap. Regni 210. post n. 10. Arnono dialogo 45. & Caball. d. casu 287. post n. 12. ubi post n. 12. dicit, quod si multitudo bannitorum per vim, & violentiam in domibus particularium hominum habitantium in Villa sit hospitata, hospitantes non puniuntur citat Afflictum in Constitutione Reg. paterenorum, nu. 8. ver. tertio quæro. Hinc etiam est, quod si quis sic de Terra aperta, & habeat animalia, & de eorum industria vivat, si recepat, vel det victum multitudini bannitorum, non punitur, Ponte de potestate Proregis, tit. 1. §. 3. n. 24. & seq. unde dans recaptum bannitis ad evitandum evitanda, non debet puniri, Danza d. tit. de receptatoribus, cap. 1. n. 68. & seq. Et qui det recaptum bannitis hoc videtur facere coactè, & non spontè, nam nemo præsumitur velle jactare suum. l. cum de indebito §. qui enim solut. ff. de probationibus desumitur ex l. final. Cod. arbit. tutel. & Mascard. de probat. conclus. 555. num. 2. & 3. & conclus. 982. & 872. n. 1. ubi n. 2. & 2. reddit rationem, & dicit quia quilibet avarus præsumitur, & potius tendit ad conservandum quam ad perdendum, & ideo donatio in du-

bio non præsumitur. Mascard. in d. conclus. 555. n. 1. conclus. 813. n. 3. d. conclus. 872. n. 4. & tanto magis non punitur dans bannitis recaptum, quando est ab eis captus. Novarius de gravaminib. vassallorum. tom. 1. grav. 379. nu. 8. & seq. & in prag. 10. n. 2. de exulibus, & Thor. in addit. ad Grand. de bello exulum, prædicamento pati, quæst. 3. speciali 90. in fine, ubi etiam dicit, quod solvens aliquid pro aliquem liberando à manibus bannitorum, solutum repetit liberato vide cap. 21. nu. 8.

Et receptans forjudicatum, quem repellere non poterat absque vitæ periculo, non tenetur poenâ statuti emanati contra receptatores malefactorum, Garzia à Toledo in dicto 501. & Valle conf. 45. n. 75. & seq. vol. 1. Nam licitum est unicuique quomodoque redimere sanguinem suum, & hoc faciens non punitur, cum nihil sit pretiosius vita l. 1. ubi Bartolus ff. de bonis eorum qui ante sent. 24. Et neque punitur receptans bannitum factum in Regno, si illum recepat extrâ Regnum, Rovitus in dict. Pragmat. 3. n. 5. de recept. malefact. Danza d. tit. de receptatorib. cap. 1. n. 50. & Farinac. d. quæst. 133. n. 64. cum trib. seq. cap. 1. ubi n. 68. dicit, quod in statu Ecclesiastico vigore Bullæ Sixti V. punitur subditus Ecclesiæ receptans bannitos status Ecclesiastici, etiam extrâ statum, & Territorium Ecclesiæ.

Prout etiam neque punitur receptans bannitum consanguineum, vel compatrem, l. 2. ff. de receptat. prag. 54. de receptat. malefact. ubi Rovit. n. 5. Riccius collect. 544. Capiblan. de Basonibus, prag. 3. n. 16. & Sanfelice. dec. 343. n. 3. Quod secus erat dispositum antea per prag. 4. de receptatorib. malefact. & per Constitutionem Regni patres pro filiis, & per Constitutionem Regni poenâ carere volentes, sed non credo, quod sit correctæ, prag. 11. §. 2. de empt. & vendit. quæ vult, ut receptans furem, dato quod sit pater, puniatur poenâ in ea pragmatica contenta, ex dictis per Regentem Sanfel. dec. 343. Sed additum Curie Archiepiscopalis Neapolitanæ prohibens receptionem bannitorum, sub poenâ suspensionis, procedit etiam contra receptantem patrum bannitum, Riccius decif. 254. par. 3. Et licet Pont. cap. 1. §. 3. n. 5. Carrerius d. tit. de homicidio d. ver. post vero malefictum n. 30. & 32. Foller. d. rub. banniantur. n. 11. Farinac. d. tit. de crimine læsæ Majestatis. d. q. 113. n. 268. & in tit. de consultoribus d. quæst. 132. n. 32. cap. 1. Menoch. d. casu 348. n. 12. Virgil. in tractatu de legitim. persona cap. 32. nu. 112. & Tiraquellus de panis temperandis. causa 20. cum plur. seq. dicant quod consanguinei, & affines receptantes bannitum affinem vel consanguineum puniantur poenâ extraordinaria arbitrio Judicis & probatur in d. l. 2. ff. de receptatoribus, tamen secus hodie per d. prag. 5. de recept. malefact. & Danza de pugna DD. tom. 1. d. tit. de receptatoribus. cap. 1. à n. 26. usque ad n. 49. Sed uxor receptans maritum bannitum, non punitur, Ponte d. §. 3. n. 5. Boss. pract. crim. tit. de bonorum publicatione, post n. 75. Carrerius d. ver. post vero male-

maleficium, n. 34. fol. mihi 129. à tergo, Nigris. in cap. Regni 210. n. 9. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 22. Foller. d. rub. banniantur, n. 12. *Amend. de executione mand. princip. part. 2. cap. 54.* Virgiliis d. cap. 33. n. 108. Farinac. d. quæst. 113. n. 28. cum plur. seq. Surdus de alimentis, tit. 7. quæst. 26. n. 11. Caraccioli. de fori privileg. remiss. quæst. 37. n. 7. cum plurib. seq. Menoc. d. casu 348. n. 10. & Danza tom. 1. tit. de forjudicatis, nu. 12. Et uxor sequens maritum rebellem, non efficitur rebellis, Boff. pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis, n. 32. & Sebast. de Neap. in cap. Regni nuper 22. nam uxor tenetur sequi maritum etiam bannitum pro crimine læsæ Majestatis, Surdus d. quæst. 26. n. 10. dixi supra cap. 15. n. 13. Idem est in patre, & matre, qui si recaptant eorum filium bannitum, non puniuntur, Ponte. d. §. 3. n. 6. Valle. d. conf. 45. per totum, Caball. casu 83. n. 13. Caraccioli. d. quæst. 37. n. 14. & 16. Surd. de alimentis tit. 8. privilegio 90. Virgiliis d. cap. 33. n. 109. & Menoch. d. casu 348. n. 7. & 8. ubi dicit idem esse è contra, si filius receptat patrem forjudicatum, & n. 9. hoc ampliatur in filio naturali tantum, & n. 12. dicit, idem esse in focero receptante generum bannitum, & è contra *Et idem est in fratre, qui si receptat fratrem bannitum, non puni- tur. Menoch. in d. casu 348. n. 12., & Michalor. de fratribus part. 3. cap. 56. n. 17. ubi n. 18. cum pluribus seq. dicit, fratrem excu- sari à pœna ordinaria si receptat fratrem ban- nitum pro crimine læsæ Majestatis. Immoq. alii dicunt quod receptans patrem, filium, maritum, vel consanguineum rebellem, & læsæ Majestatis crimine notatum non puni- tur, ita Afflicius de jure probom. in rub. nu. 16. Decian. pract. crim. lib. 7. cap. 34. n. 10. cum duobus seq. Sanfelice. in dec. 343. n. 10. & Ro- vit. in prag. 5. n. 2. de receptat. delinquent. Et si nemini liceat conversari cum excommu- nicato, & alloquens cum excommunicato, excommunicatione majori, efficiatur ex- communicatus minori excommunicatione, quod procedit etiam in eo, qui per Nun- cium, vel per epistolam, seu literam alloqui- tur, ut dixi supra n. 17. tamen si consangui- neus versatur cum consanguineo excommu- nicato non efficitur excommunicatus, cap. inter alia de sententia excommunicatus unde meritò consanguineus receptans consan- guineum bannitum, non punitur, ut dixi- mus, sed Turca si faciat se Christianum non potest conversari cum allis Turcis, etiam si sint consanguinei, prag. 1. de commercio.*

Sed in statu Ecclesiastico, si consanguineus receptat bannitum consanguineum punitur, & parentela non excusat, etiam in primo gradu, ut esse dispositum per Bullam Pii V. testatur Farinac. d. quæst. 133. n. 35. cap. 1. Sed in consanguinitate primi gradus, nunquam fuisse servatum propter solam receptionem vigore dictæ Bullæ, sed semper Reos fuisse admissos ad pecuniariam compositionem, testatur idem Farinac. d. tit. de crimine læsæ Majestatis, dict. q. 113. n. 264. & 279. Et Michalor. in d. cap. 56. n. 27. *Quod si pater filius*

uxor, vel frater præsent alimentis filio patri, marito vel fratri forjudicato non puniuntur. facit ratio, nam isti non possunt impunè oc- cidere eos forjudicatos, ut dictum est supra cap. 17. n. 47. cum duobus seq. Sed denegare alimenta est necare l. necare ff. de liberis agno- scendis. ergo &c., & alimenta debentur filio à patre de jure naturali. §. 1. instit. de jure na- turali, & per statutum vel per Principem con- trarium disponi non potest. Surd. de alimen- tis tit. 1. quæst. 1. n. 5. & 12.

26 Sic etiam si amicus receptat bannitum amicum, mitius punitur, quam receptans bannitum non amicum, Grass. de effect. amicitie, n. 64. Sed quod non minoretur pœna receptionis propter amicitiam, dicit Foller. d. rub. banniantur, n. 16. sed primam opi- nionem tenent Carrierius d. ver. post vero maleficium, n. 33. fol. mihi 120. à tergo, Farinac. d. q. 113. n. 276. & seq. & Michalorus in d. cap. 56. n. 25. sed in receptione hære- ticorum inveterata amicitia non excusat, Carrierius d. tit. de hæreticis, vers. nunc de receptatoribus n. 32. fol. mihi 282. & Angel. ad pract. crim. Foller. d. rub. banniantur, num. 19.

Et receptans bannitum sine dolo, & non ad malum, sed ad bonum finem, non puni- tur, Mastrillus in d. dec. 216. n. 56. Virgil. in d. cap. 33. n. 113. & Farinac. d. quæst. 133. nu. 55. cap. 1. ubi post n. 57. dicit, quod licet vi- gore Bullæ Sixti V. receptatio bannitorum etiam non dolosa puniatur gravissimâ pœ- nâ, tamen sæpissime vidit sacram Consultam mandasse non procedi contra conversantes, receptantes, seu quomodolibet auxilium bannitis præstantes, nisi id dolose egerint. Unde si Sacerdos audiat confessionem sacra- mentalem banniti, non punitur de recepta- tione. Vgolinus de officio, & potestate Episcop. cap. 15. §. 8. n. 9. prout etiam quis non punitur de receptione si casualiter sit associatus cum bannitis. Danza in d. tit. de receptatio- nibus cap. 1. n. 59., ubi dicit, quod nequè do- minus punitur de receptione, si ejus famu- lum receptaverit bannitum.

Sic etiam receptans bannitum de proximo rebanniendum, non punitur, puta si banni- tus habuit gratiam, sed adhuc non erat can- cellatus à banno, Farinac. dict. q. 133. nu. 63. cap. 1.

27 Et advertas, quod Judex potest ex officio procedere absque denuncia, & quærela con- trà receptatores malefactorum, cap. Regni 148. ver. & propter eam, & in cap. Regni 224.

28 Et an subditus Baronis receptans in Ter- ritorio Baronis forjudicatos M. Curie Vica- riæ, vel Regiarum Audientiarum, possit pu- niri à Barone, vel debet puniri à Magna Cu- ria, vel Regia Audientia; nonnulli tenent, quod puniatur à Magna Curia, vel Regia Audientia, Franch. dec. 470. & 722. num. 26. Thor. in compendio decis. tom. 3. sectione 3. vers. remissio, fol. 91. & Sanfelice, dec. 63. post n. 7. usque ad n. 9. & ita est dispositum per quendam ordinem relatum in apostilla ad prag. 4. de composit. Rovit. prag. 1. n. 14. de recept. malefact. & in prag. 2. n. 13. ubi de

de delicto. Mari ad Gramm. dec. 26. n. 12. & Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, n. 134. in fine, & ibi Angelis, n. 133. sed alii tenent, ut Baro sit Judex competens, & prout idem bis decisum refert Viscont. ad Franch. d. dec. 470. Ponte de potestate Proregis tit. 1. §. 3. n. 27. & seq. Capibl. de Baronibus, pragmat. 8. par. 2. n. 131. Danza de pugna DD. tom. 1. de receptatorum. cap. 1. in principio, & Thor. libi contrarius, d. sect. 3. d. ver. remissio, fol. 78. & Laganarius ad Rov. in prag. 1. de recept. delinquent. sed ego teneo, inter Magnam Curiam, vel Regiam Audientiam, & inter Baronem subditi receptantis forjudicatos ipsius Magnæ Curie, vel Regiæ Audientie dari præventionem, & illum præferri, qui primò prævenit, quod confirmo pluribus rationibus in tractat. de foro competenti, cap. 42. n. 3. Sed si subditus Reg. Dobana menepedum Apulea sit inquisitus, & carceratus in regiis Tribunalibus, de receptione forjudicatorum debet remitti ad d. Reg. Dobanam, ut ita fuisse ordinatum per Reg. Collaterale Consilium restantur Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de potestate ad modum belli. cap. 2. n. 39. in fine, & Thor. in Cod. rerum judic. alleg. 49. à n. 22. usque ad 30., & si unus Baro civilem alter verò criminalem jurisdictionem habeat, causa receptionis bannitorum spectat ad Baronem civilem jurisdictionem habentem, ita Laganarius ad Rov. in prag. 1. de recept. delinq., sed contrarium docet meus Auungulus Scialoja in tractatu de foro compet. cap. 37. n. 64. & in Regno Sicilia vltra Farum, pœna receptatum bannitos sunt Regis, etiam si in Terris Baronum receptatio facta sit, & recognitio receptionis bannitorum ad solum Regem spectat, ut in prag. 4. tit. 48. & Ant. Ballis tract. var. lib. 5. tit. de Officialibus receptantibus bannitos n. 29. fol. mihi 47.

29 Et scias, quod receptans assassinium, assassinii pœna punitur, Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, quæst. 123. n. 29. Sic etiam receptans reum criminis læsæ Majestatis, capite punitur, Farinac. dict. tit. de crimine læsæ Majestatis d. quæst. 113. n. 259. & est tex. de jure Reg. in cap. Reg. nuper apud Trantum, ver. addentes Nam receptans scienter inquisitum de crimine læsæ Majestatis, decitur committere idem crimen læsæ Majestatis. Ponte in dec. 22. unde receptans punitur eadem pœnâ, quâ punitur principalis Novarius in rub. prag. de recept. delinquent. n. 3. & 4. Sic etiam receptantes raptos mulierum, & ipsas mulieres raptas, puniuntur pœnâ mortis, l. 1. §. pœnas autem, C. de rap. virginum, & l. raptos, §. pœnas autem, C. de Episcopis, & Clericis, Farinac. pract. crim. tit. de delictis carnis, quæst. 145. n. 36. & vide supra in cap. 3. n. 111. in fine. Et receptans hæreticum in Regno, punitur pœnâ relegationis in perpetuum, & ejus bona publicantur, Con. Reg. patrenorum, Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, d. ver. post vero, n. 17. fol. mihi 129. & in tit. de hæreticis, ver. nunc de receptatorib. n. 7. fol. mihi 281. & quâ pœnâ puniatur de jure communi, vide Farinac. de hæ-

retis, quæst. 182. à n. 132. usque ad n. 164. Et receptans scienter furem, & res furtivas, punitur pœnâ furti. l. eos Cod. de furtis l. penultima Cod. ad l. juliam de vi public. & l. si quis Cod. ad l. fabiam de plagiariis. lase Farinacius in pract. crim. in tit. de consultoribus. quæst. 133. cap. 2. à n. 91. usque ad n. 102. sed concubina si recipiat bona furata per suum amicum, non punitur. Ascia in de emptione. 128. Novarius in prag. 11. n. 1. de emptione & vendit., & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de concubinis n. 33. & seq., & idem est in patre filio fratre, & in uxore, qui pro receptione furtivum, & rerum furatarum non puniuntur eadem pœnâ, quâ puniuntur extranei receptatores, nisi isti sint participes in crimine Farinac. de furtis quæst. 168. parte 2. nu. 60., & Sanfelice. dec. 343., sed in Civitate Neapolitanâ receptantes scienter fures vel bona furata, vel quomodolibet eis auxilium præstantes licet sint parentes matres filii fratres sorores, vel alii affines, tamen puniuntur pœnâ annorum decem triremium, si sint masculi, & si sint feminae puniuntur pœna suffigationis, & decem annorum exilii extra Regnum. prag. 11. §. 2. de emptione, & venditione, & quando statutum punit certa pœna receptator rei furata receptator punitur pœna statutaria, & non pœna furti à lege imposita. Farinac. in d. tit. de consultoribus d. qu. 133. cap. 2. n. 102., & e faciunt dicta per meum Avunculus Scialoja in tract. de foro compet. cap. 9. n. 156.


S U M M A R I U M.

- 1 Forjudicati dicuntur hostes publici, inquietatores pacis, proditores, contemptores justitiæ, grassatores, & latrones.
- 2 Campana debet pulsari ad arma, quando habetur notitia de forjudicatis, & omnes Cives tenentur eos persequi, & Officialis, & Syndicus contrasacientes puniuntur, & n. 8. limita n. 7. & 9. Et an omnes Cives tenentur persequi? n. 3. Et Sindici possunt pulsare dictam Campanam absque licentia Officialis, n. 4. Et Cives quando possint compelli ad persequendum forjudicatos? n. 11. & 22.
- 3 Arma prohibita an quis portare possit pro persequutione forjudicatorum.
- 6 Officialis loci exempti, ubi sunt forjudicati, tenentur pulsare Campanam ad arma, & eos insequi.
- 10 Officialis permittens forjudicatos praticare in ejus jurisdictione, potest puniri durante officio.
- 13 Cives associati cum familia Curie pro persequutione forjudicatorum, si delinquant, puniuntur tantum à Magna Curia Vicaria.
- 14 Expensæ pro persequutione forjudicatorum, à quo fieri debeant.
- 15 Familia Officialis capiens forjudicatum de ordine ipsius Officialis, premium à prag. statutum spectat ad Officialem.
- 16 Baro tenere debet familiam armatam, suis sumptibus pro persequutione malefactorum,

- rum, nisi de consuetudine Universitas teneatur; quod si teneatur, & tunc debet eligere personas idoneas, n. 17.
- 18 Baro civilis jurisdictionis potest tenere familiam armatam, actuarium, & carceres.
- 19 Baro tenetur suum vassallum forjudicatum à M.C.V. capere, & captum mittere ad dictam M.C.V.
- 20 Persona qualibet privata tenetur capere forjudicatos, sed non tenetur capere malefactores Clericos, n. 21.
- 22 Forjudicati à quocunque capi possunt etiam die feriato, & absque licentia Officialis, n. 24. Et etiam falsi monetarii possunt capi absque mandato Judicis, n. 25. in fine, & ipsi forjudicati possunt capi etiam a partibus offensis, n. 25.
- 23 Debitor pro causa civili non potest capi, nec contra eum exequi die feriato.
- 26 Licentiam habens portandi arma, potest illis uti in ejus patria pro persecutione forjudicatorum absque beneplacito Baronis.
- 27 Praeses, Auditores, & Fiscales, an possint circumire Provinciam pro persecutione forjudicatorum absque licentia Superiorum?
- 28 Praeses pro persecutione forjudicatorum potest destinare certos milites, & Commissarios, sed ipsis non potest destinare salarium de publico absque licentia Proregis, & an possit impendere pecuniam Fiscalem, ibidem.
- 29 Remedia plura traduntur pro captura forjudicatorum usque ad n. 38. & 45.
- 39 Praeses pro persecutione forjudicatorum potest uti brachio militari, & potest introire in territorio Romana Ecclesia, n. 40. Et in territorio alterius Provinciae, n. 41. Et quid in aliis Officialibus, ibidem, & an captus in aliena jurisdictione absque imploratione brachii illius Judicis sit relaxandus, post d. n. 41.
- 42 Capi quis potest à Judice delicti in confinibus sui territorii.
- 43 Forjudicati capi non possunt intus Ecclesiam sed possunt capi intus domum Clerici, ibidem in fine, & possunt capi in domo aliena, n. 44.
- 46 Clericus an possit sumere arma contra forjudicatos?

C A P. XIX.

De persecutione forjudicatorum.



T quia forjudicati dicuntur hostes publici, ut in Const. Reg. poenam eorum & inquietatores pacis, & quietis subditorum, nam aliquando ex causa forjudicatorum homines relinquunt artes, & eorum ministeria, Bal. in l. observare, §. fin. ff. de off. Procons. & propter forjudicatos au-

getur consuetudo delinquendi, & delictorum frequentia, Fabius à Monteleon. in prax. arbitraria, p. 7. qu. ultima nu. 42. & propter multitudinem forjudicatorum, & eorum potentiam delicta non puniuntur, & quando delicta non puniuntur, publica laticia turbatur, l. nemo, ubi Bald. C. de Episcop. audientia, Chartarius de executione sententiae cap. fin. n. 410. & Grammat. dec. 26. n. 1. & Reipublicae interest delicta puniri, l. si ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, & cap. ut fame de sent. excommunicat. forjudicati, & banniti dicuntur proditores, & contemptores justitiae, grassatores, & latrones, ut dicit Grandis de bello exulum, praedicamento qualitatibus, quæst. 1. & dicuntur hostes Civitatis, l. proditores, ff. de re milit. Rota pract. conclus. conclus. 9. n. 69. in fine, Bald. in l. 1. §. non fuit autem. n. 4. ff. de dolo, & vide supra cap. 6. n. 19. & in statu Ecclesiastico banniti reputantur hostes Reipublicae, & rei læsæ Majestatis, Farinac. pract. crim. tit. de consultoribus quæst. 123. post n. 9. Et licet aliqui dicant quod in Regno banniti non dicantur rei læsæ Majestatis prout tenet Revert. in dec. 416. & ibi Maris n. 1. tamen per prag. 1. §. 9. & 11. de exulibus disponitur, ut banniti dicantur rebelles.

Et Juex non solum eos incontumaciam forjudicare tenetur sed curare debet modis omnibus, ut eos deinde dabat in vinculis. Carleval de Judiciis tom. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. se. 1. n. 756. & frustra proferuntur sententiae, si deinde executioni non demandantur. glossa in rub. Cod. de executione rei judic. & Novarius in dec. 224. n. 1. cum duobus seq. Ideo est insudandum pro eorum persecutione, ut capiantur, & illis captis, Respublica remaneat libera, pacifica, & quieta. Nam Provincia redditur pacata, & quieta propter punitionem delictorum. l. congruit ff. de officio Praefidis. Et propterea quando habetur noticia de bannitis, & forjudicatis debet pulsari Campana ad arma, & omnes Cives tenentur suscipere arma, & persequi bannitos, & forjudicatos, prag. 1. de perseq. malef. & idem observari Romæ per Constitut. Sixti V. testatur Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionibus, q. 103. n. 15. & quid observetur in Regno Cathalonie, vide Cancerrum variarum resolutionum par. 3. cap. 5. tit. de sono emissio, per totum, sed exceptuantur minores decem, & octo annis majores sexaginta annis, & Doctores, qui non tenentur suscipere arma, & persequi bannitos, & forjudicatos, Farinac. d. quæst. 103. d. n. 15. Caravit. pragmat. 1. n. 70. de exulib. & Rovit. d. pragmat. 1. n. 5. de persequend. malef. Et desumitur ex textu in l. 1. §. impuberes, & in l. 3. §. ignoscitur, & in l. excipiuntur, ff. ad S. C. Syllanarum, ubi habetur quod licet servus teneatur defendere suum Dominum ab aliquo aggressum, tamen excusatur si sit impubes, vel ætate decrepitu. sic etiam exceptuantur infirmi, carcerati, surdi, muti, cæchi & furiosi, ut desumitur ex d. l. 2. juncto §. subvenitur, & §. ignoscitur & Officiales, & Sindici, qui contrafaciunt, puniuntur po-

na ducatorum mille, & al.â pœnâ arbitrarâ, & tenentur ad refectiorem damnorum factorum per dictos bannitos, & forjudicatos, d. Pragmat. 1. de persequend. malef. & in pragmat. 1. §. 5. de exulib. Sed alii Cives, si contrafaciunt, non puniuntur, d. pragmat. 1. ubi Rovit. n. 26. de persequend. malefact. nisi in ingressu Officialis, vel alio aliquo tempore sint emanata banna pœnalia modicæ quantitatis per Officiales, ut omnes exeant armati tempore, quo pulsatur Campana ad arma, quia tunc contrafacientes, puniuntur ad quantitatem contentam in dicto banno, Rovit. d. pragmat. 1. n. 26. de persequend. malefact. Sed d. banna non ligant absentes, & Surdos Carab. in sing. 100.

Et nemo potest impedire, ne pulsetur campana ad arma pro persequendis malefactoribus sub prætexu irregularitatis, Angelis in suo prato super l. omnes, n. 8. C. de defensorib. Civit. citat Genuensem in praxi Curie Archiep. Neap. cap. 34. Et faciunt dicta per Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de Campana nu. 38.

3 Et licet ad sonum Campanæ ad arma omnes Cives teneantur sumere arma, & persequi bannitos, & forjudicatos, tamen si Officialis habeat sufficientem partem ipsorum Civium debet esse contentus, & non molestare omnes Cives, qui non venerunt, Capib. de Baronibus, pragmat. 19. n. 56 & ibi idem in Add. & Angel. ad pract. crim. Foller. rubr. notatos capiat de persona, n. 45. & in suo prato super l. per omnes, n. 7. C. de defensoribus Civit. & Novarius quest. forensi 112. n. 5. par. 1. ubi hoc limitant, nisi intelligeretur maxima turba forjudicatorum, quia tunc omnes Cives tenentur, & ita decum testatur Capiblan. d. pragmat. 19. n. 57. ubi n. 58. dicit quod Campana non debet pulsari ad arma, nisi pro delictis gravibus, aliis Cives non tenentur venire, nec possunt mulctari, & idem dicit Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 8. n. 14. verum, & Novar. d. q. for. 112. n. 1.

4 Et etiam Sindici Terrarum possunt pulsare Campanam ad arma, quando habetur noticia de forjudicatis pro eorum persequutione, ut in d. pragmat. 1. de perseq. malef. & in d. pragmat. 1. §. 5. de exulib. Immo Sindici possunt pulsare Campanam ad arma pro persequendis malefactoribus absque licentia Officialis ordinarii, Novarius de gravamin. vassallorum, tom. 1. gravam. 330. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armat. per campaneam, c. 8. in fine, sed si privatus pulsaverit Campanam ad arma punitur pœna capitis, Rosat. in l. capitalium §. solent, ff. de pœnis, & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de Campana. cap. 1. n. 32.

5 Et quando pulsatur Campana ad arma pro persequendis malefactoribus, Cives possunt uti armis prohibitis ad persequendum malefactores, Danza d. c. 8. n. 10. cum plurib. n. seq. & ideo supra cap. 17. n. 19. subitini forjudicatum posse interfici cum armis prohibitis, ubi etiam dixi, quod asportatio armorum prohibitorum sit licita pro occidendis

forjudicatis. Et quando statutum disponit, ut omnes teneantur persequi bannitos, & eos capere, & occidere, intelligitur etiam concedere, ut homines ea de causa possint deferre arma, aliis per statuta, vel banna prohibita, & eis uti, itaut deferentes non possint puniri pœnâ dicti statuti, vel banni talium armorum delationem prohibentis, Ancharan. cap. canonum statuta. n. 254. extra de Const. Roman. in l. si quis in gravi, §. utrum, n. 9. ff. ad S. C. Syllan. Angel. de malef. ver. uno stacco ferreo, n. 4. ver. quæro statutum, Palma in sua practica part. 2. gloss. 17. n. 32. & Cabal. resol. crim. casu 45. Facit etiam doctrina Riccii in decis. 246. parte 4. ubi etiam dicit, quod si sit commissâ causa alicui simpliciter, quæ non possit finire absque delatione armorum, in hoc casu tacite intelligitur data potestas deferendi arma, facit etiam doctrina Affl. in Const. Reg. quicumq; mulierem, n. 1. ubi dicit, quod per illam Constit. quilibet tenetur succurrere mulierem acclamantem, & quod quilibet potest uti armis prohibitis, pro succurrendo eam acclamantem; & idem tenet Cabal. resol. crim. casu 62. n. 4. & 5. facit etiam doctrina ejusdem Affl. in Const. Reg. intentionis, n. 4. & seq. ubi dicit, quod non obstante statuto prohibente delationem armorum, quis potest deferre arma prohibita ad sui defensionem, & eis uti si ab adversario armis insultetur. Immo non valet statutum prohibens delationem armorum ad sui defensionem in itinere, & per loca periculosa, Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminib. quest. 108. n. 17. cum plur. seq. ubi n. 110. dicit, quod Clericus potest deferre arma pro sui corporis defensione et anseundo per loca periculosa, Riccius dec. 258. par. 2. & Clerici pro defensione eorum personarum, & bonorum possunt arma portare, cap. del. cto, ubi glos. de sent. excommu. in 6. & ideo quando Clericus habet capitales inimicitias, potest arma portare, Riccius dec. 257. n. 4. par. 2. & Grassus de eff. Cleric. eff. 20. n. 34. licet regulariter Clerici non possint arma deferre, cap. Clerici de vitâ, & honest. Clericor. Clem. 1. eodem tit. de vitâ, & honestate Clericorum, Farinac. d. quest. 208. n. 21. & Grass. d. eff. 20. per totum, facit etiam doctrina Cabal. resol. crim. casu 62. ubi dicit, quod si statutum prohibeat delationem armorum, potest quis uti dictis armis in defendendo se ipsum, vel alium in casibus à jure permissis, & ita decum refert Caracciol. in dec. Sicilia 21. facit etiam, nam de jure est permessa venatio leonum; urorum pantherarum, aprorum, luporum, vel aliorum animalium humano generi nocentium, l. unica, C. de venat. ferarum, lib. 11. & tamen pro dictâ venatione est permessa asportatio armorum prohibitorum, Cabal. resol. crim. casu 253. n. 2. & seq. & Anna sing. 59. sed per pragmat. 2. §. 1. de armis, disponitur, ut si quis habeat licentiam deferendi sclopos parvulos minus trium palmorum, non possit illos portare, nisi habeat dictam licentiam à Prorege cum clausulâ, pragmatica non obstante, aliis non potest dicta arma portare etiam in persequ-

sequutione bannitorum, sed postea fuit statutum in Regno quod licet qui habet licentiam deferendi omnia genera armorum, non possit portare dictos sclopos parvulos, amen non comprehenduntur personæ, quæ vadunt in persecutione bannitorum, prag. 22. §. 6. de armis, quod etiam antea erat dispositum per prag. 14. §. 6. per prag. 18. §. 1. in fine, & per prag. 20. §. 2. de armis, Et Principes, & Præsides Provinciarum possunt persequutoribus exulum dare licentiam portandi arma prohibita, Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 14. Sed in tantum personæ deputatæ ad persecutionem bannitorum possunt portare dictos sclopos parvulos, in quantum verè, & realiter insequantur bannitos, & forjudicatos, aliàs puniuntur pœnâ asportationis d. armorum, tanquam si non haberent licentiam prædictam, d. prag. 22. §. 6. de armis, nam ministri habentes facultatem deferendi arma, possunt illa portare in actu servitii, Clem. 2. in fine, ubi glossa de hæreticis, & Rovit. rub. de armis, n. 10, Et Commissarii Campanæ, & Regiæ Augustinæ non possunt facere licentias asportationi armorum pro persecutione bannitorum istis, qui verè, & realiter in actu non deserviunt, pragmat. 10. §. 89. de off. judic. Et Commissarius Campanæ non debet concedere licentiam ad sportandi arma prohibita nisi illis, qui promittunt facere aliquod servitium, prag. unica §. 9. de officio Judicis generalis, & postremo per pragmaticam 24. de armis est dispositum, ut omnes Officiales Regii, etiam Commissarius Campanæ, Regia Camera Summaria, Auditor generalis Exercitus, & Magnus Admiratus maris non possint concedere licentiam asportandi arma ignea breviora tribus palmis, sed tantum dicti Officiales possunt concedere licentiam deferendi arma ignea longiora tribus palmis, quæ licentia non operatur intus loca habitata, nam in his non potest concedi dicta licentia à supradictis Officialibus Regiis, & ab Officialibus ordinariis locorum, exceptis famulis ipsarum Curiarum, vel aliis in actu persecutionis bannitorum, nam familiaribus Judicis licita est asportatio armorum, quæ aliis personis est prohibita. *Ponte de protest. Proreg. 1. 2. 10. §. 1. rub. de armis n. 9.* & à fortiori ipsi Judici est licita dicta asportatio armorum, Cabal. resolut. crim. casu 107. nu. 1. cum duob. n. seq. Farinac. d. q. 108. n. 99. Et Novarius in dec. 176. & probatur in d. Const. Regni intentionis ver. curialibus. Et Judex pro tutelâ suæ jurisdictionis, & pro exequenda suâ sententiâ potest arma movere, Anna cons. 7. n. 22. & Borrell. sum. decis. tit. de jurisdictione, n. 114. & Baro potest licentiam concedere asportandi arma prohibita pro executione justitiæ, defensione suæ jurisdictionis, & publicâ utilitate, Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de armis, cap. 2. n. 10. Et per prag. 22. §. 12. de armis tom. 2. disponitur, ut Commissarius generalis Campanæ, & Regia Augustinæ nemini concedere possint licentiam a sportandi arma prohibita, nisi Capitaneo Campanæ, & ejus militibus destinatis

pro persecutione bannitorum. Unde ex supradictis pragmaticis videtur non posse deferri arma prohibita pro persecutione bannitorum, & forjudicatorum absque licentiâ Superiorum, sed dictæ Pragmaticæ procedunt quando periculum non sit in morâ, secus tempore, quo pulsatur campana ad arma, ex quo sit notitia bannitorum, quia tunc Cives possunt uti armis prohibitis pro persecutione bannitorum, uti dixi.

6 Et quando forjudicati sunt in aliquo loco exempto, qui sit infra fines jurisdictionis alicujus Officialis, hic non tenetur pulsare campanam ad arma, convocando gentes, sed hoc tenetur facere Officialis illius loci exempti, Caravit. prag. 1. n. 192. de exulib. Sed hoc non tenetur facere à principio, sed postquam est requisitus ab Officiali illius loci exempti, convocare suos subditos, & persequi forjudicatos, & bannitos, nam d. prag. 1. de persequend. malef. dicit, quod Officiales tam Regii, quam Barones statim quod habent notitiam de bannitis, & forjudicatis in eorum Territoriis, debent pulsare campanam ad arma, & convocare eorum subditos pro persecutione dictorum bannitorum, & Sindici, & Electi illius loci debent statim denunciare Officialibus, Sindicis, & Electis locorum convicinarum, & contrafacientes, puniuntur pœnâ ducatorum mille, & aliâ pœnâ Proregi reservatâ, ultra refectionem dampni facti à dictis forjudicatis faciendam per dictos Officiales, & Sindicos ex eorum propria pecuniâ, ut in dict. pragmat. 1. de persequend. malef. & in prag. 1. §. 5. de exulib. & Rovit. in d. prag. 1. n. 30. de persequend. malef. & dicit, quod non solum subditi tenentur præstare auxilium eorum Officiali pro persecutione malefactorum, sed etiam alius Officialis alterius territorii tenetur suum auxilium, & brachium impartiri alteri Officiali persequenti malefactorem, citat Villadieg. lib. 7. for. jud. tit. 4. l. 2. ergo doctrinam Caravita intellige, ut supra dixi.

7 Sed Officiales loci, qui tenentur virtute statuti delinquentes persequi, si videant aliquos armatos per campaneam dummodo delicta non committant, non tenentur eos persequi, nec populum concitare, nec campanam ad arma pulsare, Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 1. n. 16.

8 Et quando Officiales tam Regii, quam Barones sciunt in eorum jurisdictione esse homines delinquentes, debet illos capere, & persequi, & hoc intelligitur in absentiam Baronum, aliàs in casu contraventionis, puniuntur pœnâ triennii relegationis, & ducatorum quingentorum, & privantur officio, & in futurum alia officia exercere non possunt, ut in pragmat. 21. & 22. de exulib. tom. 2.

9 Quod intelligo quando Officialis hoc facere potest absque periculo, aliàs non punitur; nam dictæ Pragmaticæ debent procedere in locis, ubi est parvus numerus forjudicatorum, & est numerus hominum sufficiens ad persequutionem eorum, nam lex debet esse possi-

possibilis, cap. etiam lex. 4. dist. & impossibilium nulla est obligatio, l. impossibile, ff. de regul. jur. & præceptum Judicis impossibile, nullius est momenti, l. fin. ff. quæ sent. sine appellat. rescind. & Marf. præct. crim. §. sequitur, n. 22. & hoc comprobo pluribus rationibus. Primum si quis recepat bannitos, & forjudicatos, punitur, & tamen quando quis recepat multitudinem bannitorum, quibus resisti non potest, receptans non punitur, ut dixi supra cap. 18. n. 23. ergo si non punitur receptans bannitos propter multitudinem ipsorum, & delinqueret in committendo, ergo neque puniri debet Officialis, qui prosequutus non sit bannitos eorum multitudinem, qui delinqueret in omittendo nam gravius est delictum, quod committitur in committendo, quam illud, quod committitur in omittendo, Clar. præct. crim. §. 1. vers. est etiam, Tiraquell. de pœnis temperandis causa 44. per totam, & præcipue n. 22. & 30. Farin. præct. crim. tit. de delictis, & pœnis, quæst. 18, n. 22. *Et Campana in questione unica quem posuit in fine sui tract. de forjudic. n. 12.* secundò licet quælibet persona privata teneatur capere forjudicatos, ut infra dicam n. 20. tamen hoc intelligitur si hoc facere possit absque periculo, Ifern. in Constitut. Reg. pœnam eorum, in ultima col. Affl. in Constit. Reg. Justitiarum nam per kalendas, n. 6. in fine, & Grandis de bello exulum, prædicamento pati, quæst. 3. speciali 74. n. 2. Tertio si Villa sub certa pœna teneatur capere malefactores, tamen excusatur, si propter multitudinem illos capere non possit, Caball. resol. crim. casu 287. n. 12. & seq. & Grass. de eff. Cler. effect. 2. n. 411. Quarto licet per cap. Reg. nuper apud Trani, sit dispositum, ut quis videns Rebelle, & Proditorem Regis teneatur illum capere, quod si illum capere non possit, ter eatur tantum acclamare, dicendo, adiutorium adiutorium, ecce Proditor Regis, tamen d. cap. Reg. intelligitur, si commodè hoc facere possit sine sui periculo, Affl. in Constit. Reg. pœnam eorum, n. 66. Quintò licet qui potuit prohibere, & non prohibuit videatur consentire, tamen si non potuit commodè prohibere, est secus, Nigris in cap. Reg. 210. n. 12. Sextò licet Villa teneatur de damno facto à bannitis in ejus territorio, tamen si bannitus veniat cum magna multitudine bannitorum, Villa excusatur, ut dicam infra cap. 21. n. 3. Septimò licet quis committens homicidium puniatur pœnâ mortis, ut diximus supra cap. 3. n. 51. tamen si quis committat homicidium, vel aliud delictum propter vim, & metum, excusatur, Clar. præct. crim. §. fin. quæst. 60. vers. quæro modo, & Caball. resol. crim. casu 289. n. 10. Octavo licet domus receptatoris delinquentium possit destrui, tamen hoc intelligitur si concurrat scientia receptatoris, & quodd potuit prohibere, & non prohibuit, ut diximus supra cap. præcedenti n. 12. Nondò licet vassallus tenens Castrum pro Imperatore, si illud hostibus concedat, teneatur crimine læsæ Majestatis, tamen si propter violentiam Castrum sit captum, vassallus non

teneatur crimine læsæ Majestatis, Nigris in cap. Regni Castellanos, n. 12. Decimò licet Castellanus non teneatur aufugere, videns inimicum, sed tenetur resistere, aliàs punitur, tamen si aufugit, ex quo inimici invaserunt, & non potuit resistere, in hoc casu excusatur, & non punitur, Nigris d. cap. Reg. Castellanos, n. 16. Undecimò si quis ob metum contrahat amicitiam cum inimicis Regis, non dicitur rebellis, Nigris in cap. Reg. nuper apud Trani, n. 52. & 66. *Et non dicitur rebellis qui per vim & metum commisit causam rebellionis Baldus in consilio 36. vol. 3. & Mascard. de probat. conclus. 1263. n. 19.* Decimosecundo si Universitas sit capta ab aliquo Potente, vel videns magnum exercitum, cui si vellet resistere Civitas destrueretur, & propter hoc se præbeat hosti, in hoc casu non dicitur rebellis, Nigris d. cap. Reg. nuper apud Trani, n. 71. & seq. & idem tenet Affl. in Constit. Reg. dubitationem, n. 17. ubi etiam dicit quod nemo debet se periculo exponere, & timendum est, quod absque periculo esse non potest. Decimotertio nam licet maritus retinens suam uxorem in adulterio deprehensam, dicatur leno, l. 2. §. lenocinii, ff. ad leg. Jul. de adult. l. 2. C. eod. tit., & Farinac. præct. crim. tit. de delictis carnis, quæst. 144. n. 84. tamen retinens domi uxorem in adulterio deprehensam, dimisso impunè adultero, non dicitur leno, nec pœnâ lenocinii punitur, si uxorem detineat vi, aut metu, idem Farinac. ubi supra n. 88. Decimoquarto facit doctrina Covarruviz in Clem. si furiosus, part. 2. §. 2. n. 7. de homicidio, ubi dicit, quod licet de jure canonico, & civili unusquisque teneatur repellere, & propulsare à suo proximo iniuriam, quodd si non propulset, arbitria pœna puniatur, tamen intelligitur dummodò hoc commodè facere possit, *Giazzius in discept. crim. lib. 1. discept. 161. n. 5. 6. 8.* & Farinac. in tit. de homicidio, quæst. 125. post n. 301. ubi n. 300. & 302. cum plur. seq. tenet, quodd quis non tenetur insultatum defendere, quodd si non defendat, non punitur, *Riccius in dec. 251. part. 3. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 29. n. 3. & 5. & Grammaticus in cons. crim. 32. n. 2. verum d. Farinac. ibi à n. 307. cum plur. seq. usque ad n. 327. connumerat plures personas, quæ teneantur insultatum defendere, & n. 326. dicit quod licet dicta personæ teneantur insultatum defendere, tamen hoc non tenentur facere, si defendendo ponerent se periculo, & idem ipsemet tenet in tit. de indicis, & torturâ, quæst. 51. n. 64. & seq. in quâ quæst. 51. à n. 4. usque ad n. 68. ponit regulam generalem, quem non teneri obviare delicto, & malefactorem revelare, & ad dictam regulam dat plures ampliationes, & limitationes, & licet Officialis deponatur ab officio, si videns rixantes, & ad arma ruentes, non se intromiserit ad illos dividendum, vel non miserit familiam versus eos ad obviandum rixas *Carrab. in singular. 185.* tamen si rixa sit cum armis, itaut illis occurrere non possit sine periculo ipsius, & suæ familiæ, tunc excusatur, Farinac. d. quæst. 51. n. 50. & in tit. de variis, ac diversis criminibus; quæst.*

quæst. 111. n. 419. & seq. & Foller. pract. crim. rub. Audeat se ornare, n. 28. Et licet per Constitut. Regni, quicumq. mulierem sit dispositum, ut qui audiverit mulierem vi oppressam clamantem, et non succurrerit, panâ sex ducatorum puniatur, tamen intelligitur si hoc facere potest sine periculo sui corporis, ut advertit glossa in d. Constitut. Regni. Sic etiam licet miles, qui summum Ducem belli non adjuvavit, cum posset, puniatur, tamen secus est similes non potuit resistere occisori Ducis homine delictum. §. final. ff. de re milit. Et idem est in servo, qui licet teneatur summum dominum ab aliquo oppressum defendere, tamen excusatur, quando non potest. l. 1. §. occisorum. ver. quod si quis, & ver. si tibi ff. ad S. C. Syll. Sed si potest, tenetur summum Dominum defendere etiam cum periculo sua vitæ. d. l. 1. §. eodem autem dicto. ver. servus. Decimoquinto, licet custos carceris puniatur ex fugâ carcerati, ut dicam infra cap. 20. n. 27. tamen si carceratus aufugiat cum violentia, cui custos non possit resistere, in hoc casu custos excusatur, Alber. in l. fin. n. 4. ff. de custod. reorum, Puteo de sindic. ver. carcer, & carceratus, cap. 3. n. 22 & Farinac. in d. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 21. n. 166. Decimo sexto licet quis teneatur denunciare hæreticum, vel rebellem, tamen excusatur, quando adest periculum sua vitæ. Genuensis qui tamen distinguit in praxi Archiep. Neap. cap. 18. n. 8. Farinac. de hæresi. quæst. 197. §. 2. n. 53. & Decian. tract. crim. l. 7. cap. 24. n. 22. Decimo septimo licet quis teneatur revelare, quod scit vigore monitorii concessi ab Episcopo, tamen si quis probabiliter timet aliquod damnum ex d. revelatione, non tenetur revelare. Genuensis in d. pract. cap. 2. n. 6. citat Baldum, & Felinum in cap. dilectorum de testibus cogendis, & Navarrum in Manuale sui summa cap. 25. n. 50. & idem tenet Riccius in collect. 995., & Nevizian. in filv. nupt. lib. 3. n. 46. Sed vido cap. quisquis 11. quæst. 3. & ultra supradictas rationes ad comprobandum hanc meam opinionem possunt adduci dicta per Grammaticum in cons. crim. 13. à n. 21. usque ad n. 33.

- 10 Et licet Thor. in compend. decis. tom. 2. vers. remissio, fol. 571. dicat, quod si Officialis durante officio sit inquisitus in Magna Curia Vicariæ de amicitia habita cum bannito ipsius Magnæ Curia, non aliter eum persequendo, sed permittendo eum conversari in sua jurisdictione, in hoc casu, causa est remittenda ad Syndicatores, tamen hodie putato esse contrarium, cum per supradictas novas Pragmaticas sit imposita contra Officialis poena privationis officii, & quando imponitur poena privationis officii, Officialis potest conveniri durante officio, Grammat. dec. 40. n. 11. Capibl. de Baronib. prag. 5. n. 55. & seq. Leonardis pract. Offic. cap. 9. n. 22. ver. quinto, & Caball. resolut. criminal. casu 76. n. 7. nam Officialis de omnibus causis, & delictis, pro quibus non potest conveniri durante officio, & de quibus non debeat officio privari convenitur coram Syndicatoribus, & expectatur exitus causæ sindicatus, Caravit. ritu 49. n. 26. & Capiblanc. dict. prag.

5. n. 55. & 62. & in tom. 2. cap. 22. n. 1. & seq.
- 11 Et Officialis pro capiendis malefactoribus possunt colligi facere homines eorum jurisdictionum, si quis §. fin. autem, C. de his qui latrones, cap. Reg. subditorum, §. nihilominus, Foller. pract. crim. rubr. notatos capiat de persona, n. 10. & 12. Rovit. in prag. 1. n. 30. de persequendis malefactoribus, & Caravit. prag. 1. n. 65. de exul. quod intellige, si Officialis non habeat sufficientem familiam, Bar. in l. si quis in hoc genus, in fine, per illum tex. C. de Episc. & Cleric. Foller. d. ver. notatos capiat de persona; d. n. 10. & 12. Capiblanc. de Baronib. prag. 19. n. 57. latè Grandis de bello exulum, in prædicamento situs, quæst. 3. per totum, ubi n. 7. dicit, quod non possunt cogi Nobiles, & Doctores ad persequendum malefactores, nisi quando propria persona Prælidis, vel Auditoris exiret, & idem dicit Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de campana, cap. 1. in fine, & faciunt dicta per Caravit. prag. 4. n. 24. de exulib. ubi n. 32. & seq. dicit quod subditi etiam ad requisitionem servientis Curia tenentur auxilium præstare pro captura delinquentis, alia puniuntur poenâ arbitrariâ; maxime si inquisitus aufugit, & Foller. d. rub. notatos capiat de persona, n. 10. Et quando familia Curia est in actu persequendi, vel si in certo loco habeat forjudicatos, & familia Curia non sit sufficiens ad capturam, nec habeat tempus ad convocandum auxilium à Judice, & tunc potest convocare auxilium subditorum, Jo: Grandis d. prædicamento situs, d. q. 3. n. 6.
- 12 Sed licet Officialis non habens familiam sufficientem ad capiendum malefactorem possit colligi facere suos subditos, & eos compellere ad capiendum malefactorem, tamen hoc intelligitur, soluto dictis subditis competentis salario, ita Neap. in cap. Reg. subditorum, n. 20. & ibi Nigris n. 167. cum plur. seq.
- 13 Et quando cum familia Officialis, associantur alii Cives ad capiendum malefactorem, si cives delinquant, puniuntur tantum per Magnam Curiam Vicariæ, Rovit. rub. de Officialib. n. 5. prout etiam resistens istis subditis, donè sunt cum familia Curia, puniuntur, ac si dictis famulis resistisset, Grandis d. prædicamento situs, quæst. 3. n. 7. in fine, & Foller. d. rub. notatos capiat de persona, post n. 10. ubi n. 11. dicit quod Officialis tenetur de eo, quod sit per vassallos convocatos ad capturam delinquentium.
- 14 Et Dominus, qui habet jurisdictionem tenetur de suo facere impensas pro persequutione bannitorum, Rovitus in d. prag. 1. n. 30. de perseq. malefactoribus, & Guazin. ad defensionem reorum, defens. 6. cap. 5. post n. 3. ubi n. 4. & 5. dicit, quod si quis capiat bannitum, potest à Fisco repetere expensas, quas fecit pro captura banniti, ubi d. n. 5. dicit Idem esse in Officiali, qui etiam recuperat à Fisco impensas factas pro capiendis malefactoribus, & n. 6. dicit quod deinde Fiscus dictas impensas per ipsum solutas recuperat ab inquisito, Sed Fiscus non præfertur creditoribus anterioribus delinquentis pro expensis factis à Fisco in capiendo delinquentem. Guazinus in d. def. 6. cap. 6.

cap. 6. per tot. Constant. in l. 1. n. 1097. C. panis f. scal. credit. profer. lib. xi. & Carleval. de iudiciis. tom. 2. tit. 2. disputat. 1. n. 28. cum pluribus seq. & quando pro forjudicato capiendū sunt expensæ recta viâ, expensis liquidatis potest fieri esequutio in bonis forjudicati. Avendan. de exequendis mandatis Pring. par. 2. cap. 10. n. 14. in fine, & Capibl. de Barrib. tom. 2. cap. 98. n. 7. sed hoc potest procedere in delinquentē nondum forjudicato, nam si sit forjudicatus, ejus bona spectant ad Fiscum, dum bona publicentur, ut dixi supra cap. 16. & consequenter Fiscus tenetur ad expensās factas per aliquem in capiendō forjudicatum, sed si captus non sit forjudicatus, & nihil habeat pro solvendis dictis expensis, & tunc Fiscus ad dictas expensas tenetur, Zaccbia de Salar. quæst. 4. à n. 19. usque ad n. 24. nam quilibet capiens delinquentem recuperat à Fisco id, quod expendit in capiendō delinquentem, Grammat. in Const. Reg. clementiæ, n. 5. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 29. vers. unum tamen, & Foller. d. rub. notatos capiat de persona, n. 24. latè Caball. resol. crim. casu 201. Immo si Judex causa quarendi aliquod maleficio pecuniam de suo solverit, potest, quod expendit extrahere de pecuniis, quæ exiguntur ex quâlibet ordinariâ multâ, Caball. resol. crim. casu 294. n. 431. Et Judex potest satisfacere nunciis euntibus pro maleficio inveniendō ex extraordinariis, & parvis multis. Bar. in l. Divus n. 5. ff. de bonis damnat. & Ross. in pract. crimin. tit. de alimentis prestandis. n. 8. & ideo pro persecutione forjudicatorum, potest impendi pecunia fiscalis; Grandis de bello exul. in prædicamento situs, quæst. 2. n. 2. & 5. & prædicamento pati, quæst. 3. speciali 10. & dicam infra n. 28. Sed quando capiens consequitur aliquod præmium ob capturam banniti vigore alicujus statuti, & tunc capiens non recuperat expensas, quas fecit in capiendō bannitum, & hoc dato, quod dictæ expensæ excedant dictum præmium, ita Caballus resol. crim. casu 279. Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionib. quæst. 103. n. 174. & seq. & Guazzin. ad def. reorum def. 18. cap. 2. n. 6.

15 Et familia Officialis capiens forjudicatum de ordine Officialis, præmium à Regiis Pragmaticis statutum ad Officialem mandantem, & non ad familiam capientem spectat, Rovit. rub. de exulib. n. 18. Cavalcant. in dec. 22. part. 5. & Novarius in prag. 5. n. 3. de exulib. licet contrarium teneat Marta voto 155. ubi dicit, quodd facultas indultandi aliquem delinquentem pertinet ad eum qui servivit Curie, & non ad eum, qui mandavit servitium fieri. Et vide infra in cap. 24. n. 99. Sed sunt aliqui, qui tenent, quodd statuto disponente, ut capiens delinquentem, consequatur præmium, hoc statutum non comprehendat Officialem capientem delinquentem, dum hic ex necessitate, ratione officii, hoc facere debeat, Clarus pract. crim. §. fin. quæst. 29. vers. cæterum, Decius in l. si filiusfam. n. 4. ff. si certum petatur, Caravit. pragmat. 1. n. 124. de exulib. Farinac. d. q. 102.

n. 356. Puteo de iudic. ver. præmium, cap. n. 2. & 4. Benintendis dec. 21. n. 18. Foller. prag. de forjudicatis, n. 23. Nellus de bannitis in 2. par. secund. temporis, n. 22. Grandis in dict. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 29. n. 2. Caball. resol. crim. casu 279. Peguer. in dec. 67. Guazin. in d. def. 12. in d. cap. 2. n. 10. & Riccius in coll. 2617. Prout etiam neque satellites debent habere præmium constitutum per statutum in capiendū delinquentibus, Arnono caut. 97. & Zaccbia de Salar. quæstione 59. a n. 8. usque ad n. 11. nisi hoc statutum comprehendat etiam familiam, ita Guazz. ad def. reor. def. 5. c. 1. n. 18. & seq. prout per prag. 5. §. 8. de exul. & per prag. 11. §. 7. & per prag. 23. de exulibus tom. 2. fuerunt inclusi etiam satellites, ut ipsi gaudeant præmio dictorum statutorum, & in his terminis potest procedere opinio Roviti ubi supra. Sed si statutum det præmium capiendū bannitū, & bannitus capiat alium bannitum, bannitus capiens debet habere præmium, ut in l. si quis in gravi, §. hi quoque, ff. ad Senatum Consult. Syllanianum, Bal. in l. 1. in fine, C. de præcib. Imp. offer. & in l. libertas, ff. de statu hominum, & Benintendis dec. 21. n. 23. licet contrarium teneat Farinac. in loco per nos relato supra cap. 17. n. 40. circa finem, tamen primam opinionem tenet Maranta in ling. vers. bannitus. Immo bannitus occidens alium bannitum consequitur præmium ipso facto, Arnono soliloquio 62. Et si addit aliquod statutum, per quod sit prohibitum, ut forensis non possit acquirere immobilia in aliquo territorio, & per aliud statutum sic concessum præmium capienti, vel occidenti bannitum, puta, ut habeat fundum, vel domum, in hoc casu, si forensis occidat, vel capiat bannitum in illo territorio consequitur dictum præmium, Pascal. de viribus patriæ potest. part. 4. cap. 3. n. 5. & Farinac. d. q. 102. n. 179. ubi n. 177. dicit, quodd statutum dant præmium capienti, seu occidenti bannitum, extenditur etiam ad denunciante, & n. 17. dicit quodd Judices, & Officiales terrarum possunt facere bannum, ut capientes, & occidentes bannitum consequantur aliquod præmium, citat Aret. de maleficiis, ver. quod fama publica, n. 72. & ibi August. de Arim. in addit. post n. 75. & idem Farinac. d. quæst. 102. n. 192. de hoc se remittit ad Bar. in l. 1. n. 3. ff. de iustit. & fore. & dicam infra n. 38. Sed alii dicunt, quodd Judex inferior non potest facere bannum, ut si quis caperet bannitum habeam aliquod præmium, sed hoc facere debet de licentia sui Superioris. Ita Jafin. l. 1. n. 10. ff. de iustit. & iuro. Carrocus de locat. & conductio. part. 1. tit. de sportulis Judicam. quæst. 7. n. 81. & Merlin. controver. forens. lib. 1. cap. 52. n. 17. & seq. & à fortiori valet statutum disponens, ut occidens, vel capiens bannitum, aliquod consequatur præmium, ut dicit Farinac. d. quæst. 102. n. 3. ubi n. 358. dicit, quodd si statutum disponat, ut homines audito rumore, seu campanâ ad arma, teneantur cum armis persequi, & capere bannitos, prout est in Regno nostro, ut dixi supra nu. 2. in hoc casu, si capiant bannitum, non consequuntur

- tur præmium à statuto inducitur capientibus, bannitum. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 23. ubi n. 20. dicit, quod si statutum concedit præmium capienti bannitum, si capientes sint plures, omnes, unum præmium habere debent, & non uni- cuique est dandum, Nellus sequitur Farinac. d. q. 103. n. 359. *Es quando statutum dat præmium capienti bannitum, sumq. potestati præsentanti, comprehendit etiam eum, qui bannitum capit ante sententiam, & illū postea præsentavit.* Bald. in l. si ita scriptum. §. fin. ff. de legat. 2., Marfil. in l. quæstionis habende. n. 50. ff. de quæstionibus, & vide cap. 24. n. 112., & aliquando Prorex promittit indulgentiam, vel præmium capienti vivum, vel mortuum aliquem famosum bannitum infra certum tempus, sed optimum est promittere absque temporis præfinitione, ne incerto tempore bannitus se abscondat, & quando statutum dat præmium capienti bannitum, si quis illum capit, qui postea sibi aufugit, capiens præmium habere non debet. Marfil. de bannitis, ver. fact. n. 24., & in cons. 122. n. 4., & bannum dans præmium capienti bannitum, est favorabile, & late debet interpretari. Riccius coll. 2617.
- 16 Et Baro debet creare barricellum in sua jurisdictione suis sumptibus, pro persequutione malefactorum, & non sumptibus subditorum, Grandis de bello exulum in prædicamento situs, q. 2. n. 4. Capiblanco de Baronib. pragmat. 19. n. 47. & 49. Danza de pugna DD. tom. 3. de potestate legitimâ Baronum, cap. 1. n. 28. Sed in multis locis Universitas tenetur dare familiam armatam Baroni pro capiendis malefactoribus, & de dicta familia ipse Baro non potest uti in aliis negotiis. Capiblanco. dict. pragmat. 19. n. 49. & Angelis ad pract. crim. Foller. rub. audiantur excusatores, n. 123. ver. si verò loquamur. Pro ut etiam Præsides, Auditores, & Fiscales Regiarum Auditoriarum non possunt uti militibus uti famulis, prag. 10. §. 29. de officio Judicum, & prag. 6. §. 26. de offic. iustit.
- 17 Et in locis, in quibus Universitas tenetur dare familiam armatam Baroni pro capiendis malefactoribus, Universitas tenetur eligere personas idoneas ad capiendum malefactores, cap. Reg. 243. ver. mandantes.
- 18 Et Baro, qui habet civilem jurisdictionem, potest tenere familiam armatam, Nigris in cap. Reg. illustri, n. 61. & potest etiam tenere Actuarius, Cancarius variarum resol. lib. 2. cap. 3. n. 60. cum plur. n. seq. ubi n. 65. dicit quod Baro civilis jurisdictionis potest tenere carceres, & carcer debet esse honestus, & non subterraneus, & hoc maximè procedit in Regno nostro, in quo etiam Baro criminalis jurisdictionis non potest tenere carcerem subterraneum, pragmat. 19. de Baronib. & est de jure communi, ut ex Corneo cons. 325. n. 4. lib. 4. Cancarius d. cap. 2. n. 67. & Menoch. de arbit. jud. casu 305. n. 5. l. 1. §. nec vero, C. custodia reor. Guazzini. ad defensionem reorum, def. 6. cap. 1. n. 55. & Farinac. in pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 27. n. 96. & seq.

Et ex supra traditis infertur, quod Domi-

ni Castellorum, & Terrarum possunt dare licentiam suis subditis deferendi arma in eorum Territorio, Farinacius pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminibus, quæst. 108. n. 129. ubi n. 58. cum plur. seq. hoc limitat quoad archibusetra, & n. 121. 124. dicit quod à fortiori Præsides Provinciarum, & Governatores Terrarum ex iustâ causâ possunt concedere aliquibus particularibus personis licentiam deferendi arma, sed Episcopus non potest concedere licentiam Clericis deferendi arma, sed hoc tantum Summus Pontifex facere potest, Grassus de effect. Cleric. effect. 20. n. 2. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 43. n. 20. & Riccius dec. 257. part. 3. ubi dicit, quod Episcopus potest concedere dictam licentiam Clericis ob capitales inimicitias. *Es Baro potest in sua jurisdictione creare barricellum, & illum nominare non potest Capitaneum campanæ, ut in apostilla ad prag. 10. in principio de officio judic.*

19 Et adverte, quod si subditus alicujus Baronis sit bannitus, & forjudicatus à M. C. V. Baro non tenetur dictum suum subditum capere, & M. C. assignare, sed tantum illum tenetur, expellere, Afflict. in Constit. Reg. pænam eorum, n. 87. in fine, & Carcerius pract. crim. tit. de homicidio, ver. post vero malefactorum, n. 23. fol. mihi 129. & Nigris in cap. Regni 12. num. 27. sed licet Baro non teneatur suum subditum forjudicatum à M. C. V. capere, tamen non potest dictum subditum receptare, Foller. pract. crim. rubr. audiantur excusatores, n. 161. Sed hodiè non solum Baro non potest receptare bannitos, & forjudicatos M. C. V. in ejus jurisdictione, sed etiam tenetur illos capere, & captos remittere ad eorum Judices competentes, prag. 1. ubi Rovit. n. 1. de recep. malefact. nam ad Judicem spectat suam Provinciam facinorosis hominibus expurgare, l. præf. la 2. l. congruit, ff. de off. Præs. l. 1. ff. de off. præf. urbis, & Cabal. casu 149. n. 5.

20 Et non solum Barones tenentur capere bannitos, & forjudicatos in eorum jurisdictionibus, sed etiam omnes alii particulares tenentur capere bannitos, & forjudicatos, pragmat. 1. de perseq. malef. & prag. 1. §. 5. de exulib. & Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 74. n. 2. licet contrarium teneat Nigris in cap. Reg. 12. num. 87. nam opinio Nigris potest procedere de jure communi, quo jure nemo tenetur obviare delicto, & alium defendere, nec malefactorum in fragantia capere, Cagnolus in l. culpa caret, n. 10. ff. de regulis juris, Marfil. de bannitis ver. atrociorib. n. 21. *Afflictus in Const. Regni iustitiariis non per kalendas. n. 10. Marini quæstid. resol. lib. 1. cap. 29.* & Grandis d. speciali 74. n. 1. ubi dicit, hoc etiam procedere in acclamando, & revelando, nam de jure communi nemo tenetur indicare malefactorum, nisi sit proditor Regis, Rovitus pragmat. 1. n. 4. de perseq. malef. & licet per cap. Regni nuper apud Trani. disponatur, ut quis videns rebellem teneatur illum capere, quod si illum capere non possit, teneatur tantum acclamare, dicendo adjutorium, adjutorium, ecce.

- ecce proditor Regis; tamen d. cap. Regni non procedit in forjudicato. Afflic. in Confit. Regni pœnam eorū, n. 86. ubi etiam dicit, quod de jure communi, qui est in negligentia capiendi malefactorem, quem commodè capere potest, & non capit punitur pœna relegationis, citat tex. in l. metrodorum, ff. de pœnis, & in Regno non est dubium, quod quilibet tenetur capere forjudicatos, ut diximus, & Follerius pract. crim. rub. banniantur, n. 23. & à fortiori barricellus tenetur cum suis sociis deservire circa persequutionem forjudicatorum, prag. 6. §. 27. de offic. iustit.
- 21 Sed quando statutum dicit, ut Universitas teneatur capere malefactores, tale statutum non intelligitur de malefactoribus Clericis, Bald. in cap. cum non ab homine, & ibi Felin. n. 11. de iudiciis, idem Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ, n. 141. de conf. Marfil. in rub. de fidejussorib. n. 118. Borrell. de compromisso, §. 1. glos. 3. n. 228. Caravit. prag. 1. n. 112. de exulib. & Grass. d. eff. Cler. eff. 2. n. 408. cum plur. seq. Sed contrarium tenet Menoch. de arbit. iudic. casu 180. n. 25. & 26.
- 22 Et banniti, & forjudicati à quocunque capi possunt, l. si. C. de malef. & mathematic. Marfil. pract. crim. §. aggredior, n. 97. & in conf. 86. n. 17. & Guazz. n. d. def. 5. cap. 1. n. 16. Et possunt capi etiam die feriato, Bal. in l. 1. n. 19. C. qui bonis cedere poss. Marfil. d. §. aggredior n. 92. & in d. conf. 86. n. 17. Guazzin. in d. def. 5. cap. 1. n. 22. Follerius pract. crim. rub. banniantur, n. 23. & rub. notatos capiat de persona, n. 5. Caballus resolut. crim. casu 227. nu. 12. & seq. Farinac. dict. quæst. 27. n. 109. & seq. & Burgus de modo procedendi ex obrupto. q. 25. n. 12. & 14. Quod secus est in civilibus,
- 23 nam quis pro causa civili non potest exequi, neque capi die feriato ad honorem Dei, l. fin. C. de feriis, Farinac. d. q. 27. n. 106. Vulpe in praxi iudiciali fori Ecclesiastici, cap. 29. n. 12. & seq. & Angelis ad pract. crim. Foller. dict. rub. notatos capiat de persona, n. 26. sed contrarium tenent Maufonius de causis exequutivis, ampliat. 1. n. 5. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de feriis, cap. 1. n. 21. & quod in Regno de consuetudine die feriato possit fieri exequutio realis, vel personalis contrà debitorem in causis civilibus, dicit Caravita rit. 172. n. 4. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 118. n. 5. & 8. sed de jure non potest fieri exequutio die feriato pro causis civilibus, Thef. decis. 95. ubi n. 2. dicit, quod exequutori in die festivo potest impunè resisti, quoad pœnam corporalem, sequitur Rovitus rub. de feriis, n. 8.
- 24 Et banniti, & forjudicati possunt persequi, & capi absque licentia Officialis, ut desumitur ex prag. 1. de perseq. malefact. & ex prag. 1. §. 5. de exulib. Et cap. Regni 155. ver. *quellibus*, & Grandis d. predicamento pati, qu. 3. speciali 16. ubi dicit hoc procedere de jure Regni, secus de jure communi, nam de jure communi quis non potest carcerari, nisi mediante mandato Judicis, l. neminem, C. de exhibendis reis, Riccius coll. 830. & in dec. 206. par. 1. Guazzin. d. def. 5. cap. 2. n. 27. & cap. 4. n. 8. Monticell. pract. crim. reg. 12. n. 32.

- Farinac. d. quæst. 27. n. 8. Gomesius variarum resolutionum, lib. 3. cap. 9. n. 2. tex. de jure Regni in ritu 39. & in c. Reg. 48. 177. & 192. Immo subditi, qui sine licentia capiunt aliquem in iurisdictione domini videntur teneri crimine læsæ Majestatis, Caball. resolut. criminalium. casu 291. n. 26. & Farinac. dict. quæst. 27. n. 9. Et per prag. 37. §. 24. de officio Magistri Iustit. disponitur, ut Advocatus Fiscalis non possit aliquem carcerare inconsultâ M. C. V. ; sed de jure communi Fiscus tenetur persequi delinquentes, l. 1. C. de mulieribus, quæ se propriis servis &c. & Catalan. de indulto, cap. 16 n. 66. & Fiscus non potest aliquem capturare facere per viam iurisdictionis, sed tantum per modum provisionis, Cavalca. de brachio regio, par. 4. n. 325. & seq. & Guazz. ad defensionem reorum, def. 1. cap. 6. n. 4. & defens. 5. cap. 1. n. 4. in fine. Nam Fiscus non habet iurisdictionem. l. finali Cod. de advocat. fisc. Urfillus ad Afflic. in dec. 4. n. 4. Leonardis in pract. offic. cap. 3. n. 31. & Guazzin. ad defens. reor. def. 1. cap. 6. n. 2. & def. 14. c. 1. n. 3. ubi dicit quod Procurator Fiscalis debet esse Procurator veritatis, & non calumnia, & iniquitatis sed Advocatus Fiscalis Regiæ Cameræ Summaria potest carcerare Actuarios, & Scribas sui Tribunalis, ut est dispositum per decretum Regiæ Cameræ, quod posuit Marinis in fine 2. tom. dec. Revert. nu. 269 fol. 873. & per quandam pragmaticam disponitur, ut Officialis non possit aliquem carcerare absque voto consultoris, Carrab. de sindic. part. 2. post n. 160. & dicam infra cap. seq. n. 13. sed per c. Reg. 242. ver. de maleficiis, disponitur, ut sit licitum Universitatibus eorum Dominis, & Officialibus capere malefactores.
- 25 Et non solum privatæ personæ possunt capere bannitos, & forjudicatos, sed etiam partes offensæ possunt illos capere, nam si partes offensæ possunt forjudicatos impunè occidere, ut dixi supra cap. 17. n. 21. à fortiori possunt capere, licet regularitèr captura inquisiti non sit parti adversæ committenda, & hoc ad evitandum inconvenientia, quæ possunt venire in ipsâ capturâ, Clarus pract. crim. §. fin. quæst. 28. ver. solet, Carrab. de sindic. part. 2. n. 52. Foller. d. rub. notatos capiat de persona, num. 14. & ibi Angelis in addit. n. 50. & Guazzin. d. def. 5. cap. 1. n. 10. & seq. sic etiam falsi monetarii possunt capi absque mandato Judicis, l. 1. C. de falsâ monetâ, Catalanus de indulto. cap. 28. n. 59. & dicam infra cap. seq. num. 9.
- 26 Et licet qui habet facultatem deferendi arma à Reglis Superioribus non possit illa portare in suâ patriâ, absque beneplacito Baronis, cap. Reg. ut inter subiectos, ver. quod si fortè, & Rovit. rub. de armis, n. 6. tamen quando est in persequutione bannitorum potest uti dicta licentia absque beneplacito Baronis; & sic quando est in actu servitii, prag. 10. §. 87. de officio Judicum.
- 27 Et licet Presides, Auditores, & Fiscales Regiarum Audientiarum non possint exire per Provinciam, absque licentiâ Proregis, etiam si habeant commissiones Regiæ Cameræ Summarie,

mariae, Sacri Regii Consilii, vel M. C. V. exequendas, ut in pragmat. 10. §. 1. de offic. Jud. Prout etiam Judices M. C. non possunt exire à Civitate Neapolitanâ, inconsulto Prorege, prag. 5. §. 7. de off. Magistri Justit. & in ritu 7. sublato c. Reg. 184. ut dicit ibi Nigris, n. 6. & Leonardis in pract. offic. cap. 11. n. 18. & licet etiam de jure communi nullus Judex possit circumire Provinciam etiam contra latrones, nisi ex causâ necessariâ, §. nulli vero, Auth. ut nulli judic. glos. in l. congruit, ver. conquirat, ff. de offic. Præsid. Grandis de bello exulum, in prædicamento situs, quæst. 1. n. 1. tamen per c. Reg. 42. 183. & 281. mandatur Præsidi, ut frequenter discurrat Provinciam, & eam purgat malis hominibus, nam ad Presidem spectat suam Provinciam purgare malis hominibus, & curare ut pacata atq. quieta sit Provincia quam regit. l. præses la 2. l. congruit ff. de officio Præsidis Cabal. resol. crim. casu 149. n. 5. Et Præses in Regno vigore potestatis militaris pro persequutione malefactorum, potest circumire Provinciam non solum pro causâ necessariâ, sed etiam pro utili, & expedienti quodd si Præses fuerit negligens in perquirendo malefactores, potest officio, & salario privari, & criminaliter puniri, Grandis d. prædicamento situs d. quæst. 1. n. 2. & 3. Et pro persequendis malefactoribus potest Præses discurrere Provinciam, & in quolibet loco jus reddere, Constit. Reg. non per kalendas, & ibi Affl. nu. 8. & Grandis de bello exulum, prædicamento pati, quæst. 3. speciali 68. & in prædicamento, ubi, quæst. 1. n. 3. & n. 4. dicit, quodd ordo factus per Proregem Gubernatoribus Provincialibus, ne illi descendat à loco Regiæ Audientiae, etiam pro causâ urgente, & necessariâ absque ejus licentia in scriptis, non derogat potestatem militarem, quæ mandat perquiri forasцитos per Provinciam; & vide Danzâm de pugna DD. to. n. 3. tit. de votis, cap. 1. à n. 40. cum plurib. seq. qui citat Me in hoc loco, & Grandis d. prædicamento ubi, d. quæst. 1. n. 5. dicit, quodd residentia Præsidis pro persequendis malefactoribus debet esse, ubi adest copia peritorum, & commoditas defensionis reorum, nam causa forjudicatorum est ardua, & ut plurimum imponitur poena mortis, quæ indiget Juris peritis, & debet tractari in loco insigni, ubi sit copia peritorum. Cabal. resol. crim. casu 120. n. 14. & facit tex. in cap. statutum, §. sancimus in fine de rescript. in 6. sed Præses discurrens Provinciam pro persequendis malefactoribus non potest residere in locis pinguioribus suæ Provinciæ ultra quatuor dies, cap. Reg. 25. ubi Neap. in fine, dicit, quodd Præses non potest moram facere in eodem loco ultra quatuor dies, nisi necessitate urgente, & Grandis d. prædicamento ubi, quæst. 1. n. 6. Et ubi, & quantum tempus residere debeat Commissarius Campanæ, dixi supra cap. 12. n. 30. sic etiam unus ex Auditoribus Regiæ Audientiae potest discurrere Provinciam contra forasцитos infimul cum Præsidi, ut ipse Præses possit cum ejus consilio criminales quæstiones terminare, Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. spec. 69. n. 1. nam quando Præses

discurrit Provinciam cum potestate militari tenetur procedere cum voto, vel Auditoris, vel alterius Doctoris; & licet electio consultoris relinquatur arbitrio Præsidis, tamen tenetur prius eligere Auditorem, quam alium, Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 53. post n. 2. sed hodiè Præses discurrens Provinciam non potest procedere in aliqua causa ad modum belli, nisi cum voto unius Auditoris, quem secum conducere debet ad hunc finem, d. & prag. 10. §. 53. in fine de off. Judicium, ubi §. 31. dicitur, quodd quando Præses discurrit Provinciam, pro aliqua causa non potest secum ducere Advocatum Fiscalem, & in §. 35. habetur, ut non possit uti aliis Actuariis, vel Scribis, quam illis Regiæ Audientiae, & dixi in tract. de foro compet. c. 33. n. 381.

Et licet de jure Præses Provinciæ non possit delegare hanc potestatem militarem in discurrendo Provinciam contra forasцитos, & forjudicatos, cum electa sit industria ejus personæ, Burgus de modo procedendi ex abrupto, quæst. 68. tamen de consuetudine potest hanc potestatem alteri delegare, & Grandis de bello exulum, prædicamento agere, quæst. 2. per totum, & præcipuè n. 3. ubi quæst. 3. per totum, dicit, quodd Præses hanc potestatem tantum delegare Regiis Auditoribus, & Regii Filci Patrono potest, & idem tenet Grandis in eodem tract. in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 42.

28 Et Præses pro persequutione forjudicatorum potest destinare certos milites, & Commissarios, Grandis d. prædicamento situs, quæst. 2. n. 2. ubi n. 3. dicit, quodd Præses non potest destinare dictis militibus salarium de publico, absque licentiâ Proregis, citat tex. in l. 1. Cod. de præbend. salar. lib. 10. prout neque Commissarius Campanæ potest imponere contributiones contra Universitates, pragmat. unica, §. 5. de off. Judicis generalis, sed Præses potest impendere pecuniam Fiscalem pro persequutione forjudicatorum, & Grandis d. prædicamento situs, quæst. 2. n. 2. & 5. & prædicamento pati, quæst. 3. speciali 10. sed Commissarius Campanæ debet uti certis militibus destinatis pro persequutione bannitorum, & non aliis, prag. 22. q. 12. de armis; & prag. 11. §. 14. de off. Judicis generalis, ubi §. 22. habetur, quodd Commissarius Campanæ non potest facere impensas pro malefactore capiendo, inconsulto Prorege, vel Regente Regiam Cancellariam suprintendente rerum Campanæ; Judex, vel Rector Provinciæ non possunt remunerare capientem bannitum de pecuniâ Fiscalis, nisi habeant in hoc facultatem à Prorege, Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. n. 52.

Et Commissarius Campanæ quando residet in aliquâ Terrâ pro persequutione bannitorum, nihil recipere debet ab Universitate, sed tantum Universitas tenetur Commissario dare domum nudam, d. pragmat. unica, §. 4. de off. Judicis generalis, immò omnes Officiales Provinciales in transitu per Provincias, nec poculenta, nec esculenta recipere possunt ab Universitatibus, cap. Regni 38. prag. 6.

Prag. 6. de Commissariis. prag. 5. §. 19. de administr. Univers. & prag. 1. de offic. iustit. Et Gubernatores, & Auditores Provinciales quando per Provinciam vadunt propriis expensis ire debent, & contenti ipsorum statuto salario, nec aliquid pretendere possunt. Ponte de potestate Proregis. tit. 3. §. 6. n. 16. & probatur in d. prag. 6. de Commissariis.

Et neque Officiales Provinciales tam morando, quam æquitando per Provincias possunt recipere bestias ad æquitandum, vel portandum victualia, seu alia onera, nisi soluto competenti salario, & quod dictæ bestiæ sint ad dictum usum destinatæ, & solitæ locari, prag. 5. de Actuariis, prag. 4. §. 5. de offic. Iustitiarum & prag. 1. §. 2. de salario eorum. Et quando transmittuntur carcerati de loco ad locum, Universitas nihil tenetur dare dietis carceratis, & militibus, qui eos ducunt sed expensis Fisci duci debent, prag. 10. §. 27. de officio Judicum. Et milites Commissarii generalis Campanæ in persecutione bannitorum debent habere ab Universitatibus omnia necessaria ad victum prag. unica. §. 14. de officio Judicis generalis, sed vide prag. 28. §. 1. de offic. Magistr. Iustit. Et quando Præses Auditores, & Fiscus Regiæ Audientie vacant pro Fisco in persecutione forjudicatorum solvuntur eis dietæ taxandæ per Regiam Cameram Summaria, ut in dec. d. Reg. Cam. relato à Marinis in fine dec. Revert. n. 655. fol. 948. & ultra dietas currit eis salarii solitum l. hac leg. Cod. de praxi sac. Scrin. lib. 12. Capib. in sing. 127.

29 In persecutione bannitorum, & forjudicatorum pro ipsis capiendis multa remedia adhiberi solent, quæ hic connumerare intendendo pro bono publico.

20 Primò ad extirpandos forjudicatos, & bannitos solet Prorex mandare consanguineis eorum, ut infra certum breve tempus consignent in posse Regiæ Curie dictos forjudicatos vivos, vel mortuos, aliàs d. & o tempore elapso, extractent à tota Provincia, & vadant in locum designandum per aliquem Ministrum Regium, eligendum per ipsum Proregem, & pluries ex causa hujus extractus forjudicati, & banniti extirpati fuerunt, ut testatur Ponte de potestate Proregis, tit. 1. §. 5. n. 2. nam aut consanguinei capiunt forjudicatos, ne extractent, aut illos non capiunt, & consanguinei extractant, & propter eorum absentiam capiuntur, dum non adsint, qui eos protegant, & de materia hujus extractus, latè dicam infra cap. 22.

21 Secundò ad eos extirpandos solent concedi indulta, ut si unus forjudicatus præsentet vivum, vel mortuum Regiæ Curie alium forjudicatum, sit aggratiatus, nam ut quis consequatur libertatem, de facili hoc facit, & forjudicatus captus, vel mortuus extinguitur, & vitius consequitur libertatem, sed aliquando forjudicati considerantes, post servitium cum magnis expensis obtinere indultum, ex hoc fiunt timidiorez in occidendo alios forjudicatos, nam re vera postquam unus forjudicatus occidit alium forjudicatum, nunquam potest obtinere indultum, nisi cum

magno sudore, & expensis, & idè Regii Superiores debent statim, & absquè expensis concedere indultum forjudicato, qui occidit alium forjudicatum vigore banni emanati, immò in banno debet dici, ut si unus forjudicatus occiderit alium forjudicatum gaudeat indulto, quod concedetur absque impensâ, dummodo deinde forjudicatus statim post indultum derelinquat arma, & quietè vivat, aliàs statim intelligatur privatus indulto, Capib. de Baronibus, prag. 6. n. 147. de qua materia dicam infra cap. 24.

22 Tertio solent emanari banna, ut nemo possit extrahere panem à Civitatibus, Terris, Castris, & locis absquè licentiâ Officialis sub pœnâ trium annorum triremium contraficientibus, & Officialibus, privationis officii, & relegationis per triennium prout tale bannum duraturum per quatuor menses fuisse emanatum, testatur Grandis d. prædicamento pati, q. 3. speciali 99. post n. 1. & 2.

23 Quarto pro capturâ forjudicatorum, possunt animalia reduci propè loca habitata, ubi in illis custodes possint victum sumere dietim ad tollendam occasionem, ne forjudicati alantur pane illorum, & ne ad eos accedant, prout per quatuor menses hoc fuisse per Proregem ordinatum in Provinciâ Aprutii, testatur Grandis in dicto prædicamento pati, q. 3. speciali 21.

24 Quintò solent emanari banna, ut nullus forjudicatus ducat per mare, prout ita fuit ordinatum pro persecutione Alexandri de Bono, Marci, & Honophrii Fasani, ac Horatii de Caro famosorum bannitorum, & sociorum, per pragmaticam 23. de exilibus.

25 Sextò possunt cedi sylvæ, & destrui domus, quæ forsan impedirent capturam forjudicatorum, sed hoc fieri debet consulto Prorege, Grandis d. prædicamento pati, q. 3. speciali 35. & solent emanari banna, ut Turres Campanæ, quæ non sunt forjudicatorum, claudantur taliter, quod non remaneat apertura sub pœnâ demolitionis, & aliâ pœnâ, domo turris; prout tale bannum fuisse factum duraturum per quatuor menses, testatur Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 99. post n. 1. & Ecclesia in nemore existens potest destrui, si in eâ receptantur latrones cum auctoritate tamen Superioris Ecclesiastici, ut dixi in c. præcedenti, n. 12. ubi etiam dixi quòd domus receptantis forjudicatos, potest destrui, si concurrat scientia receptatoris, & quòd potuit evitare, & non evitavit. Et hodie in Regno debent destrui domus existentes extra habitata, ubi receptantur banniti, forjudicati, vel scurritores Campanæ, ut in prag. 22. de exilib.

26 Septimò, quia ut plurimum banniti, & forjudicati nutriuntur celantur, receptantur, & proteguntur ab Ecclesiasticis, quæ non possunt puniri à Judice laicali, ideo cautela eraditur, ut Officialis portet secum Commissarium Rev. Nuncii cum particulari commissione supra dicti contrâ personas Ecclesiasticas receptatores istorum forjudicatorum, quia tunc possunt carcerari tam laici, quàm Ecclesiastici, qui nutriunt, celant, receptant,

G g

alunt,

alunt, & protegunt forjudicatos, & ex hoc de facili forjudicati possunt capi, vel occidi, dum cessant receptatores, nam non essent malefactores, si non essent receptatores, ut supra diximus cap. 18. p. 1. & vide pragmaticam 27. de exulibus, per quam ordinatur Ministris justitiæ, ut se informant, & relationem faciant *si ab Ecclesiasticis facinorosi proteguntur ad finem*, ut Superiores Ecclesiastici illos puniant, sed melior praxis est portare Commissarium Rev. Nuncii, prout hoc semper practicum fuit. Et *Judex Ecclesiasticus tenetur prestare suum brachium Judici laico. cap. cum adversum. 96. distinct. Farinac. de penis. temperandis. quæst. 97. num. 85. & seq. Grassus de effect. cler. effect. 1. num. 1032. Riccius in dec. 301. n. 10. part. 4. & Covarruvias pract. quæ. cap. 10. n. 1. Et persona Ecclesiastica cogi. possunt a suis Prælatiis, ne commercium habeant cum bannitis. Megallius in consilio decisivo. 95., & Novarius in opusculo novi Juris pontificii. conclus. 46. num. 2.*

37 Octavo Officialis Regius, qui mittitur a Domino Prorege in persequutionem bannitorum, & forjudicatorum debet esse rigidus, & severus, sed severitas debet esse cum temperamento, Grandis de bello exulum d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 52. Nam *Judex debet habere præ oculis severitatem, & misericordiam. Thorus de magistrat. n. 183. & 185. Et quemdam bannitum post ejus capturam fuisse morti traditum eodem die, practicum vidisse testatur Hoedierna ad Surdum in dec. 121. quod ego prædicarem solum contra notorios, & famulos bannitos, nam hi inconsideratè, repentinè & absque ratione, homicidia, & alia sava delicta committunt, ergo ita illi inconsideratè repentinè, & absque telà judicii debent morti tradi, ut verificetur illud dictum, quod facis, semper expectas, de quo in l. 3. Cod. de Episcop. audient. & quis eodem jure uti debet, quod ipse in alium statuit, ut in tit. ff. quod quisq; juris. sed in aliis bannitis non sic violentè procederem, juxta illud noli esse nimis justus, nam justus perit in justitiâ suâ Prover. cap. 26. & Eccles. cap. 7. Bossius in pract. crim. tit. de alimentis præstandis n. 9. Thor. ubi supra n. 188., & Grammat. in dec. 53. 39.*

38 Ultimo, ultra furadicta remedia secundum numerum bannitorum, & forjudicatorum debet mitti quantitas satellitum pro eorum persequutione, & captura; & Saul assumpsit ter mille electos viros ex omni Israele, & perrexit ad investigandum Davidem, & præcepit omni populo, ut ad pugnam descenderent in cellam, & obliderent Davidem, & viros ejus, ut in 1. Regum cap. 23. & 24. & Grandis d. prædicamento situs, quæst. 3. n. 4. in fine, & ut satellites faciant servitium, solet eis promitti præmium, nam potest constitui præmium pro capiendis malefactoribus, Giurba cons. 11. & Angelis in suo prato super l. per omnes, nu. 1. C. de defent. Civit. & dixi supra post n. 15.

Et aliquando banniti, & forjudicati unius

Provinciæ solent guidari, ut vadant in persequutionem bannitorum, & forjudicatorum alterius Provinciæ, & sic verificatur illud dictum. Vindicabo me de inimicis meis cum inimicis meis. Et forjudicati guidati, solent pugnare cum forjudicatis, & ex utraque parte remanent occisi, & omne est servitium, & Reipublicæ interest, malos homines mori, & Provinciam malis hominibus expurgari. *l. præses la 2. & l. congruit. ff. de officio Præsidis*, nam isti forjudicati guidati, faciunt plura damna, & latrocinia, quam faciunt forjudicati non guidati, Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 94. n. 11. & decet Curiam, uti forjudicatis guidatis pro persequutione aliorum forjudicatorum, nam etiam Deus utitur Diabolis ad castigandum aliquem, ut in Psalmo 77. ibi misit in eos iram indignationis suæ indignationem, & iram, & tribulationem immisionem per Angelos malos; Et guidati dicuntur servientes Curie, Divus Hieronymus. super Joel. cap. 2. col. 4. in princip. ibi, quomodo enim Babilonii punientes Hierusalem Dei vocantur exercitus, sic Angeli pessimi, de quibus scriptum est furorem, & iram, & Angustiam immisionem per Angelos pessimos Dei exercitus dicuntur, & Castra illius nominantur, dum Domini faciunt voluntatem.

39 Et pro captura bannitorum, & forjudicatorum potest Præses Provinciæ, vel alius Officialis Regius, qui mittitur per Proregem uti brachio militari, tam pedestri, quam æquestri, l. si quis in hoc genus, C. de Episcop. & Cleric. l. 2. §. fin. autem, C. de his qui latrones, & in §. sed etiam pro ubertate, Auth. de mandatis princip. sed cautius erit habere licentiam à Principe ad hoc faciendum, ut dicit Grandis d. prædicamento pati, q. 3. spec. 13. & per quemdam ordinem relatum in apostillâ ad prag. 10. §. 30. de off. jud. disponitur, ut substitutarii non utantur militibus novæ militiæ ad faciendas quotidianas excubias. Et Prorex destinavit quatuor societates militum Hispanorum pro persequutione bannitorum in Provinciâ Aprutii, ut testatur Grandis de bello exulum, prædicamento situs, quæst. 3. post n. 4.

40 Et licet jurisdictio Judicis non extendatur ultra suum territorium, l. extra territorium, ff. de jurisd. omn. jud. cap. ut animarum, §. statuto de constitut. in 6. l. Præses la secunda, ff. de off. Præsidis, & *Delbene de immunitate Ecclesiastic. lib. 2. cap. 12. dubit. 1. sect. 1. n. 1. & 4.* tamen si banniti, forjudicati Romanæ Ecclesiæ à territorio Ecclesiastico aufugiant in hunc Regnum Neapolitanum, Ordinarii Officiales Ecclesiastici possunt persequi eos intus Regnū Neapolitanum, & Officiales Regnicoli tenentur ipsis præstare auxilium, & sic versavice, si banniti, & forjudicati hujus Regni aufugiant in Statum Ecclesiasticum, possunt Officiales hujus Regni persequi dictos bannitos, & forjudicatos intus Statum Ecclesiasticum, & Officiales Ecclesiastici, tenentur ipsis præstare auxilium, prag. 2. de perseq. malef.

les. Sed hodie banniti, & forjudicati Romanæ Ecclesiæ possunt insequi per Officiales Papæ intra Regnum per decem millaria, dummodò Officiales Summi Pontificis non intrent intus loca munita, & sic versa vice, quando banniti, & forjudicati hujus Regni aufugiunt in Statum Ecclesiasticum, prag. 7. de exulib. & prag. 3. de perseq. malef. & Grandis de bello exulum, prædicamento ubi, q. 2. n. 4.

41 Sic etiam pro persecutione malefactorum Præses Provinciæ, & ejus milites possunt introire alterius Provinciam per quindecim millaria, & capere malefactores, & ducere in eorum Provinciam, cap. Reg. 234. Quod secus est in aliis Officialibus Baronialibus, qui non possunt fugientem in alienum territorium persequi, & eum capere absque licentiâ Judicis illius territorii. Nigris d. c. Reg. 234. n. 12. Sed hodie unusquisque potest introire in alterius jurisdictionem, pro persecutione malefactorum per viginti millaria, prag. 3. de exulib. & Grandis d. prædicamento ubi, q. 2. n. 3. Et hoc procedit in persecutione malefactoris in actu delinquendi, & in actu fugæ, secus si quis delinquat, & vadat in alienam jurisdictionem, & postea ibi stet per aliquod tempus, nam in hoc casu reus ibi non potest capi per Judicem suum competentem, aliàs contrafiens, punitur poenâ confiscationis omnium suorum bonorum, prag. 1. de citationib. Et de jure communi, si Judex insequatur delinquentem in suo territorio, & eum insequendo, Reus aufugiat in alienam jurisdictionem, potest continuari persecutio, etiam in alieno territorio, & ibi reus potest capi, Bar. in l. quid sit fugitivus, §. item, ff. de adilitio edicto, & Follerius pract. crim. rub. notatos capiat de persona, n. 3. sed contrarium tenent Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 29. vers. sed pone, Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 30. Boss. pract. crim. tit. de capturâ, post. n. 34. Guazzin. ad defensam reorum, def. 5. cap. 1. n. 27. Marf. in l. fin. n. 7. & 9. ff. de jurisd. omn. jud. Angelis ad pract. crim. Foller. dict. rub. notatos capiat de personâ, n. 17. & seq. Cabal. resolut. crim. casu 291. n. 5. cum plur. n. seq. Monticell. pract. crim. reg. 12. n. 27. Gomefius variar. resolut. lib. 3. cap. 9. n. 5. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 7. n. 41. ubi dicit, quodd si delinquens aufugiat tempore delicti ad alium locum, & insequutus à familiâ Curie sit captus extra locum delicti, captus relaxari debet, & idem tenet Arnono in epitoma 68. tamen prima opinio est vera, Caravita pragmat. 4. n. 17. de exulib. & faciunt dicta per Marf. ling. 225. Et quando inquisitus unius Judicis est captus in alieno territorio absque imploratione brachii Judicis, ubi reus manebat, & deinde sit ductus ad suum Judicem competentem, in hoc casu Reus est relaxandus, Boss. d. tit. de capturâ, n. 34. Cabal. d. casu 291. in princip. Clar. §. fin. q. 29. in fine, Marf. d. l. fin. d. n. 7. & 9. ff. de jurisd. omn. jud. & in pract. crimin. §. ultima quæstio. n. 34. & in cons. 16. n. 43. cons.

99. n. 1. 14. & 15. & 17. & in cons. 121. n. 4. & 21. Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 290. in fine Farinac. d. quæst. 7. n. 40. Gomefius d. cap. 9. n. 4. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 29. n. 19. & Jason in l. extra territorium. n. 3. ff. de jurisd. omnium jud., ut in l. ubi pactum, nu. 18. C. de transact. sed Rovit. in prag. 5. n. 11. ubi de delicto, dicit, quod in facti contingentia est ulterius cogitandum, sed idem Clar. d. §. fin. quæst. 96. vers. sed quid si bannitus, dicit, quodd Judex potest exequi sententiam contra bannitum, qui per vim ductus fuit in ejus Territorium, & hæc ultima opinio Clari practicatur, ut testatur Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 263. cum duob. n. seq. & in dec. Rosa Genua 68. à n. 18. usque ad n. 22. & plura exempla ponit Chartar. d. cap. fin. n. 265. quem adducit Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. n. 5. & Bossius pract. crim. tit. de citationib. n. 29. dicit, quodd licet Judex, non possit delinquentem capere extrâ suum territorium, si tamen capit, & procedat, & damnat delinquentem, valet sententia, & idem tenent Guazzin. d. def. 5. cap. 1. n. 27. & Constant. in l. unica. n. 125. C. de Classici. lib. 21. Prout idem est in citatione verbali, quæ licet non posset fieri in alterius jurisdictione, absque imploratione brachii illius Judicis, tamen si sit facta, tenet, & Reus tenetur comparere, ut diximus supra cap. 6. n. 21.

42 Et quis absque dubio potest capi in consinibus loci delicti, & alterius loci convicini, ita Nellus de bannitis in 2. par. secundi temporis, n. 33.

43 Sed advertas, quodd si banniti aufugiant intus Ecclesiam, ab eâ extrahi non possunt, nam licet sint banniti, tamen gaudent immunitate Ecclesiastica, Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 30. vers. scias autem, Grandis d. prædicamento ubi, quæst. 2. n. 2. & Guazzin. ad defensam reorum, def. 1. cap. 37. n. 55. ubi dicit, secus esse, si banniti essent inquisiti de criminibus exceptuatis in Bulla Gregorii XIV. quia tunc non gaudent immunitate Ecclesiastica, & idem tenent Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 28. n. 47. & de immunitate Ecclesiastica, cap. 2. n. 42. Diana moralium resolutionum, par. 6. tract. 1. resolut. 21. Sperell. decis. 104. n. 60. cum plurib. seq. pars. 2. Peregrinus de immunitate Ecclesiastica, cap. 5. n. 11. Ballis tract. var. lib. 5. tit. de insultu in Ecclesia n. 25. fol. mibi 295. & Delbene in eodem tract. lib. 2. cap. 16. dubit. 10. sect. 5. & dubit. 24. sect. 17. Et licet per Bullam Sixti V. editam die 28. Julii 1585. insertam in prag. 7. de exulib. sit dispositum, ut exules, & banniti possint capi intus Ecclesiâ, Monasteria, & cellas existentes, tam in Statu Ecclesiastico, quàm in Regno Neapolitano, & Grandis d. prædicamento ubi, quæst. 2. n. 4. & d. prædicamento pati, quæst. 3. specialis 18. n. 1. Et idem esse in Regno Cathalonie, testatur Cancerius variar. resolut. lib. 3. cap. 5. n. 5., & 6. tamen postea supervenit Bulla Gregorii XIV. edita die 28. mensis

Maii 1591. quæ in specie revocavit Bullam Sixti V. Et in casibus exceptuatis in Bulla Gregorii XIV. non reperiuntur exceptuati banniti, & forjudicati pro causis non exceptuatis in Bulla Gregorii XIV. unde hodie etiam banniti, & forjudicati pro causis non exceptuatis in Bulla Gregorii XIV. gaudent immunitate Ecclesiastica intus Ecclesiam, & non obstante litera scriptæ iussu Clementis VIII. ab Alexandro Cardinali Florentiæ Nuncio Neapolitano, & Vicario Archiepiscopi Bononiensis, & litera Pauli V. scriptæ eidem Nuncio, per quos mandatur Nuncio, & d. Ao Vicario, ut prohibere faciant Superioribus Monasteriorum Regularium, & omnibus aliis personis Ecclesiasticis receptare condemnatos, vel bannitos: sed illos expellere debeant ab eorum Monasteriis, & Ecclesiis, nam dictæ literæ sunt locales, & prohibent tantum, ne prædicti recipiantur, sed expellantur, & non dicunt, ut ipsi non gaudeant immunitate Ecclesiastica, nam ipsi eam gaudent non obstantibus dictis literis, Farinac. pract. crim. tit. de immunitate Ecclesiastica, cap. 22. a num. 347. usque ad n. 352. regejcte opinione Italæ de immunitate Eccles. lib. 1. cap. 5. in initio, num. 16. & in §. 8. n. 1. & seq. contrarium tenentis, & neque obstat si dicatur, quod quando inquisitus delinquit extra Ecclesiam, & familia Curie cum iosequente aufugit intus Ecclesiam; inquisitus non gaudet immunitate Ecclesiastica, & potest ab Ecclesia extrahi, prout tenent Martil. sing. 227. circa finem, & Monticell. pract. crim. reg. 12. num. 20. nam veritas est, quod gaudet immunitate Ecclesiastica, Bossi. pract. crim. tit. de captura, num. 22. Ambros. de immun. Eccles. cap. 10. post num. 13. ver. nec non, Farinac. d. quæst. 28. n. 41. & de immunit. Eccles. cap. 15. n. 194. & seq. & Clarus in pract. crim. §. final. quæst. 30. n. 19. vers. pone, Immo si caprus violenter aufugiat a manibus familie Curie ad Ecclesiam, & liber remaneat in Ecclesia, licet cum catenis, & vinculis, tamen gaudet immunitate Ecclesiastica, Guazzin. ad defensam reorum def. 1. cap. 37. num. 39. Bossi. d. tit. de captura, num. 23. Riccius dec. 263. p. 4. Farinac. d. q. 28. nu. 44. & d. cap. 15. n. 196. & 203. Ambros. d. cap. 10. num. 13. Ciarlin. contr. forens. lib. 2. cap. 196. & Delbene de immunit. Eccles. lib. 2. cap. 16. dubit. 10. sect. 7. n. 1. Et qui cum satellitibus, per vim intrat in Ecclesiam, adhuc gaudet immunitate Ecclesiastica, Diana resol. moralium, par. 3. tit. de immunitate Ecclesiastica, resol. 36. & par. 4. tract. 1. resol. 106. Farinac. d. cap. 15. num. 196. in fine, Itala de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 6 §. 2. n. 70. & seq. Ciarlinus. d. cap. 197. n. 12. & 16. & Delbene. in d. cap. 16. d. dubit. 10. sect. 7. n. 2. & 3. Sed alii dicunt, quod si caprus violenter accersit ad Ecclesiam, semper tamen detentus a hircuariis, non gaudet immunitate Ecclesiastica, ut ita decisum testatur. Merlinus contr. forens. tom. 2. cap. 56. Thorus in compendio decif. tom. 3. vers. immunitas Ecclesiastica, fol. 540. col. 2. & in supplemento decif. ver. immunitate, fol. 289. & Ricc. d. de-

cif. 263. Quod si condemnatus ducatur ad supplicium, si à manibus Curie aufugiat ad Ecclesiam, adhuc gaudet immunitate Ecclesiastica, Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 30. ver. scias autem, Guazzin. d. def. 1. cap. 37. n. 40. Ambros. d. cap. 10. post d. num. 13. ver. adeoque & Farinac. d. q. 28. num. 44. & seq. & d. cap. 15. num. 197. Ciarlinus in d. cap. 197. n. 31. & Delbene in d. cap. 16. d. dubit. 10. sect. 8. verum forjudicatus potest extrahi ab Ecclesia de mandato Summi Pontificis, Farinac. de immunit. Eccles. cap. 2. n. 45. prout idem est in omnibus aliis delinquentibus, qui gaudent immunitate Ecclesiastica, qui possunt extrahi ab Ecclesia de mandato Summi Pontificis, cap. ux. felicit. 17. qu. 4. Farinac. d. quæst. 28. n. 2. & de immunitate Ecclesiastica cap. 2. n. 43. & d. cap. 23. nu. 346. Ambros. eodem tract. cap. 1. n. 6. Guazzin. d. def. 1. cap. 31. n. 1. Sperellus dec. 101. n. 56. part. 2.

Et quando forjudicatus pro delicto exceptuato, pro quo gaudere non debet immunitate Ecclesiastica, aufugit ad Ecclesiam, & ibi mortuus & sepultus sit, ad requisitionem Judicis laici cadaver illius non est ab Ecclesiastico exhumandum, & laico consignandum, ut in partes dividatur, ad finem in locis publicis ponendi, & quia nullum cum videtur certamen & athore cassis, ut ait Virgilius in Aenei. & quia per mortem delicta extinguuntur. l. 2. & 3. Cod. si reus vel accusator, & l. final. Cod. de bonis eorum. Menoch. de arbit. judic. casu 285. n. 1. & Decius in l. si quis qui. n. 7. Cod. qui testam. fac. poss. aliter tamen si sumus in delictis, pro quibus memoria delinquentis post ejus mortem damnari possit, prout est in crimine læsa Majestatis Divina, & humana. cap. accusatus. §. in eo vero. & cap. filii, ubi glossa. de hæreticis in 6. cap. si quis Episcopus. de hæreticis Pegna ad Eymericum part. 3. quæst. 43. & in hoc crimine pbeest cognosci post mortem hæretici infra quinquennium. Nigris in cap. Regni 12. n. 88. & Guazz. ad defens. reor. def. 35. c. 27. n. 5. intelligo de jure civili, nam de jure canonico, memoria defuncti hæretici damnari potest infra quatuordecim annos, & hoc tamen in crimine læsa majestatis Divina, quam humana. Carrerius de hæreticis. ver. expedito processu. n. 33. fol. mihi 276. at.

Et forjudicatus pro delictis non exceptuatis, si aufugiat ad Ecclesiam cum armis illa ibi possunt tolli per Judicem laicum. Bajardus ad Clarum in §. final. quæst. 30. n. 4. Riccius in praxi, parte 2. resol. 26. Farinac. de immunit. eccles. cap. 16. n. 248. & Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 20. n. 18. ver. trigesimo tertia. Sed licet auferentes arma existentibus in Ecclesia non incidant in panam Bullæ Gregorianæ, tamen possunt excommunicari secundum Dianam part. 1. tract. 1. resol. 8. & Novarium in summa bullarum tom. 1. tit. de immunit. Eccles. n. 6., pro ut etiam licet auferentes bona casus, & suppellectilia confugientibus ad Ecclesiam, non incidant in panam bullæ Gregorianæ. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de immunit. eccles. cap.

cap. 7. n. 25. cum pluribus seq. tamen possunt excommunicari. Riccius dec. 124. n. 8. part. 4. Et licet rudentes & fabricantes monetas gaudeant immunitate ecclesiastica, tamen illis moneta falsa in Ecclesia auferri possunt. Rovit. in prag. 1. n. 20. de monetis. Sed alii dicunt, quod non solum aufugientes ad Ecclesiam ab eâ extrahi non possunt, sed nec etiam eorum bona. Farinac. de imm. eccl. cap. 2. n. 55. citat textum in cap. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. Peregrin. de immunit. eccles. cap. 13. n. 4. & seq. Delbene de immunit. eccles. tom. 2. cap. 16. dubit. 30. à n. 1. cum pluribus seq. & Sperellus in dec. 49. num. 11. & 25. part. 1. & in dec. 127. part. 2. per totam, & neque confugienti ad Ecclesiam possunt arma tolli absque licentiâ Episcopi vel ejus Vicarii. Clarin. contr. forens. lib. 1. cap. 15. à n. 73. usque ad finem, & cap. 191. a n. 17. usque ad finem. li. 2. ubi n. 20. dicit, quod confugiens ad Ecclesiam cum armis, non debet dictis armis spoliari, si illis quiete utatur ad suam necessariam tantum defensionem ne occidatur ab inimicis suis; Et quod confugienti ad Ecclesiam non possint arma, res furtivæ, moneta falsa, & alia bona tolli per Judicem laicum absque licentiâ Judicis ecclesiastici, tenet Sperellus dec. 127. per totam. part. 2. Sed si Judex ecclesiasticus sit requisitus à Judice laico de d. licentiâ & Judex Ecclesiasticus noluit illâ concedere, tunc Judex laicus potest propria auctoritate armis & rebus furtivis confugientem in Ecclesia spoliare. Delbene in d. cap. 16. dubit. 30. a n. 8. usque ad finem.

Et quando dubium est, an quis gaudeat, vel non gaudeat immunitate ecclesiastica, interim forjudicatus potest ligari in Ecclesia, ne ab ea aufugiat, pendente discussione prædicta. Clarus in d. q. 30. n. 21. in fine. Covar. in d. cap. 20. ver. trigésimo. Farinac. de imm. eccl. ca. 19. n. 297. & seq. Novar. in d. tom. 1. d. tit. de imm. eccl. n. 19. & Danza in d. tit. de imm. eccl. cap. 2. n. 15. cum pluribus seq. & licet contrarium teneant Guidon Papa dec. 121. n. 3. Clarin. contr. for. lib. 2. cap. 154. & Delbene d. cap. 16. dubit. 27. ubi in fine dicit, Judicem non peccare, si hoc faciat de licentiâ Episcopi, & idem tenet Peregr. de imm. eccl. cap. 13. n. 2. & 3. tamen prima opinio est vera, & possunt etiam opponi custodes in Ecclesia, ne reus ab ea aufugiat, donec cognoscatur, an reus gaudeat nec ne immunit. eccles. ita Farinac. in pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis. quæst. 28. n. 10. & in d. cap. 19. n. 299. Clarus in d. quæst. 30. n. 21. in fine, & Novarius d. tom. 1. d. tit. de imm. eccl. n. 19. licet etiam contrarium teneat Guidon Papa in d. dec. 121. n. 2. tamen prima opinio est vera, quam nonnulli declarant, procedere dummodo Judex laicus extra locum sacrum ponat custodiam, ne reus ab Ecclesia aufugiat. Delbene d. cap. 16. dubit. 27. n. 3. & 4. & dubit. 29. n. 7. & dubit. 30. n. 14. in fine, & Peregr. de immunit. eccles. cap. 13. n. 10. Sed Ecclesia non potest obsideri, ut alimenta non adspicientur confugienti ad eam. l. præsent. §. ex his ergo, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. Guid. Papa d. dec. 121. n. 2. Farinac. d. cap. 19. n. 295.

& 299. Covarruvias d. cap. 20. ver. trigésimo primo. Novarius d. tom. 1. d. tit. de immunit. eccles. n. 18. Danza in d. tit. de immunit. eccles. cap. 2. n. 15. & seq. Ambrosin. d. cap. 11. n. 7. Guazzin. ad defensionem reorum def. 1. cap. 32. n. 6. Peregr. in d. cap. 13. n. 9. Delbene in d. cap. 16. dubit. 29. Et Judex potest excommunicari, si impediatur, ne confugiens ad Ecclesiam alatur. Surdus de alimentis. tit. p. quæst. 73. n. 2. & tit. 9. quæst. 17. Et confugiens ad Ecclesiam si sit pauper, debet ali ab Ecclesia. gloss. in cap. finivit. ver. defendatur. 17. quæst. 4. Riccius in dec. 208. n. 9. part. 2. Surdus in d. tit. 1. d. quæst. 73. n. 1. Farinac. d. cap. 19. n. 196. Guazzin. d. def. 1. d. cap. 32. n. 4. Peregrin. d. cap. 13. n. 12. & Delbene d. dubit. 29. n. 2. & seq. Et quando reus extrahitur ab Ecclesia per Judicem laicum, an sit licitum ecclesiasticis resistere? vide Delbene d. cap. 16. dubit. 32. & 39. a n. 5. usque ad 13. & Sperellus in dec. 104. n. 29. & 30. part. 2.

Sed si forjudicatus reperiatur domi alicujus Clerici potest ab eâ extrahi, & capi, dum ibi non gaudet immunitate Ecclesiastica, Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de Clericis, & familia Clericorum, cap. 1. n. 26. & seq. & in tit. de immunit. Eccles. cap. 2. vide tamen Decianum in tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 16. Ambros. de immunit. eccles. cap. 10. n. 8. Maradei quotid. resol. cap. 179. n. 14. & Diana part. 3. tract. 1. resol. 71.

44 Et delinquens potest capi etiam in domo aliena, invito Domino domus, Foller. d. rubr. notatos capiat de persona, num. 9. & ibi Angelis in addit. num. 21. & 28. & seq. Grandis d. prædicamento ubi, quæst. 3. nu. 1. & Guazzin. ad defensionem reorum, def. 5. cap. 1. n. 23. ubi dicit, quod quis potest capi in domo propria; quod si ostium fuerit clausum, possunt satellites frangere ostium. Foller. ubi sup. num. 4. & Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis d. quæst. 27. num. 91. cum trib. seq. Immo si forjudicatus sit intus aliquam domum, & resistat Curia, satellites possunt comburere domum, & ipsi non tenentur de incendio, & non puniuntur nec poenâ ordinariâ, nec extraordinariâ, sed tantum tenentur ad interesse domino domus; si satellites sciebant domum esse alterius, quam forjudicati, ita Bursatus conf. 134. lib. 2. Sed quod satellites non teneantur neque ad interesse domino domus combustæ, tenent Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis questionibus, quæst. 103. num. 78. & Buccaronius de differentiis inter judic. civil. & crim. differ. 90. n. 9. & 10. Et licet quis carcerari non possit in domo propria, l. nemo 104. ff. de regulis juris, l. plerique, ff. de in jus vocando, Mausonius de causis executivis. ampliatur. 24. n. 1, tamen hoc procedit pro causa civili, secus pro criminali, §. quoniam, Authent. ut nulli judicium, gloss. in d. l. nemo. Et Costa in suis memorabilibus. ver. domus unicuique.

Et receptatores, & protectores bannitorum pari poenâ puniuntur, quam banniti, quia de eorum facinoribus complices sunt, & in Regno in casibus in quibus procedi potest ad modum belli contra principales delinquentes de

de quibus in prag. 10. §. 48. de officio Judicis, potest etiam procedi ad modum belli contra complices, ut probatur in d. prag. 10. d. §. 48. in fine. ver. comprehendo, & quando quis non gaudet indulto, neque ejus receptator illo gaudere debet, ut dictum est supra. cap. 18. post n. 1. Immo in indulto concesso 28. Junii 1658. fuit statutum, ut omnes banniti gaudeant indulto, & non molestentur, dato quod non habeant partium remissiones, & tamen a dicto indulto fuerunt exceptuati omnes protectores, & receptatores bannitorum. Et pluries contra dolosi receptantes bannitos & forjudicatos, fuit imposita pena mortis, ut dictum est supra d. cap. 18. n. 4. Et Barones tenentur de jure capere suos subditos bannitos & forjudicatos ut dictum est supra n. 16. & 19., & Baro possit ejus negligentiam potest Feudo privari. In fin. l. cum qui res. n. 4. Cod. de procurat.

45 Sed quaeritur, an Clerici possint sumere arma contra bannitos, & forjudicatos pro defensione Reipublicæ, & dicas, quod si Patria sit obsessa a bannitis, tunc possunt Clerici, si laicorum vires non sufficiant pugnare contra bannitos absque peccato, & metu irregularitatis, aliàs secus, Genuens. in pract. Arch. Neap. cap. 34. num. 16. in impressione facta de anno 1612. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de campana, cap. 1. num. 41. & seq. Sed Clericus potest impunè interficere bannitum laicum quoad poenam temporalem, sed non quoad irregularitatem, ut dixi supra cap. 17. nu. 8. & Clerici non possunt deferre arma, etiam contra prædones, Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. n. 24. & Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminibus, quæst. 108. num. 21. in fine. Sed clerici tenentur contribuere ad expensas pro extirpandis facinorosis hominibus, & pro defensione Regni ab infidelibus. Revert. dec. 36. n. 1. & 2.

S U M M A R I U M.

- E**ximens forjudicatum a manibus familiae Curiae, puniatur poenâ mortis, & in hoc an parentela excuset? num. 2. fallit in Cardinali, num. 3. Fallit etiam quando familia Curiae non habebat mandatum de capiendo, num. 7. Sed contrarium, n. 9. Fallit etiam quando carceratus erat injustè, & nulliter carceratus, num. 8. Sed eximens debitorem captum pro causa civili, tenetur creditori ad interesse, num. 4. Et aliâ poenâ puniatur, num. 5. Et an evadat dictam poenam, si deinde carceratum exemptum reducat ad carceres, n. 6.
- 10 Carcerari quis non potest absque mandato Judicis, fallit in forjudicato, n. 9. Fallit etiam, ut n. 10. 11. & 12.
- 13 Mandatum de capiendo non potest expediri absque voto assessoris, & neque potest expediri a Judice delegato.
- 14 Multitudo gentium, si delinquat, an puniatur?
- 15 Eximens equum a manibus familiae Curiae non puniatur.

- 16 Certiorantes forjudicatos, quod veniebant satellites ad ipsos capiendum, si propter hoc aufugiant, puniuntur.
- 17 Eximens se ipsum a familia Curiae, an puniatur?
- 18 Clericus captus a familia Judicis laici, potest impunè se eximere, & num. 19.
- 20 Vulnerans reum capiendum resistentem, an puniatur, n. 21. 22. & 24.
- 29 Officiali procedenti injustè, an sit licitum resistere.
- 25 Familia Curiae si relaxat captum, pecuniâ mediante, quâ poenâ puniatur?
- 26 Iudex absolvens condemnandos, quâ poenâ puniatur?
- 27 Carceratus quâ poenâ puniatur, si aufugiat forjudicatus? & num. 28. Et an possit alios substituere, & teneatur de facto ipsius substituti, & an excusetur presentando substitutum, ibid. n. 27.
- 29 Carcerati etiam pro debito civili non possunt excarcerari absque licentia Judicis.
- 30 Eximenter forjudicatos carceribus, puniuntur poenâ mortis, amplia duobus modis, n. 31. & 32. limita, ut n. 33.
- 34 Carceratus aufugiens a carceribus, vel tentans aufugere, quâ poenâ puniatur? & n. 35. Et quid si erat carceratus pro causa civili, n. 38. sed in quatuor casibus non puniatur, n. 36. 37. 39. & 41.
- 40 Carceratus aufugiens a carceribus cum fraudâ, tenetur ad refectionem damni, quod in effractione carceris, & vinculorum dedit, sed non tenetur ad interesse, quâ passus fuit Carcerarius ex ipsius fuga.
- 42 Aufugiens a carceribus habetur pro confesso, intellige, ut n. 44. & 46. & quod si ipse erat injustè carceratus, n. 42. & 43.
- 45 Carceratus aufugiens a carceribus, potest absens condemnari pro delicto, pro quo manebat carceratus.
- 47 Extrañus ab alio a manibus familiae Curiae, si aufugiat intus Ecclesiam, non gaudet ipsius immunitate.

C A P. • XX.

De poena eximentis forjudicatos à manibus familiae Curiae.



Eximens carceratum a manibus familiae Curiae, si carceratus sit convictus vel confessus vel condemnatus, eximens puniatur poenâ mortis, l. 4. in fine, ff. ad legem Juliam Majest. latè Caball. resolut. crim. casu 8. Guazzin. ad defensionem reorum def. 5. cap. 5. n. 6. cum plurib. num. seq. & Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 22. num. 2. cum plurib. seq. secus si Reus extrañus non sit confessus convictus vel condemnatus, quia tunc eximenseum a familia Curiae puniatur poenâ arbitrariâ, Farinac. dict. q. 32. n. 92. cum trib. seq.

seq. sed quia forjudicatus habetur pro confesso, & ac si per diffinitivam sententiam esset condemnatus, ut in Confit. Reg. pœnam eorum, ergo eximens forjudicatum a manibus familiæ Curie, punitur pœna mortis, & quidam, qui eximerunt carceratum non condemnatum, neque confessum pro crimine capitali intus Civitatem, vim, cum armis prohibitis inferendo Scribæ Fiscali, qui Reum caperat, fuerunt ad mortem condemnati, ut decifum refert. Sanfelic. dec. 44. & qui eximit condemnatum a manibus familiæ Curie, incidit in crimine læsæ Majestatis, l. cujusque, vers. item qui confessum, ff. ad l. Jul. Majest. Matthei. de indulto, cap. 39. num. 7. cum duob. seq. *Novarius in prag. 2. n. 51. de abolit. Marinis in observat. ad dec. Revert. 383. n. 2. & Danzi de pugna DD. tom. 1. tit. de falsa moneta, cap. 1. n. 151. ubi n. 152, dicit, quod eximens carceratum de falsa moneta, capite punitur.*

Et in casu exemptionis carcerati, parentela eximenti non alleviat pœnam. Rovit. prag. 4. num. 4. de recept. malefact. sed quod parentela eximenti alleviat pœnam, tenent Guazzin. d. def. 5. d. cap. 5. post n. 5. & 20. & seq. & nu. 29. Farin. pr. crim. tit. de carcerib. & carceratis, q. 30. num. 118. & Foller. pract. crim. rubr. pœnis debitis feriantur, nu. 108. & hæc ultima opinio mihi videtur magis æqua in judicando, quam etiam sequitur. Catalan. de indulto, cap. 40. nu. 63. qui loquitur in uxore eximente maritum, quæ non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria, Farinac. d. quæst. 32. num. 79. & Gomezius variarum resolutionum, lib. 3. cap. 9. nu. 12. & idem est in patre eximente filium carceratum; & è contra nam istis mitigatur pœna, Decianus tractat. crimin. lib. 7. cap. 11. num. 9. Sed etiam Cardinalis potest impunè eximere carceratos convictos, confessos, vel condemnatos, & potest condemnatum a morte liberare, dum ad mortem ducitur, Clar. pract. crim. §. fin. qu. 98. ver. ulterius quæro, & Catalan. d. cap. 40. n. 73. & seq. ubi nu. 75. dicit, quod Officialis donaus Cardinali illum, qui ducebatur ad mortem, non tenetur in sindicatu, & dicam infra cap. 26. n. 22.

Sed si quis sit carceratus pro debito civili, & tunc eximens eum a manibus familiæ Curie, tenetur parti ad interesse, l. quoties, C. de exact. trib. lib. 10. Catalan. de indulto, dict. cap. 40. nu. 122. Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 30. num. 107. & quæst. 32. num. 8. & Marfil. sing. 137. ubi dicit, idem esse in eo, qui dedit notitiam debitori, quod creditor volebat eum carcerare facere, & propter hoc aufugit, nam adhuc tenetur ad debitum creditoris Guazzin. dict. def. 5. cap. 5. num. 2. Garzia a Toledo in dict. 436. Farinac. d. q. 32. nu. 15. cum plurib. seq. *Et Novarius in prag. 5. n. 4. de recept. delinq. ubi n. 5. hoc limitat, si notificans sit consanguineus, vel valde amicus debitoris* Et receptans, vel occultans, debitorem, ne capiatur, adhuc tenetur creditori ad interesse, Catalanus de indulto dict. cap. 40. nu.

129. usque ad finem, & licet contrarium teneat Marf. in sing. 366. tamen primam opinionem sequuntur Jason. in l. 1. num. 18. ff. si quis jus dicenti, & Amendola ad Franch. dec. 442. num. 9. & 13. Et qui eximit debitorem captum de manibus Curie, tenetur creditori ad interesse, expensas, & debitum ac si pro ipso debitore fidejussisset, Bart. in rub. ff. ne quis eum, & ibi Alban. in Add. & Bal. in l. adictos, Cod. de Episcop. Audient. Sanfelic. dict. dec. 44. post num. 2. Farinac. d. quæst. 30. num. 107. & d. quæst. 32. n. 9. & 10. & Caball. d. casu 8. num. 22. ubi nu. 24. dicit, quod si plures sint eximentes, omnes tenentur in solidum, sequitur Farinac. dict. quæst. 30. nu. 108. & Sanfelic. d. dec. 44. & eximens carceratum pro debito civili, tenetur creditori ad interesse, dato, quod extractus rediret ad carceres, Catalan. de indulto d. cap. 40. num. 125. Farinac. d. quæst. 30. num. 111. d. quæst. 31. num. 68. & d. quæst. 12. num. 14. Neap. in cap. Reg. 132. num. 14. *Amendola ad Franch. dec. 442. n. 14. Magon in dec. Lucensi, 90. n. 4. & Boer. in dec. 217. n. 12. ubi n. 13. dicit, quod eximens tenetur ad debitum, non facta discussione cum principali debitore exempto, sed quod si debitor exemptus redeat ad carceres, eximens non teneatur ad interesse creditori, nisi inter tempus exemptionis, & exhibitionis mutatio status debitoris exempti consideretur, dicit Marinis in observat. ad dec. Reverter. 383. n. 2.*

Et eximens carceratum de manibus familiæ Curie, qui erat carceratus pro causa civili, ultra solutionem debiti condemnatur ad Regias triremes per biennium, Franchis dec. 442. sed apud Guid. Papam decif. 579. eximens carceratum pro causa civili fuit condemnatus pœna pecuniaria, & ad interesse parti, & apud Vivium dec. 92. eximens carceratum pro causa civili fuit condemnatus in exilium per biennium, & apud Caravita ritu 160. num. 2. in fine, eximentes carceratum pro causa civili, fuerunt de ordine Proregis suspensi, & eorum cada. vera divisa in quatuor partes, Capyc. Latro dec. 76. Sanfelic. decif. 44. nu. 2. Clarus. pract. crim. §. fin. quæst. 68. ver. eximens, & Amend. ad Franchis dec. 442. n. 4. sed hoc fuit motu proprio Proregis, & non quod sic esset de jure, Guazzinus d. def. 5. d. cap. 5. num. 13. & Farinac. d. quæst. 32. num. 7. in fine, sed alii tenent, quod eximens carceratum pro debito civili à carceribus, vel a manibus familiæ Curie ultra solutionem debiti punitur pœna arbitraria, Farinac. d. quæst. 30. n. 112. & d. q. 32. n. 7.

Sed eximens carceratum pro debito civili a manibus Curie, evadit pœnam, si illum deinde ad carceres reducit, Gomez. §. pœnales. Inst. de actionib. nu. 49. sed contrarium tenent Magon. dec. Lucensi 90. num. 4. Farin. pract. crim. tit. de carcere, quæst. 32. nu. 14. Catalanus d. cap. 40. num. 125. & Novarius dec. Regiæ Audientiæ Apulæ 96. & hæc ultima opinio confirmatur per tex. in l. commissum, C. ad leg. Jul. de adulter. in l. qui vas, ubi Bart. & in l. qui ea mente ff. de fur.

furtis, & licet Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 115. n. 8. dicat, poenam exemptionis cessare, quando exemptus post exemptionem comparet, tamen in observat. ad Revert. 383. nu. 2. in fine, dicit, quod eximens debitorem carceratum, non evadit poenam, si deinde illum exhibeat.

Sed si quis eximat carceratum à manibus familiæ Curiae, quæ non habebat mandatum Judicis de capiendo carceratum, non punitur, Farinac. d. quæst. 32. n. 33. & Riccius dec. 300. p. 3. ubi decis. seq. dicit, quod in dubio præsumitur, familiam capere carceratum absque mandato Judicis, si non constet de tali mandato. Immo ut eximens carceratum de manibus Curiae, puniri possit, est necesse, ut sit probatum, quod habuit notitiam mandati de capiendo exemptum. *Marinis in d. cap. 115.* Sic etiam, quis potest impunè resistere, quando non adest mandatum Judicis de capiendo, Clar. §. fin. q. 29. in princ. Guazzin. d. def. 5. cap. 4. post nu. 25. & Farinac. d. quæst. 32. n. 31. & seq. & dictum mandatum Judicis de capiendo reum debet probari per scripturas, & non per testes, aliàs resistens, non punitur, Arnono in cautela 71. Et a fortiori non creditur cursoribus, & Nunciis absque literis Judicis in capiendo aliquem, dicentibus habuisse mandatum à Iudice oretenus. *Mascard. de probat. conclus. 291. n. 27. & conclus. 1120. n. 22. proat etiam asserenti se venire cum mandatis secretis Principis, non est credendum, nisi rescriptum Principis manus subscriptum producat. l. 1. Cod. de mandat. Princip., & Catal. de indulto. cap. 36. n. 197. Et non creditur Nunciis Principis sine literis, & his volentibus aliorum bona capere sine dictis literis, potest de facto resisti l. prohibitum Cod. de jure Fisci. lib. x.* Idem est quando familia Curiae vult aliquem iniuste carcerare, nam carcerandus potest impunè resistere, Grammat. dec. 41. n. 2. & in voto 40. n. 7. licet aliqui teneant, quod si iniuste carcerandus resistat, possit puniri, ut tenet Foller. pract. crim. rub. notatos capiat de persona, nu. 17. tamen prima opinio est vera, Farinac. dict. quæst. 32. n. 29. & seq. & Guazzin. d. def. 5. c. 4. n. 7. ubi n. 8. connumerat plures casus, in quibus dicitur, captura notoriè injusta,

8 Et licet Marfil. in pract. crim. §. opportunè nu. 20. & Catalan. d. cap. 40. n. 123. dicant, quod eximens carceratum à manibus familiæ Curiae, qui carceratus fuit captus pro debito non vero, eximens poenam non evadat, tamen loquitur quando debitum pro parte non est verum, secus si in totum non sit verum, quia tunc eximens non punitur, idem l. 1. n. 79. ff. ad legem Corn. de Sycariis, sed alii tenent, quod eximens carceratum pre causa civili à carceribus, vel à manibus familiæ Curiae tenetur ad debitum, dato, quod exemptus non esset debitor, & eximenti, non datur facultas probandi, quod ipse non erat debitor, ita Farinac. d. q. 30. n. 109. & seq. & d. qu. 32. n. 11. cum duob. seq. ubi tamen dicit hoc procedere, quando debitor fuit captus juxta ordine servato, & si,

tè & rectè, aliàs si iniuste, vel non ritè, & rectè carceratus prout etiam est, nam eximens notoriè nulliter carcerum à manibus familiæ Curiae, non punitur, Novarius dec. Regiæ Audientiae Apuleæ 78. & Catalan. d. cap. 40. n. 124. latè Guazzin. d. def. 5. d. cap. 5. n. 22. cum trib. n. sequentib. Prout, neque punitur eximens indebitè carceratum à manibus familiæ Curiae, Clar. d. §. fin. qu. 29. ver. sed quid, Catalan. d. cap. 40. nu. 107. cum duob. n. seq. & Farinac. d. §. quæst. 32. n. 66. cum plur. seq. ubi n. 78. dicit, quod de iniustitia capturæ constare debet, ut eximens non puniatur, aliàs punitur; Et etiam Clerici possunt eripere iniuste condemnatum à manibus familiæ Curiae, Foller. pract. crim. rub. poenis debitis feriantur, n. 11. Farinac. d. quæst. 32. n. 67. & Marf. in l. 1. n. 80. ff. ad leg. Corn. de Sycariis, ubi n. seq. dicit, quod quis potest illegitimè condemnatum, & indebitè ductum ad mortem, eripere à manibus familiæ Curiae impunè, & idem tenet Farinac. d. quæst. 32. n. 66. ubi n. 76. dicit, quod si quis eripiat à manibus familiæ Curiae eum, qui ducitur ad supplicium, pendente appellatione, non punitur, & dicam infra n. 23.

9 Sed quia forjudicatus à quocunque capi potest, etiam absque mandato Judicis, ut dixi supra cap. præcedenti, n. 22. 24. & 25. Ideo eximens illū à manibus familiæ Curiae, punitur poena mortis, dato, quod capiens non habeat mandatum de capiendo à Iudice, Farina. d. qu. 32. n. 76. & in delictis atrocioribus quis potest carcerari absque mandato Judicis, Faber. dec. 2. C. de exhibend. reis, Ricciu. collect. 830. & Guazzin. d. def. 5. ca. 1. post n. 17. Prout est in crimine falsæ monetæ, nam falsificans monetam, potest capi absque mandato Judicis, Catalan. de indulto, cap. 28. n. 59. ubi n. 69. dicit, quod eximens carceratum pro falsa monetâ, capite punitur.

10 Et licet quis non possit aliquem carcerare absque mandato Judicis, ut diximus supra cap. præcedenti nu. 24. & quis non possit aliquem carcerare propria auctoritate, etiam si sit ejus vassallus, tamen si Officialis sit absens, & quis committat crimen publicum, tunc potest capi à privato, & per duos dies detineri, & deinde capiens tenetur carceratum mittere ad Officialem, cap. Reg. amplius, sed de jure communi potest detineri per viginti horas, Nigris in d. cap. Reg. amplius, n. 4. & Farinac. pract. crim. d. tit. de carceribus, & carceratis, q. 27. n. 21. & seq.

11 Sic etiam si quis reperiatur delinquere in fraganti crimine, tunc potest capi à familia Curiae absque mandato Judicis, l. si fugitivi, C. de servis fugitivis, l. qui fiscales, C. de naviculariis, lib. 11. l. si quis, C. de cursu publico, lib. 12. Caravita ritu 39. n. 7. Riccius coll. 830. & Guazzin. d. def. 5. cap. 8. n. 1. & cap. 9. n. 4. Immo delinquens repertus in fraganti crimine delinquere, non solum potest capi à familia Curiae absque mandato Judicis, sed etiam potest capi à quocunque pri-

privato, Boff. pract. crim. tit. de captura, n. 11. & hoc sive agatur de delicto publico, sive privato, Guazzin. d. def. 5. cap. 9. n. 4. & d. def. 5. cap. 1. n. 14. ubi dicit, quod etiam pars potest capere delinquentem in fragranti crimine repertum delinquere, sed idem Guazzin. d. def. 5. cap. 3. n. 28. dicit, quod tunc quis potest capi in fragranti crimine repertus delinquere absque mandato Judicis à familia Curie, vel à privata persona, quando delictum sit tale, pro quo possit poena corporalis irrogari, ubi in fine dicit, quod Judex non potest, propriis manibus delinquentem capere, quod secus est in Regno nostro, per prag. 1. de persequend. malef. & per prag. 1. §. 5. de exulib. & captus in fragranti crimine repertus delinquere absque mandato Judicis, debet portari ad Judicem, l. raptos, C. de Episcop. & Clericis, Guazzin. d. def. 5. cap. 8. n. 1. & cap. 9. n. 4. Et quod sit licitum personis privatis capere delinquentem repertum in fragranti crimine delinquere absque mandato Judicis, est tex. in l. 3. ff. de furtis, & in l. defensores, C. de defensoribus Civit. Immo clericus repertus delinquere in fragranti crimine, potest capi à quocunque etiam privato absque mandato Judicis Ecclesiastici, Clar. pract. crim. §. fin. quest. 28. ver. si vero, Guazz. in dicta def. 5. cap. 1. n. 15. & cap. 9. n. 5. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 43. n. 18. & Grassus de effect. Cler. effect. 1. n. 539. ubi n. seq. dicit, hoc procedere, dato, quod non adsit fugæ suspicio, rejecta opinione Menoch. de arbitrari. jud. casu 180. n. 22. contrarium tenentis, & à fortiori Clericus potest capi à laico, quando timetur de fuga, ita Boff. pract. crimin. tit. de captura, n. 38. *Sed persona privata non compellitur delinquentem in fragranti crimine capere. Affli. in Const. Regni Justitiarum non per Kalendas post n. 10. & dictum est supra cap. 19. nu. 20., unde adstantes denegantes auxilium vulnerato, qui vulnerantem ad carceres ducere volebat, & ex hoc vulnerans aufugit propter auxilium ipsi denegatum, non puniuntur. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 29.*

22 Et licet debitor non possit capi à suo creditore absque mandato Judicis, aliis creditor puniatur, ut in cap. Reg. quod nulli, & in alio cap. Reg. contra effrenatas, tamen si debitor sit fugitivus, tunc potest capi, etiam die feriato à suo creditore absque mandato Judicis, l. ait prator, §. debitorem, ff. quæ in fraudem creditorum, immo Clericus fugitivus potest capi à suo creditore absque mandato Judicis Ecclesiastici, & non incurrit in poenam excommunicationis, dum modo Clericum statim præsentet coram Judice Ecclesiastico, Grass. d. eff. 1. n. 550. quod si debitor fugitivus telo se defendat, & resistat, potest impunè interfici à creditore, Marfil. in l. 1. n. 106. ff. ad legem Cornel. de Sycariis.

23 Gubernator non potest expedire mandatum de aliquem capiendo absque voto assessoris, cap. Reg. 280. & Carrab. de sindic. p. 2. n. 160. *Et Thorus in Cod. rerum jud. ca.*

su 60. miscel. 14. n. 99. Quod si Gubernator vellet procedere ad carcerationem contra aliquem injustè, assessor tenetur resistere, & denunciare Superioribus, aliàs punitur poena medietatis salarii, & alià poenâ arbitraria, cap. Reg. 43. & 280. Sic etiam neque Judex delegatus potest facere mandatum de aliquem capiendo, Maranta in sua pract. par. 4. dist. 5. n. 58. Marfil. pract. crim. §. attin-gam, n. 77. Farinac. d. quest. 27. n. 7. & Merolla in Theologia morali, lib. 3. disput. 7. cap. 3. num. 37. qui hoc limitat in delegato Principis. Et Judex non potest expedire mandatum de capiendo aliquem, nisi prius viso processu, prag. 5. §. 6. de off. Magist. Justit. & Thorus in d. miscellan. 14. n. 100.

14 Quando quis a multitudine gentium est extractus a manibus familie Curie, non omnes, sed tantum principales extrahentes, & non alii puniuntur, Bursatus conf. 65. n. 9. vol. 1. & Guazzin. d. def. 5. cap. 5. n. 26. sed Foller. pract. crim. rub. poenis debitis feriantur, n. 35. dicit, quod si deliberato consilio, à multitudine hominum sit commissum homicidium, omnes tenentur de occiso, sed veritas est, quod quando multitudo hominum delinquit, licet de rigore juris omnes puniri possint, tamen de æquitate, ut pax non turberetur, principales, & auctores rixæ puniri solent, parcendo multitudini, cap. fin. ubi DD. de transact. Ponte de potestate Proregis, tit. 1. in princip. n. 9. & Clarus pract. crim. §. fin. qu. 60. ver. allegatur etiam, & multitudo delinquentium est causa abolitionis, & indulgentiæ concedendæ, Catalan. de indulto, qu. 5. n. 26. & seq. & quod multitudo delinquentium excuset à poena ordinaria, docet gloss. in l. aut facta, §. fin. ff. de poenis, & in cap. dilectus de simonia, Affli. in Constit. Regn. ut delicti fines in 1. not. Carrer. pract. crim. tit. de homicidio, ver. quartodecimo excusat, fol. mihi 214. & Farinac. pract. crim. tit. de poenis temperandis, qu. 96. n. 1. cum plurib. seq. ubi n. 8. hoc limitat in authore delicti, qui est puniendus poena ordinaria, *Et in generali abolitione, & indulgentia Principis facta in favorem bannitorum, non comprehenduntur capitales illorum, nisi de eis sit facta expressa mentio. Palma in sua practica part. 1. glossa 20. n. 47. Sic etiam multitudo delinquentium in crimine hæresis non facit hæreticos mitius punire. Farinac. de hæresi quest. 187. §. 1. n. 32.*

16 Et qui certioravit bannitis, quod satelliter veniebant ad eos capiendum, & propter hoc banniti aufugiant, in hoc casu, qui certioravit, punitur poena extraordinaria, Bajard. ad Clarum, §. fin. qu. 68. n. 43. Guazzin. d. def. 5. d. cap. 5. n. 18. & Farinac. d. q. 32. n. 19. Et dicitur quem receptasse forjudicatum, si accepta pecuniâ, faciat aufugere forjudicatum, Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, ver. post vero maleficio, n. 39. fol. mihi 130.

17 Sed si quis aufugiens se liberat a satellitibus absque resistentia cum armis, nulla poena punitur. Guazzin. d. def. 5. cap. 4. n. 2.

H h

Si

Si vero postquam quis est in manibus familiae Curiae violenter se eximat a manibus satellitum, punitur poena extraordinaria, Guazzin. d. def. 5. cap. 4. n. 3. cum duob. n. seq. Clar. §. fin. quæst. 29. ver. quero etiam, Boff. pract. crim. tit. de captura, n. 19. Catalan. de indulto, cap. 40. n. 106. Riccius dec. 103. par. 3. & Farinac. d. qu. 32. à n. 22. usq; ad n. 28. Sed Clericus captus à Curia seculari, potest impunè se eximere à manibus dictæ Curiae secularis, Guazzin. ad defensionem reorum, def. 1. cap. 2. n. 2. & Farinac. in pract. crim. in tit. de inquisit. qu. 8. n. 115. & in tit. de carceribus, & carceratis, qu. 32. n. 72. Et Clericus si ducatur captus per Officiales laicos, potest de facto ab eorum manibus auferri, Guid. Papa dec. 73. n. 2. Grass. de eff. Cler. eff. 1. n. 367. & Alex. Sperellus in dec. 126. n. 89. part. 2. & eximens Clericum captum à Judice seculari non punitur, Duenas reg. 181. in 2. lim. & Farinac. d. qu. 32. n. 72. Et meritò Clericus, percussit satellitem laicum, qui antea percusserat ipsum volens eum carcerare uti laicum, fuit liberatus per Judicem Ecclesiasticum, Ricc. dec. 299. p. 3.

20 Et reus fugiens à familia Curiae, si vulneretur, vulnerans non punitur, Garzia à Toletto in dicto 320. & Riccius coll. 2100. in princip. seq. contrarium tenent Caball. resolut. crim. casu 132. post n. 4. & 5. & Farinac. d. quæst. 32. n. 43. & seq. Et quando carceratus non permittit se capi, & se defendat, familia Curiae potest impunè eum occidere, l. si servus, ubi Bartol. & alii, C. de his, qui ad Ecclesiam confug. & in l. quem admodum, §. fin. ff. ad legem Aquil. Bald. in l. 1. C. unde vi, Cabal. de omni genere homicidii, n. 91. Clar. §. fin. qu. 29. in princip. Grammat. dec. 41. Marf. in l. 1. n. 78. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, Cabal. resolut. crim. casu 132. n. 1. cum duob. n. seq. latè Guazzin. d. def. 5. cap. 6. n. 12. cum plur. seq. Foller. pract. crim. rub. notatos capiat de persona, n. 7. Gomeſius variat. resolut. lib. 3. cap. 9. n. 6. & Farinac. d. qu. 32. n. 39. ubi à n. 49. usque ad n. 52. dicit hoc procedere etiam si à Judice hoc non habeat in mandatis. Intellige si carcerandus sit inquisitus de delicto capitali, Monticel. pract. crim. reg. 12. n. 28. & Farinacius in d. quæst. 32. n. 55. & seq. tenet contrarium, scilicet, quod inquisitus etiam pro delicto non capitali, si resistat, potest impunè offendi, & occidi à familia Curiae. Intellige etiam, si familia Curiae iuste procedat, & cum moderamine inculpatae tutelæ, aliàs punitur pro excessu, Guazzin. d. def. 5. cap. 6. n. 15. & seq. & n. 18. cum pluribus numeris sequentibus, Clar. d. qu. 29. in princ. & Marf. d. l. 1. post n. 78. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, & in pract. crim. §. diligenter, n. 55. Sed quodd non puniatur de excessu, dicit Boff. d. tit. de captura, n. 12. sed prima opinio est vera, & sic quodd puniatur de excessu, Cabal. d. casu 132. n. 4. Samfel. dec. 257. & Farinac. d. quæst. 32. n. 40. cum duob. seq.

21 Sed licet familia Curiae vulnerans Reum

fugientem non puniatur, ut diximus, tamen si vulnerat Reum fugientem, qui ceciderat in terram; & postquam cecidit in terram, eum vulneravit, in hoc casu vulnerans punitur, Grammat. d. dec. 41. Guazzin. d. def. 5. cap. 6. n. 12. & 16. & Farinac. d. qu. 32. num. 48.

22 Sed si familia Curiae velit carcerare aliquem absque mandato Judicis, & capiendus resistens sit vulneratus à dicta familia, & in hoc casu familia punitur, secus si habeat mandatum Judicis de capiendo, licet mandatum esset injustum, Farinac. d. qu. 32. n. 46. & seq. Cabal. d. casu 132. n. 6. cum plur. num. seq. ubi n. 9. dicit quodd Officiali procedenti injuste, & de facto impunè resisti potest, sed nu. 11. dicit quodd Officiali procedenti, tanquam Judici, neque licet impunè resistere, nisi vellet inferre gravamen irreparabile, & n. 13. dicit quodd resistentia contra Officialem ob injustam executionem permessa est in subsidium tantum, & quodd licitum sit resistere Officiali volenti procedere de facto, & inferre aliquod præjudicium irreparabile, Clarus §. fin. quæst. 29. ver. sed hic incidenter, & Farinacius d. quæst. 32. à n. 88. usque ad n. 121. Et Officiali de facto & injuste procedenti ad capturam alicujus potest impunè de jure resisti l. prohibitum, & l. defensionis faculeas. Cod. de jure Fisci lib. x. & Grammat. in cons. crim. §. 1. n. 1. ubi n. 2. & 3. dicit quodd si Judex mandat aliquem capi, juris ordine servato, tunc si capiendus se defendat, & evadit manus Curiae, non dicitur resistere, sed se defendere, & potest talis resistentia fieri per quemlibet, cujus interest & possunt in hujusmodi resistentia convocari amici, & conjuncti, qui aliàs possent absque convocatione occurrere ad resistendum.

Hinc est, quodd si consanguinei, & amici resistent Judici, qui vult contra consanguineum executioni demandare sententiam, a qua est appellatum, non puniuntur, Marf. in tract. de bannitis, vers. carcerati, n. 19. in l. 1. n. 79. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, & in pract. crim. §. diligenter, n. 52. & in l. 1. n. 16. in fine ff. de questionibus. Bald. in l. ad dictos, n. 3. c. de Episcop. audient. Carrer. in pract. crim. in tit. de homicidio. ver. circa itaque. n. 42. Palma in pract. part. 1. gloss. 15. n. 50. Gizzarell. dec. 15. n. 2. Arnono comment. 29. Catalan. de indulto, cap. 12. n. 113. & cap. 40. n. 64. cum duob. seq. & Farinac. d. quæst. 32. n. 76. & 108. & in tit. de variis, ac diversis questionibus, quæst. 101. n. 6. Sic etiam si Judex velit aliquem injuste torquere, in hoc casu potest Judici impunè resisti, de Marf. d. §. diligenter, n. 54. & d. ver. carcerati, n. 20. & in l. 1. n. 82. ff. ad legem Cornel. de Sycariis, & in d. l. 1. n. 15. ff. de questionibus. puta si Judex velit personam privilegiatam torquere, quæ de jure torqueri non possit, Marf. d. pract. crim. §. expedita, n. 28. & Farinac. pract. crim. tit. de indiciis, & tortura, quæst. 41. n. 99. & idem est, si Judex velit aliquem torquere non præcedentibus legitimis indiciis, nam tunc ipsi potest impunè resisti, Farinac. d. tit. de indiciis

- ciis, & tortura, quæst. 27. n. 117. citat Monticellum in pract. crim. reg. 10. n. 19.
- 24 Et quod diximus, familiam Curie puniri de excessu, intellige, quando familia vult capere simplicem inquisitum, & contumacem, secus si vult capere forjudicatum, quia tunc non punitur de excessu, nam forjudicatus potest occidi à capientibus, etiam si non resistat, Caball. d. casu 132. n. 5. in fine, & Guazzin. d. def. 5. c. 6. n. 17. & Angel. ad pract. Foller. rub. notatos capiat de persona, nu. 27. dicit quod si quis possit capi vivus, vel mortuus, & satellites eum occidant, non puniuntur. citat Caball. d. casu 132. n. 5. in fine, sed ad Angelis dicit ibi, quod satellites debeant prius curare, ut eum capiant vivum, citat Cavalcan. de brachio Regio, par. 2. n. 60. nam si ex impetu eum occidant, tenentur de homicidio, Facchin. contr. juris, lib. 9. ar. 73. & Angelis, ubi sup. quod non puto verum in forjudicato, ex supra dictis cap. 17. n. 11. cum plur. n. seq. & faciunt dicta per Farinac. d. q. 32. n. 44. & in tit. de variis, ac diversis questionibus, qu. 102. à nu. 144. usque ad nu. 171. ubi dicit, quod bannitus potest impunè occidi, etiam, quod occidens illum potuerit capere, & vivum ducere ad carceres.
- 25 Quod si familia Curie capiat inquisitum, & postea eum relaxat, pecuniâ mediante, privatur officio, & pœnâ extraordinariâ punitur, & quidam fuit privatus suo officio, & condemnatus in exilium per septennium, Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 27. n. 5. & seq. & Vivins dec. 202. n. 2. cum duob. n. seq. sed Guazzin. ad defensionem reorum, d. def. 5. cap. 6. n. 23. dicit, quod si birruarii permittant captum ab eorum manibus evadere, si sit captus pro causâ capitali, birruarii debent puniri eadem pœnâ capitali, si verò sit captus pro causa civili, & tunc alia pœna puniuntur, citat Menoch. de arbit. jud. casu 583. n. 7. lib. 2. sed Guazz. d. def. 5. cap. 1. n. 29. in fine dicit, quod si birruarii permittant, Reum aufugere, debent puniri tanquàm fures, & quidam Capitaneus Guardie, qui ceperat forjudicatum, & eum dimisit, fuit condemnatus in exilium per triennium, ad interesse partis, & Fisci, & quod amplius non exerceat. Thor. in suppl. dec. 1. vers. Officialis, fol. 453. nam Judex si relaxat eum, qui de jure relaxandus non est punitur, & tenetur ad interesse partis, vel Fisci, Angel. de malef. ver. quod fama publica, n. 90. & Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 27. n. 148. sed si familia Curie dimittat in justè carceratum, non punitur, Guazzin. d. def. 5. cap. 4. n. 18.
- 26 Sed Officialis dimittens carceratum absquè causâ, si carceratus erat confessus de crimine, Officialis tenetur crimine læsæ Majestatis, Angel. in l. ne quis, ff. de cost. reor. sequitur Foller. pr. cr. rub. pœnis debitis feriantur, n. 104. sed Judex, qui judicat contra legem non committit crimen læsæ Majestatis, l. 1. C. ad legem Juliam Majestatis. Et Judex, qui delinquentem dimittit, dicitur punire innoxios pro noxiis, Rovit. prag.

1. n. 22. de pœnis, ubi dicit, quod Judex absolvens condemnandos, & condemnans absolvendos, punitur eadem pœnâ quâ delinquens puniri debebat, & impunitas alicujus delinquentis multos alios morti tradit. Rovit. ubi supra d. prag. 1. n. 7. de pœnis, & Judex negligens punire malefactores, punitur eadem pœnâ, quâ delinquens puniri debebat, l. fin. ubi Salyc. G. ne sanctif. Battif. reiteret, & est cap. Reg. pridem. Et Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 4. n. 8. in fine. ubi n. 2. ex autoritate D. Augustini dicit, quod quando Judex delinquentem debet pœnâ punire negligit, peior est ipso delinquente, & nulla major victima Deo mandari potest, quam ut iniqui puniantur. Paulus de Castro in l. 3. Cod. de Episcop. audient. & Farinac. in d. n. 2. & Judex dissimulans, vel non dans condignam pœnam, eadem pœnâ tenetur l. servos, §. fin. ubi DD. C. ad l. Julianam de vi pul. Capiblanc. de Baronib. prag. 6. n. 7. & Foller. pract. crim. rub. studeat se ornare, n. 23. Et quando Judex dissimulat pœnam imponere delinquenti, punitur amissionè omnium suorum bonorum, l. 1. ubi gloss. & Bart. C. de desert. lib. 10. & debet acriter puniri, Bart. in l. 1. & 2. C. de public. l. 1. lib. 12. & Rex Carolus Secundus fecit suspendere quendam Officialem, qui pro homicidio imposuit pœnam manus, cum debeat imponere pœnam mortis, Iser. in tit. quæ sint regalia, ver. bona committentium, col. 2. Afflic. in Const. Reg. pœnam eorum. n. 49. Palma in pract. par. 1. gloss. 25. n. 38. & Capibl. d. prag. 6. n. 8. Et Rex Cambises fecit decoricare quemdam Judicem, injustum, & pellem extendi supra Cathedram, ubi filius, qui ei successit in officio, debebat sedere, ut patris pellem videns exemplum acciperet, ne maios liberandi, nec bonos condemnandi voluntatem haberet, & his carminibus.

Sede sedens justâ Judex justissimus istâ,
Sit lucerna tibi lux, lux, pelliq; paterna.

Et Manibus rescās munus ab aure preces.
Ita narrat Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. Historiarum, sequitur Nigris in cap. Reg. pridem, n. 7. & Capiblanc. d. prag. 6. n. 8. Et Judex in pœnis imponendis non debet esse clementior lege, §. oportet autem, ver. neque videri, Auth. de Judicib. sed debet esse contentus pœnis legibus comprehensis, Rovit. d. prag. 1. n. 26. de pœnis, & Officialis non torquens de jure torquendum, punitur, Farinac. pract. crim. tit. de iudiciis, & tortura, quæst. 37. n. 148. & sicut Judex non debet esse clementior lege, ut diximus, ita & è contrâ non debet esse lege severior, Tiraquel. de pœnis temporandis in præfatione, nu. 3. & Sperellus dec. 105. n. 2. p. 2.

27 Advertas, quod si forjudicatus aufugiat à carceribus culpâ carcerarii, carcerarius de jure communi punitur pœnâ arbitrariâ, & privatur officio, l. carceri, & l. fin. ff. de custod. reorum, Garzia Toletio in disto. 159. & latè Farinac. d. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 21. à n. 1. cum plur. seq. sed de jure Regni punitur pœnâ carceris per unum annum, & ejus bona publicantur, ut in

- Const. Reg. Custodes, sed si fraude, & dolo carcerarii aufugiat carceratus, & tunc carcerarius punitur pœnâ capitali, d.l.fin. ff. de custod. reorum, & Grammat. voto 29. n. 2. & sic punitur eadem pœnâ, quâ puniretur carceratus, l. ad conventariensem, C. de custod. reorum, Foller. in fragmentis, n. 163. & latè Anna consil. 31. & Farinac. d. quæst. 31. à n. 1. cum plurib. seq. sed si carceratus pro debito civili aufugiat culpâ carcerarii, carcerarius tenetur ad debitum, l. quoties, C. de exact. tribut. lib. 10. & Mausonius de causis exequutivis, ampliat. 25. Et tenetur carcerarius de latâ culpâ, Grammat. d. vot. 29. sed non tenetur de casu fortuito, d.l.fin. ver. ergo, ff. de custod. reorum; sed semper est præsumptio contrâ custodem, d.l.fin. ver. ergo. Guazzin. ad defensam reorum, def. 6. cap. 1. n. 83. Mausonius d. ampliat. 25. n. 12. & Farinac. d. quæst. 31. n. 19. & seq. Et carcerarius tenetur de facto substituti, d. l. ad conventariensem, & d.l.fin. Farinac. d. quæst. 31. n. 49. & seq. Grammat. in vot. 29. Boer. in dec. 216. n. 3. & in dec. 217. n. 4. & Thor. in compend. dec. tom. 1. ver. custos. fol. 138. Et carcerarius non excusatur præsentando substitutum, Grammat. d. voto 29. n. 9. cum plurib. seq. Rovit. dec. 70. n. 23. & Farinac. d. q. 31. n. 15. & Marinis in observat. ad Revert. 325. n. 1. Sed quando carcerarius substituit personam idoneam, & tunc non tenetur de facto substituti, Mastril. dec. 276. & Farinac. d. q. 31. n. 55. & ita decifum testatur Sanfelice. dec. 46. & idem est, si substitutus non sit creatus à carcerario, sed à Judice, quia tunc carcerarius non tenetur de facto substituti, Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, qu. 24. n. 87. & seq. & Menoch. casu 302. n. 8. & carcerarius potest alium ejus loco substituere absque consensu Judicis, glos. in Clem. 1. §. fane in fine per illum textum vers. subdelegare de hæreticis. & Rovit. in rub. de carcerariis n. 2.
- 28 Sed carcerarius non tenetur de fugâ carcerati, quando captura est nulla, Farinac. d. quæst. 31. n. 152. & Marsil. de bannitis vers. carcerati, n. 18. ubi n. 23. dicit, quod carcerarius non potest eum, qui indebitè fuit carceratus, relaxare absque licentiâ Judicis, ubi n. 37. dicit quod si sunt duo carcerarii, & unus aufugiat cum carceratis, alius carcerarius ad nihil tenetur, & idem tenet Farinac. d. quæst. 31. n. 161. Et Boerius in dec. 217. n. 7. intellige quando ambo fuerunt creati custodes carceris à Judice, secus si ille qui aufugit cum carceratis fuit creatus concussos ab alio custode, quia tunc ille tenetur de facto substituti. Marinis ad dec. Revert. 104. num. 2.
- 29 Et carcerati non possunt excarcerari, absque licentiâ Judicis, Vivius decif. 202. & Carraba in sing. 47. quod procedit etiam, si sint carcerati, pro debito pecuniario, Balbus decif. 33. & hoc etiam accedente consensu creditoris, Riccius coll. 830. Vivius dec. 262. Novarius in collect. super prag. 31. n. 2. de off. Magistri Justit. Carzia à Toletto in dicto 438. Capibl. prag. 7. n. 24. Et Boerius decif.
217. nu. 24. Immo Præses Regia Audientia non potest excarcerare carceratos qui sunt descripti in libro carceratorum absque voto d. Reg. Audientia. prag. 10. §. 34. de officio Judicum. Et Custos carceris ad quid teneatur ex fugâ carcerati, & quomodo puniatur, latè axaminat Farinac. tit. de carcerib. & carceratis, q. 31. per totam.
- 30 Et à fortiori, eximens forjudicatum à carceribus, punitur pœnâ mortis, nam eximens carceratum à carceribus punitur pœna mortis, & hoc sive extractus sit confessus, convictus, vel condemnatus, sive non, Cavalcanus de brachio Regio, part. 2. n. 106. & seq. Farinac. pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis, quæst. 30. n. 92. & 101. & Guazzin. ad defens. reorum def. 5. cap. 5. n. 6. & 11.
- 31 Et auxiliares, fautores, & consulentes ad eximendum captum à familiâ Curie ab eorum manibus, vel à carceribus puniuntur eadem pœnâ, quâ puniuntur principales eximentes, Farinac. d. quæst. 30. n. 97. Bertazzol. consil. 35. n. 16. & seq. qui loquitur in subministrante instrumenta carcerato, apta ad rumpendum carceres, idem tenent Caball. resolut. crim. casu 8. n. 18. & Guazzin. d. def. 5. cap. 5. n. 18. ubi n. 19. dicit quod dictum est de eximente carceratum à carceribus, procedit etiam in eximente detentum in palatio camerâ, domi vel alio loco, in carcerem à Judice assignato carcerato.
- 32 Sed si quis eximat à carceribus eum, qui fuit injuste carceratus, eximens non punitur, l. 1. §. Offilius, cum duob. ll. seq. ff. ne quis, eum, qui. Boss. pract. crim. tit. de captura, n. 5. & 7. Catalan. de indulto, d. cap. 40. n. 81. & seq. & Farinac. d. quæst. 30. n. 113.
- 34 Carceratus eximens se ipsum à carceribus, cum fracturâ carceris, punitur pœnâ mortis, l. 1. circa principium, ff. de effract. & expilat. Boss. pract. crim. tit. de carcere, n. 5. & tit. de effractorib. carcerum, n. 1. altè Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. casu 301. Farinac. tit. de carcerib. & carceratis, quæst. 30. n. 1. usque ad n. 25. & Danza de pugna DD. to. 3. tit. de confesso cap. 13. à n. 24. usque ad finem secus si carceratus invenitur ostium apertum, & aufugiat, quia tunc mitius punitur, d. l. 1. §. 1. ff. de effract. & expilat. Mars. pract. crim. §. attingam n. 36. & seq. & Farinac. d. quæst. 30. n. 162. Et aufugiens à carceribus, carceres non rumpens, non potest puniri de effractione carceris. Giazzinus in discept. crim. lib. 1. discept. 156. n. 10. ubi n. 20. dicit, quod nequè hic taliter fugiens habetur pro confesso, & vide infra n. 46. Et aufugiens à domo Judicis, punitur pœnâ fracti carceris, & idem est in eo, qui aufugiat à camerâ, quam ipsi fuit assignata loco carceris, Riccius decif. 100. n. 4. part. 2. & Farinac. d. quæst. 30. n. 46. cum tribus seq. sed quod mitius puniatur, tenet Guazzin. ad defensam reorum, d. def. 6. cap. 1. n. 80. in fine, tu dicas, primam opinionem procedere, quando quis aufugit à camerâ assignatâ loco carceris, cum fracturâ, secundam verò opinionem procedere, quando quis ab ea aufugit, absque fracturâ, sed januâ apertâ, ita Farinac. d. q.

- d.q. 30. n. 50. Et aufugiens à carceribus ab-
que fracturâ si transcendat muros fune, vel
alio modo, punitur verâ pœnâ fracti carce-
ris, Farinac. d. q. 30. n. 83.
- 35 Sed qui tentat tantum aufugere à carce-
ribus, & non aufugit, licet conspiraverit, ta-
men non punitur pœnâ ordinariâ fracti car-
ceris, sed punitur pœnâ extraordinariâ, ut
desumitur ex d. l. i. ff. de effra. & expilat. &
Farinac. d. quæst. 30. à n. 25. usque ad n. 33.
& Riccius decif. 100. part. 2. & tentans aufu-
gere à carceribus, & non aufugit, punitur
pœnâ extraordinariâ, licet innocens ex eo
crimine, de quo erat carceratus, reperiatur,
l. in eos, 8. ubi glos. ff. de custod. Reorum, &
in Curiâ Archiepiscopali Neapolitanâ qui-
dam, fregit ferrum cancellæ causâ fugiendi
à carceribus, fuit condemnatus ad triremes
per decennium, Gen. Venf. pr. Archie. Neap.
c. 49. sed fregentes cancellas carcerum Ma-
gnæ Cur. Vic. causa aufugiendi, licet non au-
fugissent, tamen fuerunt puniti pœnâ mor-
tis, Sanfelice. decif. 47. n. 3. ubi dicit n. 7. quod
alius, qui ceperat frangere parietem carce-
rum M. C. V., & modicâ aperturâ repertâ,
fuit condemnatus ad triremes, & qui tentat
aufugere à carceribus arct. us est custodien-
dus, d. l. in eos, ubi glos. ff. de custod. Reorum,
& Farinac. d. q. 30. n. 84.
- 36 Quod si quis aufugiat à carceribus, & va-
dat ad superiores, non punitur pœnâ fracti
carceris, l. si quis, §. apud Julian., & §. apud
labeonem, ff. de adul. edict. Riccius d. decif.
100. n. 6. Anna sing. 561. Guazzin. ad defen-
Reorum def. 6. cap. 1. n. 71. Garzia à Toletto
in dicto 217. & Menochius de arbitrar. Judi-
cum, casu 301. nu. 17. licet aliqui teneant,
quod aufugiens à carceribus, & pergens ad
superiores, non debeat esse impunis, ut te-
nent Caball. resol. crim. casu 42. & Capibl. de
Baronib. prag. 3. post n. 163. & vide Farinac.
d. quæst. 30. nu. 171. & seq. ubi n. 185. dicit,
quod si quis aufugiat propter timorem ignis
aqua & pestis non punitur, & neque habetur
pro confesso. Foller in pract. crim. in 4. part. 3.
partis. rub. & si confitetur n. 55.
- 37 Sic etiam si aufugiens à carceribus cito
spontè reversus sit, non punitur pœnâ fra-
cti carceris, Riccius d. decif. 100. n. 7. Guaz-
zin. ad d. def. 6. cap. 1. post n. 80. Marsilius in
tract. de bannitis, vers. carceratis, n. 63. Fa-
rinac. d. quæst. 30. à n. 148. usque ad n. 159.
Et Guzzius in discept. crim. lib. 1. discept.
156. n. 9. & 12. Et tortus iniuste si aufugiat
à carceribus, non punitur pœnâ fracti carce-
ris. ut dixit meus Avunculus Scialoya, in
praxi torquendi reos, cap. 12. n. 10. Immo si
quis aufugiat à carceribus propter sevitiâ
Iudicis, non punitur pœnâ fracti carceris. Fa-
rinacius in d. quæst. 30. n. 140. & seq., & ne-
que habetur pro confesso. Guzzius in discept.
crim. lib. 1. discept. 156. n. 4. Et neque pœnâ
fracti carceris tenetur ille, qui causâ visitan-
di Patrem, discessit à carcere. Boerius dec.
215. n. 17. & Sanfelice. dec. 343. n. 6.
- 38 Carceratus pro debito civili si frangat
carceres, & aufugiat, debet condemnari in
exilium per quin quennium, ut ita decifum
testatur Capyc. Latr. dec. 76. & Farinac. d. qu.
30. n. 81. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de
sententiâ forjudicationis. cap. 10. n. 12. &
Thor. in voto 41. tom. 1., & in Cod. rer. judic.
casu 51. n. 26.
- 39 Sed si detentus in privato carcere, aufu-
giat, fractis carceribus, non punitur, Guaz-
zin. ad defensionem reorum, d. defen. 5. cap. 7.
n. 21. & Farinac. d. tit. de carcerib. & carcera-
tis, quæst. 27. n. 13. ubi n. 14. dicit, quod ne-
que punitur eximens detentum in privato
carcere.
- 40 Et aufugiens à carcere cum fractura tene-
tur ad restitutionem damni, quod in effra-
ctione carceris, & vinculorum dedit, Co-
varr. variar. resol. lib. 1. cap. 2. post n. 14. Sed
non tenetur ad damnum, quod ex suâ fugâ
passus est carcerarius, nam si carceratus erat
injustè captus, & aufugit carcerarius ad ni-
hil tenetur, Mars. pract. crim. §. diligenter,
n. 52. Boss. pract. crim. tit. de carcere, nu. 13.
cum plurib. n. seq. & Guazzin. d. def. 5. cap. 4.
n. 8. nam injustè detentus potest aufugere à
carceribus, sine incurfu peccati mortalis,
etiam si custos carceris ob dictam fractu-
ram, seu fugam, damnum patiatur, Guaz-
zin. d. defen. 5. cap. 4. post n. 15. Menochius
de arbitr. judic. casu 301. n. 16. Covarr. in d.
cap. 2. n. 11. & 12. & Mascard. de probat. con-
clus. 265. n. 27. & conclus. 820. n. 17. Aut car-
ceratus erat justè carceratus, & aufugit cul-
pâ, vel dolo carcerarii, & ipse debet impu-
tari, aut abique culpâ, & dolo carcerarii car-
ceratus aufugit, & tunc carcerarius non po-
test molestari, ut supra diximus, quod si mo-
lestetur, & tunc reperit à Iudice in sindica-
tu, quod expendit.
- 41 Et carceratus injustè potest aufugere, &
etiam vulnerare custodem, & eum occide-
re, si aliter aufugere non possit, Bart. in l. via
ejus, C. de probat. Alex. in l. sed eximendi, §.
item si quis, ff. ne quis eum qui in jus, Fa-
rinac. d. q. 30. à n. 121. usque ad n. 147. Gram.
conf. crim. §. 1. n. 7. Vivius dec. 201. Guazzin.
d. defen. 5. cap. 4. n. 11. cum plurib. nu. seq. &
defen. 6. cap. 1. n. 30. & 68. Mars. de bannitis,
vers. carcerati, n. 21. & in l. i. n. 108. ff. ad le-
gem Cornel. de Sicariis, & in l. i. n. 17. ff. de
quæstionibus. & Carrab. de sindic. part. 2. post
n. 52. sed contrarium videtur disponere tex.
in d. l. in eos, 8. ff. de custod. reorum, ubi ha-
betur, quod si quis tentet aufugere à carce-
ribus, punitur pro attentatâ fugâ, dato, quod
deinde reperiatur innocens pro causâ prin-
cipali, pro qua manebat carceratus, sed di-
cas, quod in illo tex. Reus à principio erat
justè carceratus, puta contrâ eum extabant
indicia pro maleficio, pro quo manebat car-
ceratus, nam si tentet aufugere, punitur pro
tentatâ fugâ, dato, quod deinde factis defen-
sionibus, reperiatur innocens, pro causâ
principalî, pro quâ manebat carceratus, se-
cus si à principio erat injustè carceratus,
quia tunc aufugiens à carceribus non puni-
tur pœna fracti carceris, prout ita declarat
Boss. d. tit. de effra. torib. carcer. n. 2. Nam in-
justè detentus potest carceres frangere &
aufugere absque incurfu pœnæ l. vis ejus. &
ibi

ibi Bartol. C. de probat. Grammat. in d. conf. 51. n. 6. Jul. Clarus in §. final. quæst. 21. n. 27. & Guazzinus in d. discip. 156. n. 8. ubi n. 7. dicit, quod quando non constat, reum in aliquo deliquisse, fuga à carceribus non est attendenda. citat Marfil. conf. 18. n. 34. & Bossius in pract. crim. tit. de delictis. n. 53. & indebitè detentus, si juraverit, se rediturum, ut relaxetur, si non redit, non est periturus; Jason in l. si duo patroni. §. final. colum. penult. ff. de jure jurando. Marfil. in sing. 177. Clarus in d. quæst. 21. n. 27. Nevizzan. in silva nupt. lib. 3. n. 44. & Covarruvias variar. resol. lib. 1. cap. 2. n. 7. nam juramentum prestitum de redeundo ad carcerem in iuxta non obligat. Diana moral. resol. part. 9. tract. 8. resol. 57. & docuit meus Avunculus Scialoja in praxi torquendi reos. cap. 5. n. 60.

42 Prout etiam licet aufugiens à carceribus habeatur pro confesso, d. l. ad conventariensem, C. de custodiâ reorum, Farinac. pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis. quæst. 30. n. 7. usque ad n. 20. Danza d. cap. 13. à n. 5. usque ad n. 24. & Mascardus in d. conclusione 265. & 820. tamen hoc intelligitur, quando quis fuit legitimè captus, secus si à principio fuit injustè, ac indebitè captus, & aufugiat à carcerib. quia tunc non haberetur pro confesso, Bart. in l. vis ejus, C. de probat. Clarus in d. quæst. 21. n. 26. Guazzin. d. defens. 5. cap. 4. n. 19. Foller. pract. crim. in 4. part. 3. partis principalis, rubr. & si confitebuntur, n. 50. & 52. ubi n. 49. dicit, quod si quis tenet tantum aufugere, non habetur pro confesso, etiam si conspiraverit, licet contrarium teneat, gloss. in d. l. in eos, & Boss. d. tit. de effraCTORIBUS carcerum, n. 1. tamen prima opinio est vera, Guazzinus ad defensam reorum. def. 6. cap. 1. n. 80.

43 Sed quod injustè carceratus aufugiens, puniatur pœna extraordinaria, tenet Caballus resol. crim. casu 42. verum fugiens ex carcere injusto non tenetur ad pœnam conventionalem, nec ipse, nec ejus fideiussor, qui promisit de tuto carcere, Farinac. d. quæst. 30. n. 61. cum plurib. seq. Grammat. in d. conf. crim. §. 1. n. 10. & Facchineus controvers. juris lib. 2. cap. 68. sed contrarium tenet Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 21. n. 98. & seq. & faciunt dicta per Farinac. quæst. 24. n. 180. & seq. & vide in praxi torquendi reos. cap. 5. n. 60. d. mei Avunculi Scialoja

44 Sed in tantum aufugiens à carceribus cum fracturâ carceris habeatur pro confesso, in quantum aufugiens sciebat causam suæ inquisitionis, aliàs secus, Farinac. d. quæst. 30. n. 205. & Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 56. ubi n. 63. dicit, quod Judex debet interloqui, aufugientem haberi pro confesso. Et licet contra absentem non possit proferri sententia, ut dixi supra cap. 1. n. 5. tamen contra effraCTorem carceris absentem, potest proferri sententia, & ipse potest tanquam confessus de crimine, de quo imputabatur condemnari, Paul. Chirlan. in tract. de relaxatione carcerati, tit. de fugâ incarcerationi, n. 12. in fine, Farinac. pract. crim. tit. de carcer. & carceratis, qu. 30. n. 40. & Riccius

decil. 65. part. 3. & Mascardus in d. conclus. 265. n. 3. & debet præcedere monitio ad dicendum causam, quare non debeat pro confesso haberi, & reputari, Foller. d. rubr. & si confitebuntur, n. 64. & Farinac. d. quæst. 30. n. 44. & 45. Et ego semper præcedente informatione de fugâ à carceribus citare soleo fugientem ad informandum de fugâ à carceribus cum fracturâ, & ad dicendum causam, quare non debeat declarari, haberi pro confesso de criminibus, pro quibus reperiebatur carceratus, & in dictâ citatione debent narrari dicta delicta, pro quibus manebat carceratus, & in ultimo peremptorio, aufugiens, si non comparet, reputatur contumax pro dictâ fuga, & declaratur haberi pro confesso de mentionatis criminibus, pro quibus manebat carceratus, sed Reo reputato contumace in dictâ citatione, non statim ipse potest forjudicari, si pro delictis, pro quibus manebat carceratus, veniat imponenda pœna mortis, sed est expectandum tempus à constitutionibus, & pragmaticis præfixum ex dictis supra cap. 10 n. 32. & videtur sentire, Farinac. d. quæst. 30. post n. 45. in fine.

46 Et aufugiens à loco sibi assignato, loco carceris, cum si se jussione, habeatur pro confesso, Guazzin. d. def. 6. cap. 1. post n. 80.

Sed aufugiens à Palatio Prætoris non habetur, pro confesso, Bal. in l. succurritur, ff. ex quibus causis majores, ubi etiam dicit quod si carceratus inveniatur ostium carceris apertum, & aufugiat, non habetur pro confesso, idem tenet, Angel. in l. verum la 2. per illum tex. ff. de furtis, & in l. 1. ff. de effraCTORIBUS. Marfil. pract. crim. §. diligenter, n. 46. Mascardus in d. conclus. 265. n. 20. Foller. in d. rub. & si confitebuntur. n. 46. & 47. Thelaur. decil. 77. n. 4. dicit, quod si quis aufugiat à carceribus, & deinde revertatur non habetur pro confesso. Sed si quis, ruptis conpedibus, exiverit per ostium apertum, habeatur pro confesso, & puniatur uti effraCTOR carceris, Farinac. d. quæst. 30. n. 82. Boer. dec. 24. n. 13. Cabal. retol. crim. casu 8. n. 32. & Foller. d. rub. & si confitebuntur. n. 47. ubi n. 48. dicit, quod si quis sit positus carceratus in aliquâ domo, clausis januis, & fractâ januâ, aufugiat, adhuc habeatur pro confesso, & idem tenet Farinac. d. quæst. 30. n. 46. usque ad n. 50. & n. 51. dicit ipse Foller. ibi quod si quis sit carceratus ab aliquo non habente jurisdictionem, & aufugiat, non habetur pro confesso, & idem si quis sit captus, & carceratus à Judice incompetenti, & aufugiat, non habetur pro confesso, ut per ipsam fidam confessionem possit condemnari pro delicto, pro quo fuit carceratus, sed tantum contra eum facit indicium ad torturam, Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 53. ubi n. 58. dicit, quod aufugiens à carcere privato non habetur pro confesso Prout etiam aufugiens à carceribus non habetur pro confesso, quando carcer fuit fractus à tertio absque consilio fugientis. Mascardus in d. conclus. 820. n. 15. & 27. ubi tamen dicit, hunc fugientem puniri arbitrario Judicis, & vide supra n. 34.

Et in tantum aufugiens à carceribus habetur pro confesso pro delicto pro quo manebat carceratus, in quantum confes de delicto in genere. Foller ubi supra n. 67.

Sed tunc effractores carcerum puniuntur poenâ mortis, quando aufugiunt cum fracturâ à carceribus Regiis, secus si à Baronialibus, quia tunc non puniuntur poenâ mortis, Sanfelic. decil. 335. in fine. Et licet multi Doctores dicant, textum in l. i. ff. de effract. & expil. disponentem dari panam capitis contra fugientem à carceribus cum fracturâ intelligi non de poenâ mortis naturalis, sed de aliâ poenâ citra mortem naturalem, prout de eisum refert. Peguera in quæst. crim. p. i., & Ysè Farinac. in d. quæst. 30. à n. 1. usque ad n. 34. tamen in M.C.V. aufugiens à carceribus ipsius M.C. cum fracturâ punitur poenâ mortis naturalis, ut testatur Sanfelic. in d. dec. 47. n. 3. quod ego intelligo, si aufugiens erat carceratus pro delicto gravi, pro quo veniebat inponenda poenâ mortis naturalis, pro ut ita etiam intelligit Danza de pugna DD. to. 2. tit. de confesso, cap. 12. n. 26. ver. primus, & vers. quartus, & hac omnia puto etiam procedere in aufugiens cum fracturâ à carceribus Regiarum Audientiarum, cum hodie omnes præheminentia M.C.V. sint communicata ipsi Regiis Audientiis, ut constat ex dictis per Capiblanck. de Baron. super prag. 5. n. 70. & super prag. 8. part. 1. n. 77. tom. 1.

47. Et advertas, quod quando carceratus non seipsum eximit à manibus familiæ Curie, sed ab alio eximatur, si aufugiat intus Ecclesiam, non gaudet immunitate Ecclesiastica, Novarius summa Bullarum, tom. 1. tit. de immunitate Ecclesiastica, n. 14. citat Franch. dec. 709. n. 3. licet contrarium teneat Delbene de immunit. Eccles. lib. 2. cap. 16. dubitat. 10. sec. 7. n. 2. & 3. & dubit. 33. à n. 22. usque ad n. 39. & Diana part. 9. tract. 8. resol. 45.

S U M M A R I U M.

1. Confanguinei forjdicaturum tenentur reficere pecuniam extortam alicui ab ipsis forjdicatis.
2. Officiales, & Sindici non pulsantes campanam ad arma, tenentur reficere damnum illatum à forjdicatis.
3. Universitas conviciniore tenetur reficere furtum factum in campis à forjdicatis, intellige, ut ibidem, & idem est pro damno clandestino, n. 4. usque ad n. 7. secus hodie, n. 7.
9. Bona furata per forjdicatos si reperiantur, an sint domino restituenda? & quid in bonis captis in bello ab hostibus? n. 10.
11. Emens rem captam ab hostibus, reperto domino, non tenetur illam rem ipsi Domino restituere, nisi recepto pretio, secus si res sit furtiva, ibid. & n. 12.
13. Animalia quis vendere non potest extra suam patriam, nisi habeat fidem à deputatis dictæ suæ patriæ.
14. Tenentes bona forjdicatorum debent illa revelare Regiæ Curie.

15. Officiales tenentur capere informationem de delictis factis à forjdicatis, & illa capta, tenentur eam transmittere ad Regios Superiores; Et quid si delicta sint facta in confinibus duorum territoriorum, quis Officialium teneatur capere dictam informationem? n. 16.
17. Regia Audientia, an possint facere ordinationes Officialibus Baronialibus, ut faciant relationem pro delictis gravibus.
18. Missus ab Universitate, si sit captus in itinere à bannitis, debet ab ipsâ Universitate redimi expensis dictæ Universitatis.
19. Solvens aliquid pro aliquem liberando à manibus bannitorum vel ostium, solutum repetit à liberato; fallit in patre, ibidem, & quid in socio? ibidem.
20. Baro si sit captus à bannitis, ejus subditi non tenentur illi prestare adiutorium ad eum redimendum.
21. Fures si sint plures, an unusquisque eorum teneatur in solidum ad restituendam rem furatam?

C A P. XXI.

De furtis, & damnis factis per forjdicatos.



Ulando forjdicati extorquent ab aliquo pecuniam, confanguinei eorum, usque ad quartum gradum, fautores, & adherentes tenentur pecuniam extortam reficere damnum passum, prag. 10. §. 3. de exulib. Sic etiam si forjdicati mittant ad petendum pecuniam ab aliquo qui mittere noluit, & ex hoc occidant animalia, vel immittant ignem in bonis illius, cui fuit petita pecunia, confanguinei forjdicatorum usque ad quartum gradum, & eorum fautores, & adherentes tenentur reficere omnia damna prag. 1223. & 24. de exulibus tom. 2. §. 4. & de jure communi bona subtracta à bannitis, & forjdicatis debent refici per confanguineos eorum, cap. 2. de delictis puerorum, Bal. in l. 1. C. ne filius pro parte, Bart. in l. jure provi. 10. n. 2. de exulibus, & Capiblanckus de auctoritate Baronum, tom. 1. super prag. 19. nu. 55.

3. Sic etiam quando habetur noticia de forjdicatis, Officiales locorum, & Sindici tenentur pulsare campanam ad arma, & colligere homines pro persecutione illorum, quod si hoc non faciant puniuntur poenâ ducatorum mille, & aliâ poenâ arbitriâ, & tenentur reficere de propriis bonis omnia damna, quæ forjdicati fecerunt prag. 1. de persequend. malef. & prag. 1. §. 5. de exulib. Sed damnum illatum ab hostibus debet refici, & emendari de publico, l. nequid, ff. de variis, & extraord. cognit. & Mastrill. decil. 164.

4. Et furtum factum in campis à bannitis, & forjdicatis, Universitas conviciniore

tior tenetur reficere, d. pragm. 1. §. 1. de persequend. malef. Constit. Reg. super incisionib & altera quæ incip. si damna clandestina, & est cap. Reg. quod incipit Frequens. Quod intellige, quando non constat a quibus fuit factum, cap. Reg. clandestinis, secus si constat, quia tunc Universitas ad nihil tenetur cap. Reg. item statuimus, quod Universitas locorum; sed de jure communi, villa non tenetur reficere damnum factum in ejus territorio a personis, incognitis, vel a cognitis, quæ solvendo non sunt dato, quod villa potuit prohibere, & non prohibuit, nisi extat statutum, vel consuetudo in contrarium. Cabal. resolut. crim. casu 287. n. 54. quod si extat statutum, vel consuetudo, & tunc si bannitus, & forjudicatus veniant in villam cum magnâ multitudine bannitorum, quibus villa non possit resistere, in hoc casu non tenetur. ita Nellus de bannitis in 3. part. 2. temporis. post num. 65. Boffius pract. crim. rit. de captivâ, nu. 42. Cabal. d. casu, 287. num. 55. & Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, quæst. 24. num. 203. & 207.

4 Sic etiam Universitas vicinior tenetur emendare damnum clandestinum, quando non apparet malefactor, secus si appareat cap. Reg. 123. & 242. Sed Civitas Neapolitana non tenetur pro damno clandestino, ut in ritu 311. Et per cap. Reg. incumbit. de damnis clandestinis pro medietate tenetur Universitas, & pro aliâ medietate tenetur Baro, ubi etiam habetur, quod unus testis cum famâ publicâ est sufficiens probatio in criminibus clandestinis, ubi etiam habetur, quod a clandestinis potest appellari, sed appellatio debet determinari infra quindecim dies.

5 Sed tunc Universitas tenetur de homicidio clandestino quando homo occisus mortuus reperitur, secus si vivus reperitur, & aliquo tempore superviva, cap. Reg. 117.

6 Et Universitas pro homicidio clandestino tenetur ad pœnam unciarum centum, si habeat focularia mille, vel plus, si verò habeat quingenta focularia, vel plus infra mille, & tunc tenetur ad pœnam unciarum aurei quinquaginta, si verò habeat minus foculariorum quingentorum, & tunc puniatur in uncis vigintiquinque, C. Reg. 26. sed per aliud Cap. Reg. 59. Universitas pro homicidio clandestino, si occisus sit Christianus tenetur ad pœnam centum augustalium, si verò occisus sit Judæus, vel Saracenus, & tunc ad pœnam quinquaginta augustalium, & per cap. Reg. 158. disponitur, ut pro homicidio clandestino, si occisus sit Christianus, & Universitas habeat plus mille foculariorum, Universitas teneatur ad pœnam centum augustalium; si verò occisus sit Judæus vel Saracenus teneatur ad pœnam quinquaginta augustalium; si verò Universitas habeat focularia quingenta, vel plus infra mille, & tunc teneatur ad pœnam quinquaginta augustalium si occisus sit Christianus, aliâs si Judæus ad pœnam vigintiquinque augustalium teneatur, si ve-

rò Universitas sit foculariorum minus quingentorum usque ad centum, & tunc teneatur ad pœnam vigintiquinque augustalium, si occisus sit Christianus, aliâs si Judæus, & tunc teneatur ad augustales duodecim cum dimidio, si vero Universitas sit minus foculariorum centum, & tunc solvit duodecim augustales, si occisus sit Christianus, aliâs si Judæus, quia tunc tenetur ad augustales sex, ut hæc omnia probantur in d. cap. Reg. 158.

7 Et Universitas tenetur pro damnis clandestinis, tam commissis intus Civitatem, quam in ejus territorio, cap. Regni 242. ubi Nigris n. 6.

Et talia statuta disponetia Civitatem, vel villam teneri de damno dato, furto, incendio, seu rapinâ commissâ in ejus territorio valere dicunt. Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & pœnis, q. 24. nu. 197. & seq. Jaf. in l. si quis in suo. §. legis. n. 3. ver. quarto facit Cod. de inoffic. test. Guttier. can. quæst. lib. 2. cap. 30. a n. 25. usque ad n. 30. & Marta de jurisd. part. 4. cent. 1. cas. 96. nu. 1. ubi nu. 8. dicit, quod talia statuta non comprehendunt minores, mulieres, clericos, senes, infirmos, & absentes. citat. Bald. in rub. Cod. qui accusare non possunt. n. 15. & Romanum in cons. 71. n. 1. & 9.

Et condemnatus ex alieno delicto potest solutum recuperare ab eo, cujus facto fuit condemnatus, Bajard. ad Clarum, §. fin. qu. 86. num. 2. in fine, & Maranta in sing. ver. condemnatus, qui citat tex. in l. nam, & servius, ubi Bar. ff. de negotiis gestis. in l. si vero. §. cum autem, ff. de his, qui de jure veront, vel effud. & in l. licet, §. fin. ff. de auct. caup. & stabul. Et Curia Baronales possunt cognoscere de delictis clandestinis commissis in eorum territoriis. Marescat. var. resol. lib. 2. cap. 129.

8 Sed hodiè omnia supradicta jura in Regno sunt correctâ per pragm. 1. de damnis clandestinis, unde hodiè Universitates de damnis clandestinis non tenentur, dum Universitates contribuunt Capitaneo Provinciali Capitanatæ, Rovit. d. pragm. 1. de damnis clandestinis, Caravit. ritu 311. num. 56. Capiblanco de Baronib. prag. 19. num. 50. & seq. & Ponte de potestate Proregis, tit. 4. in princ. num. 60. Sic etiam licet per cap. Regni 29. si erat immixtus ignis, & non apparebat de delinquente, Universitas convicinior tenebatur ad emendationem damni, immò etiam si apparebat de delinquente, & immittens ignem non erat solvendo, adhuc Universitas tenebatur reficere damnum, cap. Reg. 20. & ibi Nigr. tamen hodiè, neq; Universitas tenetur ad hoc. Nigris in cap. Reg. 29. num. 20. in fine, & vide Grammaticum in dec. 47.

9 Et bona furata per bannitos, & forjudicatos si reperiantur super dictis forjudicatis tempore, quo capiuntur, dicta bona debent restitui dominis dictorum bonorum, quando apparent veri domini, l. latrones, §. hostes, & l. post liminij, §. à piratis, ff. de capt. & post limin. rever. l. qui a latronib. ff. de testam. nam bona furto subtrahita sunt restituen-

tuenda domino, Borrel. conf. 80. & Carrab. de sindic. par. 2. num. 68. & licet Capibl. de Baronib. prag. 8. n. 133. in penult. impress. dicat, quod d. bona de consuetudine Fisco applicentur, tamen deinde ipse Capibl. hoc non posuit in ultimâ impressione, ut videre poteris in dictâ prag. 8. par. 1. num. 255. & seq. ubi simpliciter deinde dicit, quod bona capta a latronibus dominis sint restituenda, quando constat de vero domino eorum aliâs sunt capientium, & per quamdam pragmaticam relatam in apostillâ ad pragmat. 28. de offic. Magistr. Iustit. & in pragmat. 9. de exulib. in ultimâ impressione facta de anno 1623. est dispositum, quod quando bona veniuntur super forjudicatos, si appareat verus dominus, & tunc ipsi domino restituuntur, aliâs si non appareat verus dominus, & tunc si dicta bona sint magna, applicantur Fisco si verò parva, applicantur capientibus, Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officio Capitanei Campaniæ, cap. 1. n. 12. & Campana de forjudicatione, resol. 19. num. 6. in fine, *Et per ordinem relatam in apostilla ad prag. 10. §. 50. de officio Judicis, disponitur ut arma, vestes, equi, & nummi reperti super forjudicatos, sint capientium, intellige si non appareat verus dominus, & supradicta bona sint parvi valoris, juxta disposita in apostillis in d. prag. 38. & in d. prag. 9. & quando dicta bona sunt minima, & milites sint discordes in illa dividendo, & tunc debent adire Judicem, qui deinde æqualiter illa dividit inter eos, Grandis de bello exulum in prædamento pati, quæst. 3. speciali 10. num. 2. Sed quando bona non inveniuntur super forjudicatos, sed in domibus eorum, tunc semper applicantur Fisco, si non appareat verus dominus, ut in dictis pragmaticis relatis in apostillis ad dict. pragmat. 38. de offic. Magistr. Iustit. & ad dict. prag. 9. de exulib. Et satellites si inquisitum non inveniunt, non possunt accipere arma non prohibita in ejus domo, aliâs tenentur poenâ furti, & officio privantur, prag. 23. §. 2. & 7. & prag. 38. §. 1. de offic. Magistr. Iustit. quod non puto procedere, si inquisitus sit forjudicatus, nam ejus bona publicantur, & applicantur Fisco, ut dixi supra cap. 16. num. 1. & 4. & quis impunè potest distrubare forjudicatum eo vivente, ut dixi supra cap. 17. n. 92.*

30 Sed quando bona sunt capta in bello ab hostibus, & tunc semper efficiuntur capientium. l. 1. ff. de acquir. possess. §. item ea, quæ ex hostibus intit. de rerum divisione. prag. 1. ubi Rovit. num. 8. sub tit. quid Regnicolæ. Franch. decis. 268. Lanarius conf. 84. Ponte decis. 21. num. 1. & de potestate Proregis tit. de triremib. num. 3. Capibl. de Baronib. prag. 8. part. 1. num. 255. & seq. & Caball. resolut. criminal. casu 140. *Intellige quando bona pervenerunt ad locum hostium, secus si incontinenti recuperentur a militibus nostris, quia tunc domino sunt restituenda. Franchis in dec. 268. hoc tamen fallit in servo, qui si sit captus ab hostibus si deinde a nostris iterum capiatur, priori do-*

mino est restituendus, & non acquiritur Regi Curia. Marinis. quæstid. resol. lib. 1. cap. 221. & glos. finalis. in d. §. item ea, quæ ex hostibus. & est tex. in l. qui res. §. acram. ver. diversum. ff. de solutionibus.

31 Et quando quis emit rem captam ab hostibus, si inveniatur verus Dominus, hic non potest rem recuperare, nisi soluto pretio dictæ rei emptori, l. mulier, ff. de capt. & post lim. rever. Caball. resol. crim. casu 292. nu. 4. & 20. & Rovit. prag. 1. nu. 5. de emptione, & vendit. *Intellige quando quis in itinere emit rem ab hostibus captam, antequam dicta res sit ducta ad locum hostium, quia tunc Dominus potest illam recuperare, ab emptore, etiam oblato pretio. Mangil. de evict. quæst. 170. n. 10. cum duobus seq. & n. 42. & per prag. 5. §. 1. in fine de abolit. tom. 2. fuit dispositum, ut bona aliena capta ex causa præteritæ revelationis, si reperiuntur in alium alienata, & extant, debeant restitui veris dominis, soluto prius pretio emptori.* sed quando quis emit rem furtivam a furibus reperto Domino rei, illam rem tenetur restituere Domino, & pretium non recuperat, l. in civilem, C. de furtis, Clar. §. furtum, vers. sed hic incidenter, Sanfelice. decis. 166. num. 14. Guazzin. ad defensionem Reorum def. 17. cap. 4. num. 1. & 2. Farinac. de furtis, quæst. 177. num. 29. & Mangil. in d. quæst. 170. n. 29. ubi n. 34. hoc ampliat in emente rem furtivam in nudinis, qui tenetur rem ipsam Domino restituere, & non recuperat pretium, & hoc etiam si emptor emit rem prædictam nomine Domini, nam adhuc non recuperat pretium, prag. 1. de empr. & vendit. quod procedit etiam de jure communi, Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 72. num. 2. & lib. 5. præsumpt. 29. num. 12. & seq. Rovit. d. prag. 1. num. 2. de empr. & vendit. Clar. d. §. furtum, d. vers. sed hic incidenter, & Caball. d. casu 292. in princ. licet contrarium teneat, Cepoll. cantela 10. *Tamen primam opinionem, tenet Mangil. in d. quæst. 170. n. 35. & seq. tu vide Guazzinum d. def. 17. d. cap. 4. num. 3. cum tribus seq. Farinac. d. quæst. 177. num. 42. cum tribus seq. & Grammat. conf. civili 20. Sed hoc fallit in Iudeo, qui si accipiat rem furto subtraham in pignus, sub usuris bonâ fide credens non esse furto subtraham, in hoc casu non tenetur illam Domino restituere, nisi ipsi solutâ pecuniâ unâ cum usuris, Marf. sing. 12. Guazzin. d. cap. 4. num. 27. usque ad finem, & Mangil. in d. quæst. 170. a n. 44. cum duobus seq. Et emens rem furtivam, reperto vero Domino, tenetur illam restituere, si ipsa res extat, aliâs si bonâ fide consumpta sit, & tunc tenetur solum, quatenus factus est locupletior, Guazzin. d. cap. 4. num. 7. Farinac. d. quæst. 177. num. 49. cum duobus seq. Clar. d. vers. sed hic incidenter, & Sanfelice. dec. 166. num. 15. ubi dicit secus existente malâ fide, quia tunc tenetur ad extimationem ipsius rei, si res sit extinta, & idem tenet Mangil. in d. quæst. 170. a n. 23. usque ad n. 33. & n. 48. & seq. & Rovit. in d. prag. 1. n. 3. & emens rem furtivam scienter punitur poenâ extra-*

I i

ordi-

ordinariâ, Sanfelici. d. decis. 166. num. 12. & 19. Guazzin. d. cap. 4. n. 11. & Farinac. de furtis, quæst. 177. n. 17.

12 Sed si quis bonâ fide emat rem, & deinde reperitur, quod sit furtiva, in hoc casu emptor non tenetur restituere rem prædictam, quando non apparet verus Dominus, Rebuffus in l. divus, num. 128. ff. ad S. C. Syll. & Rovit. prag. 1. n. 7. de empt. & vendit. Secus si appareat verus dominus, quia tunc emptor rei furata tenetur d. rem restituere vero domino. nullo pretio restituto, & hoc dato quod emptor fuisset in bonâ fide, credens rem esse venditoris. Mangil. in d. quæst. 170. n. 40. ubi nu. 41. & seq. hoc limitat quando pretium rei furata solum per emptorem fuit versum in utilitatem ipsius domini, vel si pretium sit solum emptori bona fide per dominum, quia tunc dominus illud non potest repetere a d. emptore; Rovitus in d. prag. 1. n. 2.

13 Et quia semper banniti, & forjudicati solent furari animalia, & ea mittunt ad vendendum in longinquas partes, idem fuit statutum in Regno, ut quis non possit vendere animalia extrâ suam patriam, nisi habeat fidem a deputatis patriæ, quod talia animalia sint ipsius venditoris, aliâs contrafaciens amittit pretium animalium, & punitur ad uncias vigintiquinque, prag. 3. de empt. & vendit. Et exercentes mercaturam emendi, & vendendi non possunt emere bona mobilia intus Civitatem Neapolitanam, nisi prius sciant nomen, cognomen, & Patriam venditoris, & ubi habitat, quod si deinde reperitur, quod res emptâ sit furtiva, & non reperitur tanquam si emisset rem furtivam scienter, & emens non potest illa revendere, vel reficere infra dies decem a die emptionis, sed illa debet detinere in publico sub pœnâ decem annorum trirremium, si sit masculus, & si sit femina, decem annorum exilii, & fustigationis; & neq; infra idem tempus potest bona prædicta extrahere extrâ Civitatem Neapolitanam sub pœnâ trium annorum trirremium, prag. 11. juncto, §. 5. de emptione. & vendit. & dixi supra cap. 4. n. 62. Et in Civitate Neapolitanâ aurum & argentum laborantes, & omnes alii non possunt emere vel vendere argentum in virgis vel in laminibus, absque licentia in scriptis, optinenda a consulis Argentariis sub pœnâ amissionis argenti, & quatuor annorum trirremium. prag. 12. de emptione, & venditione, & ferens opem ignoranter furi ad vendendum res furtivas, non punitur, secus si scienter, quia tunc punitur, Riccius in dec. 20. part. 2.

14 Et tenentes nummos, aut alia bona forjudicatorum debent illa revelare Regiæ Curie, alias perdunt, & condemnatur ad triremes arbitrio Proregis, prag. 2. §. 3. & prag. 2. §. 2. de recept. malef. Sed ego dico quod aut ista bona sunt forjudicatorum & pertinent ad Fiscum, dum eorum bona sunt confiscata, ut dictum est supra in cap. 16. a n. 1. usque ad n. 4., aut sunt bona aliena, & furata per ipsos forjudicatos, & appareat verus

dominus, & tunc Domino restituenda sunt, alias applicantur fisco, ut dictum est supra in n. 11. & idem detentores non perdunt dicta bona, nam nemo perdit quod suum non est. l. non videtur 84. ff. de regulis juris. Sed si detentores bonorum forjudicati sunt ascenderes usque ad tertium gradum forjudicati, in hoc casu succedunt forjudicato, excluso fisco, ut dictum est in d. cap. 16. n. 5. & per prag. 23. §. 11. de exulibus disponitur, ut omnes detentores omnium bonorum furto subtractorum a bannitis, & forjudicatis illa revelent in scriptis Præfidi, vel Regiæ Audientiæ, & dicta bona non restituant forjudicatis, sed detineant, & exhibeant ad omnem requisitionem Regiorum Officialium causâ restituendi Dominis bonorum sub pœnâ nobilibus annorum quinque relegationis, & trirremium ignobilibus, verum dicta restitutio non fiat Dominis dictorum bonorum absque licentia in scriptis obtenta à Regio Collaterali Consilio, præcedente relatione Præfidi, vel Regiæ Audientiæ, ut in d. prag. 6. 11. & receptans bona furto subtracta quâ pœnâ puniatur? vide supra cap. 18. n. 29.

15 Et quando banniti, & forjudicati furta, vel alia delicta committunt in Terris Baronialibus, vel demanialibus, Officiales Barones, & Regii tenentur capere informationem de illis, & contra receptatores Bannitorum, & capta informatione, tenentur infra sex dies eam transmittere Regiæ Audientiæ, & relationem facere Regenti Regiam Cancellariam suprintendenti rerum campanæ, aliâs puniuntur pœna annorum trium relegationis, & ducatorum quingentorum, & privantur officio, quod tunc exercent, & in futurum, alia officia exercere non possunt, ut in prag. 21. §. 3. & in prag. 22. de exulibus §. 2. in fin. Sed si banniti delinquant in confinibus duorum territoriorum, uterque Judex tenetur denunciare, sed sufficit, si unus ipsorum denunciaret, quod si neuter denunciaret, & tunc uterque puniatur, Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 7. num. 12. & Danza de pugna DD. com. 2. tit. de homicidio, cap. 7. n. 32.

Sed tunc officialis tenetur transmittere copiam informationis Regiæ Audientiæ, & relationem facere Regenti supra intendentem rerum campanæ, quando in informatione adsunt saltem indicia ad torturam contra bannitos, & eorum receptatores; alias non tenetur, Ut a simili, nam si quis tenetur revelare aliquod delictum, illud revelare non tenetur, si probare non potest manifestis indiciis. clem. 2. §. notarii. Versu. quod si taliter de hæreticis. & Campana in quæst. unica quam posuit in fine sui tractatus de forjudicatis. n. 28. & seq. sed tutius est, ut officialis transmittat copiam, & faciat relationem, dato, quod non adsint indicia ad torturam, nam deinde Regia Audientia potest informationem impinguare, & plenius probare. Prout idem est, nam unusquisque tenetur denunciare hæreticos Inquisitoribus. Trivis. in dec. 51. par. 2. & Riccius in dec. 278. part. 3. & tamen hoc procedit etiam contra hæreticos

ricos occultos, si eorum delicta probari non possint; quia adhuc denunciatio facienda est Genuens. in pract. Archiep. Neapol. cap. 18. n. 5. & Farina. de hœresi. quest. 197. §. 2. n. 26. & seq.

17 Et licet Regiæ Audientiæ nō possint facere ordinationes Capitaneis locorum, ut relationem faciant Regiis Audiētiis pro delictis gravibus, tamen possunt facere dictas ordinationes Capitaneis locorum, ut relationem faciant pro furtis factis in viâ publicâ, vel si aliqui fecissent comitivam in armando per campaneam. *pragm. 10. §. 38. de offic. Judic. sed omnes Officiales Regii habentes meum, & mixtum imperium tenentur referre omnes causas criminales Proregi singulis duobus mensibus, cap. Reg. subjungendo; sed per prag. 4. de off. Jud. Officiales singulis sex mensibus, tenentur rationem facere Proregi, de omnibus delinquentibus per eos bannitis, & condemnatis, & Gubernatores, & Judices Terræ demanialis tenentur relationem facere Proregi de delictis factis cum armis igneis, & de eorum determinationibus, ut in prag. 28. & 4. de ictu scopiæ, de armis, §. 1. & Judex successor debet exequi iussiones factas suo prædecessori a superioribus Judicibus, §. & hoc verò. Auth. ut nulli Judicium, & Rovit, in prag. 8. num. 3. de officio Judicium.*

18 Et unum finaliter scias, quod si quis coactè missus sit ab universitate in aliquo loco pro negotio Universitatis, si in itinere captus sit a bannitis, Universitas tenetur suis expensis captum redimere, *Franch. dec. 146. Capibl. de Baronib. prag. 1. num. 57. & in singular. 106. in fine, & Thor. in add. ad Grand. de bello exulum, prædic. pati q. 3. speciali 90. circa finem, prout idem est, si militi cuncti pro defensione Patriæ sit interfectus equus, est dictus equus refarciendus ab Universitate, Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de electione fori, cap. 12. circa finem; sic etiam si missus ab Universitate infirmetur in itinere, debet curari expensis Universitatis, Bart. in l. cui ff. de leg. 1. & Puteo de syndicato, ver. Nuncius, cap. 2. nu. 5.*

19 Sed quando extraneus solvit aliquid pro aliquem liberando a manibus bannitorum, solum repetit a liberato. *Thor. in addit. ad Grand. in d. speciali 90. in fine. Ursillus ad Afflictum in dec. 149. n. 7., & Pascal. de vir. pat. potest. part. 3. cap. 5. n. 4. & 25. & idem est in redimēte aliquem ab hostibus, qui solum repetit a redempto si solvendo sit alias secus. l. liber captus. Cod. de captivis, & Bald. Novellus de dote part. 5. n. 8. & facit doctrina Bald. in l. finali Cod. de negotiis gestis, qui dicit, quod si amicus meus sit in periculo perdendi vitam, nisi pro eo solverem certam summam, si illam solvam, eo vetante, & invito, illam repetere possum ab eo. sequitur Cotta in suis memor. verb. beneficium, hoc tamen fallit in patre redimēte filium, qui solum non recuperat a filio, nam Pater intuitu pietatis id fecisse præsumitur. d. l. liber captus. l. si quis pro redemptione. C. de donationibus. l. si captivum. Cod. de Epi-*

scopis & Clericis. Michalor. de fratribus par. 1. cap. 30. n. 1. 2. & 3. & par. 2. cap. 31. n. 15., & Pascal. in d. cap. 5. n. 26. ubi num. seq. dicit, idem esse in matre. sic etiam si socius omnium bonorum sit captus a bannitis, a quibus se redimere coactus sit, damnum debet esse commune cum consocio omnium bonorum, nisi ejus culpa captus sit. l. cum duobus §. quidam & §. finali ff. pro socio. Michal. in d. cap. 31. n. 7. 8. 9. 12., & 16. sed quando est socius nonnullorum bonorum tantum & non omnium, tunc captus non intuitu societatis, ad ipsum spectant expensæ faciendæ pro se liberando, secus si intuitu societatis, quia tunc expensæ sunt reficiendæ in communi. Michalor. in d. cap. 31. a n. 16. usque ad finem.

20 Sed queritur quid si Baro captus sit a bannitis an ejus subditi teneantur illum redimere? & Const. Regni quamplurimum, dicit, quod subditi tenentur præstare adiutorium pro redimendâ personâ Domini, si forte ab inimicis Regis in servitio Regis captus sit, ergo secus est si sit captus a latronibus quando non est in servitio Regis. ita Capibl. de Baronibus in prag. 1. n. 73. & Farinac. de subfeudis. lib. 2. authorit. 2. in princ. num. 8. Et pendente tempore quo captus pro servitio Regis manet in posse bannitorum currit ei salarium, ut a simili, nam quando officialis pendente suâ inquisitione non exercuit officium, tamen si sit liberatus, licet propter suspensionem non exercuit officium, tamen debet habere salarium sibi promissum. l. ex causa. ff. de re militari. Capibl. de Baronibus in prag. 5. n. 89. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 210. & in observat. ad dec. Revert. 162. in fine, & d. Revert. in dec. 164. in fine, & Thorus in supplem. dec. verb. salarium. fol. 592. & Præsidentes Regiæ Camere si sint suspensi ab eorum officio, debent interim habere salarium, sed sequutâ condemnatione, illud tenentur restituere, ut in decreto Reg. Cam. relato a Marinis in fine decis. Revert. in nu. 451. fol. 893. & in n. 477. fol. 901. sic etiam si officialis maneat infirmus tempore infirmitatis currit ei salarium, si maneat in loco officii, secus si sine licentiâ discessit, quia tunc adhuc durante infirmitate non debetur ei salarium. Capibl. in d. prag. 5. n. 41. Caravit. in ritu. 7. n. 2. Palma in suâ pract. part. 2. gloss. 12. n. 22. & Puteo de syndicato. verbo salarium. Caball. resol. crim. cas. 294. n. 422. Sed in contrarium faciunt plura decreta Reg. Camere, per quæ est determinatum, militem captum ab hostibus in actu belli non debere consequi stipendium durante captivitate est in decretis Reg. Cam. relatis a Marinis in fine dec. Revert. in n. 621. 688., & 693. & famulo infirmo non debetur salarium durante ejus infirmitate. Vivius commun. opin. lib. 2. opin. 108. Mauson. de causis executivis ampliat. 32. n. 46. Caball. in d. casu 294. n. 423. & Paschal. de vir. pat. pot. part. 4. cap. 6. n. 38.

21 Queritur & quid si sint plures forjudicati, qui furantur aliquam rem, an unusquisque ipsorum teneatur insolidum ad restituendam rem furatam? & dicas maxime,

sed uno solvente, ceteri liberantur. l. 1. Cod. de condit. furt. & vide supra cap. 3. nu. 123. Constant. in l. unica. n. 49. Cod. ut armorum usus. lib. 11.

SUMMARIUM.

- 1 **C**onsanguinei forjudicatorum tenentur exfractare, si aliquod statutum, vel bannum hoc disponat, & tale statutum valeat, ibidem, & per plures pragmatikas fuerunt dati exfractus, num. 5. & 6. Et Prorex tantum potest jubere, ut consanguinei exfractent, nu. 2. & potest etiam ordinare, ut amici, & fidei forjudicati exfractent, n. 3. & 4.
- 7 Consanguinei illius, qui facit recaptum, vel qui occidit animalia, vel imponit ignem in bonis illius, cui fuit petita aliqua quantitas, & non fuit missa, tenentur exfractare, & n. 8.
- 9 Gradus computatio in materia exfractus fit de jure civili, & in exfractu non comprehenduntur minores, & sexagenarii, ibidem, & n. 10.
- 11 Prorex tantum potest hospitibus consanguineos forjudicatorum gravare.
- 12 Exfractus, & hospitatio cessant, quando banniti cessant a delinquendo, & in pluribus aliis casibus exfractus, & hospitatio cessat, usque ad n. 18.
- 19 Filii famina banniti tenentur exfractare banno dictante, ut filii bannitorum expellantur, sed non tenentur exfractare filia femina, & spurii ibidem.
- 20 Consanguinei bastardi forjudicati ex parte patris non comprehenduntur in exfractu, sed consanguinei ex parte matris comprehenduntur, ibidem, prout etiam comprehenditur frater spurius, n. 21.
- 22 Uxor mariti mortui non tenetur exfractare pro exfractu dato consanguineis fratris mariti mortui, & idem est in noverca, nu. 23. & infocero, n. 24.
- 25 Persona Ecclesiastica non comprehenduntur in exfractu.
- 26 Uxor non est expellenda, si bannum dicat, ut familia banniti debeat expelli: secus si dicat, ut consanguinei, & affines banniti exfractent, ibid.
- 28 Filius spurius legitimatus per rescriptum Principis non comprehenditur in exfractu, dato consanguineis patris legitimantis, secus si sit legitimatus per subsequens matrimonium, ibid.
- 29 Mulier pragnans non comprehenditur in exfractu.
- 30 Carceratus non comprehenditur in exfractu, durante sua carceratione.
- 31 Infirmus non comprehenditur in exfractu, durante sua infirmitate. Et quid in fatuo, muto, sordo, & caeco, ibidem.
- 32 Exfractandus an teneatur ire ad locum non tutum?
- 33 Maritus, & uxor debent ire in eundem locum, & non separatim, quando debent exfractare.
- 34 Pena exigi non potest ab aliquo, nisi sit elap-

sum totum tempus sibi assignatum ad exfractandum, & ad se conferendum in aliquem certum locum, licet certum sit, illum non posse accedere infra reliquum tempus ad locum destinatum.

- 35 Absens non comprehenditur in exfractu.
- 36 Consanguineo Rei inquirendi potest fieri ordo, ut exfractet a loco captura informationis.

CAP. XX.

De consanguineis forjudicatorum exfractandis.



Icet poenae delictorum, suos debeant sequi Auctores, cap. 2. de constit. cap. quæstis de his, quæ fiunt a majori parte, capit. Romana in fine, de sent. excom. l. ancimus, C. de poenis, l. 2. §. in filii, ff. de decurion. & pro delicto alterius, licet nemo debeat puniri, cap. non debet, & c. damnum, de regulis juris in 6. §. quoniam vero. Auth. ut nulli judicum, latè Guazzin. ad defensionem reorum, def. 33. cap. 2. num. 1. Farinac. pract. crim. tit. de delictis, & poenis, quæst. 24. n. 1. Paschal. de virib. patriæ potest. par. 4. cap. 5. n. 3. & 5. Riccius in dec. 47. part. 1. & Novarius in prag. 15. n. 1. & 2. de exulib. & cap. Reg. 82. tamen quia præsumitur, quodd forjudicatorum consanguinei eos receptant, alant, faveant, & protegant, & forjudicati efficiuntur audaciores, habentes eorum consanguineos in eorum Patriis, idè solent emanari banna a Domino Prorege & ejus Collaterali Consilio, ut consanguinei forjudicatorum usque ad certum gradum exfractent ab eorum Patriis, & vadant in aliquem locum distantem, prout Proregi videbitur, Guazzin. d. def. 33. d. cap. 2. post num. 8. ver. tamen in fine, Ponte de potest. Proregis, tit. 1. §. 5. num. 1. usque ad finem, Mastrill. de Magistratib. lib. 3. cap. 4. nu. 108. cum plur. seq. & Paschal. d. cap. 5. num. 69. Nam consanguinei bannitorum, contra quos est præsumptio, ut bannitos faveant, ad eos auxilium præstent, possunt a patriâ eiici, & eis certus locus assignari. l. jure provisum. Cod. de fabric. lib. 12. Clarus in §. final. quæst. 86. n. 5. Covarruvias variar. resol. lib. 2. cap. 8. Capib. in sing. 73. in fine. & in sing. 144. & Thor. in Cod. rer. judic. casu. 17. Et ex hoc consanguinei forjudicatorum non puniuntur propter delicta commissa a forjudicatis consanguineis, sed puniuntur poenâ exfractus ob dictas presumptiones, Caravit. in prag. 1. num. 79. cum plurib. num. seq. de exul. & talia banna valere ratione publicæ utilitatis, & plura fuisse emanata banna exfractus contra consanguineos bannitorum, & forjudicatorum; testatur Rovitus in rub. de exulibus, num. 19. in fine. & Grandis de bello. exulum, in prædicamento pati, quæst. 2. n. 1. ubi n. 3. decem connumerat præsumptiones contra consanguineos forjudicatorum,

in dando auxilium forjudicatis consanguineis, propter quas non solum consanguinei prædicti possunt puniri poenâ extractus, sed etiam possunt carcerari, Mar. in rub. C. de probat. n. 230. cum seq. & in l. repeti, ff. de quæst. Grandis d. quæst. 2. n. 4. & Ponte ubi supra, sed de dictis decem rationibus adductis per Grand. ubi supra, propter quas consanguinei forjudicatorum puniuntur poenâ extractus, duæ tantum placent Danza de pugna DD. to. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 6. n. 9. Et ut plurimum consanguinei bannitorum; & forjudicatorum, habentes bannitos, & forjudicatos in eorum consanguineos, vel affines, gloriantur, & sunt audaciores ipsimet bannitis, & forjudicatis. Et ideo non est mirum, si conjuncti forjudicatorum ob bonum publicum gravantur, nam ipsis scientibus, consentientibus, & sæpe est subministrantibus solent banniti delinquere, vel saltem præsumptio est, quod banniti non delinquerent, si eorum conjuncti obviarent, Caball. resolut. crim. casu 149. nu. 8. & seq. ubi n. 18. cum plur. n. seq. dicit quod valet statutum disponens, ut unus pro delicto alterius puniatur, & idem tenet Farin. d. quæst. 24. n. 150. cum plur. seq. & Caball. d. casu 149. per totum, substat, quod quando banniti perturbant privatam, & publicam quietem hic, & illic distrubando, homicidia, violentias, latrocinia, & alia varia crimina perpetrando, consanguinei eorum possunt compelli pro eis præstare cautionem de non offendendo personas, & bona territorii infestari, sequitur Paschal. d. cap. 5. n. 72. & n. 27. dicit Caball. quod valet statutum; ut conjuncti bannitorum debeant fidejubere pro conjunctis bannitis, ut non ingrediantur Civitatem, vel territorium, & idem tenet Farinac. d. q. 24. post n. 155. & quod valeat statutum disponens, ut propter homicidium unius omnes consortes expellantur, dicunt Paschal. d. cap. 5. post d. n. 69. & 70. *Jason in l. titia. n. 8. ff. de verb. oblig. & Cartar. de execut. sent. in præfat. n. 72. ubi n. 73. dicit, quod statutum disponens, ut domestici pro delicto consortis teneantur, tale statutum valet, & idem tenet Jason in l. si quis in suo. §. legis. n. 3. ver. secundo facit. Cod. de in officios. & etiam. & n. 76. dicit quod valet statutum disponens, ut conjuncti bannitorum puniantur, si banniti delinquant in Civitate, vel statu, & idem tenet Farinac. d. quæst. 24. post d. n. 155. ubi dicit valere statutum disponens, ut conjuncti teneantur dare in manibus Curie delinquentes conjunctos, & idem tenent Cabal. resolut. crim. casu 149. n. 26. & 30. Chart. de execut. sent. in præfatione, n. 76 Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de armatione per campaneam, cap. 6. n. 40. Et Ballistræ. var. lib. 5. tit. de capientibus ad effectum componendi n. 5. fol. mihi 420. Sic etiam statutum quod pater teneatur pro delicto filii est validum. Bald. in l. receptitia. Cod. de const. pecunia, & Marta de jurisdictione par. 4. const. 1. casu 51. n. 3.*

Et Dominus Prorex Regni concedit fa-

cultatem ejicendi ab eorum Patriâ consanguineos forjudicatorum, & eos in carcere detinendi, Ponte de potest. Proreg. d. tit. 1. §. 5. n. 1. ubi n. 7. dicit, Sixtum V. per Bullam editam in anno 1585. declarasse, hanc prædictam validam esse, sequitur Danza d. cap. 6. n. 11. ubi n. 9. dicit, quod conjuncti pro delictis conjunctorum tenentur extractare, citat Farinac. q. 24. n. 153. nam ad exirpandos forjudicatos, & ut eis tollatur auxilium, solent emanari banna, & statuta, ut consanguinei forjudicatorum extractarent, Mastrill. de Magistratib. lib. 3. cap. 4. n. 112. & Danza d. cap. 6. n. 10. nam licet quis innogens sit, tamen potest pro alterius delicto puniri, existente rationabili causâ, Covar. variar. resolut. lib. 2. cap. 8. n. 7. Gabriel. commu. conclus. lib. 3. conclus. 2. n. 18. tit. de jure quæsito non tollendo, & Danza d. cap. 6. n. 7. ubi n. 8. dicit, quod potest statuto caveri, ut pro delicto unius, omnes consortes, vel omnes de familiâ teneantur, etiam si dolus absit, dummodò hoc fiat ratione publicæ utilitatis. citat Chartarium de executione sent. in præfatione, n. 71. & seq. Clarum, §. fin. q. 86. ver. & hæc quidem, & Ozasum dec. 88. nu. 18: *Immo potest induci per statutum, ut consanguinei latronum efficiantur capientis l. 2. Cod. quibus ad libertatem proclamare non licet. Sed lex puniens aliquem pro delicto alterius, licet sit tolerabilis, tamen non est laudabilis. Palma in sua præf. par. 2. glos. 2. n. 62.*

Et per Proregem non solum emanantur banna, ut consanguinei forjudicatorum extractarent, sed etiam ut amici forjudicatorum extractarent, & tunc amici tenentur, aliâs si amicitia sit contracta antè forjudicationem, & post forjudicationem non sit continuata, tunc non tenentur extractare, Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 20. sed statutum, vel bannum loquens de consanguineis, & affinibus non comprehendit amicos, Blanc. de compromisso, quæst. 3. n. 48. de quo vide latè Borrellum de compromisso, §. 1. glos. 2. à n. 79. usque ad n. 130.

Sic etiam factiosi forascitorum possunt diuterrari per Prelidem Provinciæ, Grandis d. prædicamento pati, quæst. 2. & 3. speciali 95. n. 1.

Et per prag. 1. post n. 6. & per prag. 15. §. item ordinamo, & per prag. 16. §. fin. de exulibus, plura fuerunt emanata banna contra consanguineos quorundam forjudicatorum, ut extractarent sub certâ poenâ, & de hæc pragmaticæ sunt locales, temporales, & personales, & ideo ad nihil allegari, nec induci possunt ad alios casus, Danza d. cap. 6. n. 15. cum quatuor. n. seq. & n. 26.

Et fuit emanatum bannum à Prorege hujus Regni, & à suo collaterali Consilio sub die 1. Decembris 1644. quæ est prag. 23. & 24. §. 3. de exulibus, ut consanguinei, & affines usque ad quartum gradum inclusive Alexandri de Bono, Marci, & Honophrii Falani, Horatii de Caro, Angeli Fasali, Caroli Tattoni, Josephi Castellæ, & Jo. Antonii de Lisa, procurent tam masculi, quam

fg.

fœminas infra decem dies præsentare præ-nominatos bannitos vivos, vel mortuos in posse Regiæ Curie, aliàs dicto termino elapso, extractæ à locis ubi habitant, & à totâ Provinciâ Principatus Citra, & se conferant in loca destinanda per Præsidentem dictæ Provinciæ, vel alium Regium Ministrum destinandum per Proregem, & à dictis locis non discedant, nec redeant in eorum patriam absque licentiâ in scriptis obtinenda à Prorege, sub pœnâ hominibus, & mulieribus Nobilibus annorum quinque relegationis, vel carceris ad arbitrium Proregis, & ignobilibus annorum quinque, triremium, & mulieribus fustigationis, sed à dicto extractu exceptuantur fœminæ, & masculi, qui sunt minores quatuordecim annis, & senes sexagenarii.

7 Sed si quis capiat homines, causâ eos componendi, etiam non sequuto effectu consanguinei delinquentis, tam masculi, quàm fœminæ, usque ad quartum gradum inclusivè tenentur consignare vivum, vel mortuum Regiæ Curie inquisitum de recaptu infra octo dies numerandos à die, quo delinquens fuit reputatus contumax pro dicto crimine, aliàs tenentur extractare à totâ Provinciâ, ubi manent, præcedente tamen ordine Officialis ad quem spectat, & tenentur ire ad habitandum in loca declaranda per Proregem, & ab illis non discedere absque licentiâ in scriptis obtenta à Prorege sub pœnâ masculis fustigationis, & annorum quinque, triremium, & fœminis fustigationis tantum, sed à dicto extractu exceptuantur fœminæ, & masculi, qui sunt minores quatuordecim annis, & fœminæ sexagenariæ, prag. 8. & 10. §. 2. & 3. de exulib. Et idem est quando quis misit ad petendum pecuniam, vel aliam rem alicui, cum minis offendendi personam, vel bona sua, etiam non sequuto effectu, nam adhuc consanguinei delinquentis, tenentur extractare eo modo, ut supra, ut probatur in d. prag. 10. §. 2. & 3. de exulib. ubi §. 5. disponitur, quod portantes literas, vel nunciationem, scienter pro recaptu vel portantes pecuniam forjudicatis pro recaptu, puniuntur pœnâ mortis naturalis, vel relegationis in perpetuum nobilibus, & triremium ignobilibus arbitrio Proregi, & idem iurè confirmatum per prag. 26. §. 6. de exulib., & vide, quod dixi supra cap. 10. n. 20. & per prag. disponitur, ut portantes literas, vel nunciationem scienter pro recaptu in Civitate Neapolitanâ, ejus suburbis, & casalibus, puniantur pœnâ mortis naturalis, & contra eos M.C.V. procedit uti delegata, & potest breviori tempore forjudicationis contra ipsos ad dies decem.

8 Sic etiam quando aliquis imponit ignem in villis, vel occidit animalia causa extorquendi pecuniam ab aliquo dicitur forjudicatus ipso facto, & ejus consanguinei usque ad secundum gradum de jure civili tenentur infra quindecim dies, à die commissi delicti delinquentem consignare vivum, vel mortuum Regiæ Curie, aliàs, elapsis dictis quindecim diebus, tenentur extractare in

perpetuum à toto Regno, sub pœna fustigationis, & carceris perpetui mulieribus, & hominibus triremium in perpetuum, prag. 13. §. 2. & prag. 14. §. 5. de exulib.

9 Et etiam de jure communi, in materia extractus computatio gradus fit de jure civili, ut constat ex dictis per Borrellum de compromisso, §. 1. gl. 5. in princ. & ita in specie in materia extractus, tenet Danza d. cap. 6. n. 29. cum plur. n. seq. ubi dicit, quod minores quatuordecim annis, & fœminæ sexagenariæ, etiam de jure communi non comprehenduntur in extractu.

10 Sed an senes sexagenarii comprehendantur in extractu, & tam d. pragmaticæ, quàm jus commune, ut diximus loquuntur in fœminis sexagenariis, ergo secus est in hominibus sexagenariis, nam fœmininum non concipit masculinum, l. si ita scriptum, ff. de leg. 2. & h. servis legatis, ff. de legat. 3. gl. in l. 1. ff. de ventr. in possess. mitt. & Decius in l. 2. ff. de regul. juris, sed ego dico, quod etiam senes decrepiti, non comprehenduntur in extractu, secus si sint robusti, quia tunc comprehenduntur in extractu, prout etiam senes decrepiti torqueri non possunt, l. 3. §. ignoscitur, ff. ad S. C. S. Carret. pract. crim. tit. de indicis, & tortura, ver. circa tertium, n. 36. Nigris in cap. Reg. frequens, n. 38. & in cap. Reg. si iuste, n. 60. Farinac. pract. crim. tit. de indicis, & tortura quæst. 41. n. 24. cum plurib. seq. & Riccius collect. 129. & dec. 232. n. 2. part. 2. ubi dicit, quod senes non possunt condemnari ad triremes, nisi sint robusti, prout etiam senes robusti possunt torqueri, Clar. pract. crim. §. fin. qu. 64. ver. non etiam, citat Grammat. decif. 34. & dicunt Tartag. pract. crim. cap. 12. n. 1. ver. præterea, Farinac. d. quæst. 41. n. 25. & Sanfelice dec. 255, sic etiam senes decrepiti non possunt carcerari, Amend. Franch. dicif. 200. n. 7. & Pascal. de virib. patriæ potest. part. 2. cap. 9. n. 83. Et quod senes non possint carcerari pro debito civili, dicunt Ricc. d. decif. 232. nu. 5. Angelis ad pract. crim. Follerii, sub notatis capitis de persona, n. 119. & seq. *Marinis in observat. ad Revert. nu. 2. & 3.* Danza tom. 3. tit. de sene, cap. 1. & Mausonius de causis executivis, limitatione 13. n. 5. cum plurib. seq. ubi n. 15. hoc limitat, si senes in senili ætate se obligaverunt cum juramento, quia tunc possunt carcerari, citat Pascal. d. n. 83. & Thorum compen. dec. tom. 1. ver. senex septuagenarius. fol. 497. qui Thor. & Mausonius dicunt, quod licet in hoc casu senes possint carcerari, tamen ipsis debet assignari Civitas loco carceris, *Et idem tenet Chacchar in dec. 123. & vide Laganium ad Rovito in prag. 5. n. 1. & 9. cum duobus seq. de fide memor.* & senex habitatus in domo ex causa debiti, si contingerit in diebus festis ire ad Ecclesiam causa audiendi missam, seu rem divinam, non tenetur ad pœnam in fidejussione contenta, Marta conf. 131. & Thor. in supplem. ver. senex fol. 596. & fœmininum non concipit masculinum, quando profertur ab homine, secus si à lege, quia tunc fœmininum com-

pre-

prehendit masculinum, l. adigere in princ. ff. de iure patronat. & Rovit. in decil. 92. n. 12. cum duob. seq. Et presumitur aetate decrepitus, & impuberes non posse prestare auxilium. l. 1. §. impuberes. & l. 2. §. ignoscitur & l. excipiuntur ff. ad S. C. Syllaniam.

Sed si bannum, vel statutum dicat, ut consanguinei usque ad secundum gradum talis forjudicati exfractent, si quis sit consanguineus dicti forjudicati in secundo, & tertio gradu, non tenetur exfractare, nam remotior gradus attenditur, cap. fin. de consanguinit. & affinit.

Et aliquando consanguinei forjudicatorum de ordine Proregis gravantur hospitiis propriis sumptibus, Danza d. cap. 6. n. 39. & seq. ubi dicit, quodd hoc tantum spectat ad ipsum Proregem, idem tenet Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 6. n. 6. & Capibl. de auctoritate Baronum, tom. 2. cap. 100. n. 21. sic etiam licet conjunctus pro conjuncto non debeat carcerari, Const. Reg. humanitate, in fine, tamen solet Prorex juhere, ut conjuncti forjudicatorum, & bannitorum carcerentur, & pluries vidi per Commissarios destinatos per Proregem pro extirpatione bannitorum fuisse carceratos patrem, matrem, fratres, sorores, & uxores bannitorum, & ex hoc banniti fuerunt capti, vel occisi Sed hoc summi non habuit effectum pro extirpatione Petri Mancini capitis bannitorum. Novarius in prag. 15. n. 2. de exulibus.

Sed exfractus, & hospitatio cessat, quando banniti, & forjudicati desistunt à delinquendo, Danza d. cap. 6. n. 41. Et Novarius in prag. 15. n. 7. de exulibus.

Prout etiam exfractus non habet locum, quando consanguinei forjudicatorum non alunt, nec receptant consanguineos forjudicatos, sed sunt bonæ conditionis, & famæ, Caravit. prag. 1. n. 82. de exulibus. Grandis d. predicamento pati, quæst. 2. n. 9. & Danza d. cap. 6. n. 45. cum plurib. n. seq. & n. 48. dicit, hoc bis fuisse ordinatum per Proregem & suum Collaterale Consilium, & alias etiam per Proregem testatur Pascal. d. cap. 5. n. 73. in fine, & à fortiori hoc puto procedere in consanguineis forjudicati, quando sunt ei inimici, quia tunc non tenentur exfractare Palma in sua practica part. 2. glossa 2. n. 72.

Sic etiam propter largam familiam forjudicati, puta si familia absorbeat totam Patriam, solet Prorex mandare, ut supersedeatur in exfractu, ne patria depopuletur, Danza d. cap. 8. n. 36. cum duob. n. seq. ubi inserit provisiones Regii Collateralis Consilii in hoc expeditas.

Et exfractatio in tantum durat, in quantum durat vita forjudicati, nam forjudicato mortuo, possunt ejus consanguinei, & affines redire ad eorum libitum, Grandis d. predicamento pati, quæst. 2. n. 9. Rovit. rub. de exulibus. n. 20. & Novar. decil. R. A. A. 98. & in coll. super prag. 15. n. 7. de exulibus. Et faciunt dicta per Marfil. in l. fin. 26. ff. de quaest. nibus, ubi dicit quod stante statuto ut uxores, & filii rebellium non possint stare in Civitate, tamen mortis rebellibus, poterunt.

16 Sic etiam si forjudicatus sit indultatus, vel guidatus, & tunc ejus consanguinei non tenentur exfractare, Novarius d. prag. 15. n. 17. & in dec. 98. n. 2. Et si forjudicatus se absenter extra Regnum, tunc exfractus cessat, Novar. in collect. ad d. prag. 15. n. 7. nec potest capi. l. extra territorium, ff. de iurisd. omn. jud.

17 Et idem puto esse, si forjudicatus sit captus, quia tunc cessat exfractus, sed cum quidam forjudicatus esset aggressus à familia Curiz, & vulneratus, aufugit ad Ecclesiam, & ibi fuit ligatus, in hoc casu dixi, exfractum non cessare, nisi vulnus sit lethale, quia tunc debet supersederi in exfractu, ut videatur exitus vulneris, sed quando vulnus non est lethale, & forjudicatus manet sanus in Ecclesia, tunc consanguinei debent exfractare, nam licet illi non possint eum capere in Ecclesia, tamen possunt in illa eum alere, & protegere.

18 Quod si bannum dicat, ut filii bannitorum expellantur vigore talis banni, etiam filii feminae bannitæ tenentur exfractare, Nellus de bannitis in 2. part. secundi temporis, n. 44. Sed tale statutum non comprehendit filias feminas forjudicati, quæ non tenentur exfractare, vigore banni distantis, ut filii forjudicatorum expellantur, Rovitus in rub. de exulibus n. 19. Ballis tract. var. lib. 3. quæst. 3. casu 9. n. 14. Decius in l. fama. n. 78. ff. de regulis juris, & Nellus ubi supra n. 42. ubi n. 43. dicit, quodd neque comprehendit filios naturales tantum, vel filios spurios, licet in contrarium faciant dicta per Covarruviam variarum resolutionum, lib. 2. cap. 8. n. 3. per Garzia à Toledo in dicto 282. & per Mascardum de probationibus conclus. 1129. n. 29. tamen pro primâ opinionione faciunt dicta per Afflic. de iure prothomiseos in principio Constitutionis, nu. 32. fol. mihi 24. & filius bastardus alicujus Doctoris non gaudet nobilitate sui patris Santelicius dec. 56. n. 12. Farinac. practic. crimin. tit. de accusatione, quæst. 12. n. 54. Et Marinis in observat. ad decil. 4. num. 2. Reverterii, nisi sit legitimatus per rescriptum Principis, quia tunc gaudet nobilitate patris. Revert. in dec. 192. & ibi Marinis n. 3. & decil. 190.

19 Immo si bastardus, vel naturalis tantum sit forjudicatus, & per bannum, seu statutum sit dispositum, ut consanguinei, & affines d. forjudicati teneantur exfractare, in hoc casu consanguinei, & affines ex parte patris, non tenentur exfractare, quia bastardi, & naturales non dicuntur de domo paternâ in statutis penalibus, Bal. in l. suggestioni, n. 4. C. de verb. signif. Quod secus est in consanguineis ex parte matris, nam ipsi tenentur exfractare, & ratio differentie est, nam mater est certa, l. quia semper, ff. de in jus vocando, pater vero est incertus, l. vulgo, ff. de statu hominum, & legitime natus quoad conditionem, & originem patrem sequitur, sed illegitime natus sequitur matrem, l. cum legitime, ff. de statu hominum, & qui non habet justum patrem, sequitur originem matris, l. ejus qui, ff. ad municipalem. Capibl.

pibl. de Baronib. tom. 2. c. 57. n. 5. & Franch. dec. 452. n. 1. & naturalis tantum, & spurius cum consanguineis ex parte matris, compelluntur compromittere, vigore statuti compellentis consanguineos, & affines facere compromissum inter eos, sed hoc non procedit cum consanguineis ex parte patris, Maranta in suo speculo, p. 6. rub. aliquando petitur compromissum, n. 5. & 20. Thor. in comp. dec. 10. 3. ver. compromiss. fol. 175. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 322. Novarius in dec. 174. & Borrell. de compromisso, §. 1. glos. 3. n. 163. cum plurib. n. seq. & n. 172. ubi n. 166. dicit, quod si statutum disponat, ut pater teneatur emendare damnum factum per filium, tale statutum non comprehendit damnum factum per filium spurium, nam appellatione consanguineorum non veniunt spurii, & bastardi, glos. in clem. 1. in vers. liberi de bapt. Borrel. d. §. 1. glos. 3. n. 163. & glos. 4. n. 13. Marinis in d. cap. 322. n. 2. & 3. & Cotta in suis memorabilibus. ver. spurius. Quod si sit facta promissio ad invicem inter aliquos de non offendendo, neque per se, neque per consanguineos, & affines usque ad tertium gradum, talis promissio non comprehendit spurios, vel naturales, unde si spurii, vel naturales offendant alios comprehensos in promissione, vel ab illis offendantur, poena non committitur, Herculanus in tract. de cautione de non offendendo, cap. 32. per totum, de quo latè per Cabal. resolut. crim. casu 210. Sic etiam si statutum disponat, ut pater teneatur solvere condemnationem filii, non intelligitur de filio bastardo, vel spurio, Bal. in l. generaliter, §. cum autem n. 5. C. de institut. & substitut. Cabal. resolut. crim. casu 250. n. 17. cum pluribus numeris sequentibus & Addent. ad Clarum, §. fin. quæst. 86. n. 38. nam spurius non venit appellatione filiorum consanguineorum conjunctorum, vel illorum de casata, vel parentela, Farin. d. quæst. 13. n. 53. In fine, & n. 72. & filius naturalis tantum non excludit filiam legitimam, & naturalem, si extat statutum, ut stantibus masculis filia femina non succedant, Bald. in l. cum acutissimi, ver. quero nunquid naturales, G. de fideicomm. & Valasquez. dec. Lusitana 94. n. 5.

- 21 Sed frater spurius alterius fratris spurii forjudicati, tenetur extractare vigore banni, vel statuti dictantis, ut consanguinei, & affines forjudicati extractant, prout etiam si ipsi litigant inter eos, tenentur compromittere, vigore statuti disponentis, ut consanguinei, & affines compellantur inter eos compromittere, & hoc dato, quod ipsi fratres spurii sint nati ex eadem matre, vel ex duabus sororibus, vel si sint nati ex eodem patre, Marant. d. rub. aliquando petitur compromissum, n. 21. sed Rovit. d. prag. 1. nu. 14. de arbitris, tenet, quod fratres naturales tantum litigantes inter eos, non compelluntur ad compromittendum causam inter eos vertentem, sequitur Novarius in praxi elect. fori, tom. 1. sect. 3. quæst. 9. n. 32. & in decis. Regie Audientia Apulee 174. Sed primam

opinionem, sequor intelligendo tamen illud, quod dicit Maranta ibi in spuris natis ex eodem patre, si ipsi spurii sint nati ex eadem matre, & patre, aliis si ex eodem patre, & ex diversis matribus opinionem Marantæ non sequor ex illa regula supra tradita; quod pater sit incertus, mater verò certa.

- 22 Sic etiam, si mortuo marito, fiat bannum, ut consanguinei & affines fratris forjudicati mariti mortui extractant, in hoc casu uxor mariti mortui, non tenetur extractare, nam per mortem mariti est sublata affinitas; argumento eorum, quæ traduntur per Bart. in l. cui eorum, §. affinitatis, ff. de postul. & per Marant. ubi supra nu. 15. & per Borrell. d. §. 1. glos. 4. n. 25. & per Grassum de except. except. 24. n. 41. & per Arnono cautela 39. Et hoc etiam si uxor sit vidua, argumento eorum, quæ traduntur per Rovitum in prag. 1. n. 27. de arbit. Et idem putato in novercâ, quæ non tenetur extractare pro privigno forjudicato, mortuo patre privigni, & marito dictæ novercæ, argumento eorum, quæ traduntur per Marant. ubi supra n. 16. & per Borrellum d. §. 1. glos. 3. n. 133. & glosa 4. n. 26. & per Vivium commun. opin. lib. 1. opin. 3. 1. Et idem putato in focero, qui non tenetur extractare pro genero forjudicato, mortuâ uxore forjudicati; argumento eorum, quæ traduntur per eundem Vivium d. lib. 1. op. 310. & per Borr. d. gl. 3. n. 132. Et licet affinis non possit esse testis pro affine, tamen dissoluta affinitate, affinis potest esse testis pro affine. Grassus de except. except. 24. n. 37. & 40. ubi n. 38. & 39. licet dicat, quod affinis redditur suspectus in iudicando pro affine etiam dissoluta affinitate tamen Milanen. in dec. 15. lib. 1. dicit fuisse decisum affinitate dissoluta, cessare suspicionem ex capite affinitatis, etiam si supersint filii. Sed Rovit. in prag. 1. n. 21. de suspect. offic. dicit quod in facti contingentia diutius est super hoc articulo cogitandum, sed postea in d. prag. 1. n. 27. cum plurib. seq. dicit, obtinuisse, ut non interveniat iudex affinis, non obstante quod affinitas sit dissoluta ex parte iudicis per mortem uxoris supersitibus liberis, & affinitas dissolvitur per mortem alterius conjugum, sed tantum illa durat quoad matrimonium. Vivius in dec. 181. & Riccius in coll. 423.
- 25 Et idem est quoad personas Ecclesiasticas consanguineas forjudicati, quæ non tenentur extractare, vigore banni, vel statuti dictantis, ut consanguinei, & affines forjudicati teneantur extractare, ex dictis per Martam de iurisdictione. part. 4. cent. 1. casu 51. per totum, nam statutum laicale non ligat personas Ecclesiasticas c. Ecclesia S. Marie, de constitut. de quo latè per Grassum de effectib. clericat. eff. 2. per totum, & per Borrel. de compromisso, §. 1. glosa 3. n. 257.
- 26 Sic etiam, si bannum dicat, ut familia banniti debeat expelli à Civitate, vigore talis banni, non est expellenda uxor banniti; ita Nellus de Bannitis d. 2. part. 2. temporis, n. 41. nam mulier est caput, & finis suæ familiæ, l. pronuntiatio sermonis 195. §. mu-

§. mulier, ff. de verb. signif. & licet mulier postquam sit nupta amittat familiam patris, & transeat in familiam mariti, l. quicumque, C. de re militari, lib. 10. Et uxor efficiatur de casata viri, & non gaudeat privilegiis casatæ patris, Amend. ad Franch. dec. 363. n. 3. tamen hoc procedit in favorabilibus, & non in odiosis; unde filia scemina nupta admittitur ad fideicommissum à patre relictum suæ familiæ, Fusar. de substitution. qu. 352. à n. 25. usque ad n. 46. Et in fideicommissis factis omnibus de familia admittuntur tantum agnati, & non cognati. Riccius in dec. 96. par. 3. Sic etiam si bannum dicat, ut propinqui bannitorum exfractent, vigore talis banni, uxor banniti non tenetur exfractare, nam appellatione propinquorum non venit uxor. Jason. Paulus de Castro, & alii per text. in l. cum alienam C. de legat. & vide Rovitum in rub. de exulibus n. 19. sed si statutum dicat, ut consanguinei, & affines forjudicati teneantur exfractare, tunc uxor forjudicati tenetur exfractare, nam licet conjuges non sint affines, tamen sunt causa affinitatis, Bald. in l. affinitatis, C. communia de success. Unde si statutum dicat, ut causæ vertentes inter consanguineos, & affines compromittantur, vigore talis statuti tenentur maritus, & uxor compromittere causam inter eos vertentem, Marant. ubi supra n. 2. Borrell. d. glof. 3. n. 71. cum plurib. n. seq. Rovit. d. prag. 1. n. 25. de arbitris, & Arnono in commentario 124. Immo hoc procedit inter sponsum, & sponsam, qui si habeant litem inter eos, tenentur causam compromittere vigore statuti, Jason in l. quod servius, ff. de condit. ob causam, Marant. ubi supra n. 3. & Borrell. d. glof. 3. n. 134. sed contrarium tenet d. Borrell. in eadem glof. 3. n. 196. cum plurib. n. seq. quæ opinio ultima Borrelli, si sit vera à fortiori ego affirmo, sponsam de futuro, non posse compelli ad exfractandum, si sponsus sit forjudicatus, & statutum, vel bannum disponat, ut consanguinei, & affines sponsi forjudicati teneantur exfractare; nam si sponsa non comprehendatur in statuto disponente, ut causæ inter consanguineos, & affines compromittantur, quod statutum de compromisso est favorabile, ut docent omnes in prag. 1. de arbitris, Ludovicus dec. Lucensi 26. n. 2. & 3. Soccinus junior cons. 136. n. 8. lib. 2. Blanch. de compromisso in princ. post n. 3. ver. contraria opin. Borrell. eodem tract. de compromisso, §. 1. glof. 1. n. 19. & 20. & Arnono soliloquio 76. ergo à fortiori non debet comprehendi in exfractu, dato consanguineis, & affinibus sponsi forjudicati, dum simus in pœnalibus, & odiosis, argumento cap. odia 15. de regul. jur. in 6.

27 Et appellatione familiæ, non continentur cognati, qui sunt per sceminas conjuncti, nec etiam cognati, qui sunt per affines conjuncti, l. jus familiæ, ff. de relig. & sumpt. funerum.

28 Et neque filius spurius legitimatus per rescriptum Principis comprehenditur in exfractu, dato consanguineis, & affinibus pa-

tris legitimantis, nam in statutis, appellatione conjunctorum, non veniunt legitimati, glof. in cap. 1. extra de pactis, & statuto disponente, ut stantibus masculis, filia scemine non succedant, filia scemine non excluduntur per filios legitimatos, Bal. in cap. per tuas, de majorit. & obedient. & in cons. 214. vol. 2. licet contrarium tenet, Arnono in cautela 63. Sed prima opinio procedit in filiis legitimatis per rescriptum Principis, secunda vero procedit in filiis legitimatis per subsequens matrimonium. Capriol. de success. ab intest. lib. 1. n. 373. cum pluribus seq. sic etiam licet per supervenientiam filiorum revocetur donatio, ut in l. si unquam C. de revoc. donat. tamen donatio non revocatur per legitimationem, rescripto Principis factam post donationem, Bal. in l. 2. C. quæ in fraudem patroni, Viv. comm. opin. lib. 1. opin. 210. Cachet. dec. 121. & Ricc. coll. 104. secus puto si sit legitimatus per subsequens matrimonium, quia tunc tenetur exfractare, nam legitimatus per subsequens matrimonium in omnibus, & per omnia æquiparatur filiis legitimis, & naturalibus, cap. tanta extra qui filii sint legitimi, & per legitimationem factam per subsequens matrimonium revocatur donatio vigore, d. l. si unquam, Cachet. d. dec. 121. & Peregr. de fideicom. ar. 24. n. 7. & legitimati, per subsequens matrimonium succedunt æqualiter cum aliis filiis legitimis, & naturalibus, & hoc sive filii legitimi, & naturales erant nati, sive deinde nascantur post legitimationem, l. cum quis, & l. seq. & Authent. ibi posita, C. de naturalib. liberis, & probatur in d. cap. tanta. Et quando sequitur legitimitas per subsequens matrimonium, rumpitur testamentum à patre factum, Thesaur. dec. 84. Et statutum disponens, ut consanguinei, & affines teneantur compromittere, licet tale statutum non comprehendat filios spurios legitimatos per rescriptum Principis, Arnono in commentariis 198. tamen comprehendit filios legitimatos per subsequens matrimonium, Borrell. d. §. 1. d. glof. 3. à n. 174. usque ad n. 195. sed prag. 1. ad S. C. Maced. disponens, ut filius familias non possit contrahere absque consensu sui patris, procedit etiam in filio spurio legitimato per rescriptum Principis, Rovit. ibi n. 5.

Et statutum disponens, ut consanguinei, & affines forjudicatorum exfractent, non comprehendit mulieres, quia in eis minor est audacia. Natta cons. 291. n. 93. Sed in Regno Siciliæ contrarium servari testatur, Ballistrat. var. lib. 3. quæst. 3. casu 9. n. 14. & lib. 5. tit. de capientibus ad effectum componendi n. 6. fol. 420. & pro opinione, Ballis facit ratio; nam quando sumus in odiosis, & odium sit rationabile, ut in casu nostro, ex dictis supra n. 1. verbum masculinum prolatum à lege concipit scemininum, l. 3. ff. de negot. gestis l. 1. ubi glof. ff. de verbor. & rerum signif. & hoc etiam procedit in materia statutaria, in qua masculinum concipit scemininum, etiam in odiosis, si odiosum sit rationabile, Nigris in cap. Reg. ad hoc, n. 101.

K k

eum

cum plurib. seq. & vide *Rovitum in d. rub. de exulib. n. 19.* & *sup. dictum est n. 19.* & 26.

29 Sed quæritur, & primò, quid si aliqua consanguinea alicujus forjudicati sit prægnans, an teneatur exfractare vigore banni distantis, ut consanguinei, & affines, tam masculi, quam feminae forjudicati exfractent, & puto, quòd non, ex doctrinâ Follerii in pract. crim. rub. audiantur excusatores, n. 30. ubi dicit, quòd mulier prægnans citata, excusatur, & non tenetur comparere, nisi sit persona rustica, quæ posset accedere ad Curiam, quia tunc tenetur comparere, nisi esset valde partui proxima, quia tunc excusatur, idem tenent Cabal. resolut. crim. casu 79, & Guid. Pap. dec. 445. n. 5. & est ritus 267. sic etiam si mulier prægnans sit condemnata in exilium, sententia contra eam lata non exequitur, si propter ventrem prægnantem non possit discedere, sine periculo partus, propter laborem itineris, puta si longum sit iter ab ejus domo ad exilium, & tempus pariendi propè sit, Cabal. d. casu 79. n. 5. & 6. sed in materia exfractus puto indistinctè mulierem prægnantem non teneri exfractare, nam dum in exfractu exceptuantur minores quatuordecim annis, ut supra diximus, ergo respectu partus mulier non tenetur exfractare, ne comprehendantur minores, & sic ipse partus, argumento. l. prægnantis, ff. de pœnis, & l. Imperator, ff. de statu hominum, licet contrarium servetur à rigorosis Officialibus Regiis, prout etiam est, nam mulier prægnans, non tenetur jejunare, Bonacina tom. 2. de præceptis Ecclesiæ disput. ultima, q. 1. punct. ult. n. 3. fol. mihi 413.

30 Secundò quæritur, quid si aliquis consanguineus dicti forjudicati reperiatur carceratus, an teneatur exfractare, vigore dicti banni, & dicas, quòd quousque manet in carceribus non tenetur exfractare, prout etiam si sit citatus, excusatur in comparendo quousque sit carceratus, ut diximus supra cap. 8. n. 77. nam carceratus nullum potest præstare auxilium consanguineo forjudicato, & ideo excusatur in exfractando. arg. leg. 3. §. subvenitur. ff. ad Senat. Conf. Syllan.

31 Tertiò quæritur, quid si consanguineus forjudicati sit infirmus, an teneatur exfractare? & dicas, quòd quousque durat infirmitas, neque tenetur exfractare, nam infirmus gravi infirmitate non potest præstare auxilium consanguineo forjudicato, & ideo excusatur in exfractando. arg. d. leg. 3. prout neque infirmus, tenetur comparere, si sit citatus pro aliqua causa, ut diximus d. cap. 8. n. 60. cum plurib. seq., & neque infirmus potest torqueri durante infirmitate, ut docent Guazzin. ad def. reorum, def. 30. cap. 16. & Farinac. pract. crim. tit. de indiciis, & tortura, q. 41. n. 93. Et idem puto in Fatuo, & Mentecapto consanguineo forjudicati, qui neque tenetur exfractare, nam si non possit puniri pro delicto proprio, ut dixi supra cap. 3. n. 78. ergo neq. puniri debet pro delicto alterius, & fatuus, & mentecaptus non potest auxilium præstare forjudicato

consanguineo, ut in d. l. 3. §. ignoscitur. ver. furiosos, sed mutus, & surdus consanguineus forjudicati tenetur exfractare, nam saltem per signa possunt forjudicato consanguineo auxilium præstare, & eum guidare, & alimenta præstare, sed consanguineus cæcus utroque lumine, credo, quòd non teneatur exfractare, facit textus in d. §. ignoscitur. ver. cæcus.

32 Quarto quæritur, quid si per bannum sit dispositum, ut consanguinei alicujus forjudicati exfractent, & vadant ad habitandum in certum locum, si unus ex consanguineis habeat ibi capitales inimicitias, vel aliter locus ille non sit tutus, an teneatur illuc accedere, & dicas quòd non, argumento eorum, quæ dixi supra cap. 8. n. 48. cum plur. n. seq.

33 Quintò quæritur, quid si maritus, & uxor sint consanguinei forjudicati, & sit datus exfractus consanguineis, an Judex possit statuere, ut maritus vadat in unum locum, & uxor in alium locum, & puto quòd non, sed debet statuere, ut ambo vadant in eundem locum, alias statueret contra libertatem matrimonii, quòd facere non potest Judex laicus, Riccius dec. 178. par. 2, & esset etiam separare conjuges, quòd Judex laicus facere non potest. cap. plerumque, ubi Doctores de donat. inter virum, & uxorem. cap. porro, & cap. ex literis. de divort. Cancer. variar. resol. cap. 11. n. 169. Franchis dec. 26. n. 1. dec. 312. & § 12. n. 3. Butrius in cap. cum sit generale. n. 16. de foro comp. Clar. pract. crim. §. fin. qu. 26. n. 2. in fin. Farina. d. qu. 8. n. 130. in fin. & n. 148. & in tit. de delict. carnis. qu. 141. n. 42. & Ansaldo. de jurisd. part. 2. tit. 3. cap. unico. n. 4. & par. 4. tit. 3. cap. 2. n. 59. cum plur. seq. & n. 79. & hoc sive agatur principaliter, sive incidenter, nam semper Judex Ecclesiasticus est Judex competens inter laicos pro causa divortii. Guazzin. ad defensionem reorum. def. 1. cap. 11. n. 8. & Alex. Sperellus dec. 9. par. 1.

34 Sextò quæritur, quid si sit ordinatum, ut sub certâ pœnâ consanguinei alicujus forjudicati intra certum tempus exfractent, & se conferant in aliquem locum, an in ultima die dicti termini possit exigi pœna, si exfractandi non discesserunt, & certum sit eos non posse se conferre in locum assignatum in illa ultima die propter distantiam loci, & puto quòd non, sed est necesse, ut sit elapsum totum tempus, ut pœna prædicta exigi possit, argumento. l. insulam. ff. de verb. oblig. & faciunt dicta per Caravitam in ritu 167. n. 8. & per Revert. in dec. 489. & ibi Marinis n. 1. & hanc opinionem in specie sequitur Thorus in C. rerum jud. casu 17. n. 16. in criminal., qui eundem meum Avunculum in hoc loco testatur. Et quando consanguinei forjudicatorum non obtemperant mandata penali de exfractando, tunc præcedente informatione de controventionem, & monitione ad docendum causam quare & c. condemnantur ad penam in d. ordine penali contentam, ita Thorus in additionibus ad lo. Grand. de bello exul. in pradicamento pati. qu. 2. ad 16. & in d. ca.

de casu 17. d. n. 17. usq. ad finem. Urssinus ad Afflictum in dec. 289. n. 8. & Capibl. de baronibus in prag. 14. n. 72.

35 Septimò queritur, quid si in partibus hujus Regni sit datus extractus consanguineis alicujus forjudicati, & aliquis ex dictis consanguineis reperiatur habitare Neapoli, an ille teneatur extractare? & pòto quod non, nam dum isto reperiatur absens, præsumitur non alere, nec receptare forjudicatum consanguineum, & ideo non tenetur extractare, ex dictis per Caravit, prag. 1. n. 82. de exul.

SUMMARIUM.

1 **G**uidari forjudicatos quis possit? usq. ad nu. 6.

7 Guidari quis potest per centum annos à Principe, & non ab aliis Officialibus.

8 Guidari quis potest pendente disensione indulti, quando fecit aliquod servitium, propter quod gaudere debet indulto.

9 Baro ante sententiam forjudicationis potest suos subditos delinquentes guidare, secus leda ipsa sententia, n. 10.

11 Officiales Barones non possunt delinquentes guidare, quod si hoc fecerint, & affectatus sit captus, pendente securitate, ipse est relaxandus, & n. 12. fallit in statu Ecclesiastico, n. 13.

14 Guidatus à persona habente potestatem guidandi, si sit captus, pendente guidatico, est ponendus ad pristinam libertatem, & contra eum nihil est innovandum, n. 15.

16 Guidatus, si pendente guidatico delinquat, amittit guidaticum, & captus punitur tam pro delictis præteritis, quam denuo commissis, & n. 17. intellige, ut n. 18. 19. & 20. amplia, ut n. 25. & limita, ut n. 21. & 22.

23 Guidatus delinquens, à quo Judice puniatur? & quid si ipse guidatus sit offensus? ibidem.

24 Copia repertorum concedi debet guidato, quando ipse vult, se defendere super exceptionem guidatici.

26 Securitas concessa omnibus venientibus ad mundicius non comprehendit forjudicatos.

27 Securitas concessa alicui simpliciter, ut venire possit in aliquem locum, intelligitur pro una vice.

28 Guidari qui non possunt? usque ad n. 30.

32 Guidaticum quantum tempus duret, & n. 32. & à quo tempore incipiat currere tempus guidatici, & ejus prerogationis, n. 33. 34. & 36.

35 Prerogatio guidatici an fieri possit, non facta mentione de primo.

37 Clausula, qua apponi soleant in guidatico? Et si non fuerint appositæ, an intelligantur appositæ? n. 42. Et aliquando ex causa non solent apponi, n. 45.

38 Pars offensa dicitur, cui competit successio assensu.

39 Accessus prohibitus ad patriam, non censetur prohibitus ad locum domicilii, sed tantum ad locum, ubi quis est natus.

40 Prohibitus accedere ad aliquam patriam, an possit accedere ad territorium ipsius Patriæ? vel ad ejus pagum? n. 41.

43 Prohibitus accedere ad aliquem locum, an ibi per transitum ire possit? & an possit manere intus Ecclesiam existentem in loco prohibito? n. 44.

46 Guidaticum concessum pro se, & sociis, intelligitur de sociis veris, & non de casu associatis.

47 Socii gaudent guidatico concessio principali pro se, & sociis, dato quod separatim vadant ab ipso principali.

48 Guidaticum an possit concedi oretenus?

49 Guidaticum simpliciter prorogatum dicitur prorogatum cum omnibus conditionibus apposis in primo guidatico.

CAP. XXIII.

De forjudicatis guidatis.

1 **L**EDA sententiâ forjudicationis, forjudicatus solet guidari, seu affectuari ex aliquâ justâ causâ, puta quia promisit facere aliquod servitium in beneficium R.C. Et Prorex, & suum Collaterale Consilium, potest concedere guidatica forjudicatis, prag. 12. §. 9. de Officialibus, Ponte de potestate Proregis tit. 1. §. 4. n. 52. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de guidatico, cap. 1. n. 4. & 14. nam facultas concedendi securitates, & salvos conductus bannitis, soli Principi reservata est, Farinac. pract. cr. tit. de carceribus, & carcerat. q. 29. n. 80. unde Regens, & Judices M.C.V. non possunt forjudicatum guidare, prag. 2. de guidaticis, & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de guidatico, cap. 1. num. 8. & per quendam ordinem relatum in Apostilla ad prag. 3. de guidaticis, disponitur, ut in exilium missi, & relegati, non possint à Regente M.C., vel à Regiis Audientis fidem publicam obtinere; Sic etiam neque Advocatus Fiscalis, & Judices, qui recognoscunt Superiores, possunt forjudicatum guidare, Anna sing. 9. Aff. dec. 4. Leonardis practica Official. cap. 3. n. 32. Caball. ref. cr. casu 50. & Farin. pr. cr. tit. de carcerib. & carceratis d. q. 29. n. 79. & 99.

Sed hodiè Regiæ Audientie, & Commissarius Campanæ possunt concedere guidatica forjudicatis, prag. 3. de guidaticis, & Danza d. cap. 1. n. 5. & 6. sed Regia Audientia non potest guidare aliquem delinquentem extra ejus jurisdictionem, prag. 10. §. 71. de off. Judic. ubi in §. 88. habetur quod licentia armorum, facta per Regiam Audientiam non extenditur extra Provinciam, nam jurisdictione Judicis non extenditur extra suum territorium. l. final. ff. de jurisdictione omnium Judicum. cap. ut animarum. §. statuto de cons. in 6. & Delbene de immunit. Eccles. lib. 2. c. 12. dubit. 1. sect. r. n. 1. & 4. & Præses Provincia habet tantum jurisdictionem in sua Provincia & non extra. l. Præses. la 2. ff. de officio Præsidis, & Commissarius generalis Campanæ, non potest aliquem guidare in

Civitate Neapolitanâ, & ejus Suburbis, & pagis, aliâs guidaticum est nullum, d. prag. 10. §. 71. de off. Judic. & de utroque casu docet Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de guidatico, cap. 8. & est prag. unica §. 11. de offic. Judicis generalis in qua prag. unica, §. 7. & d. §. 11. disponitur, ut Commissarius generalis Campanæ non possit guidare eos, qui delinquant intus Civitatem Neapolis, & neque potest guidare caput bannitorum, nec eos, qui vadunt in ejus comitivam, sed tantum ipsis potest facere albaranum cum promissione guidatici, vel indultum tractandi cum Prorege, facto servitio, d. prag. unica, §. 6. de officio Judicis generalis.

4 Et Præsides Regiarum Audientiarum, & Commissarius generalis Campanæ non possunt guidare eos, qui delinquant extrâ Regnum Neapolitanum absque licentiâ Proregis in eorum jurisdictionibus, aliâs guidaticum est nullum, excepto Præsidi Provinciæ Apuliæ, qui in ejus Provinciâ potest guidare cum interventu Auditorum personas non Regnicolas, quæ deliquerunt extrâ Regnum, sed Præsides debet postea facere relationem Proregi, d. prag. 10. §. 72. de off. Jud. & Danza d. tit. de guidatico, cap. 9. tom. 2.

5 Et Judex illum guidare potest, quem bannivit, vel aliter sit Judex competens ipsius guidandi, Menoch. de arbit. jud. lib. 2. casu 337. n. 2. Grammat. voto 25. n. 11. & Grandis de bello exulum in prædicamento de quantitate, q. 2. n. 5. Et præcipue in Regno nostro, non possunt guidari per Officiales Regnicolos delinquentes de Statu Ecclesiastico, prag. 3. de persequen. malef. & prag. 7. de exulib. & neque banniti, & delinquentes hujus Regni possunt guidari in Civitate Beneventanâ, quando sunt inquisiti, pro delictis gravibus, d. prag. 3. de persequ. malef. & d. prag. 7. de exulib. Grandis de bello exulum, prædicamento pati, q. 2. speciali 66. & Rota in florilegio, præf. concl. concl. 9. n. 68. *Et forjudicatus a Principe, vel ejus Delegato non potest guidari nisi a Principe vel Delegato. Capibl. de Baronibus. tom. 2. cap. 31. n. 16. & Danza de pugna DD. tit. de guidatico cap. 1. n. 11. Sed Præsides unius Provinciæ potest inquisitum alterius Provinciæ guidare in sua jurisdictione, & ei promittere, tractare indultum cum Prorege propter aliquod servitium faciendum, quo facto, potest inquisitum guidare ad discussionem indultus, & guidatus ut molestari non possit à Præsidi Provinciæ, ubi erat inquisitus debet adire Proregem, & Collaterale Consilium, & provisiones obtinere quod d. guidaticum ab omnibus Tribunalibus observetur. Danza in d. cap. 1. n. 80. usque 86.*

6 Sic etiam Præsides Provinciales, & Commissarius generalis Campanæ non possunt guidare inquisitos, ante sex menses à die commissi delicti absque licentiâ Proregis, d. prag. 10. §. 69. de off. Judic. & d. prag. unica, §. 11. de off. Judic. generalis, sed Danza d. tit. de guidatico, cap. 6. tom. 2. dicit hoc non observari, sed delinquentem posse statim guidari commissio delicti.

Et advertas, quod si per Proregem sit data potestas Præsidi Provinciali guidandi aliquem delinquentem, potest Præsides vigore rescripti guidare correos delinquentes, Marinis quotid. resolut. tom. 1. cap. 160. in ultimâ impressione, & facit tex. in l. 1. C. de diversis rescript. & faciunt dicta per nos in tract. de foro compet. cap. 50. n. 28. in fine.

7 Et quis potest guidari per centum annos, Cepoll. cautela 91. & salvus conductus perpetuus debet servari, Farinac. d. q. 29. n. 2. sed Princeps tantum potest concedere guidaticum, seu saluum conductum perpetuum, Leonardis præf. offic. d. cap. 3. n. 22. Farinacius d. quæst. 29. n. 90. & seq. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 15. *Ursillus ad Afflictum in dec. 4. n. 5. & Grandis de bello exulum, d. prædicamento de quantitate, q. 2. n. 4. ubi n. 10. dicit, quod Præsides Provinciæ potest ad tempus aliquem guidare, & non in perpetuum, idem tenet ipsemet Grandis in prædicamento pati. quæst. 2. speciali 11. Et Commissarius generalis Campanæ non potest concedere guidaticum delinquenti, qui non fecit aliquod servitium, ultra dies viginti, & per duas vices tantum, d. prag. unica d. §. 6. in prin.*

8 Et quando quis facit aliquod servitium, propter quod debet gaudere indulto, facto dicto servitio solet guidari cum discussione indulti, & guidaticum cum discussione indulti potest expediri ab eo tantum, à quo potest expediri indultum, Capibl. de Baronibus. tom. 2. cap. 31. n. 18. ubi n. 28. dicit, quod hoc guidaticum cum discussione indulti, dicitur species præambule libertatis, & conceditur uti indultum, ut possit reus accedere Neapolim propriam patriam, & ad patriam partis offensæ, quæ permissio non solet fieri in guidaticis ordinariis, ut etiâ nos infra dicemus n. 27. *Et guidaticum cum discussione indulti non potest expediri per Commissarium generalem Campanæ absque ordine Proregis obtento ad relationem Superintendentis rerum Campanæ. prag. unica. §. 10. de officio Judicis generalis, & vide prag. 9. §. 3. de exulibus.*

Sed quando Præsides Provinciales habent facultatem à Domino Prorege hujus Regni contra bannitos procedendi ad modum belli, eos guidandi, & indultandi ob capturam, vel occisionem alterius banniti, tunc si præcedente albarano, bannitus occidat alium bannitum, & ejus caput præsentet Regiæ Audientiæ, Præsides potest concedere guidaticum cum discussione indulti illi, qui fecit dictum servitium, & interponit decretum tenoris sequentis.

In causa T. de T. petentis gaudere indulto suorum delictorum de homicidiis, armatione per campaneam, & aliis ob servitium præstatum capitis T. de T. publici delinquentis, ut ex actis.

Die &c. anno, &c. in tali loco per Illustrum Domnium Præsidentem, & generalem Commissarium contra delinquentes hujus Provinciæ procedentem in præfata causâ cum voto subscripti Domini Regii Auditoris,

ris, & Consultoris vigore potestatis eidem concessæ per Suam Excellentiam fuit provisum, & decretum, quod de servitio prædicto, & inquisitionibus dicti T. de T. fiat relatio suæ Excellentie in Regio Collaterali Consilio, & interim expediatur guidaticus liberè, & absque clausulis, pendente discussione indultus, prout præsentis decreto expressè mandatur, hoc sum.

- 9 Sed magna est controversia, an Barones possint guidare delinquentes eorum jurisdictionis? & prima est opinio negativa, Rovit. in prag. 1. n. 4. de guidaticis, Amend. ad Franch. dec. 258. n. 7. Maria Socin. conf. 76. n. 5. & 6. vol. 3. Novarius de gravaminibus vassallorum, tom. 1. gravam. 206. & prag. 1. de recept. delinq., sed apud sequentes est affirmativa. Farinac. dict. quæst. 29. n. 111. Mastrill. de indulto, cap. 2. n. 14. Frauch. dec. 370. n. 4. Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 31. in princip. Ponte de potestate Proreg. tit. 1. §. 4. n. 52. cum plurib. n. seq. Freccia de subfeud. lib. 2. auctoritate 45. n. 1. Merlinus controvers. forens. cap. 33. n. 14. & 15. tom. 1. Merolla in Theolog. Morali, tom. 3. disput. 7. cap. 1. dubio 6. n. 137. Danza d. tit. de guidatico, cap. 1. in fine tom. 2. & d. tom. 3. d. tit. de guidatico, cap. 1. n. 12. & Novarius in quæst. forens. 137. n. 11. part. 1. Immo Barones possunt guidare, & assecurare debitores in eorum terris. Ballis tract. var. lib. 4. q. 2. n. 90. & hæc ultima opinio mihi videtur vera, nam si Baro potest facere gratiam inquisitis suæ jurisdictionis, ut dicam infra c. seq. n. 95. in fine; ergo à fortiori potest eorum inquisitiones suspendere ad certum tempus, Auth. quodque magis, C. de sacrosanct. Eccles. nam guidaticum nihil aliud est, quam gratia suspensiva delicti ad tempus, Surdus, dec. 307. n. 18. & Capibl. de Baronibus, tom. 2. cap. 31. n. 19. & non extinguit delictum, sed tantum poenarum impositionem differt, & suspendit, Franch. dec. 433. Novar. in rub. prag. de guidaticis, n. 1. Campana de forjudic. resol. 9. n. 5. & hoc puto, etiam procedere parte non concordatâ, Danza d. tit. de guidatico, cap. 1. n. 14. & seq. licet Ponte d. §. 4. n. 56. Cancer. variarum resolutionum, lib. 2. cap. 11. n. 113. & Capibl. de Baronib. prag. 6. n. 49. dicant, quod requiratur partis remissio, ut Baro possit suos vassallos delinquentes guidare, tamen puta veriore opinionem Danzæ, cum hoc sit modici præjudicii partis adversæ, dum inquisitio ad tempus suspendatur, Franch. dec. 433. n. 1. & quod differtur non aufertur, gloss. in l. quamvis, ff. de recept. arbit. Et non obstat d. prag. 1. de recept. delinq. per quam prohibetur Baronibus guidare malefactores in eorum jurisdictionibus, nam d. prag. 1. loquitur de malefactoribus non subditis Baronibus, vel de subditis, & inquisitis in Regiis Tribunalibus, quos Baro non potest guidare in ejus jurisdictione, ut advertunt Capibl. dict. cap. 31. n. 3. Ponte d. §. 4. n. 53. cum plurib. n. seq. & Rovit. d. prag. 1. n. 12. de recept. delinq. ubi dicit, quod licet per dict. prag. 1. auferatur potestas Baronibus gui-

dandi, tamen intelligitur in terminis illius prag. tantum, secus in aliis.

- 10 Sed hanc conclusionem sanè intellige, ut Baro possit guidare suos subditos inquisitos in eorum Guriis, qui non dum sint effecti forjudicati, secus si sint forjudicati, quia tunc Baro eos guidare non potest, Boss. prac. crim. tit. de citationib. n. 39. Blanc. pract. crim. ver. ignorantia, n. 190. & seq. Freccia d. auctoritate 45. n. 2. Mastrill. d. cap. 2. n. 14. & Capibl. d. tom. 2. d. cap. 31. n. 1. & tom. 1. super prag. 6. n. 152. cum plur. num. seq. & præcipue n. 157. ubi 170. dicit, quod exiliati, vel confinati, non possunt à Baronibus guidari, nam lectâ sententiâ, Barones privati sunt potestate procedendi in causâ, 1. relegati in fine, & l. ad bestias, §. ex provinciâ, ff. de poenis, & pendente causâ, Barones possunt securitatem promittere, & non sententiâ exequutâ, Salycet. in l. cum indulgentia, C. de sententiam passis, Capibl. d. prag. 6. n. 170. Immo exiliati, & relegati non possunt guidari à Præside Regiæ Audientie, ut supra diximus n. 2. Sed si condemnatus per Curiam Baronalem appellat ad Judicem secundarum causarum Baronis, appellatione pendente, potest Baro inquisitum guidare, argumento eorum, quæ tractantur per Franch. dec. 370. & hoc potest procedere, si inquisitus, pendente appellatione, fuisset habilitatus, & aufugit, vel si frugerit carceres, & adhuc pendeat appellatio.
- 11 Sed Officiales Barones non possunt inquisitos eorum jurisdictionis guidare, Facchineus controvers. juris, lib. 9. cap. 62. sed si eos guidarunt, & sint capti, pendente guidatico, reponendi sunt ad pristinam libertatem, Capibl. d. prag. 6. n. 153. Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 12. cap. 1. n. 58. ver. bene verum est. Franch. dec. 258. post n. 1. Farinac. d. quæst. 29. n. 95. & seq. Cabal. resol. crim. d. casu 30. in fine, Sperel. dec. 148. n. 48. & seq. Facchineus d. lib. 9. cap. 63. Novarius in d. q. forens. 137. n. 12. & Paschal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 3. n. 37. sed vide Campana de forjudic. resol. 10. per totam.
- 12 Nam raptus pendente guidatico, debet reponi ad pristinam libertatem, etiam si concedens guidaticum non habeat potestatem guidandi, Tap. dec. S. R. C. 21. n. 4. Danza d. tit. de guidatico, cap. 4. n. 24. & tom. 3. eodem tit. de guidatico, cap. 1. n. 22. Paschal. de virib. patriæ potest. par. 4. cap. 3. n. 37. Angelis ad pract. crim. Foller. rub. notatos capiat de persona, n. 42. Cabal. d. casu 118. n. 13. D. Merlin. controvers. forens. cap. 53. tom. 1. Novar. in coll. super rub. prag. de abolit. n. 17. & in prag. 2. à n. 2. usque ad finem de guidaticis, Marini in observ. ad Revert. 187. n. 2. Thor. in compend. dec. tom. 1. ver. captus fol. 75. & Capyc. Latr. dec. 105. n. 27. & 53. cum duob. seq. ubi n. 26. dicit, quod in dubio judicandum est pro validitate guidatici, citat Menoch. de arbitr. judic. cum casu 336. & idem tenet Capibl. in d. cap. 31. n. 7. ubi etiam dicit, quod materia guidatici est favorabilis. Et in guidatico fit latiss.

ma interpretatio in favorem recipientis etiã contra concedentem. Merlinus contr. forens. lib. 1. cap. 54. n. 2. & guidaticum debet servari etiam si verba guidatici possent vario modo interpretari. Tholomeus in addit. ad Tarzag. in pract. crim. part. 2. cap. 1. circa medium, & Farinac. in d. qu. 29. n. 39. cum plur. seq.

73 Sed in statu Ecclesiastico per Constit. Pii Quarti. S. & Pii Quinti disponitur, ut bannitus captus non possit se juvare salvo conducto obtempto ab alio, quàm à Summo Pontifice, nam in tali casu salvus conductus, est nullus, & non prodest, & eo, non obstante, sententia debet executioni demandari. Cartar. de execut. sent. cap. fin. post n. 315. ver. nec etiam, Farinac. d. qu. 29. n. 84. & 97. & Danza d. tom. 3. d. tit. de guidatico. cap. 1. n. 15.

74 Et à fortiori, si forjudicatus sit guidatus à personâ, habentē potestatem guidandi, & pendente guidatico, sit captus, debet relaxari, itaut maneat tutus, & debet reponi ad pristinam libertatem, Franch. dec. 258. n. 1. & dec. 717. & Campana de forjudicatione resol. 9. n. 1. nam salvus conductus unicuique concessus, sive hosti, sive bannito, vel privato, servandus est, Cynus in l. præsent. C. de his, qui ad Eccles. confug. Cagnolus in l. ea est natura, n. 19. ff. de reg. iur. Grandis de bello exulum in prædicamento de quantitate. q. 2. n. 7. Farinac. d. qu. 29. n. 1. 4. 5. & 6. Catalanus de indult. cap. 55. n. 154. Revert. in d. dec. 187. de Palma in sua pract. par. 2. gloss. 1. n. 69. & Decian. trad. crim. lib. 7. cap. 16. n. 30. & fides data bannito, servari debet, Bar. in l. conventionum. n. 1. & ibi Jas. n. 3. & 4. ff. de pactis, & idem Bar. in l. is qui reus n. 12. ff. de publ. iud. Menoc. conf. 100. n. 198. & Cabal. resol. crim. casu 118. n. 11. & à fortiori salvus conductus à Principe concessus bannitis servandus est, Pacchineus controver. juris, lib. 9. cap. 59. Sed an fides data hæretico servanda sit? vide Farinac. de hæres. qu. 189. §. 5. n. 57. cum plurib. seq. & qu. 197. §. 1. n. 24. usq; ad n. 27. Immo si quis committat homicidium, & testes contra homicidam deponant, eum non cognoscere de nomine, & cognomine, sed si ipsum viderent, cognoscerent, si homicida sit captus sub guidatico, est reponendus ad pristinam libertatem, & instante parte, non debent repeti testes ad faciendam recognitionem ipsius capti, si fuit ipse, qui fecit homicidium, sed non factâ dictâ recognitione, est reponendus ipse guidatus, ad pristinam libertatem, Franch. dec. 590. Et quando est provisum carceratum esse reponendum ad pristinam libertatem, tunc ille carcerari debet non obstante empara contra eum facta pro causa civili. Franch. dec. 415. & pendente guidatico nihil est innovandum, Leo deo. Valentia 106. lib. 2. Novarius in rub. prag. de guidaticis n. 25. & Marinis ad dec. Revert. 187. n. 1. guidatus nullam vim pati debet, nec cum armis, nec sine armis, nec cum auctoritate judiciali, nec extrajudiciali, Franch. dec. 673. n. 1. & 2. & Merlinus contr. forens. lib. 1. cap. 53. n. 4. & guidatus penden-

te guidatico, nec directè, nec indirectè molestari potest. Urfillus ad Afflict. in dec. 4. n. 6. & salvus conductus sed guidaticum securum facit delinquentem, ut non possit capi, Boss. pract. crim. tit. de captura, n. 33. & delinquens guidatus, si sit captus, debet reponi ad pristinam libertatem, Marsi. pract. crim. §. ultima quæstio, n. 23. & Urfillus ad Afflictum in dec. 4. n. 9. & positus ad pristinam libertatem non potest statim capi, nam debet esse libertas talis, quod tunc difficilis sit persecutio, & captura, Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 2. spec. 18. in fine, Farinac. d. quæst. 29. n. 11. & Franch. decif. 258. n. 1. Et salvus conductus ad res, & ad personam extenditur. Urfillus ad Afflict. in dec. 4. n. 8.

76 Sed si guidatus pendente guidatico, delinquat, amittit guidaticum, prag. 1. de guidaticis, Sanfelix. dec. 48. n. 1. & dec. 49. n. 6. Farinac. d. qu. 29. n. 59. Ludovic. dec. Lucen. 11. n. 30. cum plurib. seq. Urfillus ad Afflictum. dec. 4. n. 12. Campana d. resol. 9. n. 2. Et hoc si vè delinquat intuitu guidatici, si vè non. Rovit. d. prag. 1. n. 1. de guidaticis, secus de jure communi, quo jure, ut guidatus amittat guidaticum propter delictum commissum, pendente guidatico, est necesse, ut delictum sit commissum intuitu guidatici, secus si extrâ guidaticum, quia tunc guidatus non amittit guidaticum, Menoch. de arbit. jud. lib. 2. casu 327. n. 15. Rovit. d. prag. 1. n. 1. de guidaticis, & Pascal. de virib. patr. potest. p. 4. cap. 3. post n. 18.

77 Et licet Grandis de bello exulum in d. prædicamento de quantitate, quæst. 2. n. 9. Cancer, variar. resol. lib. 2. c. 2. n. 314. ver. & insuper, & Decius in cap. constitutus il. 1. n. 2. extrâ de appellat. ver. ex quib. aliis responsum fuit, dicant, quod si guidatus delinquat, pendente guidatico, & sit captus, puniatur pro ipso novo delicto, sed non de delictis præteritis, pro quibus fuit guidatus, nam pro illis salvus conductus illum tutum facit, tamen veritas est, quod guidatus delinquens, pendente guidatico, si sit captus, non debet relaxari, sed punitur etiam pro delicto commissio pendente guidatico, quàm pro delictis veteribus, pro quibus fuit guidatus, Franch. d. dec. 258. & Cabal. d. casu 118. & opinio Grandis, & aliorum potest procedere in guidatico ad discussionem indultus ex dictis per Campanam d. resol. 9. n. 6. & seq. Nam si guidatus ad discussionem indultus delinquat, puniatur pro novo delicto, & non de delictis ante guidaticum. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de guidatico. cap. 1. n. 87., & vide eundem in cap. 2. secus si simpliciter sit guidatus, quia si pendente guidatico, delinquit puniatur etiam de delicto commissio pendente guidatico, quâ de delictis præteritis, pro quibus fuit guidatus. Intellige tamen, si pendente guidatico, guidatus graviter delinquat, secus si leviter, Franc. dec. 258. Rovit. d. prag. 1. n. 2. de guidaticis, Pascal. de virib. patriæ potest. par. 4. cap. 3. n. 18. Danza d. tit. de guidatico, cap. 10. in princip. Cabal. d. casu 118. n. 5. & Sanfelix. decif. 48. post n. 1.

puta si non delinquat appensatè, & ex proposito, sed ex improvviso, quia tunc guidatus non amittit guidaticum, Ludovicus d. dec. 11. n. 31. ubi dicit, ita procedere opinio-
 19 nem Decii ubi supra. Quod si guidatus graviter delinquat pendente guidatico, est necesse, ut pro novo delicto adsint saltem indicia ad torturam, ut possit puniri, tam pro novo delicto, quam pro illis quibus fuit guidatus; aliàs si pro novo delicto non adsint indicia ad torturam, guidatus debet reponi ad pristinam libertatem, Franch. dec. 717. & Campana d. resol. 9. n. 3. cum duob.
 20 seq. Et quando adsunt indicia ad torturam pro novo delicto, & tunc inquisito dantur defensiones, & non purgatis indicis torquetur, & tortus si non confiteatur novum delictum reponitur ad pristinam libertatem ut ita decisum testatur Sanfelice. dec. 48. ubi dicit, quod si forjudicatus obtineat, ut deserviret bello per tres annos, quibus elapsis non molesteretur pro sententia forjudicationis, si iste sit descriptus militiæ, & durante d. termino sit inventus committere crimen sodomie, & sit indiciatus, indicis sufficientibus ad torturam dantur ei defensiones, & non evacuatis indicis prædictis dicitur, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt pro executione sententiæ forjudicationis, & n. 6. ver. præterea, & n. 10. dicit, quod durante tempore servitii in bello, forjudicatus dicitur guidatus, citat Follerium in prag. 1. de exilibus, n. 42. ver. interim autem videtur guidatus, & est prag. 20. §. & restando, de exilibus, tom. 2. Unde si forjudicatus durante tempore servitii in bello, aufugit à militia, potest contra eum exequi sententia forjudicationis. prag. 18. ver. item, che tutti de militibus.

21 Sed si guidatus delinquat pendente guidatico, ad sui defensionem non rumpitur guidaticum, Ludovicus d. dec. 11. n. 32. & seq. & licet possit puniri pro delicto, poenâ extraordinariâ, tamen pro delictis præteritis, pro quibus fuit guidatus ponitur ad pristinam libertatem, Nellus de bannitis in 2. par. 2. temporis, n. 16. Cabal. d. casu 118. n. 8. & seq. Farinac. d. quæst. 29. n. 61. & Pasc. de viris. patriæ potest. d. cap. 3. n. 18. & ita potest procedere opinio, Grand. & Cancerii ubi sup.

22 Quod si guidatus non delinquat, & pendente guidatico sit captus, & frangat carceres, propter fracturam carceris, non amittit guidaticum, undè si pendente adhuc guidatico sit de novo captus, debet reponi ad pristinam libertatem, nam propter fracturam carceris, non dicitur deliquisse pendente guidatico, Danza d. tit. de guidatico, cap. 11. & est ratio, nam injustè carceratus, potest impunè frangere carceres, & aufugere à carceribus, ut dixi supra in hac eadem præct. forjudic. cap. 20. n. 41. Sed si quis pendente tempore guidatici sit captus, & opposita exceptione guidatici aufugiat à carceribus, si lapsa tempore guidatici sit denuo captus non est reponendus ad pristinam libertatem, ut in simili est in extracto ab Ecclesia, qui si

pendente exceptione repositionis ad Ecclesiam aufugit à carceribus, si denuo extra Ecclesiam sit captus, ad Ecclesiam reponendus non est. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. cap. 16. dubit. 31. n. 17. & licet contrarium teneant Marin. quotid. resol. lib. 1. cap. 180., & Diana Moralium resol. par. 4. tract. 1. resol. 84. in fine, tamen secundum primam opinionem tenet Sanfelice. in dec. 242.

23 Et quando guidatus pendente guidatico delinquit, & sit captus in loco delicti, pro illo novo delicto, punitur à Judice loci delicti, Antonius Faber dec. 5. de jurid. omn. jud. qui dicit, quod per concessionem immunitatis à Superiore non tollitur jurisdictio Judicis inferioris; sed quod puniatur à Judice guidante, tenet Danza d. tit. de guidatico, cap. 8. in fin. prout etiam si quis offendat guidatum, punitur à guidante, & causa non remittitur ad alium judicem, Foller. præct. crim. rub. audiantur excusatores, n. 115. sed vide Danzam tom. 3. d. tit. de guidatico cap. 4. à n. 24. usq; ad finem. qui contrarium decisum refert, prout etiam contrarium tenet Thesaur. in dec. 132., & faciunt dicta per Riccium in praxi remissionis delinquentium. qu. 24. ubi tenet, quod rumpens salvaguardiam concessam per M. C. V. punitur per suum Baronem, & non per M. C., & idem tenet Novarius in prag. 2. n. 12. de instrum. liquid.

24 Et quando guidatus vult se defendere super exceptionem guidatici, est ei danda copia repertorum, & totius processus novi delicti per eum commissi, propter quod pretenditur, ipsum non gaudere indulto, Merlin. contr. forens. cap. 40. n. 16. & seq. tom. 1. & Danza d. tit. de guidatico, cap. 10. versic. quando autem, tom. 2. & tom. 3. eod. tit. cap. 3. n. 5.

25 Sed quid si hodiè sit concessum guidaticum Neapoli alicui forjudicato exiienti in longinquis partibus hujus Regni, & forjudicatus cras committat aliquod delictum, ita ut propter longitudinem loci, forjudicatus tempore novi delicti, non poterat habere notitiâ de guidatico, an gaudeat guidatico? & puto, quod non, nam saltem iste poterat scire tractatū de guidatico, & ideo dum isto medio tempore delinquit guidatico indignus est secus si guidaticum sit expeditum eodem die quo fuit factum delictum, quia tunc præsumitur expeditum post delictum, & guidatus debet guidatico gaudere, nam in ambiguis, quod est minimum sequi debet. l. semper in obscur. ff. de regulis juris. & cap. quod in ambiguis eodem tit. in 6. Sed contrarium puto verum, nam guidatus peterat scire tractatum de guidatico, ut advertit sapientissimus meus Avunculus, & dum deliquit sub spe futuri guidatici, illo gaudere non debet, ut videre est infra in cap. seq. n. 69. in fine, & pro hac ultimâ opinione facit præmatica 10. §. 69. & seq. de officio Judic., & prag. unic. §. 11. de officio Judicis Generalis.

Sed si Prorex hujus Regni mandet Regiis Officialibus, ut non obstantè guidatico, procedant de iustitiâ contra forjudicatum cap-
 tum

tum pendēte guidatico, in hoc casu ipse non est ponendus ad pristinam libertatē, arg. l. si vindicari, C. de pœn. & hoc pluries vidi practicatū in hoc Reg. contra famulos bānitos. *Et quando Princeps mandat, aliquem occidi, non quæritur utrum iustē, vel iniuste mandet, sed ei indistinctē obtemperari debet, nam Princeps non habet hominem, qui sua facta judicet, & quicquid facit, præsumitur ex causa facere, & ejus sola voluntas pro causā habetur. Marant. in disput. 1. sum. 6.*

Si etiam si guidatus sit captus in loco vetito, non reponitur ad pristinam libertatem, sed puniri debet pro suis delictis. *Pascal. de viribus patr. potest. par. 4. cap. 3. n. 25. Capibl. de Baronibus tom. 2. cap. 31. n. 20. faciunt dicta per Rovitum in dec. 4. & vide infra n. 44. & si guidatus sit interfectus in loco vetito, intersector non puniatur, ut dictum est supra cap. 17. n. 53.*

26 Et advertas, quodd si sit concessa securitas omnibus venientibus ad nundinas duraturas per octo dies, per talem securitatem, forjudicati non possunt venire ad nundinas, nam licet per tex. in l. 1. C. de nundinis sit dispositum, ut qui vadit ad nundinas, non possit inquietari, tamen hoc non habet locum in hostibus Civitatis, l. mercatores, C. de commer. & mercat. Sed forjudicati, possunt impunē offendi, & dicuntur hostes l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capitulis dimittunt. & probatur in Const. Regni pœnam eorum; ergo in tali generali securitate, non comprehenduntur forjudicati, nisi aliter ex ea appareat, Bar. in l. 1. ff. ad leg. Jul. Majest. sequitur *Cotta in suis memorabilib. ver. nundina.* & Nellus de bannitis in 3. part. 2. temporis, n. 15. ubi n. 17. & seq. dicit, quodd asscuratus in accedendo ad aliquem locum, dicitur etiam asscuratus in recedendo, citat glosam, & Bartolum in l. fin. ff. de sepulcro violato, & idem tenent Farin. d. q. 29. n. 53. *Guid. Papa in dec. 418. n. 4. Menoch. in d. casu 336. n. 11. cum duobus seq. Ursillus ad Affiliatum in d. dec. 4. n. 7. & Danza d. tom. 3. d. tit. de guidatico cap. 1. n. 65. & seq. Et forjudicatus eo ipso, quodd vocatur à Principe, dicitur guidatus, Rovit. in prag. 1. n. 5. in fine de guidaticis, & Novarius in rub. prag. de guidaticis n. 26. & seq.*

27 Quodd si forjudicato simpliciter sit concessa facultas, ut tute possit venire in Civitatem, intelligitur, ut semel tantum veniat, Farinac. d. quæst. 29. n. 67. cum quatuor n. seq. Rovit. prag. 1. n. 7. de guidaticis, Rota Genue. dec. 63. n. 6. *Menochius in d. casu 336. n. 26. & Tiraquell. in l. boves. §. hoc sermone. n. 80. ff. de verbor. signific. nam in contractib. actus intelligitur pro una vice tantum, l. boves, §. hoc sermone, ff. de ver. signif. & l. cum qui kalendis, ff. de verb. oblig.*

28 Inquisitus de crimine sodomie, non potest guidari, vel asscurari à Prorege, etiam ad modicum tempus, & in omnibus guidaticis generaliter concessis per Proregem, semper intelligitur exclusus inquisitus de crimine nefando prag. 1. & 3. de sodomia,

Quod procedit etiam in Curia Ecclesiastica, Riccius dec. 108. par. 3. sed tantum favore boni publici, vel pro directione justitiæ sodomita potest guidari, Peguera decif. 39. n. 11. & 14. Rovit. d. prag. 1. n. 5. & Novarius ibi, n. 10. de sodomia, & Mastrill. de indulto, cap. 31. n. 8. & seq.

29 Sic etiam exules ponentes ignem in frugibus, causa extorquendi nummos à dominis ipsorum frugum, non possunt guidari, etiam propter magnum servitium factum, vel faciendum in beneficium Curie, prag. 13. §. 1. de exulib. Idem est contra occidentes animalia, causa extorquendi pecuniam, à dominis dictorum animalium, nam isti neque possunt guidari, prag. 14. §. 2. de exulibus.

30 Sic etiam, neque blasphemantes Deum, vel ejus Matrem Sanctissimam possunt guidari prag. 3. de sodomia, & qui non potest indultari vigore statuti, propter atrocitatem alicujus criminis, neque potest guidari ad longum tempus, Nellus de bannitis in 3. part. 2. temporis, n. 19. & ideo quando quis non gaudet indulto propter delicta excepta, non potest guidari cum discussione indultus. *Capibl. in dicto cap. 31. n. 40.*

Sed si guidaticum sit datum in casu, in quo dari non potest, est servandum, Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. n. 314. Peguera qu. crim. cap. 39. Caball. resol. crim. casu 118. n. 12. *Merlinus consrover. forent. lib. 1. casu 53. nu. 10. & seq. & Menoch. in d. casu 336. n. 23. qui casu 337. n. 10. cum duobus seq. videtur sibi contrariari, sed eum conciliat, & declarat Merlin. in d. cap. 53. n. 20. ubi dicit, guidaticum datum in casu, in quo dari non potest, in futurum servari non debere, secus pro præterito, ut reus reponatur in pristinam libertatem. Immo d. Merlinus in d. cap. 53. d. n. 11. dicit quod si statutum prohibet aliquem guidari pro certo crimine, alias guidaticum sit nullum, si ille sit guidatus, & pendente guidatico sit captus, tamen reponendus est ad pristinam libertatem. citat Peguer. in d. cap. 39. Bajard. ad Clarum in §. finali. quæst. 49. n. 1. Farinac. in d. quæst. 29. n. 10. & 97. & Giurbam in consilio 80. nu. 14. Sed vide Campanam d. resol. 10. per totam.*

31 Et guidaticum simpliciter concessum per Officialem durat, donec ejus officium durat Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. n. 160. & Danza d. tom. 3. d. tit. de guidatico, cap. 1. n. 10. nam guidaticum expirat eo ipso, quodd commissio illius, qui concessit dictum guidaticum expirat, Rovit. dec. 11. n. 9. & Sanfellic. dec. 50. n. 18. prout etiam est in bannis factis per Officialem, quæ in tantum durant, in quantum durat ejus officium, nam deinde expirant, Affl. dec. 290. n. 1. & 2. Capibl. de Baronib. prag. 14. n. 67. & Farinac. in frag. par. 1. ver. bannimenta n. 5. cum duobus seq. Immo bannum factum per Proregem, etiam si in eo dicatur omni tempore valiturum, si non sit factum cum voto Regentium Regiam Cancellariam expirat, expiratà jurisdictione Proregis, Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 88. à n. 6. usque ad n. 10.

Et

Et idem est in hanc Episcopi, quod expirat per mortem ipsius Episcopi, sed statuta Episcoporum facta in eorum Synodis non expirant per mortem Episcopi, Riccius de ci. 149. p. 1. & Novarius in præfatione ad pragm. Regni in proposit. 8. n. 8.

32 Et saluus conductus concessus ad beneplacitum expirat morte concedentis, vel ejus jurisdictione finitâ, Farinac. d. qu. 29. n. 73. ubi n. 74. hoc limitat si in salvo conducto sit dictum, quod duret, donec fuerit revocatus, quia tunc requiritur expressa revocatio, nec expirat morte, aut jurisdictione finitâ. Et saluus conductus non expirat morte concedentis, quando ejus verba sunt amplia. Ursillus ad Afflictum in dec. 4. n. 10. & beneplacitum ratione dignitatis aut personæ concessum quando morte concedentis expiret? Late tractat Mascardus de probat. concl. 188.

33 Et tempus guidatici incipit currere à die datæ dicti guidatici, & non à die, quo guidatus habuit noticiam dicti guidatici, Cabal. resolut. crim. casu 249. sed in dicto casu Caballi fuit concessus saluus conductus per quindecim dies proximè futuros, & ideo tempus guidatici incipit currere à die datæ guidatici, prout à simili videmus, quod licet tempus compromissi non incipiat currere, nisi à die acceptati compromissi, Franch. dec. 354. n. 2. & Marant. in suo speculo, par. 4. dist. 14. n. 7. tamen quando in compromisso sit dictum, hinc ad dies quindecim proximè sequuturos, tempus compromissi incipit currere ab illo puncto, Affl. dec. 73. n. 8. Socinus conf. 87. n. 1. & 2. lib. 4. & Cabal. d. casu 249. n. 5. & seq. sed si in guidatico sit dictum ut tempus guidatici currat ab hodiè, & tunc currit à die datæ, ut à simili, si in compromisso sit dictum, ut tempus compromissi currat ab hodiè, & tunc tempus compromissi currit à die facti compromissi. Franc. decif. 626. Rovit. prag. 1. n. 52. de arbitris, & Capibl. de Baronib. prag. 5. n. 21. & seq.

34 Adverte, quod si sit concessum guidaticum ad certum tempus, & antè finitum tempus guidatici sit prorogatum guidatici infra aliquod certum tempus, istud tempus appositum in secundo guidatico incipit currere in fine primi temporis dati in primo guidatico, & non à die datæ secundi guidatici, Novar. dec. Regiæ Audientię Apulę 222. & in quæst. forensi 54. n. 6. to. 2. & Danza d. tit. de guidatico, cap. 7. in fine, prout etiam est, nam si sit data dilatio ad recollegendum sarcinulas per unum mensem, & antequam finiatur mensis concedatur alia dilatio per alium mensem, iste secundus mensis incipit currere à fine primi mensis, Anna sing. 227. & alleg. 37. n. 4. & Riccius in praxi fori Eccles. par. 2. resolut. 154. prout idem est, si sit factum pactum de retrovedendo ad certum tempus in contractu venditionis, si ante finitum dictum tempus sit facta prorogatio dicti temporis, ista secunda prorogatio incipit currere à fine primi temporis, & non à die datæ secundi temporis, & non à die datæ, sed pone, C. de

pactis inter empt. & vend.

35 Sed secundum guidaticum non conceditur nisi factâ mentione de primo guidatico, prag. 10. §. 70. de off. judic. sed hoc non observari, dicit Danza d. tit. de guidatico, cap. 7. Sed secundum d. §. 70. fuisse decisum testatur Rovit. in prag. 1. n. 56. de guidaticis, & in dec. 11.

36 Sed quaeritur quid si guidatus, pendente guidatico sit captus, & stetit carceratus per aliquos dies, & deinde sit repositus ad pristinam libertatem, an tempus carceris computetur in termino guidatici? & ex dictis per Sanfel. in dec. 52. videtur dicendum, quod sic ubi dicit, quod tempus carceris computatur in termino dato ad obtinendam remissionem partis, & proinde quando excarceratur, si sit elapsum dictum tempus debet dari competens dilatio ad se tutum ponendum.

37 Et inter alias clausulas apponi solitas in guidatico, apponitur clausula, dummodò guidatus non accedat ad propriam patriam, & ad patriam partis offensæ, & dummodò delictum non sit commissum in Civitate Neapolitanâ, & ejus suburbis, & dummodò guidati non ingrediantur Civitatem Neapolis, ut ita fuisse ordinatum per provisiones Regii Collateralis Consilii omnibus Regiis Gubernatoribus Provincialibus Regiarum Audientiarum, testatur Danza d. tit. de guidatico, cap. 2. & 5. ver. quoad prag. unica. §. 11. de off. Jud. general. Rovit. in prag. 1. n. 31. & 32. de guidaticis. Cabal. res. crim. casu 58. n. 15. Novarius quæst. forens. 54. n. 4. part. 2. Cabal. d. cap. 31. n. 5. & 38. Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. quæst. 6. n. 20. Sanfel. dec. 50. n. 8. & Cabal. casu 58. n. 16.

38 Et in quantum apponitur clausula in guidatico, ne guidatus accedat ad propriam patriam, & ad patriam partis offensæ: advertas, quod pars offensa dicitur, cui competit successio ab intestato, Danza d. tit. de guidatico, cap. 5. ver. quoad tertium, sed vide Paschal. de virib. patriæ potest. p. 4. cap. 3. n. 24. Et Novarium in opusculo novi juris Pontificis. conclus. 44. n. 6. qui dicunt hoc in arbitrium Judicis esse remittendum, & idem tenet Rovitus in prag. 9. n. 8. de compositione.

39 Et quando prohibetur accessus ad patriam, non censetur prohibitus accessus ad locum domicilii, sed tantum ad patriam, in qua quis natus est, Marinis quotid. quæst. c. 161. & Danza d. tit. de guidatico, cap. 10. ver. verum, & tom. 3. eodem tit. de guidatico, cap. 1. à n. 54. usque ad n. 56. unde guidatus cum clausula dummodo non accedat ad propriam patriam, si accedat ad locum domicilii non dicitur contravenire, & successivè gaudet guidatico, Marinis d. cap. 161. nam prohibitus accedere ad locum originis, non prohibetur accedere ad locum incolatus, Bar. in l. relocatorum, n. 5. ff. de interdictis, & releg. & Bart. in l. pen. n. 30. C. de execut. rei judicatæ.

40 Et vigore talis clausulæ, ut guidatus non accedat ad propriam patriam, & ad patriam partis offensæ, guidatus non solum non potest accedere ad dictas patrias, sed neque in

territorium dictarum patriarum, Rovit. d. dec. 11. Thor. in compend. dec. tom. 1. vers. guidaticus, col. 2. fol. 248. & Sanfel. dec. 50. licet contrarium teneant Paschal. de vir. patr. potest. part. 4. cap. 3. n. 23. & Danza d. tom. 3. d. tit. de guidatico, c. 1. à n. 33. usque ad n. 38. & d. tom. 2. d. tit. de guidatico, cap. 4. in prin. ubi n. 21. dicit, quod prohibitus ad Civitatem accedere, non dicitur prohibitus morari extra mœnia Civitatis, citat Novarium de gravam. vassallorum, tom. 2. gravam. 75. n. 2. Mele ad Gizzarell. dec. 23. n. 5. & de Marinis quotid. quæst. cap. 161. n. 5. & licet aliqui teneant, quod concessio guidatico cum clausula, ne guidatus accedat ad Civitatem Neapolitanam, guidatus possit accedere ad suburbia, ut Thorus in compendio decisio-num, tom. 1. vers. suburbia, & Angelis ad Gizzarell. d. dec. 23. n. 1. ubi n. 3. allegat Novarium quæst. forensi 130. par. 1. tenentem, quod concessio guidatico alicui cum prohibitione, ut non accedat ad Civitatem, suffragatur si captus sit extra mœnia Civitatis, *Nam appellatiene Civitatis non veniant suburbia, sed id tantum quod murorum ambitu terminatur. Cotta in suis memorabilibus ver. Civitatis, & vide Thorum part. 3. vers. guidatus*, tamen prima opinio est vera, & sic, quod guidatus non possit accedere ad territoria propriæ patriæ, & patriæ partis offensæ, quando in guidatico sit apposita clausula; dummodò non accedat ad propriam patriam, & ad patriam partis offensæ, Danza sibi contrarius in d. tit. de guidatico, cap. 10. in fine, citat Melem ad Gizzarell. d. dec. 23. n. 1. Prout etiam videmus, nam exiliatus à propria patria simpliciter, dicitur etiam exiliatus ab ejus territorio, & districtu, Franch. decis. 129. n. 2. Gizzarell. d. decis. 23. & Thorus comp. dec. tom. 2. ver. exulatus, licet Capibl. de Baronib. prag. 7. n. 47. & seq. dicat, quod si exilium sit datum à terra, & non sit interdictum territorium, si exiliatus accedat suburbia, vel ad portas, non dicitur contravenire, tamen prima opinio est vera, Novar. dec. Regiæ Audientiæ Apulæ 38. ubi dicit, quod exiliatus à propria patria, censetur exiliatus à mari adiacenti ipsi patriæ; sed Angel. ad Gizzarell. d. dec. 23. n. 4. dicit, quod bannitus à territorio, & districtu alicujus Civitatis, non censetur bannitus à mari adiacenti d. Civitati, *Sed quod bannitus ab aliqua Civitate dicatur etiam bannitus à mari adiacenti, dicunt Arnone in epit. 47. & Constant. in l. unica. n. 7. C. de Classicis. lib. x1. & exulatus à Civitate potest manere in ejus Pago, quando ille est separatus à d. Civitate. Medicis cons. 21. n. 20. & Merlin. controver. forent. lib. 1. cap. 100. n. 18. Sed quod exulatus à Civitate non possit morari in villa exempta à jurisdictione Civitatis, dicunt Rovit. in prag. 1. n. 6. de relegatis, & Riccius in decis. 138. n. 14. part. 4. ubi n. 13. dicit quod exiliatus à Castello adjacenti Civitati, dicitur exiliatus tam à Castello, quam à Civitate, & appellatione districtus venit totum territorium.* Novarius in prag. 7. n. 1. de extract.

41. Et appositâ clausulâ, ut guidatus non ac-

cedat ad propriam patriam, si guidatus sit de aliquo pago alicujus Terræ, an possit accedere ad ipsam terram, vel in alios pagos ejusdem terræ, & puto quod si ipsa terra, & pagus habeant territorium commune inter eos, & territorium sit promiscuum, & tunc guidatus non potest accedere in dicta loca aliâs secus, ex supra dictis, & ex dictis per Sanfel. d. dec. 50. *Et vide Thor. in Crerum judic. casu 19. in criminalibus, & casu 60. à n. 112. usque ad n. 120. in civilibus, nam unitorum idem est judicium. l. in rem 24. §. item quacunque ff. de rei vindic. & Lagarianus ad Rovitum in prag. 3. n. 5. de militibus, ubi n. 4. dicit quod Casalia sunt pars corporis Civitatis. l. cum in partibus. §. finali. ff. de verbor. signific. & l. nulli. §. quod si in vi-co. C. de Episcop. & Cler. & Casalia judicantur tanquam unum corpus cum Civitate. Sanfel. in d. dec. 50. n. 11. & faciunt dicta per Biloctam in dec. 19.*

42. Quod si guidaticum sit simpliciter concessum, absque dictâ clausula dummodò guidatus non accedat ad suam patriam, & ad patriam partis offensæ; in hoc casu talis clausula non intelligitur appolita, unde si guidatus sit captus in sua patria, vel in patria partis offensæ, debet ad pristinam libertatem reponi, Novarius quæst. forensi 55. n. 6. tom. 2. & Capibl. tom. 2. d. cap. 31. à n. 4. usque ad n. 9. licet eos in contrariam opinionem allegat Danza d. tit. de guidatico cap. 2. circa finem, tamen eos recte deinde allegat ipsemet Danza d. tit. de guid. cap. 11. ver. sed supra dixi. *Sed in guidatico solum dici debet, quod guidaticum conceditur cum omnibus Clausulis & conditionibus apponi solitis, & contentis in regiis pragmaticis, nam ut plurimum banniti, & forjudicati guidati, sunt persona viles & ignari, qui nesciunt dictas condiciones, & ex hoc decipi possunt in eundo ad loca vetita, & si ibi sunt capti non sunt ponendi ad pristinam libertatem, & si ibi sunt interfecti, interfectores non puniuntur, & ne mireris, benigne lector, si hoc scribo, quia banniti, & forjudicati quoque assentiis ad decipiendum alios utuntur, & proditores vocantur. Grandis de bello exulatum in pradic. qualitat. quæst. 1. n. 3. & ideo ut verificetur illud dictum, quod facis semper expectas, de quo in l. 9. Cod. de Episcop. audientia, & ut quis eodem jure utatur, quod ipse in alium statuit, ut in toto titulo. ff. quod quisque juris. ideo male non facit Judex, si hac astutiâ in decipiendo bannitos, & forjudicatos utatur, nam Judex curare debet modis omnibus, ut banniti extinguantur, nam præcepit Deus, maleficos non patiaris vivere super terram. Capibl. de Baronibus in prag. 6. n. 27. in fine, & dum banniti semper alios decipiunt, ipsi quoque & decipi possunt, nam dolus cum dolo, & fraus cum fraude compensantur. l. viro ff. soluto matrimonio. & l. si duo. ff. de dolo. Grandis de bello exulatum in pradicamento pati. quæst. 2. spec. 83. n. 2. in fine. Guazzin. ad def. reorum. def. 20. cap. 25. n. 3. in fine, & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de confesso. cap. 10. n. 29.*

43 Sed

43 Sed si in guidatico adsit clausula; dummodò guidatus non accedat ad suam patriam, vel ad patriam partis offensæ, si guidatus per transitum reperiatur in dictis locis, & sit captus, in hoc casu est ponendus ad pristinam libertatem, Marf. pract. crim. §. aggredior, n. 42. & in l. qui fallum, n. 45. ff. ad legem Cornel. de falsis, & in l. is qui cum telo, n. 58. C. ad leg. Cornel. de Sicariis, facit doctrina Nelli de bannitis in 1. parte 2. temporis, n. 58. ubi dicit, quòd si ex formâ statuti cautum sit, ut bannitus non possit stare, nec habitare in certo loco, aliàs, quòd ibi capi, & decapitari possit, hæc pœna non habet locum in bannito transeunte per illum locum prohibitum, quamvis in eo loco paululum commoraverit, comedendo in hospitio. Nolum sequuntur Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminibus, quæst. 107. part. 2. artic. 20. n. 268. Marf. conf. 122. n. 7. Caball. casu 287. n. 74. *Fenucius de momento temporis. cap. 31. n. 18.* & Pascal. d. cap. 3. n. 21. ubi n. 22. dicit, quòd paciscens in instrumento pacis, non stare, nec habitare in aliqua Civitate sub certa pœna, non dicitur contravenire, etiam si diversis vicibus permanferit in loco prohibito, aliquando per quatuor dies, & aliquando per diem, & noctem, citat Anchâr. conf. 75. n. 4. & idem tenet Farinac. ubi supra d. art. 20. n. 267. & non dicitur venisse qui venit, & non stetit, cap. 1. de judiciis, & fingitur non fuisse in loco, quòd ibi brevi tempore permanferit, l. ex facto, ff. de hæred. inst. l. servis urbanis, ff. de legat. 3. Marf. d. conf. 122. n. 8. Bertazzol. conf. crim. 144. n. 4. lib. 1. & simplex transitus nunquã censetur prohibitus, Caphalus conf. 539. n. 77. lib. 4. Et modicum stare in aliquo loco, vel nullo modo stare æquiparantur, Gandin. de maleficiis tit. de bannitis pro maleficio, n. 18. & Simon de Petris conf. 50. n. 5. quos omnes refert Paschal. de virib. patriæ potestatis, part. 4. cap. 3. n. 22. Et prohibitus accedere ad aliquem locum, intelligitur de accessu, qui fit animo residendi, & non de momentaneo, qui fit per modum transeundi, Caravit. pragmat. 1. §. 12. n. 9. ad S. C. Maced. Foller. in pragmat. de forjudicatis, n. 45. Vivius dec. 505. n. 8. Rovit. rub. de abolit. n. 8. & Capiblanc. de Baronib. prag. 6. n. 161. Immo si prohibitus accedere steterit per modicum tempus in loco prohibito, contravenire non dicitur, Vivius d. dec. 505. nu. 8. Novar. quæst. forensi 28. n. 4. & seq. tom. 1. Et dictum modicum tempus extenditur ad quatuor dies. Paschal. d. cap. 3. n. 22. Sed alii hoc modicum tempus restringunt ad unum diem, & noctem, Meléad Gizzarell. dec. 23. n. 37. sed alii dicunt, hoc procedere in exilium missio, ut ipse accedere possit ad locum prohibitum per modicam moram, quæ intelligitur per diem, & noctem, sed in materia guidatici mora debet esse modica, & sic per transitum, ita ut guidatus non assistat in loco prohibito, Danza d. tit. de guidatico, cap. 4. n. 20. tom. 2. & tom. 3. eod. tit. de guidatico c. 3. n. 20. cum duob. seq. & cap. 4. n. 5. & 7. sed quidam, habuit gratiam à Pro-

rege cum clausulâ, dummodò inquisitus procuret remissionem partis infra quatuor menses, & interim non accedat in Civitatem Neapolitanam, & per triginta millaria circum circa, fuit captus in molo magno Civitatis Neapolitanæ per transitum, & non animo permanendi, & fuit decisum, talem non gaudere gratiâ, & proinde procedatur ad ulteriora in causa, ut decisum testatur Rovit. in prag. 1. à n. 8. usque ad finem, de guidaticis, & idem aliàs decisum testatur idem Rovitus decis. 4. & Sanfelice. dec. 49. & vide eundem dec. 51. sed quod guidatus prohibitus accedere ad suam patriam, vel ad patriam partis offensæ, si per transitum accedat ad dicta loca, non dicatur contravenire, tenent Pascal. d. cap. 3. n. 21. Capibl. de Baronib. prag. 7. n. 43. & Novarius d. quæst. forensi 28. prout etiam per transitum loci prohibiti, quis non dicitur frangere exilium, Riccius dec. 69. n. 4. part. 4. Novarius d. quæst. forensi 28. part. 1. & de gravam. vassal. tom. 2. gravam. 78. Giurba conf. crim. 98. & Vivius d. dec. 505. & exulatus ab aliquo loco potest per illum locum iter facere, Angelis ad Gizzarell. d. dec. 23. n. 7.

Sic etiam si guidatus accedat ad Ecclesiâ existentem in loco prohibito ad sumendum corpus Christi in die Paschatis, & statim discedat, si sit captus, gaudet guidatico, & est ponendus ad pristinam libertatem, ut decisum refert Giurba conf. 81. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de guidatico cap. 4. n. 2. & seq.

44 Sed si guidatus stet in Ecclesia existente in loco prohibito, dicitur contravenire, unde si ab ea sit extractus pro delicto exceptuato, potest puniri, non obstante guidatico, Paschal. d. cap. 3. n. 25. Thorus Comp. dec. to. 2. ver. guidatus, fol. 255. Danza d. tit. de guidatico, cap. 10. in fine, Capibl. d. tom. 2. c. 34. n. 6. *Marinis quotid. resolut. lib. 1. cap. 116. n. 11. & Laganar. ad Rovit. in rub. de exilib. in addit. ad n. 7. à n. 1. cum plurib. seq.* Prout etiam si exiliatus stet in Ecclesia existente in loco prohibito, dicitur contravenire, Capibl. d. cap. 34. Sed quod si exiliatus stet in Ecclesia existente in loco prohibito, non dicatur exilium fregisse, contra Capiblancum, tenent Marinis quotid. resolut. cap. 116. Diana moralium resolut. part. 4. tract. 1. resolut. 92. & Delbene de immunit. Ecclesiast. lib. 1. cap. 6. dubitat. 14. sect. 3. n. 5. & lib. 2. cap. 16. dubit. 24. sect. 17. n. 3. *Unde alii dicunt. quod captus in Ecclesia, existenti in loco prohibito de licentia, Judicis Ecclesiastici, debet gaudere guidatico. Caracciolus in quadam sua allegat. quam posuit Marinis in 2. tom. quotid. res. alleg. 90. Et quando quis est guidatus cum clausulâ dummodò non accedat ad suam patriam, vel ad patriam partis offensæ, si ibi accedat, ut non gaudeat guidatico, est necessesse, ut ibi sit captus & non sufficit ut ibi sit visus. Danza de pugna DD. to. 3. tit. de guidatico, cap. 2. prout idem est in exiliato, qui ut dicatur frangere exilium, est necesse, ut sit captus in loco prohibito, & non sufficit, ut ibi sit visus, laut damnum, §. quisquis,*

ff. de pœnis, Bald. in l. omnes Cod. de pœnis. Novar. qu. forens. 2. par. 1. & de gravam. vass. tom. 2. gravam. 77. Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 283. & Marin. quot. resol. lib. 1. cap. 116. n. 1. c. tra Capib. in d. cap. 34. n. 1. & 2. prout idem est in asportatione armorum, nã ut quis incidat in pœnam statuti contra deferentes arma, est necesse, ut sit apprehensus cum armis, & non sufficit, ut sit visus cum dictis armis. Covarr. pract. qu. cap. 23. in fin. Muscatell. in pract. crim. rub. de prohibita armorum asportatione, n. 7. Marta voto 80. Vivius d. opin. 283. Clarus pract. crim. §. fin. qu. 82. ver. quæro stat. Santel. dec. 43. Ricc. dec. 256. par. 2. & dec. 56. par. 3. Novar. quæst. forens. 3. lib. 1. & qu. 69. nu. 1. & 3. lib. 2. & latè Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminib. qu. 108. a n. 122. usque ad n. 142. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de armis cap. 5. per tot. Capic. latro dec. 78. n. 1. & Marinis in d. cap. 116. n. 2. Sed si guidatus, cui fuit concessum guidaticum cum conditione, ut non accedat ad suam Patriam, & ad Patriam partis offensæ, si reperiatur per mare interfaciendo extrã d. patrias, sibi prohibitas, & adversã fortunã viventorum sit ad patrias sibi vetitas ductus, non dicitur contravenire, & si ibi sit captus, est reponendus ad pristinam libertatem, ut in simili de exiliato, dicit Mariu. quot. resol. lib. 1. cap. 303. ubi n. 4. dicit, quod si bannitus ab aliquã Civitate sub pend capitis, capiatur extra territorium a superiore loci illius, & ad territorium vestitum ducatur, non potest puniri, nec dicitur contravenire, quia invitus fuit ductus, & idem tenet d. Marinis in d. cap. 116. post n. 9. & Bald. in auth. item nulla n. 8. C. de Episc. & Cler.

45 Sed aliquando pro servitio Regio adimplendo solet concedi licentia guidato ingrediendi propriam patriam, & patriam partis offensæ, Rovit. d. dec. 11. n. 1. sed d. licentia non potest concedi per Commissarium generalem campanæ guidando, qui offert aliquod notabile servitiũ, sed Commissarius campanæ debet de hoc dare notitiam Proregi, vel Regenti Regiam Cancellariam supraindendenti rerum campanæ, prag. unica §. 11. de offic. Jud. gen. Sed si forjudicatus guidandus dicat velle capere, vel occidere aliquem forjudicatum, qui manet in patria guidandi, vel partis offensæ, & d. forjudicatus occidendus, vel capiendus sit statim discessurus à d. locis, potest in hoc casu Commissarius campanæ dare licentiam forjudicato ingrediendi in propriam patriam, vel in patriam partis offensæ, & non dare notitiam Proregi, vel Regenti Supraindendenti rerum campanæ, nam si d. vellet dare notitiam isto interim, forjudicatus occidendus, vel capiendus aufugeret, & quando periculum est in morã, multa permittuntur, quæ de jure prohibentur, prout multa exempla docuit meus Avunculus Scialoja in tractatu de foro compet. cap. 9. a n. 29. usque ad n. 44. & faciunt dicta per Constantium in l. unica. n. 24. cap. ut armorum usus lib. 11.

Et in guidatico debet etiam apponi clausula ne

guidaticum ostendatur officialibus locorum, ut tenorem guidatici, & tempus illi sciant, & quis guidatus sit, & bannitus sit notus, & hoc ad evitandum evitanda, quia multoties banniti fingunt se esse guidatos, vel Commissarios, & Civitates, & loca habitata ingrediuntur, & sub hoc colore ibi plura furti, & delicta committunt.

46 Et quando est concessum guidaticum alicui pro se, & suis sociis debet intelligi de locis, qui à principio socialiter venerunt, & non de illis, qui postea casu se associaverunt, Boer. dec. 179. n. 5. Farinac. d. quæst. 29. n. 66. & Danza d. tit. de guidatico, cap. 1. r. ver. & si fuerit. tom. 2. & tom. 3. eod. tit. cap. 1. nu. 62. Et salvus conductus concessus alicui pro se, & sociis, extenditur etiam ad socium judæum. Farinac. in fragm. part. 2. ver. Judeis. nu. 607. sed contrarium tenet Menoch. de arbit. judic. casu 336. nu. 35. sed primam opinionem sequitur Farinac. in d. qu. 29. n. 47. & 48. ubi n. 49. dicit secus esse in socio hæretico.

47 Et quando est concessus salvus conductus pro se, & sociis, socii gaudent d. salvo conducto, etiam si separatim vadant a principali. Farinac. d. qu. 28. n. 50. & Danza nu. 62. sed non sic est, si sit concessa facultas alicui deferendi arma prohibita pro se, & suis sociis, nam dicti socii non possunt incedere cum armis separatim à principali commissionato, qui habet dictam, licentiam, etiam si licentia sit facta simpliciter absq. clausula, dummodo incedant insimul, & non separatim, ita Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de remissionib. causarum, cap. 8. & Novarius dec. R. A. A. 67.

48 Sed quæritur an guidaticum possit oratenus concedi, & concessum oratenus valeat, & sit servandum? & dicas quod sic, ita Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de armis cap. 6. n. 28. & in tit. de guidatico cap. 1. n. 23. qui citat Ludovicum cons. 53. n. 9. Sed nonnulli dicunt, quod salvus conductus, si salvaguardia per scripturam tantum potest probari. Ripa de peste in rub. de remed. ad conservandam ubertatem. n. 277. citat textum in l. fin. Cod. de erog. milit. annonæ. lib. 12. immò in Regno nostro guidatica debent registrari, alias sunt nullius roboris, & valoris. prag. unica §. 10. de officio ludic. general. ubi etiam disponitur, idem esse in licentiis armorum, quæ registrari debent, alias sunt nullæ, & probatur etiam in prag. 10. §. 86. de offic. lud. Unde licentia armorum debet esse in scriptis, & non oratenus concessa. Danza de pugna DD. 2. 3. tit. de armis. cap. 7. n. 1. & 2. & debet esse expressa & non sufficit sola scientia superior. Rovit. in prag. 1. n. 2. de arm. Sed bannitus publice toleratus in Civitate a Superiore, dicitur assecratus. Merlinus contro. foren. lib. 1. cap. 52. n. 5. & addidi supra cap. 17. n. 58.

49 Quæritur etiam quid si guidaticum sit concessum cum aliquibus conditionibus, si deinde simpliciter sit prorogatum, an intelligatur prorogatum cum dictis conditionibus apposis in dicto primo guidatico? & dicas, quod sic, ut decisum refert Novarius quæst. forens. 108. par. 1. Et facit textus in l. lreva

titum queritur. §. qui impleto. ff. locati, & faciunt dicta per Mascardum de probat. conclus. 993. n. 3. & conclus. 1246. n. 1. ubi dicit quod prorogatio præsumitur facta cum omnibus qualitatibus, quibus erat factus primus natus, qui prorogatus est. citat textum in l. sed, & si manente. ff. de procurat. & in l. labeo. §. hæc autem. ff. de arbitris. & vide Danzam in d. tom. 2. d. tit. de guidatico. cap. 7. in fine.

S U M M A R I U M.

- 1 Indultum propter quas causas concedatur?
- 2 Indultum simpliciter concessum, non comprehendit forjudicatos, nisi de eis sit facta expressa mentio.
- 3 Infamia, an tollatur per indultum.
- 4 Confiscatio, & amissio bonorum, an dicatur remissa propter indultum. usque ad n. 10.
- 11 Patria potestas, & ususfructus, an recuperentur propter indultum?
- 12 Indultum an extendatur ad carceratos.
- 13 Officium amissum propter delictum, an dicatur restitutum propter indultum?
- 14 Crimen commissum per Baronem, an dicatur exceptatum, si in indulto sit exceptatum crimen commissum per Officialem.
- 15 Indulto quis non gaudet, nisi habeat partis remissionem.
- 16 Gratia à Principe fieri non potest, nisi parte concordata, amplius, ut nu. 22. cum trib. nu. seq. limita ut num. 25. usque ad n. 22. & 43.
- 17 Remissio partis, an procedere debeat, ut quis gaudeat gratia delicti?
- 18 Aggratiatus si sit captus in loco vetitio infra tempus obtinendi remissionem, non gaudet gratia, limita ut n. 19.
- 20 Remissio partis debet obtineri infra tempus statutum in gratia, aliter gratia non valet?
- 33 Remittendi actio ad quos spectat? usque ad nu. 49.
- 50 Pupillus an possit facere remissionem?
- 51 Remissio debet fieri coram Iudice, fallit, ut ibidem, & potest fieri per actum publicum, vel penes acta Curie, nu. 52. Potest etiam fieri in testamento, n. 53. & potest fieri Sacerdoti, n. 54. Et potest fieri tam die iuridico, quam feriato, n. 55. Sed si fiat per vim non valet, n. 56. Et an possit fieri per Procuratorem? n. 57. & an possit fieri absenti? n. 58. Et an possit probari per testes? n. 59. Et an sufficiat si tacite fiat? n. 60. Et sit facta, ut offendens non accedat ad patriam-offensam, an valeat? n. 61. Et ipsa valeat dato, quod promissum pro ipsa remissione obtinenda non sit solutum in tempore, num. 62.
- 63 Reus gaudet indulto pro delictis, pro quibus habet partis remissionem, & de aliis tenetur stare iuri.
- 64 Indultum concessum à Rege, an comprehendat vassallos Baronis, & n. 65.
- 66 Gratia an possit fieri per Proregem vassallis Baronum, in præjudicium ipsorum Baronum?
- 67 Indultandus an debeat exprimere omnia

- delicta in supplicatione?
- 68 Officialis offensæ exceptionatione facta in indulto, de qua offensæ intelligatur?
- 69 Delinquens post indultum publicatum, vel sub spe indulti, non gaudet dicto indulto.
- 70 Indultum comprehendit delicta præterita, & non futura.
- 71 Gratia facta pro delictis futuris non valet.
- 72 Indultum an extendatur ad inquisitiones nondum institutas?
- 73 Indulto quis non gaudet in pluribus casibus, usque ad n. 81. Et in pluribus casibus gaudet vigore aliquorum statutorum, à n. 83. usque ad n. 91.
- 82 Homicidium in personam Sacerdotis, an includatur in generali indulto?
- 92 Banna disponentia, ut quis occidens forjudicatum, gaudeat indulto, valet, & talia banna possunt tantum fieri à Principe, n. 93.
- 94 Præses Provincia, & ceteri Officiales inferiores, non possunt promittere indultum, & n. 95. & 96.
- 97 Nominatus ab occidente forjudicatum, non gaudet indulto, nisi hoc expressè statutum dicat, & n. 99.
- 98 Dicebatur ab ipsis fuisse interfectum forjudicatum, si hoc non sit verum, puniuntur.
- 100 Bannum si dicat, ut occidens forjudicatum possit nominare unum delinquentem, qui gaudeat indulto, si nominet duos, primo nominatus gaudet indulto.
- 101 Nominatus, qui gaudere debet indulto vigore banni, si post nominationem delinquat, adhuc gaudet indulto, licet puniatur pro ipso novo delicto, fallit, ut n. 102.
- 103 Occidens forjudicatum, an ut ipse gaudeat indulto vigore statuti, sit necesse, ut occisus sit veris probationibus convictus, & quid si occisus erat inquisitus de minori delicto? n. 104. & 105.
- 106 Occidens de proximo indultandum, non gaudet præmio statuti, sed punitur.
- 107 Frater occidens fratrem forjudicatum, non gaudet indulto vigore alicujus statuti.
- 108 Occidens forjudicatum extra territorium Iudicis forjudicantis gaudet indulto vigore alicujus banni.
- 109 Occidens forjudicatum inimicum, vel publice toleratum à superiore, vel reclusum in aliqua Civitate, an gaudeat indulto vigore banni, & nu. 110. & 111. Et quid si ignoretur, occisum esse forjudicatum, an occidens gaudeat indulto? n. 112.
- 112 Iudex competens quis sit in causa indulti?
- 114 Fiscus debet audiri in causa indulti.
- 115 Indultatus, & aggratiatus, an possint torqueri ad faciendam fidem contra confocios?
- 116 Indultum an solo verbo concedi possit.
- 117 Clericus inquisitus de assassinio coram Iudice Laico potest per Papam indultari.
- 118 Petens indultum, non videtur fateri delictum.

De forjudicatis indultatis.



Ex vel Imperator propter Regni refutationem sibi factam, vel ejus matrimonii hilaritatem, vel filii sui primogeniti nativitatem, vel ob Victoriam contra Hostes obtentam, vel alias ejus res prosperè gestas generale indultum omnibus delinquentibus concedit. l. abolitio cum duab. ll. seq. ff. ad S. C. Tu rpi. Tartagl. pract. crim. par. 2. cap. 1. n. 11. Clarus in pract. crim. §. fin. qu. 59. vers. scias autem, & ibi addentes n. 97. vers. in hujusmodi. Guid. Papa dec. 36. 308. 154. & 624. Novarius in collect. ad rub. prag. de abolitionibus. n. 15. Gomef. variar. resolut. lib. 3. cap. 12. n. 38. Capyc. latro dec. 105. n. 4. & Decianus tract. crim. lib. 3. cap. 35. n. 3. prag. 1. & 2. & ibi in Apostillis de abolit. in quibus pragmaticis sit expressa mentio de forjudicatis, qui quoque gaudent indulto, quæ si non facissent expressam mentionem de forjudicatis, illi non comprehenderentur, nam forjudicati semper exclusi intelliguntur ab indultis generalibus, si de eis specialis mentio non fiat. cap. Regni provis. juris sanctio, & Grandis de bello exulum, prædicamento pati. quæst. 3. speciali 64. & de jure indultum non extenditur ad condemnatos. Mastrill. de indulto. cap. 3. n. 23. & in cap. 11. nu. 4. sed contrarium tenent Clarus pract. crim. §. fin. qu. 59. vers. scias etiam, & Caball. resolut. crim. calu 57. n. 3. & dicam infra num. 12. sed si in indulto sint exceptuati forjudicati, & sit dictum, ut ipsi non gaudeant indulto, si sententia forjudicationis sit declarata nulla, tunc, qui erat forjudicatus nulliter, gaudet indulto. Mastrill. de indulto. cap. 42. n. 11. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis, post n. 35. vers. & iterum.

- 3 Et adverte, quod licet per indultum tollatur poena delicti, tamen non tollitur infamia, propter dictum crimem contracta, l. fin. C. de general. abolit. l. generalis C. de sententiam passis. Tartag. in pract. crim. part. 2. c. 1. n. 18. Rovit. in rub. de abolit. n. 4. & 5. Nigris in cap. Reg. 12. n. 10. Catalanus de indulto, quæst. 1. n. 18. Decianus in d. lib. 3. d. cap. 35. n. 54. & 70. & Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione. quæst. 6. n. 45. Intellige hoc procedere, quando Reus fuit condemnatus, aliàs si non fuit condemnatus, quia per indultum tollitur infamia, Catalan. d. quæst. 11. n. 20. cum trib. n. seq. & Gomefius variarum resolutionum, lib. 3. cap. 13. post n. 38. vers. item adde, quod talis. Et hoc etiam si reus fuit bannitus, & forjudicatus in contumaciam, nam concessa abolitione tollitur infamia, Rovit. d. rub. de abolit. n. 6. Capibl. de Baronib. prag. 6. n. 177. & Caravit. prag. 1. n. 178. & seq. de exulib. & ita puto procedere opinionem Mastrill. de indulto, cap. 20. n. 57. tenentem, indultatum dici restitutum etiam ad famam amissam ob delictum, ubi n. 62. dicit, quod indultatus potest recipi in testem, & non re-

pellitur, uti infamis, citat Caravitam in prag. 1. n. 178. & seq. de exulibus & quando quis obtinet gratiam per viam justitiæ recuperat etiam famam. Decian. in d. c. 35. n. 55. & vide infra n. 9. & quando quis dicatur infamis ob delictum, vide Capibl. de Baronib. prag. 5. circa fin.

- 4 Et propter indultum simpliciter concessum censetur restituta poena tantum, & non confiscatio bonorum, Farinac. quæst. 6. n. 28. cum plurib. n. seq. Mastrill. de indulto, c. 20. n. 1. cum plurib. seq. Novarius in prag. 2. n. 4. de abolit. Peregrin. de jure Fisci. lib. 5. tit. 2. n. 17. Decian. in d. cap. 35. n. 47. & 54. latè Thes. in quæst. forens. 58. lib. 2. & Revert. in dec. 546. & ibi Marinis n. 2. quod intellige si indultum sit concessum post sententiam, & non antea, quia si ante tunc tollitur poena delicti, & bonorum confiscatio. l. rescripta in fin. C. de præc. Imp. offer. & l. 2. C. de generali abolit. & Farinac. in d. qu. 6. n. 30. sed quando indultum est concessum post sententiam, tunc tollit poenam delicti tantum, & non bonorum confiscationem, l. fin. C. de generali. abolit. Gomefius variarum resolutionum, lib. 3. cap. 13. post n. 38. Mastrill. d. c. 20. n. 17. & Catalan. d. qq. 1. post n. 22. & 23. ubi n. 24. dicit, quod quando est concessum indultum, non solum per verbum indulgeo, sed etiam per verbum restituo in pristinum statum, tunc etiam post sententiam, dicitur restituta bonorum confiscatio, & infamia, idem tenent Capibl. d. prag. 6. n. 175. & seq. Franch. dec. 213. n. 39. & seq. Peregr. d. lib. 5. d. tit. 2. n. 25. Farinac. d. quæst. 6. n. 32. & Revert. in dec. 487. & ibi Marinis n. 1. & in dec. 546. n. 2. Idem est, si Princeps dicat, facio tibi gratiam de delicto, nam adhuc gratius recuperat bona publicata, Bar. in l. fin. n. 11. C. sententiam passis, Boss. pract. crim. tit. de remediis ex sola clementia Principis, n. 1. & 2. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 59. vers. quæro numquid. & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 46. n. 4. Et Princeps, si usus sit verbo restituimus in gratia facta forjudicato, forjudicatus recuperat bona, secus si usus fuerit verbo indulgemus, Tap. dec. Regii Consilii 50. n. 10. & seq. Ponte conf. 69. n. 30. & Mastrill. d. cap. 20. n. 3. & 14. & cap. 23. a n. 4. cum plur. n. seq. sed alii tenent, quod, aut quis specialiter est restitutus ad bona publicata, & tunc illa recuperat Farinac. in d. quæst. 6. n. 31. aliis si non sit specialiter restitutus ad bona, & tunc quoad bona non restituitur ut in l. 1. & 2. ubi DD. C. de sent. passis. Tartag. pract. crim. par. 2. cap. 1. n. 13. Nigris d. cap. Reg. 12. n. 9. & Franch. d. dec. 213. Ciarlinus controver. for. lib. 2. c. 168. n. 1. & Mascard. de probat. conclus. 1268. n. 12.

- 5 Quod si in indulto delinquens sit restitutus etiam quoad bona, & tunc forjudicatus non recuperat bona sua alienata per Fiscum, Revert. in dec. 487. & ibi Marinis n. 1. Paschal. de vir. pat. pot. part. 1. cap. 8207. Farinac. quæst. 6. n. 32. Peregr. de jure Fisci. lib. 5. tit. 2. n. 34. & seq. Menoch. de præsumptionibus. lib. 5. præsumpt. 46. n. 6. cum duobus seq. Decianus tract. crim. lib. 3. cap. 35. n. 56. Man-

- Mangil. de vi&it. quæst. 167. n. 1.* Gomeſius d. cap. 13. n. 39. Nigris d. cap. Reg. 12. n. 10. Catalan. de indulto, cap. 26. n. 22. Maſtrill. eodem tract. de indulto, cap. 22. à n. 29. uſque ad n. 59. Nellus de bannitis, in 1. par. 3. temporis, n. 5. Clarus d. quæſt. 59. ver. item quæro, & Capibl. ad d. prag. 6. n. 178. ubi dicit, quòd ſi bona forjudicati pervenerint ad proximiores forjudicati ex juris diſpoſitione, forjudicato aggratiato, dicta bona ipſi reſtituntur, & docent Maſtrill. de indulto, c. 22. n. 86. & 95. Foller. in quibusdam ſcriptis relatis, & inſertis per Rovitum ad pragmat. 5. n. 46. de abolit. & *Marinis quotid. reſol. lib. 2. cap. 46. n. 15. & in dec. Revert. 554. n. 2.* niſi dicta bona eſſent alienata per ipſos proximiores, quia tunc non reſtituuntur ipſi aggratiato, Capibl. d. n. 178. & Franch. dec. 213, à n. 38. uſque ad finem, & Maſtrill. cap. 22. n. 132. Sed Gomeſius poſt d. nu. 39. tenet, quòd ſi bona condemnati pervenerunt ad proximiores condemnati ex juris diſpoſitione condemnato aggratiato, dicta bona ipſi aggratiato non reſtituuntur. & *idem tenet Menoch. de præſump. lib. 5. præf. 46. n. 9. & vide Rev. in dec. 233. n. 1. & ſeq. præ ut etiam ſi quis naturaliter ſit mortuus, ſe deinde revivſcat ex gratia Dei, non recuperat bona ſua ab ejus hærede. Angelus in l. ſi marito ff. ſolut. matrim. & Bart. in l. jura. n. 2. ff. de legib. licet contrarium teneat idem Bart. in l. nam ad ea. ff. de legibus. gloſſ. in l. ex iis ff. de legib. Bald. in d. l. jura n. 5. & Jul. Clar. in §. teſtament. qu. 86. prout neque recuperat ejus uxorem. Bart. in d. l. nam ad ea, & Bald. in d. l. jura n. 6. & Lazarus reſuſcitatus non recuperavit bona ſua. Palma in ſua præf. par. 2. gl. 11. n. 11. & vide Muſcat. in præf. part. 7. gloſſ. ſententiam. n. 47. & forjudicatus reſtitutus etiam quoad bona, non recuperat ſubfeudum, quod Baroni fuit applicatum propter ejus forjudicationem. Maſtrill. de indult. cap. 20. n. 72.*
- 6 Sed licet aggratiatus etiam quoad bona non recuperet bona publicata, & alienata per Fiſcum, tamen forjudicatus indultatus, in hoc caſu recuperat à Fiſco pretium dictorum bonorum alienatorum per Fiſcum, Bartol. in l. ſin. n. 7. C. de ſent. paſſis, Maſtrill. de indulto, cap. 22. n. 52. *Peregrin. in d. tit. 2. n. 27. Decian. in d. cap. 35. n. 89. Capic. dec. 69. & Nellus in d. 1. par. 3. temporis, n. 6.* licet ipſe dicat, quòd apud eos hoc non ſervetur, & apud Mediolanenſes hoc nequaquam ſervari teſtatur, Clar. d. q. 59. d. ver. item quæro in fine, Farinac. præf. crim. tit. de inquit. q. 6. n. 43. ver. tu vero dicas, & Gomeſius d. c. 13. n. 39. ubi dicit, quòd indultatus non recuperat pretium prædictum, & *idem tenet Farinac. d. q. 6 n. 43.*
- 7 Sed quando forjudicatus indultatus recuperat bona conſiſcata per Fiſcum, recuperat etiam fructus perceptos ex dictis bonis, Nellus d. par. tertii temporis, n. 7. ſed contrarium reneat Gomeſius variis. reſolut. lib. 3. cap. 13. poſt n. 38. ver. item adde, quod licet, citat tex. in Auth. idem eſt. C. de hæreticis, Maſtrill. de indulto, cap. 20. poſt n. 72. &

cap. 22. à n. 60. uſque ad n. 96. Boſſ. præf. crim. tit. de reſtit. quæ ſunt à Principe n. 17. & in tit. de remediis ex ſola clementia Principis, poſt n. 11. Novarius in coll. ad rub. de abolit. n. 36. *Farinac. in d. quæſt. 6. n. 44. Peregrin. in d. tit. 2. n. 61. & ſeq. Decian. in d. cap. 35. n. 60. & Clar. d. qu. 59. ver. quæro etiam,* ubi ver. ſed quæro, dicit quod ſi tempore banni devoluta ſit hæreditas bannito, quæ eo reperto incapace, delata ſit alteri proximiori in gradu, ſi bannitus fuerit reſtitutus non recuperat illam hæreditatem alteri delatam, & acquiſitam, citat Boſſ. d. tit. de remediis ex ſola clementia Principis, n. 13. & idem tenet Farinac. præf. crim. tit. de variis, ac diverſis quæſtionib. quæſt. 102. in ſpect. 1. n. 103. & Garlinus controverſ. forenſ. lib. 2. cap. 161. n. 107. uſque ad finem, ſed ſi hæres inſtitutus efficiatur bannitus, & mortuo teſtatore reſtituatur, inſtitutio reconvaſcit, Maſtrill. de indulto cap. 14. n. 16.

- 8 Et forjudicatus, qui obtinuit gratiam à Prorège, admittitur ad ſucceſſionem bonorum matris defunctæ ante illius forjudicationem una cum aliis ejus fratribus, qui non occupaverunt portionem ipſius forjudicati, Tap. dec. S. R. C. 50. ſequitur Thor. comp. dec. tom. 3. ver. forjudicatus, fol. 471. & quòd reſtitutus ad bona conſiſcata recuperet hæreditatem matris, quam per condemnationem adire non potuit, eſt tex. in l. 1. §. filio, qui matris, ff. ad S. G. Tertull. & hoc intelligitur, dummodò hæreditas ab alio non ſit addita, aliàs ſecus, Maſtrill. de indulto, c. 20. n. 78. & *Farinac. in d. quæſt. 6. n. 36. & ſeq. & idem Maſtrill. eod. tract. de indulto, in c. 22. n. 102.* dicit, quòd pater reſtitutus non recuperat hæreditatem avi, quæ defuncto avo, durante banno ad nepotem pervenit, & illam ſibi occupavit, citat Ponte conſ. 69. n. 11. & aggratiato forjudicato hærede gravato, ipſe vindicat bona fideicommiſſo ſubjecta, niſi dicta bona eſſent incorporata, & apprehenſa à ſubſtituto, Merlin. de legitima. lib. 3. tit. 1. q. 29. n. 24. & ſeq. *Sed quòd recuperat d. bona, dato quod illa incorporata ſint, & apprehenſa à ſubſtituto, tenet Mariniſ quotid. reſolut. lib. 2. cap. 46. n. 16. & cap. 185. à n. 2. uſque ad finem. eodem. lib. 2.*

- 9 Sed ſi poſt ſententiam tranſactam in rem judicatam, condemnatus reſtituatur in integrum per Principem, ex quo fuit repertus innocens cum clauſula (quia cognovimus te innocentem) & tunc condemnatus, & reſtitutus, recuperat bona conſiſcata, *Peregrin. in d. tit. 2. n. 21. & 44. Decian. in d. cap. 35. n. 85. Novarius in prag. 2. n. 19. de abolit. Farinac. in d. quæſt. 6. n. 29. & Catalan. de indulto, quæſt. 3. n. 19.* ubi n. 21. dicit, hoc procedere etiam quoad bona conſiſcata, & in aliâ alienata per Fiſcum, quæ bona adhuc reſtitutus recuperat, & idem tenent *Farinacius in d. quæſt. 6. d. n. 29. Mangillus in d. qu. 167. n. 22. & Bajard. ad Clarum, §. ſin. q. 44. n. 9.* ubi dicit, ſecus eſſe in ſtatu Eccleſiaſtico, & n. 22. dicit Catalan. quòd talis reſtitutio trahitur, etiam ad famam, & honores, & *vide ſupra n. 3. in fine, & dicit idem Catalan. d. tract.*

tract. de indulto, cap. 9. n. 24. n. seq. & n. 29. dicit, quod talis restitutus recuperat bona sua, ne dum publicata, sed etiam in alium alienata, & quando concessio sit ex iustitia, & non ex gratia, concessio operatur restitutionem bonorum. Franch. decis. 213. n. 52. Menoch. in d. presumpt. 46. n. 2. & 3. Novarius in prag. 2. n. 10. de abolit. & Rovit. in rub. de sentent. forjudic. n. 24. Sed indultatus ob occisionem alterius banniti vigore alicujus banni, vel statuti non recuperat bona publicata, & fisco incorporata, nisi aliter ex verbis statuti colligatur, à quibus recedendum non est, Cabal. rel. crim. cal. 179. n. 12. & Thes. in d. quest. forens. 58. lib. 2. & vide infra hoc eodem cap. n. 66. in fine.

10 Et quid si facta publicatione, sit factum bannum, ut qui aliquid præten dit super bona confiscata compareat, aliàs termino elapso excludatur, si elapso dicto termino, inquisitus sit restitutus, etiam quoad bona, an creditores, qui non comparuerunt in dicto termino, possint eorum credita petere à dicto debitore restituto, dixi supra cap. 16. n. 46. Et concessio indulto de omnibus delictis, & panis dicitur remissa pena contumaciæ præveniente ex ipso delicto, vigore indulti. Grammaticus dec. 4. & anno 1654. fuit simpliciter concessum generali indultum omnibus delinquentibus, qui irent ad inserviendum bello, & cum postea fuisset dubitatum, an in d. indulto comprehendantur pena pecuniaria contumaciæ ducatorum mille ob delicta facta cum armis igneis, & incusationum fidejussionum, die 20. Decembre 1655. per prag. 12. de abolitionibus: §. fin. fuit declaratum, has penas esse inclusas in d. indulto, dummodo ipsa pena non sint exacta, vel fisco incorporata, & facit textus in cap. accessorium de regulis juris in 6. ubi habetur, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, & latè Novarius in dec. 1. & sublato principali corrumpitur accessorium. l. qui liberis. ff. de vulgari. & pupillari substitutione. §. fidejussores instituit. de fidejussor. & Novarius in dec. 192. n. 6. & remisso principali, censetur etiam remissum accessorium. l. 1. §. 1. ff. quib. modis pign. vel hip. solu. Mascardus de probat. conclus. 1268. n. 27. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 76. n. 11. unde si creditor legat liberationem debitori suo, debitor dicitur liberatus tam à sorte principali, quam ab usuris debitis ex d. sorte principali. l. nomen. ff. de legatis 2. & laurelius. §. legatum, & l. final. §. penultimo, & finali. ff. de liber. legat., & facta trans actione de pena delicti in illa includitur etiam pena incurfa pro fidejussione incusata. l. 2. ff. si quis cautionibus, & restitutus pro bono pacis, recuperat bona sua confiscata, Addentes ad Clarum in §. finali quest. 59. n. 71.

11 Et restitutus quoad poenam delicti, & quoad bona, recuperat patriam potestatem, Matrill. de indulto, cap. 20. n. 50. Menoch. in d. presumpt. 46. n. 16. Tartag. in pract. crim. part. 2. cap. 1. n. 16. & Gomesius variarum resolut. lib. 2. c. 13. post n. 39. per tex. in §. cum autem, ver. sed si ex indulgentia, inst. quibus modis jus patriæ potest. solvitur, & in l. fin.

C. de sent. passis, ubi habetur, quod si pater deportatur, & amittit patriam potestatem, si postea restituatur, recuperat patriam potestatem, Unde quando propter deportationem patris est datus tutor filio, patre restituto, tutor desinit esse tutor, & pater bonorum filii administrationem reassumit. l. final. §. minores. C. de sent. passis, & datio curatoris in bonis filii ob patris capti absentiam finitur, patre reverso. l. muto. §. finali ff. de tutelis, & officium curatoris dati hereditati jacenti finitur quando heres adit hereditatem. l. 2. Cod. de administ. tutor. & Virgil. de legit. persona cap. 15. n. 29. in fi. & per forjudicationem patris filii efficiuntur sui juris, ut dixi supra cap. 15. n. 37. sed testamentum factum à filio de bonis adventitiis, quæ ei supervenerunt, præcedente banno patris, valet patre restituto ad gratiam, Bart. in l. fin. n. 6. & 8. C. de sent. passis, Peregr. in d. tit. 2. n. 36. Afflic. in cons. Regni comitibus n. 12. & Matrill. de indulto, c. 14. n. 17. ubi dicit, quod patri bannito nihil dicitur quæsitum, sed ipsi soli filio, nec patre restituto, d. patri restituuntur hæc adventitia, citat Menoch. cons. 186. n. 8. vol. 2. Et tempore, quo pater est forjudicatus non acquirit usufructum in bonis quæsitis per ejus filium. Virgiliis de legitimatione persona. cap. 4. n. 62. & d. patre restituto non recuperat dictum usufructum, ut addidi supra in cap. 16. n. 20. sed non sic est à contra, si filius fam. sit effectus forjudicatus, & postea sit aggratiatus, nam non per hoc reincident in potestatem patris, l. in insulam, C. de sent. passis. Et idem est in seruo, qui sit effectus forjudicatus, & postea sit aggratiatus, non debet dominio restitui. l. frustra. C. de sentent. passis. Sed filia licet vigore consuetudinis Neapolitana per matrimonium efficiatur sui juris, tamen si solvatur matrimonium per mortem viri, & efficiatur vidua, reincident in potestatem sui patris. Pascal. de virib. pat. potest. par. 1. cap. 3. n. 44. Thesaur. in dec. 150. n. 6., & Grammatic. in dec. 54. at Mari ad Grammaticum jam dictum dicit quod hoc procedit in puero juris, sed in practica filia semel liberata per matrimonium mortuo viro, non reincident amplius in potestatem patris, citat Franch. dec. 596. n. 9. Muta ad consuetud. Panormit. c. 48. n. 47. Fontanella in tract. de patris dot. clausul. 4. gloss. 28. n. 28. Molfess. ad consuetud. Neapol. part. 1. cap. 3. n. 9. tenentes contra hanc dec. & secundum consuetudinem Neap. de quibus bonis filia fam. possit testari. vide Molfesium in precit. part. 1. cap. 1. 2. & 3. Et forjudicatus indultatus recuperat vitam, & militiam, quam amiserat per forjudicationem pro præterito, ut in simili, nam vita, & militia debetur rebelli superveniente indulto in ejus favorem pro præterito, & in futurum. Capanus post tract. de vita, & militia in coll. decis. dec. 4. & 5. Thor. in supplem. dec. ver. vita, & militia, fol. 655. Afflic. in cons. Regni comit. n. 12. Revert. in dec. 66. & ibi Marin., & in dec. 92. & 401. n. 3. sic etiam restitutus ad bona alienata recuperat jus patronatus, quod propter bannum amiserat, & proximiori consanguineo fuerat acqui-

- quisitum, ut dixi supra cap. 16. n. 3. in fine, sed usufructuarius indultatus, non recuperat usufructum, ut dixi supra cap. 16. n. 20. sic etiam simplex gratia Principis non extenditur ad bona interceptata arrendatori- bus, sed tantum operatur effectum, quoad poenam corporalem delicti contra banni, ut decisum refert Santelic. dec. 407. *Et Revert. in dec. 549. & vide Novarium in prag. 2. n. 70. de abolitionibus & vide infra n. 82. in fin.*
- 12 Et indultum extenditur, etiam ad carce- ratos, & condemnatos. Clar. d. qu. 59. verb. scias etiam, & Cabal. resol. crim. casu 57. n. 2. & 3. licet quo ad carceratos contrarium te- neat Farinat. in d. q. 6. n. 59. ubi n. 61. dicit hoc procedere in abolitione, secus in indulgentia, in qua comprehenduntur etiam carce- rat, & condemnati, sed tunc indultum ex- tenditur ad carceratos, quando in indulto delicta sunt remissa in totum, alias si delicta non sint remissa in totum, puta usque ad certum tempus, & tunc non comprehendit carceratos. Nellus de bannit. in 2. par. 2. tem- poris, n. 9. Nigris d. cap. Reg. 12. n. 12. Gran- dis de bello exulm prædicamento quanti- tatis, qu. 3. n. 1. Mastrill. de indulto, cap. 3. n. 22. & Catalanus de indulto, cap. 10. n. 10. ubi n. 11. dicit, quod indultum Regis motu proprio extenditur etiam ad carceratos, & idem tenent Anna sing. 240. Mastril. de indulto, cap. 23. n. 30. & Grandis d. prædicamento quanti- tatis, d. qu. 3. n. 1. in fine, ubi n. 4. dicit, quod condemnatus, non potest indultari pro delicto, pro quo fuit condemnatus, citat Foller. in prag. de forjudicatis in fine, nisi indultum loquatur etiam de condemnatis, Mastrill. de indulto, cap. 42. nu. 1. & 2. prout loquuntur indulta concessa per d. prag. 1. & 2. de abolit.
- 13 Et quando quis committit delictum, propter quod venit privandus officio propter generale indultum dicitur restitutus ad officium, si delictum sit commissum extra officium, secus si sit commissum in officio, Foller. in quadam materia indultus, cujus scripta inservit Rovit. prag. 5. n. 50. de abolit. & Ma- strill. de indulto, cap. 22. n. 120. cum duob. n. seq. Immo gratia concessa pro delicto com- misso, non comprehendit restitutionem ad idem officium, in quo aggratiatus delinquit, dato, quod in gratia sit facta expressa mentio, de restitutione ad idem officium, Rovit. dec. 62. contra Novarium in coll. ad rub. prag. de abolit. n. 33. nam delinquens in officio, si propter illud delictum sit officio privatus, non potest ad illud officium redire, nec ad aliud proveniri, l. 2. C. de palat. lib. 12. & hoc etiam si adducat rescriptum Principis, l. si aliquid C. de suscept. lib. 10. Ponte de potest. Proreg. tit. 3. §. 5. n. 1. & 2. & Capibl. in sing. 128. & vide Rovitum in dec. 37. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 68.
- 14 Quod si in generali indulto, sit exceptua- tum crimen commissum per Officialem in- tuitu officii, dicitur etiam exceptuatum cri- men commissum per Baronem, qui non di- citur indultatus de illicitè extortis à suis vas- sallis, Mastrill. de indulto cap. 40. n. 4. Rovit.

- prag. 5. nu. 27. de abolit. nam Baro dicitur Officialis Mastrill. de indulto cap. 36. nu. 18. Immo Baro dicitur Officialis Regius Rovit. in prag. 2. n. 8. de suspit. official. & dicitur perpetuus magistratus ordinarius, ita quod offendens Baronem, dicitur offendere Re- gium ministrum, & non potest gaudere in- dulto, Mastrill. de magistratib. lib. 4. cap. 15. Capibl. de Baron. in rub. nu. 56. Franch. dec. 274. n. 2. Novarius in d. prag. 2. n. 62. in fin. de abolit. Merlin. contro. forent. lib. 1. cap. 69. n. 5. sed Leonardi in pract. offic. cap. 4. n. 5. cum duob. seq. dicit, quod licet Baro di- catur Officialis Regius, tamen pragmatica loquens de Officialibus Regijs non compre- hendit Baronem. *Es quando in generali in- dulto est exceptuatum crimen commissum per officialem intuitu officii. non dicitur excep- tuatum crimen peculatus commissum per perceptorem, quia Perceptor gaudet d. in- dulto quo ad poenam corporalem tantum, sed non quo ad interesse passum per Regiam Cu- riam; ut decisum refert Revert. in dec. 112. secundum ordinem Marinis.*
- 15 Et in omnibus indultis, quæ sunt à Re- gibus apponitur clausula, dummodò indul- tandus habeat, vel obtinuerit remissionem partis infra certum tempus, ut in d. prag. 1. & 2. de abolit. nam indultum non potest concedi, nisi parte concordata, alias non va- let, l. fin. C. de abolit. l. 2. C. de precibus Imper. offer. Mastrill. de indulto, cap. 24. n. 1. cum plur. seq. Grammat. in voto 35. & Thor. in compend. dec. tom. 1. ver. indultus, fol. 268.
- 16 Et princeps non potest facere gratiam in- quisito, parte non concordata, Guazzin. ad defens. reorum, def. 24. cap. 3. n. 1. & 4. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 6. n. 18. cum duob. num. seq. Ponte de potesta- te Proregis tit. 3. §. 1. n. 17. Bajardus ad Ju- lium Clarum in §. finali, quæst. 59. n. 38. & 42. Cabal. resol. crim. casu 58. Capibl. de Baronib. prag. 6. post n. 36. & 42. Mastrill. de indulto, cap. 24. n. 1. cum plurib. num. seq. & Riccius coll. 2016. nam Princeps non potest juri ter- tii præjudicare, l. 3. §. si quis, ff. ne quid in loco publico. Immo Princeps de potestate absolutâ, non potest facere gratiam inquisito, partem non concordata, Grammat. voto 35. & conf. crim. 24. Capibl. d. prag. 6. n. 43. Cabal. resol. crim. casu 58. in princip. & Bajardus ad Clarum d. quæst. 59. post n. 43. Et gratia fa- cta a Principe, absque partis remissione est nulla, l. fin. C. de abolit. l. 2. C. de precib. Im- per. offerend. Mastrill. d. cap. 24. n. 2. Nova- rius dec. Regiæ Audientię Apuleæ 57. n. 6. & in prag. 1. n. 11. de abolit. & in prag. 2. n. 2. de compos. Bajard. ad Clarum in §. fin. quæst. 95. n. 106. Puteo de sindicatu, ver. compo- sitio, cap. 1. n. 6. in fine, Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. n. 8. & Santelic. dec. 51. n. 27. Et Ar- chiepiscopus Neapolitanus non solet facere gratiam de delictis, nisi prius parte concor- data, & satisfactâ, Riccius dec. 329. par. 4. & jus petendi expensas, & interesse non polli- tur parti per gratiam factam à Principe, No- varius in coll. ad prag. 2. n. 4. de compos. &

M m

Thor.

- Thor. in suppl. decis. ver. jus petendi, fol. 226. *Et remissa pena delicti, non presumitur remissa pena satisfactoria parti læsæ.* Bal. in l. 2. Cod. de in jus vocando, & in l. rescripta Cod. de precibus imper. offer. Mascard. de probat. conclus. 1268. n. 13. & Decian. d. lib. 3. d. cap. 35. n. 47. in fine, & addam infra in n. 28. unde si sit emanatum generale indultum, per ipsum non censetur remissus iudicatus Officialium, quo ad causas civiles, & interesse partis, nam quo ad hoc indultum non extenditur, & officialis tenetur stare iudicatum. Et indulgentia Principis non extenditur ad delicta commissa per officialem. l. mancipia. Cod. de servis fugitivis, & Addentes ad Clarum in §. final. qu. 59. n. 103. Futeo de iudic. in ver. an si potestas condemnavit. nu. 9. Novarius in prag. 1. n. 40. de abolit. Farinac. in d. quæst. 6. n. 56. Mastrill. de indulto. c. 49. n. 1. & 2. & Revert. in dec. 112. n. 2.
- 18** Princeps non potest remittere ut Officialis noster ad iudicatum. Afflict. in cons. Regni volumus. n. 4. Nigris in cap. Regni 132. n. 56. & Bajard. ad Clarum in §. finali. quæst. 72. n. 42. ubi n. 37. dicit, quod officialis debet iudicari de barattariis, & illicitis extorsionibus etiam si habuit officium cum pacto, vel privilegio, ut non teneatur stare iudicatum, vel quod per literas Principis iudicatus esset remissus, quia litera privilegii, & pactum intelliguntur solum de culpis, & negligentis, non autem de barattariis illicitis extorsis. citat Afflictum in d. cons. Regni voluntans. n. 4. & in cons. Regni. Minoribus n. 6. & vide Nigris d. cap. Regni 132. n. 57. licet ibi Sebast. de Neap. n. 42. teneat quod Rex possit mandare, ut talis officialis non teneatur stare iudicatum, tamen prima opinio est vera, ut docuit meus avunculus Scialoja in tract. de foro compet. cap. 22. n. 204. ubi dixit, quod tantum Princeps potest abbreviare tempus iudicatus ex Capibl. de Baronibus super prag. 5. n. 187. prout etiam Princeps potest dispensare, ut officialis durante tempore iudicatus possit alia exercere officia. Carrab. de iudic. part. 1. n. 174.
- 19** Sed licet remissio partis debeat præcedere, & non sublequi, Ponte cons. 69. & Capibl. d. prag. 6. n. 24. tamen Princeps potest facere gratiam sub conditione, dummodò inquisitus procuret remissionem partis infra tot menses, Mastrill. d. cap. 24. n. 85. Sed solet opponi clausula, dummodò interim inquisitus non accedat ad locum partis offensæ, Capibl. d. prag. 6. n. 47. ubi num. seq. dicit hoc non posse fieri per Baronem. Immo si Prorex faciat gratiam alicui, tenendo partis remissionem, si inquisitus procurat remissionem infra sex menses, à die gratiæ, in hoc casu valet gratia, Franch. dec. 509. & Mastrill. d. cap. 24. n. 92.
- 20** Quod si Princeps faciat alicui gratiam cum clausula, dummodò infra sex menses procuret partis remissionem, & interim non accedat ad patriam partis offensæ, si interim sit captus in dicto loco vetito, ipse non gaudet gratiâ, & potest puniri pro delicto pro

quo fuit aggratiatus. Rovit. in prag. 1. a n. 8. usque ad fin. de guidaticis, & in dec. 4. Sante-lic. dec. 49. & Catal. de indult. cap. 25. a n. 8. usque ad 15.

- 19** Sed facta gratia alicui per Principem, & concessa dilatione biennii, ad obtinendam remissionem partis, cum clausula, quod si non sit obtenta remissio infra dictum tempus gratia sit nulla, & integim infra dictum tempus biennii aggratiatus non possit manere in Patriis partis offensæ non adjecta clausula annullativa, prout fuit adjecta in obtinendo remissionem partis, si iste talis aggratiatus sit captus in loco vetito infra dictum biennium, debet reponi ad pristinam libertatem, ut decisum refert de equitate S. R. C. Sante-lic. dec. 51. ubi n. 29. dicit, quod pendente ita dilatione ad obtinendam partis remissionem, aggratiatus dicitur guidatus.
- 20** Quod si quis habuit gratiam à Principe, dummodò obtineat partis remissionem infra sex menses, infra quos remissio sit facta inquisito à duobus fratribus occisi, tam nomine ipsorum, quam alterius tertii fratris, si tertius remissione prædictam ratificat post sex menses, inquisito ratificatio remissionis non juvat. Bossius pract. crim. tit. de pace, n. 27. Nell. de bannitis in 3. part. secundi temporis n. 45. & Merlinus contrav. fo. enl. cap. 68. tom. 1. qui in specie loquitur in mater & indulti; nam quando remissio est obtenta post tempus sex mensium non prodeit, ut obtenta post tempus ab indulto exactum. Decius cons. 24. vers. sed his non obstantibus, Novarius in prag. 1. n. 17. de abolitionibus, & Catalan. de indulto, cap. 22. n. 22. & 20. ubi n. 27. & seq. dicit, quod si remissio sit obtenta ultima die sex mensium, valet talis remissio, quia quod fieri debet intra decem dies, si fiat decima die, dicitur fieri infra decem dies, cap. anteriorum, 2. qu. 6. & ultima dies includitur in termino. l. eadem §. si intra ff. de contrah. empt. l. 2. §. in initio. ff. de officio Præfecti urbis, l. fin. ff. de iure Fisci, & Catalan. ubi supra nu. 31. & seq. ubi n. 33. & seq. dicit, quod sex menses incipiunt currere post diem publicationis indulti.
- 21** Remissio partis est necessaria, dato, quod pars non quærelavit. Ponte de potest. Proregis, tit. 1. §. 4. n. 33. Carav. ritu 272. n. 20. cum plur. n. seq. & Rovit. prag. 4. de composit. & probatur in ritu 273.
- 22** Et non sufficit, ut major pars consanguineorum offensi remittat, sed est necesse, ut omnes remittant, prag. 5. 6. & 8. de composit. & Ponte d. §. 4. n. 16. & hoc si sint masculi, siue femina. Bossius in pract. crim. tit. de pace n. 8. sed de iure communi sufficit, ut major pars hæredum remittat. Bossius pract. crim. tit. de pace, n. 21. & seq. Vivius comm. opin. lib. 1. opin. 189. & lib. 2. opin. 204. & Farinac. pract. crim. tit. de accusatione. qu. 14. n. 2. cum plur. seq. & n. 11. cum plurib. aliis seq. Immo de iure communi sufficit, si unus tantum remittat, Foller. in prag. de forjudicatis, n. 31. de quo latè Nellus de bannitis in 3. part. secundi temporis, n. 39. sed quod de iure

jure communi requiratur remissio omnium, quibus competit actio remittendi, & non sufficiat remissio majoris partis, tenent Mastrill. de indulto. cap. 24. n. 82. & seq. Arnono dialogo 14. Jul. Clar. in l. final. qu. 58. nu. 34. ver. frequenter. & Pascal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 1. n. 116. ubi n. 117. dicit, quod si ex pluribus in eodem gradu existentibus unus tantum quærelavit, alter postea superveniens non admittitur, & idem tenet Virgil. de legit. personæ. cap. 32. n. 59. Unde si unus quærelavit, & postea remisit, & propter hoc reus sit compositus, & post compositionem alter in pari gradu comparet, & exponat quærelam, hic non auditur, & compositio non retractatur. Caravita in ritu 272. a n. 23. usque ad n. 27. Sed vide Farinacium in pract. crim. tit. de inquisitione. qu. 4. a n. 31. cum pluribus seq. & nu. 21. dicit dict. Pascal. ibi quod si fiat remissio à patre occisi, licet deinde nascatur posthumus interfecti, tamen valet remissio à patre facta, & non annullatur natiuitate posthumi.

Sed si ille, cui competit actio remittendi de nece defuncti sit pater Turcas, & alius proximior in sequenti gradu occisi faciat remissionem, si qui erat pater Turcas revertatur, annullatur remissio facta ab alio proximioris, nam præsumitur nunquam fuisse captum, quando revertitur. l. retro creditur. 16. ff. de capt. & postlim. rever. l. 1. §. si apud hostes. ff. de legit. tutor. & §. ab hostibus. Inst. quibus modis ius pat. potest. sol. ita in specie Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 2. n. 34. ubi dicit idem esse, si ille, cui competebat actio remittendi erat forjudicatus, & proinde alius in gradu sequenti remisit, si forjudicatus plenarie deinde à Principe sit restitutus, annullatur remissio. Et ignorans sibi ius competere ad accusandum, potest accusare absolutum Saufolio. dec. 277. tom. 3.

23 Et etiam in homicidio casuali concurrente lata culpa requiritur partis remissio pro obtinenda gratia, secus si concurrat lævis, vel lævissima culpa, quia tunc non requiritur partis remissio, Marinis quotid. resol. d. c. 2. a n. 26. ad 31. & Novarius in praxi elect. fori, tom. 2. sect. 3. quæst. 22. n. 10. & quod si delictum sit factum casualiter, Reus possit admitti ad gratiam, parte non concordata, est tex. in l. 2. §. item vanus. ff. de aqua pluvia recenda, & Guazzini. ad defensionem reorum, def. 24. cap. 3. post n. 5. ubi dicit idem esse, si pars offensa dedit causam offensæ Sed si quis dedit alapham alicui, debet habere remissionem partis offensa. Clarus in pract. crimin. §. finali quæst. 59. vers. sunt autem in fine, & Capibi. de Baronibus in prag. 6. n. 65.

24 Sola remissio morientis de jure Regni, non sufficit ad obtinendam gratiam, sed requiritur remissio omnium, quorum interest, prag. 5. de compositionibus Caravita in ritu 272. n. 1. & Bujard. ad Clarum in d. qu. 59. n. 48. Sed de jure communi sufficit remissio morientis, Nellus de bannitis in 3. parte secundi temporis, n. 46. & seq. Mastrill. de indulto, cap. 24. n. 57. & Nigris in cap. Reg. frequens, n. 78. unde de jure communi, si à moriente

in articulo mortis sit remissa suppletèr injuria offendenti, inquisitus per istam remissionem gaudet gratia, Foller. in prag. de for. fucatis, n. 32. & Novarius quæst. forensi 49. tom. 2. & in prag. 1. n. 25. de abolit. nam, potest fieri pax de morte antè mortem, l. divus. ff. ad S. C. Syllan. & Boerius. dec. 323. n. 5. ubi dicit, quod si pax sit facta de vulnere, si mors deinde sequatur, dicta pax videtur facta de morte, Contrarium tamen tenet Jul. Clarus in d. §. finali d. quæst. 58. ver. unum tamen scias, sed pulchrè in hoc distinguunt Foller. cujus scripta inservit Rovit. in prag. 5. n. 56. de abolit. Nellus d. n. 40. & Farinac. d. quæst. 14. a n. 28. usque ad n. 33. Sed quod remissio vulnerati pro vulnere facta sufficiat, succedente deinde morte vulnerati, ut inquisitus gaudere possit indultu, dicit decisum Thor. in comp. dec. tom. 3. sect. 3. ver. remissio vulnerati. fol. 87. Immo de jure communi remissio injuriæ facta per vulneratum læthaliter in articulo mortis sacerdoti recipienti nomine vulnerantis, valet, & in foro judiciali admittitur ad offensoris commodum, Gabal. resol. crim. casu 141. & licet mandatum re integræ, morte mandantis extinguatur, l. mandatum, C. mandati, quod procedit etiam in mandato factò à tutore, tutorio nomine, nam eo mortuo, vel privato de tutela, mandatum re integra extinguatur, Franch. dec. 466. & Reverter. dec. 124. nu. 2. tamen mandatum pacis non extinguatur morte mandantis, Mastrill. d. cap. 24. n. 71. Farinac. dist. q. 14. n. 31. & Riccius coll. 232. Et ius commune potest procedere in Regno, quando offensus ex offensione sibi facta non moritur, sed postea moritur ex alia causa, quia tunc moriens potest in articulo mortis facere remissionem offendenti, nam dicta pragmat. 6. loquitur, quando offensus moritur ex offensione sibi facta, quia tunc dicta remissio non sufficit, sed requiritur remissio hæredum dicti morientis, nam moriens ex vulnere præsumitur fecisse remissionem metui mortis, Puteo de lindicatu, ver. cõpositio, c. 8. n. 1. cū duob. n. seq. & idem merito aliqui dicunt, pacem factam ab offenso, qui postea moritur, non valere, ita Bar. in l. damni, §. sabini, ff. de damno infecto. ita servari in Statu Mediolanensi, testatur Boss. pract. crim. tit. de pace, n. 13. Clarus in d. quæst. 58. ver. quero pone, & Carrab. in sing. 207. licet contrarium teneat Nellus de bannitis in 3. parte secundi temporis, n. 41. & merito etiam Caravita in ritu 275. n. 9. dicit, quod si in mortis articulo offensus remittat offensam, per istam remissionem reus non potest admitti ad compositionem, & merito etiam aliqui tenent, quod si quis remittat injuriam tempore imminentis mortis, si postea reconvalescat, possit actione injuriam agere, ita Farinac. in pract. crim. tit. de variis, ac diversis criminibus, qu. 105. inspect. 8. nu. 279. Licet contrarium teneat Mascard. de probat. conclus. 1161. num. 32. & licet etiam alii dicant, quod valeat remissio à defuncto lætaliter vulnerato, antequam deederet, facta tam respectu vulnere, quàm

- morsis, si forsam illa sequatur, ut decisum refert Salernitanus in dec. 5. sequitur Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 2. n. 36. in fine.
- 25 Sed quando indultum conceditur propter publicam utilitatem, tunc valet, etiam parte non concordatâ, Mastrill. d. cap. 24. n. 15. Capyc. Latro dec. 105. n. 5. Sanfelice. dec. 405. Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. n. 6. Nigris in cap. Reg. 12. n. 8. Novarius in pragmat. 1. n. 12. & 13. de abolit. Marinis in dec. Revert. 487. n. 2. & late Catalan. de indulto, cap. 22. per totum, & præcipue n. 32. & seq. & n. 78. & seq. & idem est in transactione, ut dicam infra c. seq. n. 73.
- 26 Unde per statutum indultari possunt delinquentes ob capturam forjudicati, etiam parte non concordatâ, Caravit. pragmat. 1. n. 172. cum plurib. n. seq. de exulib. Grandis de bello exulum, in prædicamento pati, q. 3. speciali 38. n. 1. Sanfelice. dec. 53. n. 22. & in d. dec. 405. post n. 6. Revert. in dec. 236. n. 2. & ibi Marinis. n. 1. 80. Farinac. præct. crim. tit. de variis, ac diversis questionibus, quæst. 103. n. 176. Et de inquisitione qu. 6. n. 22.
- 27 Et pro bono pacis potest Princeps facere gratiam inquisito, parte non concordatâ, Bajardus ad Clarum in d. quæst. 59. n. 52. Farinac. d. qu. 6. n. 22. Mastrill. d. cap. 24. n. 15. Rccius d. coll. 2016. & Clar. præct. crim. §. fin. qu. 59. ver. adde quod, ubi dicit, hoc procedere, si hoc specialiter, & expresse dictum sit, aliâs in dubio non censetur, quod Princeps voluit juri tertii præjudicare, idem tenent Sanfelice. d. dec. 53. n. 28. & 37. & Mastrill. d. c. 24. n. 16. Licet contrarium teneant Farin. in d. q. 103. d. n. 176. & Caravita in d. pragmat. 1. n. 172. cum pluribus seq. de exulib., tamen ipsemet Caravita in ritu 273. num. 2. tenet primam opinionem. Et Princeps ex causâ potest remittere pœnam corporalem, etiam parte non concordatâ Franch. decis. 213. n. 38. Ponte de potest. Proreg. tit. 2. §. 1. n. 15. & sequen. Caravit. in ritu 273. n. 2. in fine, & Sanfelice. decis. 49. n. 8. dec. 51. n. 24. & late decis. 53. per totam, & Princeps potest ex justâ causâ forjudicatum indultare, parte non concordatâ, Capibl. de Baronib. prag. 6. n. 121. cum plurib. seq. tom. 1. unde Princeps potest indultare forjudicatum, parte non concordatâ, ut deserviat bello per aliquod certum tempus, necessitate urgente, ita Thor. comp. decis. tom. 3. vers. bannitus, fol. 96.
- 28 Sed si forjudicatus ob utilitatem publicâ sit indultatus parte non concordatâ, non dicitur liberatus à damnis, in quibus tenetur parti adversæ, propter delictum, per eum commissum, Revert. in dec. 36. n. 2. Nellus de bannitis in 1. part. 3. temporis. n. 11. Mastrill. de indulto, cap. 21. n. 11. Paschal. de vir. pat. potest. par. 4. cap. 3. n. 38. Peregr. in d. tit. 2. n. 89. Decian. in d. cap. 35. n. 75. & est quedam apostilla in prag. §. 2. de exulibus, & faciunt quæ addidi supra hoc eodem cap. n. 16. & quæ addam infra n. 62. unde si fur sit indultatus absque partis remissione, dicitur indultatus quoad pœnam, & non quoad restitutionem rei furatæ, Rovit. prag. 1. n. 41.

de abolit. nam peccatum non remittitur nisi restituatur abratum cap. peccatum, de regulis juris in sexto, & cap. primo. 14. quæstion. 6. & licet Judæus factus Christianus non puniatur de delictis factis tempore, quo erat Judæus, de quo dicam infra cap. 25. post n. 55. tamen non liberatur quoad damna, & interesse, nam tenetur restituere male ablata, & omne id, quod civiliter ex furto, vel alio delicto tenetur, Innoc. in cap. gaudeamus, n. 3. & ibi Hostiens. n. 16. Butrio n. 21. de divortiis, Farin. d. q. 98. n. 156. Decianus tract. crim. lib. 5. cap. 15. n. 2. & Clarus §. fin. q. 51. in fine. Immo indultum non extenditur quo ad damna, & interesse partis etiam si Princeps hoc expresse remittat pro bono pacis. Mastril. in d. cap. 21. n. 11. cum quatuor seq. sed Clarus in d. qu. 59. n. 3. Farin. in d. quæst. 103. n. 176. & Caravit. in d. prag. 1. n. 177. de exulibus tenent contrarium, sed vide eundem Farinacium in d. quæst. 6. n. 22. cum pluribus seq. & per prag. §. 1. de abolit. fuit expresse dispositum, ut omnes ob quietem publicam non teneantur ad restitutionem alienorum bonorum per eos captorum ex causâ præterita revolutionis, si d. bona non extant; & quando hoc expresse in indulto cavetur, tunc indultum ad omnia in eo disposita trahi debet, nam non possumus dicere Principi, cur ita facis? cum ipse altera lex sit in terris. Novarius in prag. 2. n. 70. in fine de abolitionibus, & Princeps pro faciendâ pace potest remittere injurias, & damna illata subditis, & perpetuum silentium imponere. Capyc. dec. 51. n. 12. & in dec. 69. n. 22. & Princeps pro bono pacis, & ob publicam utilitatem res privatorum etiam in totum auferre potest. Pascal. de vir. pat. potest. part. 1. cap. 1. n. 68. 70. & 84. Et Princeps pro bono pacis non solum potest remittere injurias, delicta, & eorum pœnas, sed etiam damna, & interesse partis offensæ absque ejus assensu. Clarus in d. quæst. 59. vers. adde quod in principio; relatus a Farinac. licet hic eum non sequatur in practica crim. tit. de inquisitione d. quæst. 6. n. 18. ubi etiam dicit, quod de jure Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere jus tertii sine causâ citatæ textum in l. venditor. §. si constat. ff. commun. urban. præd. & in l. finali. si contra jus, vel utilitas publica, licet de facto Princeps hoc facere possit, ut dicit ipse Farinacius in d. quæst. 6. n. 25. in fine. & vide Catalanum de indulto cap. 22. n. 74. & a n. 97. usque ad n. 103. ubi dicit, quod licet Princeps hoc facere posset de plenitudine potestatis, tamen ipse tenetur de proprio parti læse damnum reficere.

29 Et remissio partis non est necessaria, ut reus possit gaudere indulto, quando accusatio non præcessit, sed tantum ex officio Curia ad instantiam Filci processit, Mastrill. dicto cap. 24. n. 10. & 23. Giurba conf. crim. 57. & ita decisum testatur Novar. dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 63. de quo ego dubito, nam quis non debet admitti ad compositionem, nisi habeat partis remissionem, & tamen hoc procedit, dato, quod pars non quærelasset, nam adhuc requiritur partis

is remissio, ut supra dixi n. 21. & de opinione Mastrill. etiam dubitat, & in meam sententiam videtur inclinare Capyc. Latro decif. 71. par. 1. Et Novarius in prag. 2. n. 6. & 7. de composit.

30 Et quis potest admitti ad gratiam absque partis remissione in causa provocationis simplicis insultus diffidæ, & delationis armorum prohibitorum, prag. 11. de abolit. Clar. pract. crim. §. fin. quest. 59. vers. sunt tamen Farinac. d. q. 6. n. 21. Catalan. de indulto, cap. 26. n. 5. & Mastrill. de indulto, c. 25. n. 1. & 2. & licet dicta prag. & præcitati DD. loquantur in materia indulti, tamen habet etiam locum in Curiiis Baronialibus, unde Barones in iphis casibus possunt transigere, etiam parte non concordata, Capib. d. prag. 6. n. 53. cum plurib. n. seq. & ubi non adest offensio realis, potest quis admitti ad compositionem, etiam non habitâ remissione partis, Thor. compend. dec. tom. 2. vers. remissio, fol. 575.

31 Hinc est, quod si quis sit inquisitus de ictu scopiæ, dummodò offensio non sit vulneratus, admittitur ad compositionem, etiam parte non concordatâ, Rovit. prag. 11. n. 9. cum plur. n. seq. de abolit. Thorus in comp. decif. tom. 2. vers. remissio, fol. 575. & tom. 3. sect. 3. vers. remissio, fol. 87. col. 1. & 2. & Martinis in d. cap. 2. n. 33. nam in hoc casu non dicitur offensio facta in personam, ut ibi Rovit. n. 11. & 16. ubi n. 19. dicit, quod nequè dicitur offensio in personam si quis, emissio ictu scopiæ, interficiat equum illius, quem interficere volebat, unde si quis sub pœnâ promittat, Titium non offendere in personam, si deinde jaciatur ictu scopiæ contra dictum Titium, & non tangat ejus personam, in hoc casu non tenetur ad pœnam, dato quod per statutum sit imposita pœna mortis contra emittentem ictum scopiæ, ita Caball. resolot. crimin. casu 152. Sed vide Franc. Mariam Prato in addit. ad Muscatel. in pract. crim. tit. de ictu scopiæ, vers. & questio. Sed si quis committat falsitatem aptam ad nocendum Titio, licet non sequatur interesse Titii, tamen in hoc casu non admittitur ad gratiam, parte non concordatâ, Rovit. prag. 4. circa finem de falsis, & in dec. 2. & Martinis in d. cap. 2. n. 32.

32 Et quando ex delicto venit imponenda pœna arbitraria, Reus potest aggratiari absque partis remissione, cum reservatione jurium partis, Sanfelice. dec. 53. n. 40. sic etiam si quis rumpat exilium, pro fracturâ exilii potest aggratiari absque partis remissione, Caravit. ritu 272. n. 2. vers. limita hunc ritum, & Sanfelice. d. dec. 53. n. 41. & dec. 320. sic etiam Regens M. C. V. potest facere gratiam contumaciæ, absque partis remissione, Sanfelice. d. dec. 53. n. 43. & idem puto, esse in Baronibus, qui absque partis remissione possunt facere gratiam contumaciæ, & pœnæ ducatorum mille statuta per Regiam pragmaticam contra committentes delicta cum armis igneis, & mandare Officialibus, quod justiciam faciant partibus quoad pœnam corporalem. Et faciunt dicta per Nova-

rium in prag. 2. n. 3. & 4. de compositionibus, ubi dicit, quod Princeps in penis pecuniariis potest facere gratiam etiam parte non concordata, quando d. pœna ad fiscum, & non ad partem pertinent, idem tenet Farin. in d. q. 6. n. 18. & in controventionis mandati, vel suffussionis incusata, ubi nihil ad partem spectat, potest Judex super eo componere, licet pars, non sit concordata super causa principali. Caravita in ritu 272. n. 2. in fine, & Capib. de Baronibus in prag. 6. n. 71.

33 Et advertas, quod illi competit actio remittendi, cui competit successio occisi ab intestato, prag. 8. de composit. & Sanfelice. decif. 25. ubi dicit, quod antequam exequatur gratia per Reum, debet probari, quod remittens sit proximior interfecti in gradu, alias exequuta gratia contrarium debet probari per Fiscum, & proximiores consanguinei præferuntur exclusis remotioribus in remittendo de nece defuncti, Farinac. pract. crim. tit. de accusatione, quest. 13. n. 2. & q. 14. n. 1. ubi n. 19. & seq. dicit, quod proximiores præferuntur in remittendo de nece defuncti, dato, quod non sint hæredes defuncti, dum hoc jus remittendi non sit hæreditarium, nec competat ratione hæreditatis, sed sanguinis & idem tenet Marinis in d. cap. 2. n. 8. cum trib. seq. & n. 23. & vide Clarum in d. q. 58. n. 22. vers. quare nunc.

34 Hinc est, quod si concurrant filii, & uxor occisi, filii præferuntur, exclusâ uxore occisi, Paschal. de virib. patriæ potestat. part. 2. cap. 1. n. 12. & seq. Franch. dec. 382. Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, n. 90. & seq. Cirba conf. crim. 61. n. 54. Castil. de usufructu cap. 40. nu. 8. & seq. Tondutis in tract. de præventionem, cap. 19. n. 3. & 4. Campana de forjud. resol. 26. n. 10. Virgil. de legitim. persona cap. 32. n. 48. & seq. & Marinis in d. cap. 2. n. 17. Et delinquens, obtenta remissione filiorum, & non uxoris occisi debet gaudere indulto, Theodorus alleg. 9. in fine, & licet Sanfelice. dec. 26. dicat, quod requiritur remissio uxoris ad obtinendam gratiam, vel compositionem de nece mariti, & licet etiam Tartaglia in prag. 8. n. 2. de composit., & Bajardus ad Clarum in d. §. fin. quest. 58. n. 61. dicat quod si uxor interfecti concurrat cum consanguineis, vel hæredibus occisi, de jure communi ipsa præferatur, & in Regno Neapolitano cum ipsis admittantur ad quærendum, & remittendum, dummodo ipsa sit vidua, tamen & c. primam opinionem puto esse veram, quem etiam tenet Novarius in prag. 2. n. 20. de composit. & si Valenz. conf. 153. vol. 2. dicat, quod uxor occisi, præsertim si sit ejus hæres, primò præfertur in accusando, & remittendo de nece sui viri, exclusis fratribus occisi, tamen contrarium deinde fuit decisum, scilicet soror occisi esse præferendam in accusando, & remittendo de nece occisi, exclusâ uxore occisi, ut refert Thor. in supplemento dec. vers. jus quærendi fol. 326. & licet Boer. dec. 237. dicat, uxorem posse accusare occisorem sui viri, & Farin. d. q. 13. n. 14. & seq. dicat, jus accusandi super nece defuncti mariti com-

peters

potere uxori, immò si ex unâ parte concurrat uxor occisi, & ex aliâ concurrant hæredes, vel consanguinei, uxor non solum in jure accusandi, sed etiam remittendi præferatur hæredibus, & consanguineis, tamen ista procedunt de jure communi, nam de jure Regni non possunt procedere etiam non existentibus aliis consanguineis mariti interfecti, nam licet de jure communi non existentibus agnatis, & cognatis mariti morui, uxor succedat ab intestato marito, l. i. ff. & C. unde vir. tamen in Regno conjuges non succedunt, sed à Fisco excluduntur, Const. Reg. Dohanæ, & ibi Affl. n. 9. *Affl. tenet quod non obstante Const. Dohana succedit uxor Arnono diff. 21. & Capriol. de success. ab intest. lib. 4. nu. 19. ideo hæc nunquam procedere possunt in Regno, sed vide Pascal. d. cap. 1. n. 62. qui dicit, quod in Regno nostro uxor admittitur in accusando, & remittendo de nece sui viri, deficientibus agnatis, & cognatis usque ad decimum gradum, illius. Et idem tenet Novarius in prag. 7. n. 20. de compositionibus, ubi n. 21. dicit quod uxor occisi admittitur ad accusandum de nece sui viri, quando filii occisi, sunt negligentes in accusando de nece eorum patris, & hoc absque interpellatione, ut ita decisum refert Merlinus contrav. for. lib. 1. cap. 16.*

Et quando non adsunt hæredes occisi & tunc gaudens indulto admittitur ad ejus beneficio cum conditione, ut si aliquis hæres apparuerit, indulgentus ab eo infra mensem procurat remissionem, ita Clarus in d. quest. 58. vers. sed quid si nullus n. 36., & addam infra n. 43.

35 Sic etiam si occisus faciat extraneum hæredem, jus remittendi competit consanguineis occisi, qui de jure poterant succedere ab intestato, excluso extraneo hærede instituto ex testamento, Franch. dec. 611. & Farinac. d. quest. 13. n. 8. & d. quest. 14. n. 21. cum trib. seq. de quo vide Ponte de potestate Proregis, tit. 1. §. 4. n. 17. cum plurib. n. seq. Nam legitima successio dicitur illa quæ ab intestato deferitur. l. 2. §. de illo ff. pro socio, & quæ ex testamento deferitur, dicitur impropria successio. Marini in d. lib. 1. d. cap. 2. nu. 10. & 11.

36 Hinc etiam est, quod dum filius spurius non succedit patri, remissio spurii de nece patris non est necessaria inquisito, Novarius in praxi elect. fori tom. 1. lect. 3. qu. 9. n. 39. late Farinac. d. quest. 13. à n. 51. usque ad finem, & Pascal. de virib. par. potest. par. 2. c. 1. à n. 21. usque ad n. 34. sed vide Rovitum de c. 25. qui dicit, quod jus vindictæ competit naturalibus, & illegitimis pro nece in personam alicujus de genere, unde Novarius in praxi elect. fori, tom. 2. lect. 3. q. 13. infert ex hoc, quæ competit privilegium eligendi Regia Tribunalia miserabilibus, & privilegiatis personis, licet naturales, & illegitimi sint, si agant pro nece in personam alicujus de genere, citat Thorum in compendio decisionum, tom. 3. ver. electio fori, fol. 361. sic etiam amita vidua potest eligere Regia Tribunalia pro nece sui Nepotis spurii, ut ita decisum testatur Rovitus d. dec. 25. Sed con-

tra Rovitum tenet Marini quotid. resolut. lib. 2. cap. 4. Sed filio naturali tantum ex concubina Domi resenta nato competit actio remittendi de nece patris naturalis, non existentibus filiis legitimis, & naturalibus, & legitima uxore interfecti. Marini in d. lib. 1. d. c. 2. n. 22. ubi dicit idem esse in filio emancipato, & n. 21. dicit idem esse in filio adoptivo, quando ipse in adoptantis potestate transiit, sed filii naturales vel spurii possunt facere remissionem de nece eorum Matris. Clarus in d. quest. 58. vers. scias autem n. 26.

37 Sic etiam filio ex hæredato, vel repudianti hæreditatem patris occisi competit actio querelandi de nece patris, Ponte d. tit. 1. §. 4. n. 21. & Farinac. d. quest. 13. n. 5. & d. qu. 14. n. 19. & seq.

38 Hinc etiam est, quod dum per Constitutionem Regni in aliquibus, filiarum foeminarum excluduntur per masculos à successione parentum, quæ Constitutio procedit, tam in successione matris, quàm patris, ut decisum refert Capyc, Lacro dec. 135. par. 2. & Thorus in voto 82. à n. 4. cum plurib. seq. tom. 1. ideo filii masculi præferuntur etiam in remittendo necem parentum, exclusis filiabus, Clarus §. fin. quest. 58. n. 35. Amato conf. 18. Riccius collect. 776. & 2080. & idem Riccius dec. 107. par. 3. Pascal. de viribus patriæ potestatis par. 2. cap. 1. n. 8. & seq. Ponte d. §. 4. n. 17. 29. & 31. & Capib. de Baronibus 10. 2. cap. 28. n. 15. & late Sanfel. d. dec. 27. & in decis. 401. tom. 3. licet contrarium teneat Farinac. d. q. 14. n. 26. Tamen in Regno prima opinio est vera. Marini in d. lib. 1. d. cap. 2. n. 14.

39 Hinc etiam est, quod si soror renunciet bonis fraternis, in hoc casu non admittitur ad accusandum de nece ipsius fratris, sed alii fratres exclusa sorore, quæ renunciavit, admittuntur Tapia dec. S. R. C. 29. Molfes. consil. 10. Riccius d. dec. 107. par. 3. Ponte d. §. 4. n. 28. Sanfel. dec. 27. Thor. in supplemento decisionum, ver. jus vindictæ, fol. 329. & Marini d. cap. 2. n. 14.

40 Hinc etiam est, quod si concurrat mater, & uxor occisi, mater præferatur in accusando, & remittendo de nece filii, exclusa uxore filii occisi, nam mater succedit filio occiso, Aut. defuncto; C. ad S. C. Tertull. Capib. de Baronibus tom. 2. cap. 28. per totum, Immo mater si repellatur à successione filii, quia transiit ad secunda vota, & non petit tutorem infra annum filio pupillo, tamen admittitur ad accusandum, & remittendum de nece filii. Paschal. d. part. 2. d. c. 1. n. 58.

41 Hinc quoque est, quod licet de jure communi, si concurrat pater, & soror occisi in accusando de nece occisi, pater præferatur ratione patriæ potestatis, exclusa sorore, nisi pater sit negligens in accusando de nece filii, quia tunc soror admittitur in accusando de nece fratris occisi, ut dicit Glos. & Salyc. in l. uxor, C. qui accusare non possunt, & Franch. dec. 100. n. 10. & seq. & Bajard. ad Glarum. §. fin. q. 15. n. 6. tamen hodie in Regno puto, quod tam pater, quàm mater, fratres, & sorores occisi admittantur ad accusandum de nece occisi, cum omnes isti succedant in

hæreditate occisi, d. Auth. defuncto, sed per d. pragm. 8. illi competit actio querelandi, & remittendi, cui competit successio, Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 44. n. 15. unde si remissio sit facta à matre tantum, & non à patre, & fratribus occisi ex dicta remissione, occisor non gaudet indulto, Sanfel. dec. 383. Et si adfuerint fratres, & sorores occisi, omnes remittere tenentur, ut occisor gaudeat gratia. Marinis in d. cap. 2. n. 57. & 14. ubi n. 15. dicit, secus esse de iure consuetudinario Civitatis Neapolitanae, quo iure soror excluditur à successione fratris alijs fratribus existentibus, ut in consuetud. Sed si morienti de quo loquitur Marinis quotid. resol. lib. 2. c. 208. 209. & 219. & 210.

Sed quid si concurrat pater, & soror occisi in accusando de nece occisi? pater praeferatur, tenet Sanfel. in dec. 378.

42 Hinc etiam est, quod creditores hæreditarii non possunt molestare filium pro pecunia habitâ de nece patris, si filius non sit hæres patris, vel si sit hæres, & sit cum beneficio legis, & inventarii, nam actio remittendi de nece patris competit filio non ut hæredi honorum, sed ut hæredi sanguinis d. pragm. 8. & ibi Rovit. à n. 59. usque ad finem, licet contrarium teneat Sanfel. dec. 27. n. 24. tamen secundum opinionem Roviti, tenent Foller. ad Marantam part. 4. dist. 9. n. 138. Pascal. de viribus patris potestatis, par. 2. cap. 1. n. 6. & Scaglione in prag. 1. n. 45. ad S. C. Maced. Et filius recipiens pecuniam pro remissione necis patris interfecti, non per hoc videtur adire hæreditatem, Pascal. d. par. 2. d. cap. 1. n. 6. Carraba in sing. 87. Marant. in cons. 9. in fine. Ponte d. §. 4. post n. 20. & Vrlil. ad Affl. dec. 372. n. 8. & de iure communi vide Nelli. de hæreditatibus in 3. part. 2. temporis. n. 26. Novarius in prag. 7. n. 10. de composit. Clarum in d. quæst. 58. n. 33. & sextum in l. 1. ff. de sepulch. violato.

Hinc etiam, est, quod dum frater utrinque conjunctus succedat fratri utrinque conjuncto, excluso fratre consanguineo, vel uterino, Auth. post fratres, C. de legitimis hæredib. Auth. itaque ubi glos. & DD. C. commun. de success. Capriolus de success. ab intest. lib. 3. n. 119. & Marinis quotid. resol. 1. cap. 221, qui loquitur in sorore utrinque conjuncto excludente fratri consanguineum à successione fratris utrinque conjuncti si sit interfectus frater utrinque conjunctus, frater utrinque conjunctus admittitur ad accusandum, & remittendum de nece fratris, excluso fratre consanguineo, vel uterino, Pascal. d. cap. 1. n. 118. Farinac. d. quæst. 13. n. 29. Virgil. de legit. person. cap. 32. n. 57. & Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 151. n. 3.

Sed commater potest accusare occisorem sui compatris, Garzia à Toletto in dicto 527. Boer. dec. 227. n. 4. & Bajardus ad Clarum, in §. final. quæst. 14. n. 48. Sed si concurrant consanguinei occisi, & crimpatres, consanguinei præferuntur compatri in accusando, & remittendo de nece defuncti, Farinac. d. q. 13. n. 18 & Pascal. d. c. 1. n. 78.

43 Quod si occisus sit persona incerta, & in-

quisitus nesciat, à quo petere remissionem, in hoc casu potest gaudere gratiâ, & indulto, dummodò Judex reseruet jura parti, quatenus deinde reperiatur, Caravit. ritu 272. n. 28. & seq. Ponte d. cit. 1. d. §. 4. n. 32. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de remission. partium, cap. 3. n. 37. Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 14. cap. 3. n. 4. Santelic. dec. 53. n. 18. Mastrill. de indulto, cap. 24. n. 18. Pafcal. d. cap. 1. n. 76. Novarius in prag. 2. n. 5. de compositionib. Bajardus ad Clarum in d. quæst. 58. n. 62. in fine & in d. quæst. 59. n. 45. Farinac. in prag. crim. tit. de inquisitio. q. 5. n. 11. vers. amplia 2. & Int. Clarus in d. q. 58. n. 26. in fin. vers. sed quid si nullus.

44 Sed si sit interfectus Monachus, actio accusandi, & remittendi de nece Monaci, competit ejus consanguineis proximioribus, & non Monasterio, Boer. dec. 121. n. 9. Rovit. d. pragm. 8. n. 19. Thorus in compendio decisionum, tom. 3. sect. 2. ver. remissio, fol. 82. & Sanfel. dec. 55. n. 19. & vide Pascal. d. par. 2. d. c. 1. n. 11. Farinac. d. quæst. 13. à n. 19. usque ad n. 26. Mastrillum d. cap. 24. à n. 75. usque ad n. 79. Et Clarum in d. quæst. 58. n. 25, ver. ulterius quæro. Qui dicunt, hoc procedere, quando Monachus fuit interfectus odio particulari, secus si intuitu Monasterii, quia tunc ad Monasterium spectat, & si sumus indubio, & tunc ad utrumque spectat, sed semper tutius est ab utroque pacem obtinere. Sed si proximiores Monachi occisi velint facere remissionem, & Monasterium reluctat, tunc favore pacis proximiores præferuntur, & contra. Bajard. ad Clarum d. quæst. 58. n. 38. Mastrill. in d. cap. 24. n. 77. & Pascal. in d. cap. 1. n. 11. ubi dicit, quod si sit interfectus Monachus non professus, tunc non ad Monasterium, sed ad proximiores spectat actio remittendi de nece illius, & idem tenet Novarius in prag. 2. n. 78. in fine de abolit., prout etiam licet si sit rapta monialis professa, raptor debeat habere remissionem à Papa, ut addam infra n. 46., tamen si monialis non sit professa, tunc raptor debet habere remissionem à consanguineis rapta tantum. Bajard. ad Clarum in d. quæst. 58. n. 40. & seq. sed si Monachus offensus non sit mortuus ex vulneribus, & adhuc vivat, & tunc ipse cum consensu Abbatis potest remittere, Marinis d. c. 2. n. 19. & Caravit. d. ritu 275. n. 27. ubi n. seq. dicit, quod requiritur etiam consensus Capituli, immo solus Abbas potest remittere, Sanfel. dec. 55. n. 19. Nam Abbas potest remittere injuriam factam Monacho, etiam ipso Monacho ignorante, & invito. Gomes var. resol. lib. 3. c. 6. n. 6. Pinellus de bonis Maternis super l. 1. par. 2. n. 10. Surd. dec. 89. 12. & Riccius in dec. 24. n. 4. par. 3. Sed alii dicunt, quod Guardianus Monasterii Minorum, fratre offenso reluctante, non potest pacem facere, ita Garzia à Toletto in dicto 272. Arnono in commentario 190. & Mastrillus in d. cap. 24. n. 77.

45 Et tu scis, quod percutiens Clericum, non potest absolvi, nisi parte concordatâ, & satisfactâ, cap. Parocchianos, cap. ea, noscitur, & cap. quamvis de sent. excommun. ad veritas

in hoc, quod si aliquis percutiat Monachum, non potest absolvi, nisi prius obtentâ remissione Abbatis, Monasterii, Riccius dec. 24. par. 3. & laicus si percutiat Clericis, & ab eo petat veniam, & offerat satisfacere Clerico percusso, si Clericus noluit cum percussore reconciliari, percussor debet absolvi, Genuens. praet. Archiep. Neap. cap. 28. n. 6. & Novarius in quaest. forensi 96. part. 2. sed contrarium tenet Riccius in dec. 86. p. 1.

- 46 Et quod injuria facta Monacho debeat remitti per Monasterium, & non per proximiores Monaci, tenet Boss. praet. crim. tit. de pace, n. 18. & 25. ubi n. 27. dicit, quod si sit raptâ Monialis, raptor debet habere remissionem à Papâ. & vide Addentes ad Clarum in d. quaest. 58. n. 36. & 40., & pro injuria facta Monacho competit Abbati etiam proprio nomine actio querelandi. i. injuriarum actio ubi glossa, & Doctores C. de injuriis. Riccium in dec. 24. n. 3. part. 3. & non competit proximioribus consanguineis Monachi viventis. Sanfelice. dec. 55. n. 19. & n. 20. immo nequid Monachus offensus potest accusare absque consensu sui Abbatis. Farinac. in d. qu. 12. n. 24. Sed Abbas potest accusare pro Monacho offenso. Caravita in d. ritu 275. n. 29. & Monachus Prior pro injuria sibi illata potest agere absque consensu Abbatis. Bellamera in dec. 401. & faciunt dicta per Caravitam in ritu 144. n. 2. vers. secundo limita, & quando est offensus Monachus non professus, tunc ipse absque Abbatis consensu potest remittere. Clarus in d. vers. ultimum. tertius quaro, in fine. Mastrillus in d. cap. 24. n. 76. Farinac. in d. quaest. 12. n. 22. ubi post n. 26. vers. ideo dicit, quod si sit interfectus Pater Monachi non ad Monasterium vel Monachum spectat facere pacem, sed hoc spectat ad alios proximiores patris interfecti. & addam infra n. 50. in fine.

- 47 Scias, quod maritus non potest remittere injuriam factam uxori superstiti, secus si sit mortua, Riccius dec. 18. part. 3. quod intellige si non adsint consanguinei uxoris, aliâs illis competit actio remittendi, ut ex supradictis, nam maritus succedit uxori non superstitibus consanguineis illius usque ad decimum gradum, l. 1. C. unde vir. & uxor, sed quod actio remittendi de injuria facta uxori, spectet ad maritum, tenet Riccius sibi contrarius in praxi fori Eccles. resolut. 580. n. 7. par. 3. & Novar. praxi elect. fori, tom. 1. sect. 3. quaest. 3. n. 10. Et sufficit sola remissio mariti, & non requiritur remissio mulieris adulteræ, si adulterium fuit voluntarium alias si per vim, & tunc requiritur etiam remissio uxoris adulteræ, Cabal. resol. crim. casu 245. à n. 7. usque ad finem, nam ipsa quoque uxor potest accusare, Merlinus contr. foren. tom. 1. c. 58. sed in crimine raptus requiritur remissio mariti, & uxoris raptæ, Cabal. ubi supra. Et maritus potest agere pro injuria facta uxori. l. 1. §. item ait. ff. de injuriis. Riccius in dec. 24. n. 8. part. 3. secus è contra, nam uxor non agit pro injuria facta viro. Bellamera dec. 401. n. 2.

- 48 Scias etiam, quod si injuria sit facta filio familias, actio accusandi, & remittendi com-

petit patri, etiam invito filio l. sed si unus, §. filio fam. ubi Bar. ff. de jure jurando, gloss. Bar. Bald. & alii in Lin. personam, ff. de pæctis, Boss. d. tit. de pace, n. 16. latè Pascal. de virib. patriæ potestatis, par. 1. c. 10. Mastrill. d. cap. 24. n. 71. cum plur. n. seq. Farinac. d. quaest. 14. n. 24. cum trib. seq. & Facchin. controvers. jur. lib. 9. cap. 42. Quod procedit si injuria facta filio familias descendat ex lege Prætoris, si civilis ex lege Cornelia, Boer. decif. 210. & Vivius commun. opin. lib. 2. opin. 216. sed veritas est, ut procedat tantum in injuria dependente ex lege prætoris, secus in injuria dependente ex lege civili, ex lege Cornelia, quia tunc pater non potest remittere, Franch. dec. 715. Rovit. prag. 5. n. 57. de abolit. & in dec. 40. n. 6. & 11. Nellus de bannitis, in 3. p. 2. temporis, n. 47. Farin. d. quaest. 14. post n. 37. Clarus in d. quaest. 58. ver. quaro nunquid pater. Facchinus in d. cap. 42. Marinis in d. cap. 2. n. 22. & in c. 151. n. 2. 5. 6. 7. 8. & 9. eodem lib. 1. & Novarius in prag. 2. n. 77. de abolit. & an pater possit remittere injuriam factam filio emancipato? vide eundem Farinacium in praet. crim. tit. de variis, ac diversis criminibus. quaest. 105. inspect. 6. n. 259. & seq. & sufficere remissionem filii emancipati dicunt Novarius in d. prag. 2. n. 77. de abolit. Clarus in d. qu. 58. d. ver. quaro nunquid pater. in fine & Farin. d. quaest. 14. n. 40. ubi n. seq. dicit, matrem non posse remittere injuriam factam filio, prout etiam pater non potest remittere injuriam factam ejus filio à conjuncta persona, Arnono dialogo 48. Capibl. de Baronibus prag. 3. n. 12. & 14. Marinis in d. cap. 151. n. 6. & Clarus in d. vers. quaro nunquid pater.

- 49 Sed si pater occidat suam uxorem remissio communium filiorum non sufficit, ut pater possit gaudere gratia pro homicidio, sed requiritur consensus proximiorum uxoris interfectæ, Boss. d. tit. de pace, n. 21. latè Cabal. resol. crim. casu 58. Farinac. d. qu. 14. n. 47. & seq. Marinis in d. cap. 2. n. 20. Pascal. de vir. pat. pot. par. 2. cap. 1. n. 10. Clarus in d. qu. 58. n. 31. & Mastrill. d. cap. 24. n. 79. ubi n. 80. dicit, quod quando filii sunt majores, vel si habitent separatim à patre, vel si sint emancipati, vel mater propter adulterium interfecta sit, & tunc sufficit remissio filiorum tantum, & n. 81. dicit quod si uxor occidat maritum, tunc sufficit sola remissio communium filiorum, citat Clarum d. qu. 58. n. 20. in fine, & idem tenet Farinac. d. qu. 14. n. 47. in fine, & Marinis in d. cap. 2. n. 20. & Pascal. d. cop. 1. d. nu. 10. & quibus personis competat jus querelandi, & remittendi, latè explicat Pascal. d. part. 2. cap. 1. per totum illud cap.

- 50 Quod si filius occisi sit pupillus, & tunc pupillus cum auctoritate tutoris, & decreto Judicis potest facere remissionem de nece sui patris. Arnono commentario 188. & latè Pascal. d. cap. 1. n. 80. cum plurib. seq. quod si pupillus sit infans, & tunc tutor, cum decreto Judicis potest facere remissionem, Follet. prag. de forjudicatis, n. 28. & seq. Cabal.

resol. crim. casu 58. n.8. Mastrill. d.cap.24. n.62. & Paschal. d.cap.1. n.81. Et quodd tutor non possit querelam pupillo competentem remittere, absque decreto Judicis, & iustā subsequente causā dicunt DD. in l. pactum curatoris, C. de pactis, Franch. dec. 535. Mastrill. de indulto, d. cap. 24. n. 62. & Caravit. d. ritu 275. n. 19. cum plurib. n. seq. ubi n. 22. & seq. dicit, quodd si tutor non confecit inventarium, & non satisfecit, si tamen remissio sit cum decreto Judicis, & causa cognita, valet remissio, & non per hoc annullatur; & idem tenet Mastrill. d. cap. 24. n. 64. & Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione qu. 55. n. 59. & seq. Et tutor vel curator ad faciendam remissionem debent esse generales, §. certæ, in l. qui test. tutor. dari possit & §. item inviti. Instit. de curatoribus. Clarus pract. crim. §. fin. quæst. 58. ver. quæro an tutor, & Mastrill. d. cap. 24. n. 64. Sed quodd sufficiat, ut curator sit datus ad illum actum tantum faciendi remissionem, tenet Boss. d. tit. de pace, n. 14. & opinio Boss. eo fortius procedit, quando intervenit decretum Judicis, Farinac. pract. crim. tit. de accusatione, quæst. 15. n. 61. ubi per totam illam questionem Farinac. latè tractat an, & quando valeat pax habita à minore, vel ab ejus tutore, & curatore, sed tutor vètri relictus nō potest facere remissionem nomine posthumi, antequam posthumus nascatur, l. posthumo, C. de collat. Bald. in l. 2. §. fin. ff. de testament. tutela, Jaf. in d. l. pactum curatoris Novarius in quæst. forens. 9. tom. 2. Paschal. d. cap. 1. n. 20. Farinac. d. quæst. 13. n. 48. cum duob. seq. & Arnonio cautela 72. sed alii tenent, quodd remissio facta à minore cum auctoritate tutoris, sine decreto Judicis valet, Mastrill. de indulto, d. cap. 24. n. 62. Facchin. d. lib. 9. c. 42. Virgiliis de legit. personæ. cap. 32. n. 52. Novarius in quæst. forens. 9. n. 4. part. 2. Rovit. in prag. 7. n. 2. de composit., & Farinac. in d. quæst. 15. n. 5. usque ad n. 15. ubi n. 82. dicit pacem factam à pupillo, & ejus tutore semper tendere in utilitatem pupilli, tamen primam opinionem, scilicet remissionem fieri non posse per tutorem absque decreto Judicis, tenent Viscont. ad Franch. in d. dec. 535. Novarius in prag. 2. n. 75. de abolit. Guttier. de tutelis, & curis. part. 2. cap. 7. à n. 6. usque ad 17. & Paschal. in d. cap. 1. à 82. usque ad n. 95. ubi dicit, quodd valet remissio facta per impuberem doli capacem cum juramento, & auctoritate tutoris, Caravit. ritu 275. nu. 20. sic etiam remissio facta à tutore de nece defuncti, defuncto mandante, etiam absque solemnitatibus à jure requisitis valet, Ursill. ad Affl. in dec. 262. n. 91. Riccius coll. 2080. Thor. comp. dec. tom. 1. ver. remissio, fol. 477. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de remissionib. partium cap. 1. n. 13. facit tex. in l. 1. Imagis puto, §. si fundus, l. fin. ff. de reb. eorum, & in l. 1. & in l. prædium, C. quando decreto opus non est.

Et quando minor remittit injuriam, & offensam, cum auctoritate tutoris, & cum decreto Judicis adversus pacem taliter factā non restituitur in integrum Affl. in Const.

Reg. minorum jura, n. 6. Caball. d. casu 58. n. 9. Cancercius variar. resolut. part. 2. cap. 1. n. 248. Caravita in d. ritu. 275. n. 26. Virgiliis in d. cap. 22. n. 52. & Carraba in singul. 117. intellige si petatur restitutio in integrum per minorem adversus remissionem à se factam ad vindictam, secus si ad prosequenda damna, & interesse, quia tunc datur restitutio in integrum. Rovit. in prag. 8. n. 11. in fine, de compositionib. Sed quodd minor non restituatur quoad damna, & interesse, tenet Farin. in d. quæst. 15. n. 29. & 30.

Et quando filius occisi post mortem patris ingressus est Monasterium ad succedendum capax ad Monasterium non spectat facere pacem, Boss. d. tit. de pace, n. 24. Immo si sit interfectus pater Monachi, non ad ipsum Monachum, vel ad ejus Monasterium spectat facere pacem, sed hoc spectat ad alios proximiores occisi. Farinac. in d. qu. 13. n. 26. ver. ideo.

51 Et advertas, quodd remissio debet fieri coram Judice, aliās non valet, prag. unica de remissionibus partium, prag. 6. §. 2. de composit. Fallit in causis minimis, & parvi momenti, in quibus non requiritur præsentia Judicis, sed tantum remissiones recipiuntur per Actuarios, Novarius de gravam. val. fall. tom. 1. gravam. 353. n. 6. & in qu. forensi. 68. n. 3. par. 1. & Danza d. tit. de remissionib. partium, cap. 1. n. 9.

52 Et remissio potest fieri per actum publicum vel offensus comparere debet in Curia, & remitte querelam penes acta Curie, ut in ritu 275. Et quando remissio fit per actum publicum, adhuc requiritur præsentia Officialis, Foller. in prag. fin. n. 5. de composit. Caravit. d. ritu 275. n. 2. in fine, Thorus in voto 57. n. 7. tom. 2. & Danza d. tit. de remissionib. partium cap. 1. n. 7. & quando fit penes acta Curie, adhuc requiritur præsentia Judicis. Danza in addit. ad Grammat. in decis. 24. n. 2., & 4. ubi in d. n. 3. dicit, quodd quando remissio fit penes acta illa recipi debet ab Actuario in capite & non à scribâ, & est prag. 19. §. 12. de officio magistri Justit. 20. 1. & prag. 25. de exilibus tom. 2. & factio actus remissionis debet Actuarius interrogare partem remissionem, quā de causā facit remissionem, si vis timore, prece, pretio, vel amore, & signantur si habuit aliquid obdictam remissionem, vel si fuit aliquid sibi promissum. prag. 27. §. 32. de officio magist. just. & quando remissio fit in M. C. & tunc fit coram uno ex iudicibus M. C. & quando fit in Regiis Audienciis, fit coram uno ex Regiis Auditoribus, & quando fit in terris demanialibus, fit coram Governatore, & quando fit in Curiiis Baronialibus debet fieri coram Capitaneo domicilii partis offensæ, d. prag. 6. §. 2. in fine de composit. pragmatica 25. de exilibus, & Caravit. ritu 275. post n. 2. Sed si Clericus sit offensus à laico, tenetur facere remissionem coram Judice laico, & non Ecclesiastico, nam offensus si velit accusare percussorem, quoad penam temporalem coram Judice laico, & non Ecclesiastico accusare tenetur. cap. ex tenore. cap. licet ex suscepto, & cap.

cap. cum sit generale. de foro competent. Baldus. in l. 2. n. 1. Cod. de iurisd. omnium iudic. Scaccia de iudiciis. lib. 1. cap. 11. n. 49. & Juxta laicus punit laicum percussorem Clerici quoad penam temporalem. Alois de Leo in l. cunctos populos. n. 18. Cod. de summa Trinitate. & fide Catholicâ. Scaccia d. lib. 1. c. 12. n. 13. & Cabal. resol. crim. casu 184. n. 9. & seq.

- 53 Et remissio potest fieri in testamento, & non potest revocari, si testator convalescerit, Novarius quæst. forens. 68. lib. 1. & Surdus de alimentis tit. 7. qu. 1. n. 58. & seq. citat glossam in §. fin. inst. de injuriis, & Bossius d. tit. de pace, n. 20. Immo si offendens post habitam remissionem sit ingratus remittenti, non per hoc potest remissio revocari, Rovitus in prag. 8. n. 18. de composit. sed alii tenent, quod si quis remittat injuriam tempore imminentis mortis si postea reconvalescat, possit actione injuriarum agere, ut dixi supra n. 24. in fine.
- 54 Sic etiam remissio potest fieri Sacerdoti confessorio in articulo mortis, & valet. Cabal. resol. crim. casu 141. & Danza d. tit. de remiss. part. cap. 1. n. 22. quæ opinio potest procedere cum illâ distinctione à nobis supra traditâ, n. 24.
- 55 Et remissio potest fieri, tam die juridico, quam die feriato, Danza d. tit. de remiss. part. cap. 3. n. 35. & Thor. in voto 57. tom. 2.
- 56 Sed si remissio sit facta per vim, & metum, non valet. Danz. d. tit. de remission. partium, cap. 2. Mastrill. de indulto, d. cap. 24. n. 31. prag. 25. de exulibus. textus de jure communi in Auth. Sacramenta puerum. Cod. si adversus venditionem. Clarus in d. qu. 59. n. 2. & Novarius in prag. 1. n. 27. de abolit. Et hoc dato quod remissio capta sit coram Officiali, nam licet ejus presentia presumi faciat remissionem fuisse factam absque metu, tamen probato metu, remissio annullatur. ut ita decisum testatur Sanfel. dec. 229. & illi, qui capiunt homines, & eos asportant ad nemora causâ extorquendi remissionem per vim, puniuntur poenâ mortis, prag. 2. de exulib. & latè Danza d. tit. de remissionib. part. cap. 2. per totum, & dixi supra cap. 3. n. 137. in fine.
- 57 Remissio ista potest fieri per procuratorem, sed requiritur, ut procurator habeat speciale mandatum factum per actum publicum ab eo, cui competit actio remittendi, Clar. §. final. quæst. 58. n. 28. Capibl. de Baronib. prag. 6. n. 74. Caravit. ritu 275. n. 7. Mastrill. d. cap. 24. n. 65. cum plurib. n. seq. & Gomezus de procur. par. 2. cap. 5. n. 199. & seq. Sed quod remissio non possit fieri per Procuratorem speciale mandatum habentem, tenent Merlinus contrav. forens. lib. 1. cap. 68. n. 7. Bajardus ad Clarum in d. quæst. 58. n. 50. & in d. quæst. 59. n. 46. Caravit. d. ritu 275. post n. 8. in ultima impressione, Paschal. d. cap. 1. post n. 115. & Novarius d. quæst. forens. 68. n. 4. qui dicit, ita observari in Regno, & de eadem observantiâ testatur Mastrill. d. cap. 24. n. 69. & Danza d. tit. de remissionib. partium, c. 1. n. 14. cum plurib. n. seq. & Pres. Merlin,

cap. 68. n. 6. sed ego sequor primam opinionem, dummodò in mandato de remittendo interveniat Judicis presentia, quia tunc cessat ratio adducta per Caravitam pro secundâ opinione, sed procurator habens generale mandatum, etiam cum liberâ administratione, non potest remittere injuriam factam principali, Nellus de bannitis in 3. parte 2. temporis, n. 37. Mastrill. d. cap. 24. n. 65. cum plurib. n. seq. Foller. in prag. de forjudicatis. n. 30. Golius in d. cap. 5. n. 200. & Clarus in d. quæst. 58. n. 28.

Et Episcopus solus absque capituli consensu non potest injuriam Ecclesiæ illatam remittere. Caravitam d. ritu 275. n. 8. & Clarus in d. quæst. 58. ver. præterea quæro.

- 58 Et ut valeat remissio facta per offensum offensori absenti est necesse, ut interveniat Nuncius epistola, vel Notarius, qui acceptat pro absente, Foller. d. prag. de forjudicatis, n. 33. Boss. d. tit. de pace, n. 20. Nellus d. 3. part. 2. temporis, n. 43. Caball. d. casu 141. n. 7. & seq. Mastrill. à cap. 24. n. 46. & seq. & n. 87. Clarus d. quæst. 58. n. 27. ver. diffinitum est, & Paul. de Cast. in Lillud, n. 8. C. de Sacros. Eccles. & ita intellige glossam in §. fin. inst. de injuriis, & Surdum de alimentis tit. 7. q. 1. n. 58. & seq. in quantum dicunt, remissionem injuriarum fieri posse, absente parte.

- 59 Scias, quod remissio non potest probari per testes, sed debet probari per scripturam in hoc Regno, Caravit. d. ritu 275. n. 15. & seq. Sed de jure communi remissio potest probari per testes, Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 34. cap. 3. post n. 2. Nellus in d. 3. part. 2. temporis, n. 38. Rovit. d. prag. 5. n. 54. & seq. de abolit. Cabal. d. casu 141. n. 10. Mastrill. d. cap. 24. n. 43. cum duob. n. seq. & Mascard. de probat. conclus. 1161. n. 2. & 3. Sed quod etiam de jure communi remissio non possit probari per testes, tenet Clarus in d. quæst. 58. n. 40. ver. scias etiam, & ibi Bajard. n. 72. & seq. Novarius in prag. 2. n. 71. de abolit. & in prag. 2. n. 8. de composit. Sed vide Farinacium in tit. de inquisitione, quæst. 5. n. 11. ver. sublimata primo.

- 60 Et quando sumus inter nobiles non requiritur expressa remissio, sed tantum sufficit pax facta inter eos, Ponte d. tit. 1. d. §. 4. n. 37. alias secus, quia tunc requiritur expressa remissio, Mastrill. d. cap. 24. n. 48. cum duob. n. seq.

- 61 Et scias, quod si remissio sit facta, câ conditione, ut inquisitus in perpetuum non accedat ad patriam partis offensæ, in hoc casu valet remissio, sed conditio de non accedendo rejicitur, Thorus compend. dec. tom. 3. sect. 3. ver. remissio, fot. 120. & Farin. pract. crim. tit. d. variis, ac diversis criminibus quæst. 107. part. 2. art. 20. n. 262. ubi n. 264. dicit, quod si pacifcens contraveniat, poena conventionalis de non accedendo ad patriam in pace apposita exigi non potest, nisi conditio ille sit ad tempus certum minus decemni, quia tunc valet talis conditio, Mastrill. decis. 38. n. 7. & in d. cap. 24. n. 34. cum plur. num. seq. sic decisum testatur

tur Rovit. in prag. 8. n. 17. cum plur. num. seq. de compos. Gizzarell. dec. 11., & ibi Angel. Riccius coll. 2080. in fine Thor. d. tom. 2. sect. 2. ver. remissio, fol. 87. *Marinis in d. lib. 1. d. cap. 2. n. 35. Novarius in d. prag. 2. n. 9. & 10. de compos. latè Danza d. tit. de remissionib. partium, cap. 3. & pactum istud dicitur perpetuum si sit factum per decennium, Mastrill. d. dec. 28. n. 5. Angelis ad Gizzarell. d. dec. 11. et Novarius in d. prag. 2. d. n. 10. de compos. Et quando pactum est factum ad tempus minus decennii, si reus contravenit, non per hoc annullatur remissio. Farinac. in d. tit. de inquisitione. d. quæst. 5. n. 11. ver. sublimita secundo, et Bajard. ad Clarum in d. quæst. 58. n. 19. Et quando pactum de non accedendo ad patriam partis offensæ in pace appositum est validum, puta si sit ad tempus infra decennium, & tunc non confetur prohibitum, ut idem paciscens non possit per eandem patriam ad alia loca proficiscendo transire, Farinac. d. q. 107. d. art. 20. n. 267. & dixi supra cap. præcedenti, post n. 43.*

- 62 Sic etiam si sit facta remissio sub aliquâ promissione, non per hoc annullatur remissio, ex quo promissum non sit solum in tempore convento, sed tantum potest peti promissum, Ursill. ad Affl. dec. 350. Carravit. d. ritu 275. n. 12. & faciunt tex. in l. cõmota, C. de transact. & dicta per Gizzarell. dec. 11. & docet Thor. comp. dec. 1. 2. ver. remissio, fol. 569. & an pro obtinendâ remissione possit aliquid solvi, vide Danzam d. tit. de remissionib. partiũ cap. 1. n. 24. cum plurib. num. seq. & quid nihil possit recipi, nisi pecunia detur pro damnis, expensis, & interesse, dicit Mastrill. dict. cap. 24. n. 24. cum plur. n. seq. Immo factâ remissione simpliciter, non dicitur facta remissio expensarũ, damnorum, & interesse partis offensæ, glos. in §. fin. vers. non revocaverunt. inst. de injuriis, Gabal. resolut. crim. casu 248. Sanfelice. dec. 52. n. 29. & seq. & est tex. in l. sed si unus, §. si ante, ff. de injuriis, & docent etiam Bossi. d. tit. de pace n. 10 Farin. in d. tit. de inquisitione d. quæst. 5. n. 11. ver. amplia secun., & in d. tit. de varac. diver. crim. quæst. 105. insp. 8. n. 265., & seq. Rovit. in prag. 8. n. 16. de compos. Bald. in l. si pro fure, ff. de condit. furtiva, Aret. in §. fin. & ibi Faber n. 2. instit. de injuriis, Covar. lib. 2. variarum resolutionum, cap. 10. n. 6. Novarius dec. 10. Clar. §. fin. quæst. 58. ver. quæro modo, & ibi Bajard. n. 67. Catal. de indulto. cap. 22. n. 91. & seq. Carrab. in sing. 210. Nellus de bannitis in 1. parte tertii temporis, n. 11. vers. pro parte, Guazzin. ad defens. reorum, def. 34. cap. 4. n. 11. Virgilius de legit. persona, cap. 32. n. 37. & seq. & Mascard. de probat. conclus. 1161. n. 21. & a fortiori remittens injurias in foro conscientia, potest agere ad emendationem damni sibi illati in foro contentioso. Mascard. in d. conclus. 1161. n. 26. cum pluribus seq. & conclus. 1268. n. 14. & Virgiliis in d. cap. 32. n. 28. & contra si sit facta simpliciter remissio de damnis, expensis, & interesse, non dicitur facta remissio quoad injuriam, &

actionem criminalem. Mascard. in d. conclus. 1161. n. 37. sed contrarium tenet Bossius in pract. crim. in tit. de partu supposito, n. 39. Et factâ remissione in foro conscientia, non dicitur sublatum jus accusandi in foro judiciali. Clarus in d. quæst. 58. n. 29. Sed quod injuria possit remitti, mediante pecuniâ, licet talis remittens efficiatur infamis, dicit Farinac. d. quæst. 105. inspect. 8. n. 328. ubi n. 366. cum pluribus seq. dicit, quod remittens injuriam, receptâ pecuniâ, adhuc non videtur remittere damna, expensas, & interesse, nisi sit facta plenaria remissio, quia tunc censentur remissa damna, & idem tenet Virgilius in d. cap. 32. d. n. 37. sed vide Bajardum in d. quæst. 58. d. n. 67. 68. & 70.

- 63 Quod si reus plura commisit delicta, & de aliquibus habeat remissionem partium, & de reliquis non; de illis de quibus habet partium remissiones, gaudet indulto, de reliquis verò providetur de justiciâ, Medicis cons. 111. Novar. dec. Reg. Audientia Apuleæ 3. & Sanfelice. dec. 55. n. 18. & in dec. 399. ut in simili, si quis committat duo delicta, & de uno tantum gaudere debeat indulto, & de alio non, de delicto, de quo gaudere debet indulto, liberatur, & de alio tenetur stare juri, ut ita decisum testatur Franch. dec. 330. & 433. Ricc. coll. 2014. in fine, Mastril. de indulto, c. 26. n. 9. Grandis, de bello exulum, prædicamenta quantitatis, quæst. 3. n. 11. & Ballis tract. var. lib. 4. qu. 10. n. 15. Sic etiam si quis committat duo delicta, quorum unum pertineat ad potestatem ordinariam, & aliud ad delegata, pro delicto spectante ad ordinariam potestatem Judex procedit uti ordinarius, & pro delicto spectante ad potestatem delegatam procedit uti delegatus, Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de potestate ad modum belli, cap. 2. n. 48. Campana de forjudicatione, resolut. 12. n. 11. & Thor. in supplemente dec. ver. Magna Curia, fol. 391. & faciunt dicta per nos in tract. de foro competenti, c. 38. n. 57. Prout etiam videmus, nam si quis sit inquisitus de duobus delictis, & pro uno debeat procedi ad modum belli, & de alio non, in primo ad modum belli, in secundo ordinario proceditur. Novarius in dec. 122. & in prag. 10. §. 48. n. 186. de officio Judicis. Sic etiam si confugiens ad Ecclesiam sit inquisitus de duobus delictis, & de uno gaudere debeat immunitate Ecclesiastica, & de alio non, delinquens non privatur immunitate Ecclesiastica pro delicto, pro quo illa gaudet, sed tantum non gaudet immunitate pro delicto exceptuato. Delbene de imm. Eccl. lib. 2. cap. 16. dub. 19. sect. 10. & dub. 24. sect. 22. Sed alii dicunt quod captus in Ecclesia pro delicto exceptuato potest puniri pro aliis delictis non exceptuatis, si pro ipsis remanet locus pænæ. Sanfelice. dec. 402. tom. 2. Canonicus Novarius Summa bullarum tom. 2. tit. de immunit. Eccles. n. 21. Aufreer. ad Cappellam Tholosanam dec. 422., & Boerius dec. 110. n. 10. & seq. & in puncto Campana de forjudic. resol. 9. n. 4.

- 64 Et per indulgentiam concessam à nostro Rege in anno 1554. & 1600. de quibus in
N 3 2 prag.

- prag. 1. & 2. de abolit. & per indultum die 28. Junii 1658. fuit declaratum, ut etiam includantur subditi Baronum, qui deliquerunt, ut quoque gaudeant indulto, ut advertit Foller. cujus scripta inseruit Rovit. prag. 5. n. 47. de abolit. Quæ indulgentia præjudicat Baronibus. Catalanus de indulto, cap. 46. n. 32. usque ad finem, & remissivè loquitur Rovit. rub. de abolit. nu. 13. in fin.
- 65 Quod si in indulto, non sit facta expressa mentio de subditis Baronum, tunc subditi Baronum, non comprehenduntur in generali abolitione facta à Rege, Minad. in Const. Reg. in aliquibus. ver. Comitum, & Baronum n. 57. Lanarius consil. 52. & Novarius quæst. forensi 30. n. 12. lib. 1. & in prag. 2. n. 67. de abolit. Sed quod in indulto generali comprehendantur subditi Baronum, dato, quod de eis nulla sit facta mentio, dicit decisum Sanfelici. dec. 55. n. 11. & in dec. 406. part. 3. Revert. in dec. 546. & ibi Marinis. n. 1. Mastrill. de indulto, cap. 3. n. 11. & seq. Novar. in coll. ad prag. 2. n. 67. in fine de abolit. Thor. in supplem. dec. ver. vassalli, fol. 647. Merolla in theologia morali lib. 3. disputat. 7. c. 2. n. 100. & Danza addit. ad Grammat. decis. 4. n. 31. nisi subditus Baronis veniat puniendus pœna pecuniaria applicanda Baroni, quia tunc non comprehenditur in generali indulto, Mastrill. dicto tract. de indulto, c. 21. n. 5. & 6. & cap. 44. n. 5. & Novarius in d. prag. 2. n. 68. de abolit. & Princeps non potest in præjudicium Baronis pœnas pecuniarias præstare qd Baronem remittere, Ballis tract. var. lib. 5. tit. de compositionibus. n. 13. fol. mihi 308. Sed quod subditi Baronum comprehendantur in generali indulto, tam quoad pœnas corporales, quam pecuniarias applicandas Baronibus, dicit decisum Reg. Const. in l. 1. à n. 87. usque ad n. 105. C. pœnis fiscalibus creditores præferri, lib. 10. & Revert. cap. 546. & Marin. n. 1. Et banna, quæ fieri solent, quod qui capit, vel occidit forjudicatum, non possit molestari de quocumque delicto, talia banna, dum concernunt bonum publicum pro extirpatione bannitorum, comprehendunt etiam subditos Baronum, dato quod non sit facta mentio de subditis Baronum, Pont. de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. n. 45. Grandis de bello exulum prædicamento pati, q. 3. speciali 38. n. 2. & Minad. d. ver. Comitum, & Baronum, n. 58.
- 66 Sed Prorex non potest facere gratiâ subdito Baronis in præjudicium Baronis, Anchazar. consil. 161. n. 2. Bossi. pract. crim. tit. de remediis ex sola clementia Principis, n. 13. Thesaur. lib. 2. quæst. forensi. cap. 58. n. 9. Capibl. de Baronib. prag. 8. par. 1. n. 168. Novarius quæst. forensi. 30. lib. 1. & Thor. compen. dec. tom. 2. ver. gratia, fol. 254. Nisi hoc Prorex faciat ex causa, quæ si non adest, Prorex hoc facere non potest, Grammat. consil. crim. 34. Et immunitates, non in omni casu à Prorege subditis Baronum concedi possunt, Mastrill. dec. 263. & Novar. d. qu. forensi 30. n. 11. Sed quod Prorex possit facere gratiam subdito Baronis in præjudicium Baronis, dicit, decisum Sanfelici. dec. 55. in 1. dub. & Me-

- rolla d. disputat. 7. cap. 1. dubio 6. n. 155. & per restitutionem Principis forjudicatus recuperat bona devoluta ad Baronem, quando forjudicatus fuit restitutus cum causa cognitione, & pro publica paces, secus si ex gratia gratuita, Rovit. in rub. de sent. forjud. n. 24. in impressione facta de anno 1637. citat Franch. dec. 213. n. 52. Et vide quæ dictum est supra hoc eodem cap. n. 9. & ego addidi, & indultum Principis an comprehendat clericos, dixi supra cap. 17. n. 8. in fine.
- 67 Et indultandus debet exprimere omnia delicta cum singulis eorum qualitatibus pro quibus vult se indultari, Grandis de bello exulum prædicamento de quantitate, qu. 3. n. 25. Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 31. n. 36. & Cypyc. Latr. in dec. 71. n. 17. quod secus est in guidatico, quod conceditur generaliter pro omnibus delictis, nam non est necesse omnia delicta exprimere in guidatico, Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de guidatico, c. 1. n. 67. & Campana de forjudicatione resol. 10. n. 8. & 9. & vide prag. unicam. §. 10. de officio Judicis generalis. Et ex supra dictis apparet, male facere imperitos procuratores, qui in supplicatione gratiæ narrant quædam delicta, & postea dicunt, & pro aliis quibuscumque delictis in futurum apparantibus gratiâ petunt, nam licet gratia sit ita facta, tamen ipsa va et tantum pro delictis expressis; & faciunt tex. in l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis, & in l. si de certa, C. de transact. Afflic. dec. 319. Garzia à Toletto in dicto 442. Gran. in d. n. 25. & vide infra n. 70. Et indultum unius delicti non juvat, si non fuit expressum per indultatum fecisse aliud delictum per prius, Abb. in cap. 1. de clerico percuss. Garzia à Toletto dicto 61. & hoc etiam si primum delictum esset punitum, Afflic. in Const. Reg. ut universis, n. 10. & Mastrill. de indulto, cap. 28. n. 14. Quod intellige in indulto particulari certæ personæ, secus in indulto generali, qui conceditur à Rege Grandis d. prædicamento de quantitate, quæst. 3. n. 24. & Anna sing. 239.
- 68 Quod si in generali indulto, sit exceptatum crimen violentiæ, seu offensus in personam Officialis, hoc intelligitur exceptum, si offensio sit facta in personam Officialis intuitu officii, & non odio particulari, & quod Officialis incepisset officium excerre, Franch. decis. 326. Rovit. prag. 5. n. 28. de abolitionib. & in rub. de exulib. n. 12. Mastrill. de indulto, cap. 36. n. 21. & 23. Palma in sua pract. par. 1. gl. 20. n. 57. & 58. & Cabal. resol. crim. casu 148. & intelligitur etiam si offensio sit facta durante officio, vel eo finito, & durante tempore sindicatus; secus si post; quia tunc, dato, quod offensa esset facta ex causa præteriti officii tamen offendens gaudet indulto, Franch. dec. 403. & ibi Viscont. in Add. Rovit. in prag. 5. n. 29. de abolit. & in rub. de exulibus, n. 12. & facit dicta per Caball. resolut. crim. casu 111. & in specie Mastrill. de indulto, cap. 36. n. 9. cum plurib. seq. & Novarius in prag. 2. n. 61. de abolitionib. intellige etiam si offensio in personam Officialis sit magna, secus si mi-

ma, Rovit. d. prag. 5. n. 20. & Capibl. de Baronib. prag. 5. n. 73. Et in generali indulto, si sit exceptuatum crimen commissum per Officiale; intelligitur si sit commissum intuitu officii, aliàs secus, Rovit. in pragm. 5. n. 29. de abolit. ubi dicit quoddam hæc exceptio comprehendit arbitrum delinquentem intuitu officii. Et idem tenet Novarius in prag. 1. n. 40. de abolitionibus. Sed cogitandum relinquit Mastrill. de indulto. cap. 40. n. 2. Et dicitur in officio delinquere, quando quis favore, colore, Autoritate, prætextu, vel contemplatione officii delinquit. Bald. in l. 2. in fine & ibi Salicetus. Cod. ubi de ratiociniis agi oportet. Farinac. in pract. crim. tit. de delictis, & panis. quæst. 19. n. 44. Catalan. de indulto. cap. 42. n. 12. Caravit. in risu 49. n. 27. Mastrill. de indulto. cap. 40. n. 9. Angelis ad pract. crim. Follerii. rubricat. relatio nunciæ, n. 46. Riccius in dec. 292. par. 2. & Novarius in prag. 1. n. 41. de abolit. Sed quando est dubium an delictum commissum sit intuitu officii, vel ex odio particulari præsumendum est commissum fuisse ex particulari inimicitia, ut excludatur majus delictum. Mastrill. de indult. cap. 36. n. 22. & in d. cap. 40. n. 10. Et contra si dubitetur an injuria illata in personam Officialis sit intuitu officii, vel odio particulari, recurritur ad conjecturas, & præsumptiones. Capic. in dec. 130. n. 12. Farinac. in pract. crim. quæst. 17. n. 41. Bajard. ad Clarum. §. fin. quæst. 35. n. 34. Putzo de sindicat. ver. injuria Officialis. cap. 2. n. 4. & Cabal. res. sol. crim. casu 128. n. 9. Sed in dubio est iudicandum offensorem esse factam in personam Officialis ex odio particulari, & non intuitu officii, ut majus delictum excludatur. Farinac. in d. quæst. 17. n. 43. et Guazzinus ad defensionem reorum. def. 1. cap. 18. n. 3. Et indulgentia Principis non extenditur ad delicta commissæ per Officialem, ut supra nu. 16. addidi.

69 Et scias, quoddam indulgentia publicata in Civitate Neapolitana, si quis postea delinquat in partibus, antè tamen publicationem indulgentiæ in Patria delinquentis, in hoc casu delinquens gaudet indulgentia, Franch. dec. 360. & faciunt dicta per Follerium, cujus scripta inservit Rovit. prag. 5. n. 52. de abolit. Ex quibus desumitur, quoddam indultum debet publicari in Provinciis, Catalanus de indulto, quæst. 10. Quod secus si quis delinquat post publicationem indulgentiæ in sua Patria, quia tunc non gaudet indulgentia, Rovit. d. pragm. 5. n. 51. de abolit. & in rub. de exulibus, n. 16. Franch. dec. 468. Prout etiam quis non gaudet indulto, si sub spe indulti delinquat, puta quia sciebat indultum esse concessurum, Rovit. d. prag. 5. n. 52. de abolit. Grandis d. prædic. de quantitate, q. 3. n. 14. Clar. pract. crim. §. fin. q. 59. ver. fortius, Mastrill. de indulto, cap. 6. n. 6. & faciunt dicta per Annam sing. 51. et Farinac. in d. quæst. 6. n. 57.

70 Sed indultum comprehendit tantum delicta præterita, & non futura, scilicet facta post indultum, l. 2. C. de abolit. Angel. de malef. ver. quod fama publica, n. 6. in fine,

Menoch. de arbit. jud. casu 337. n. 3. Rovit. in rub. de exulibus, n. 16. Capyc. Lat. decif. 105. n. 30. Marta voto 142. Farinacius in d. q. 6. n. 57. Ballis d. q. 10. n. 17. Nigris d. cap. Reg. 12. n. 20. Clar. d. q. 59. ver. successive, Caravita prag. 1. n. 109. de exulibus. Catalan. de indulto, cap. 2. n. 55. cum plus. seq. & cap. 49. n. 12. Novar. in collect. ad prag. 1. n. 1. de abolit. & Mastrill. de indulto, cap. 6. à d. 1. usque ad n. 5, ubi dicit hoc etiam procedere in salvo conducto, qui non extenditur ad delicta futura, & idem tenet Farinac. pract. crim. tit. de carceribus. & carceratis, q. 29. n. 58. et Menoch. in d. casu 337. d. n. 13. et vide supra in cap. præcedenti n. 16. et seq.

Hinc est, quod si bannum disponat, ut forjudicatus occidens alium forjudicatum gaudeat indulto, bannum intelligitur de forjudicatis delinquentibus antè bannum, & non post, nam si quis delinquat post bannum, & sit effectus forjudicatus, non gaudet beneficio banni interficiens alium forjudicatum, prag. 5. §. finali de exul. Franch. dec. 360. 427. et 468. Mastrill. de indulto cap. 6. n. 12. & Farinac. d. tit. de variis, ac diversis quæstionibus, q. 103. à n. 230. usque ad n. 242. sed vide Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 216. & seq.

71 Et gratia, & indulgentia pro delictis futuris non valet, Jas. in l. pactus, §. illud nulla, ff. de pactis, Sala super Const. Sabaudie, tit. de indulgentiis, in Const. indulgentiam, post n. 13. fol. mihi 193. & in Const. Carolus, n. 12. et Decianus in d. lib. 3. d. cap. 35. n. 48. nam delicta futura non possunt remitti, ne detur occasio delinquendi, l. si unus, §. illud, & §. pacta, ff. de pactis, & l. convenire, C. de pactis dotalibus. Capyc. Latro decif. 105. n. 29. Et Bajard. ad Clarum in d. quæst. 59. n. 95. Et quando statutum inducit indulgentiam, vel remissionem pena, dato quod loquatur per verba futuri temporis, tamen traditur ad delicta præterita. Farinac. in frag. par. 2. ver. lex. n. 38. Quod intellige, si indultum concedatur ob publicam lætitiæ, vel servitium temporale, quia tunc indultum non trahitur ad delicta futura, secus si indultum fiat propter servitium perpetuum, & publicam utilitatem, quia tunc ejus dispositio trahitur etiam ad delicta futura, ita Bolognietus in l. omnes populi, n. 241. ff. de jure. & jure, Bajard. ad Clarum, §. homicidium, n. 216. Pascal. de viribus pat. potest. p. 4. c. 3. n. 29. & Farinac. in d. quæst. 103. n. 242. infra.

72 Et ut quis gaudeat indulto pro delictis factis, est necesse, ut pro illis sit inquisitio formata, nam indultum concernit processus pendentes, & non futuros, & non extenditur ad inquisitiones non dum institutas, Mastrill. de indulto, cap. 7. Capycius Latro dec. 71. Nigris d. cap. Reg. 12. n. 13. Grandis d. prædicamento de quantitate, q. 3. n. 25. Decianus in d. lib. 3. d. cap. 35. n. 25. & Farinac. in d. quæst. 6. n. 60. sed contrarium tenent Caravita prag. 1. n. 121. de exulibus, Bajard. ad Clarum §. fin. quæst. 59. n. 93. & Rovit. pragm. 5. n. 13. & 19. de abolit. & est prag. 2. de abolit. in qua cavetur, ut omnes delinquentes ante d. prag. indultentur, etiam si processus non sit

- fit inchoatus, & captus, sed prima opinio procedit, quando in indulto non est facta mentio de delictis, pro quibus nondum accusatio est instituta, quia tunc indultum non comprehendit accusationes nondum institutas, l. 2. C. de generali abol. aliàs si in indulto sit facta mentio de delictis, pro quibus nondum accusatio est instituta, prout est in d. prag. 2. & tunc est secus, Catalan. de indulto, cap. 6. n. 38. & cap. 8. per totum, & cap. 49. in princ. Sed alii dicunt, quod gratia generalis inquisito concessa pro omnibus delictis hucusque commissis non extenditur ad accusationes nondum institutas, quando gratia est concessa ad partis petitionem, secus si proprio motu Principis gratia sit concessa, quia tunc extenditur ad accusationes nondum institutas, ut decisum refert Marinis quotid. resol. cap. 159. n. 2. cum duob. seq. *Et faciunt dicta supra n. 67. Sed generalis concessio guidatici comprehendit et delicta in iudicio deducta, quàm occulta. Farinac. in pract. crim. in tit. de carceribus, & carceratis. quæst. 29. n. 57. & Campana de forjudic. resol. 10. n. 9.*
73. Quod si quis delinquat cum armis igneis an gaudeat indulto? vide Sanfelix. decis. 409. quibuscunque modis sint, licet in rixâ, tamen non gaudet indulto, & semper dicitur exclusus ab omnibus indultis, quod si fuerit decretum, talem inquisitum gaudere indulto, sententia est nulla, ut in pragmatica 24. de armis.
74. Sed quid si bannum, vel statutum disponat, ut si quis interficiat forjudicatum, vel eum capiat, & Curia præsentet gaudeat indulto, an delinquens cum armis igneis hoc faciens gaudere debeat indulto, & per supra dictâ pragmaticam videtur dicendum, quod non, nam per d. prag. tales delinquentes cum armis igneis intelliguntur exclusi ab omnibus indultis, qui promulgantur pro quavis causâ, sed contrarium puto verum, prout est in crimine falsi, quod licet non includatur in quolibet generali indulto, tamen intelligitur, quando indultum conceditur propter lætitiâ, secus si causâ probabili, & propter publicâ utilitatem, quia tunc comprehendit crimen falsi, ut dicam infra n. 78. sic etiam licet sodomita non possit guidari, tamen ob publicam utilitatem potest guidari, ut dixi supra c. præc. n. 28. *Et in generali indulto non includitur crimen læsæ Majestatis, sed semper dictum crimen intelligitur exceptuatum, licet expresse in eo non sit exceptuatum. Farinac. in d. quæst. 6. n. 55. Addentes ad Clarum in § final. qu. 95. n. 100. Capic. in dec. 130. n. 56. Gigas de crimine læsæ Majestatis. lib. 3. tit. de pluribus, & variis quæstionibus. quæst. 8. per totam. Decianus in d. cap. 35. n. 15. Marfil. in l. de minore. n. 2. ff. de quæstionibus & Catalanus de indulto cap. 27. n. 7.*
75. Sic etiam Prorex hujus Regni non potest indultare inquisitos de falsa moneta, prag. 17. de monetis, & in omnibus indultis hoc crimen falsæ monetæ exceptuatur, ut in d. prag. 1. & 2. de abolit.
76. Idem est in inquisito de crimine nefando, qui non potest indultari, & aggratiari à Prorege hujus Regni, vel ab aliquo alio Officiali, prag. 1. & 3. de sodomia, in quâ prag. 3. etiam dicitur, blasphemantem Deum, vel ejus Matrem sanctissimam non posse indultari, sed blasphemantem Deum, vel ejus sanctos gaudere generali indulto, dicit decisum Danza in add. ad Grammat. dec. 4. n. 32. & seq. *Et blasphemans Deum, vel ejus sanctos gaudet indulto sine partis remissione, cum solus Deus sit offensus, qui penitenti semper remittit. Clarus in d. quæst. 58. ver. sed quid dicendum. n. 24. & quod sodomita non possit aggratiari, tenent Riccius dec. 108. par. 3. Mastrill. de indulto, c. 31. n. 5. & seq.*
77. Sic etiam si quis petat ab aliquo, ut ei mittat aliquam pecuniæ quantitatem, si non sit missa, & propter hoc petens immitat ignem frugibus, vel interficiat animalia ipsius, cui petiit quantitatem in hoc casu non gaudet indulto, & semper intelligitur exclusus ab omni indulto, prag. 13. §. 1. & prag. 14. §. 2. de exul.
78. Sic etiam in generali indulto non includitur crimen falsi, leg. Lucius, ubi Bart. ff. ad S. C. turpil, Clarus pract. crim. §. fin. q. 59. ver. in hujusmodi, Afflict. decis. 404. nu. 23. Grammat. dec. 2. n. 20. & dec. 74. n. 18. & voto 3. n. 10. Catalan. de indulto, c. 36. n. 66. cum plurib. n. seq. Mastrill. eodem tract. de indulto, cap. 38. n. 3. Rovit. rub. de abolit. n. 3. & in prag. 5. n. 19. eod. tit. de abolit. & in decis. 2. n. 1. Muscatell. in pract. crim. tit. de falsis. n. 26. Decianus in d. lib. 3. d. cap. 35. n. 10. Marinis quotid. resol. lib. 2. cap. 78. n. 1. & Farinac. in d. quæst. 6. n. 54. Nigris d. cap. Reg. 12. n. 15. Follerius prag. de forjudicatis, nu. 34. Quod intellige, quando falsitas est commissâ principaliter in substantia negotii secus si commissâ sit in circumstantiis, quia tunc crimen falsi includitur in generali indulto, Catalanus de indulto, cap. 39. n. 50. & seq. & argumento eorum, quæ traduntur per Grammat. dec. 43. & per Rovitum rub. de composition. n. 8. sed indultum concessum ex aliâ causâ probabili, quàm publicæ lætitiæ comprehendit crimen falsi, Decianus in d. cap. 35. n. 12. & Catalan. de indulto, cap. 36. n. 79. ubi n. 77. dicit, quod quando Princeps indulget ex certâ scientiâ per abolitionem generalem, vel specialem, includitur crimen falsi, & n. 78. dicit, quod etiam includitur crimen falsi, si de dicto crimine in indulto sit facta expressa mentio, Decianus in d. cap. 35. n. 11. sed Mastrill. de indulto, c. 27. n. 6. & seq. dicit, quod crimen falsi comprehenditur sub generale indultentiâ, secus in generali abolitione, Farinac. in d. quæst. 6. n. 61. & quando indultum excludit Notarium committentem falsum in scripturâ publicâ, comprehendit falsitatem commissâ in scripturâ privatâ trino teste notatâ, Catalan. de indulto, cap. 43. n. 24. & seq. ratio est, quia scriptura privata trino teste notata habet vim publici instrumenti. l. scripturas, C. qui potiores in prag. habeant. *Sed indultum excipiens Notarium falsifican.*

tem instrumentum, non habet locum, quando instrumentum aliter est nullum. Catal. in eodem tractat. de indulto, cap. 43. n. 27. cum pluribus seq. & Notarius committens falsitatem in instrumento aliter nullo, non puniatur pena falsi, ut supra in cap. 3. n. 128. idem meus Avunculus docuit, & ibi addidi, & quidem commisit falsitatem in faciendo se declarari, debere gaudere civilitate Neapolitanâ, fuit admissus ad beneficium generalis indultus, ut in decreto Reg. Camerae relato à Marinis in fine dec. Revert. n. 358. fol. 820.

79 Sic etiam in indulto generali non includitur crimen parricidii, Novarius in coll. super rub. pragmat. de abolit. n. 32.

Sic etiam in generali abolitione criminum assassinii crimen non venit, Monticellus pract. crim. reg. 8. n. 30. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 6. n. 52. & seq. & tit. de homicidio, quæst. 123. n. 72. & Ad-dentes ad Clarum in d. quæst. 59. n. 104. & si quis pro simplici homicidio gavisus fuit indulto, potest postea iterum cognosci pro qualitate assassinii, si deinde conitet de assassinio, & assassinii crimen sit exceptuatum in eodem indulto, Sanfelice dec. 138. n. 6. usque ad finem, licet regula sit, quod semel absolutus ab uno crimine, non possit pro eodem crimine iterum molestari, cap. de his, extra de accusat. latè Cabal. resol. crim. casu 93. Guaz, zinus ad defensam reorum, def. 2. cap. 7. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, qu. 4. & dixi in tract. de foro compet. cap. 38. n. 78. Et qualitas assassinii debet saltem probari per indicia sufficientia ad torturam, ut quis non gaudeat indulto. Mastrillus de indulto, cap. 28. n. 21. cum duobus seq. & faciunt dicta per Sanfelice in dec. 137. à n. 2. usque ad n. 4. & in dec. 325. n. 13. cum pluribus seq. & per Merlinum controver. for. lib. 1. cap. 64.

80 Et quando quis non gaudet indulto propter delictum exceptuatum, neque ejus receptator gaudet indulto, ut dixi supra cap. 18. n. 1. Imo per indultum factum die 28 Junii 1658. fuit dictum, ut omnes banniti gaudeant indulto, sed à dicto indulto fuerunt exclusi eorum receptatores, & protectores.

81 Et quando in aliquo indulto exceptuantur aliqua crimina, intelliguntur etiam exceptuata omnia crimina, quæ de jure sunt exceptuata, licet in d. indulto non sint expressè exceptuata, Foller. in pragmat. de forjudicatis, n. 34. sed contrarium tenet, Grandis d. prædicamento de quantitate, quæst. 3. n. 15. & idem Foller. sibi contrarius, cujus scripta inseruit, Rovit. pragmat. 5. n. 40. & 41. de abolit. Guazzin. ad defensam reorum, def. 2. cap. 9. n. 25. Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionib. quæst. 103. n. 191. & seq. Decianus in d. cap. 35. à n. 17. usque ad 21. Rovit. in dec. 2. n. 1. & faciunt dicta per Afflictum in dec. 298.

82 Sed in generali indulto includitur homicidium factum in personam Sacerdotis, nisi in indulto hoc crimen sit exceptuatum. Mastrill. dec. 68. sed si in indulto sit exceptuatum sacrilegium factum intus Ecclesiam, si

quis interficiat Sacerdotem extra Ecclesiam, gaudet indulto, ut ita decisum testatur Franch. dec. 499. & Cabal. resol. crim. casu 60. n. 6. sic etiam gaudet quis indulto si committat homicidium in ostio Ecclesiæ, dato, quod in indulto sit exceptuatum crimen sacrilegii, Franch. dec. 402. sic etiam extrahentes animalia extra Regnum contra formam Regiæ Pragmaticæ non sunt exclusi à generali indulto, Novarius in coll. ad pragmat. 1. n. 5. de extract. & in pragmat. 2. n. 70. de abolitionibus, & Thor. in supplem. dec. ver. extrahentes, fol. 217. Mastrill. de indulto, cap. 19. n. 10. & Marinis quotid. resolut. cap. 183. Et extrahentes res prohibitas gaudent indulto, data quod non habeant partis remissionem, cum solus Princeps sit offensus, qui concedens indultum, videtur actionem suam remittere nisi Princeps alicui locasset hoc jus, quia nunc requiritur remissio ipsius conductoris, Clarus in d. quæst. 58. ver. sed quid dicendum, n. 24. & faciunt dicta per Novarium in d. pragmat. 2. n. 70. de abolitionibus, ubi dicit quod causa interceptorum comprehenduntur in generali indulto quoad penam corporalem tantum, & non quoad bona interceptata Arrendatoribus applicanda, & idem tenet Sanfel. in dec. 407. & n. 11. in fine addidi, & neque comprehenduntur quoad jus directum, qui erant solvendi. Constantius in l. 1. n. 71. cum duobus seq. C. penis fiscalibus creditores preferri. lib. x. & faciunt dicta per Revert. in dec. 112. & in dec. 549. & est decretum Reg. Camerae relatum à Marinis in fine decis. Revert. in n. 357. fol. 869.

83 Quod si quis revelat, & probare faciat per aliquem, fuisse receptatum forjudicatum, consequitur indultum delicti etiam si pro delicto sit forjudicatus, pragmat. 2. §. 2. de recept. delinquent.

84 Sic etiam si quis denunciât, & probare faciat, aliquem extraxisse extra Regnum monetam huius Regni, gaudet indulto, si sit confocius in extractione prædicta, pragmat. 2. §. 27. de monetis, aliàs si non sit delinquens, & tunc potest nominare aliquem inquisitum, forjudicatum de aliquo delicto, non exceptuato, qui nominatus, factâ nominatione, & verificato delicto extractionis nominato expeditur indultum in formâ Cancellariæ, etiam si non habeat remissionem partis de delicto, pro quo fuit forjudicatus, pragmat. 24. §. 2. de extractione.

85 Sic etiam si quis denunciât, & probare faciat, aliquem commisisse crimen falsæ monetæ, si sit confocius in crimine consequitur indultum, pragmat. 2. §. 21. de monetis, & est de jure communi, ut testatur Farinac. pract. crim. tit. de crimine falsæ Majestatis, q. 115. n. 42. & seq. ubi dicit, quod in statu Ecclesiastico datur absoluta impunitas cuicunque complices revelanti, dummodò non sit principalis, sed per pragmat. 12. §. 2. de monetis, disponitur, ut si inquisitus de falsâ monetâ capiat alium inquisitum de eodem crimine, & verificet crimen contra illum in tali casu capiens, etiam si sit forjudicatus pro crimine falsæ monetæ, & gaudet indulto, quod si

si plures cæperit, & verificaverit delictum, potest tot nominare, quot caput, & nominati, probato delicto contra captos, consequuntur indultum in formâ Cancellariæ, d. prag. 12. §. 4. de monetis, nam semper indultum expediri debet in formâ Cancellariæ cum sigillo Regio, prag. 8. de fide memorialium. Et sciens fabricantes, vel tondentes monetas, & eos non manifestans, punitur poenâ triremium per decennium, si sit ignobilis, & relegationis, si sit nobilis, prag. 2. §. 28. de monetis, & etiam de jure communi si conficius hujus criminis non revelat, punitur, l. 1. §. domus. C. de falsâ monetâ, Catalan. de indulto, cap. 28. n. 70. Mastrill. eod. tract. cap. 27. n. 21. & Farinac. pract. crim. tit. de crimine læsæ Majestatis, quæst. 115. n. 40. & seq. ubi n. 44. & seq. dicit, quod si quis non sit socius, & particeps hujus criminis, & revelat Inquisitos, debet habere præmium arbitrio Judicis, & in Regno revelanti datur medietas valoris monetarum, & stilium reparatorum penes monetarium, prag. 10. de monetis, & detegens monetas incidentes habet ducatos triginta, cap. Reg. jam sæpè. Et servus alienus si manifestat, & probare faciat aliquem commisso crimine falsâ monetâ, consequitur libertatem, & Fiscus tenetur Domino solvere præmium servi. l. 2. Cod. quibus causis servi pro præmio libert. accip. & Catalan. in d. cap. 28. n. 65.

Et in crimine læsæ Majestatis particeps revelans delictum liberatur, & præmium consequitur, Gigas de crimine læsæ Majestatis, lib. 2. quæst. 19. & Bajardus ad Clarum, §. fin. quæst. 27. n. 12. intellige si incontinenti revelavit, secus si post aliquod tempus, quia tunc liberatur tantum sed præmium non consequitur l. quisquis. §. finali Cod. ad l. Jul. Majestatis.

- 86 Et quando per aliquod bannum, vel statutum, seu pactum conceditur indultum revelanti, & patefacienti aliquod delictum, ut quis gaudeat indulto, non sufficit, ut indicat delictum tantum, sed est necesse, ut adducat probationes, Paris de sindicatu. vers. præmium tex. in l. indicias se, ff. de verb. signifi. faciunt dicta per Mascard. de probat. cons. 833. n. 12. cum tribus seq. & per Guazzin. ad defensionem reorum. def. 18. cap. 2. n. 1. & 2. Capibl. de Baronib. prag. 6. n. 146. ubi in Add. dicit, quod indultum concessum patefacienti delictum, habeat locum etiam si probationes plenæ non adducantur, sed tantum sint sufficientes ad torturam, citat Vivium dec. 169. n. 4. & Mastrill. de indulto, cap. 29. n. 22. Sanfel. dec. 222. Novarius de grav. vassall. tom. 2. gravam. 55. n. 4. Merlinus contrav. forensium. tom. 1. cap. 33. n. 3. sed attendenda sunt verba Principis posita in dicto banno, vel statuto, Giurba cons. 22. & Danza de pugnâ DD. tom. 3. tit. de confesso, cap. 10. n. 4. cum plurib. seq. Et statuto disponente, ut arguenti quem de heresi dentur centum, si quis accusat, sed non probat heresim, in hoc casu non debet habere centum, Catalan. de indulto, cap. 6. n. 36.

Sed si sit promissum indultum revelanti

omnia delicta, quorum revelata aliqua probaverit, & alia non, in hoc casu non gaudet indulto, Montanus contrav. forens. cont. 71. Sanfel. d. dec. 222. & Thorus in supplem. decif. ver. indultus, fol. 292. sicut etiam si sit promissum indultum revelanti crimen, si omnes confocios detegerit, si in suâ spontaneâ depositione nominaverit aliquos confocios, & deinde in ratificatione suæ confessionis factâ in torturâ nominet alios socios, indultum sibi promissum ipsi non prodest, Capibl. d. prag. 6. n. 140. cum duob. seq.

- 87 Et aliquando fiunt banna, ut si unus forjudicatus occidat, vel capiat, & tradat Regiæ Curia alium forjudicatum, gaudeat indulto, etiam si non habeat partis remissionem pro delictis, pro quibus fuit forjudicatus, prag. 1. §. 2. & seq. ex prag. 3. ex prag. 5. §. 2. cum plur. §§. seq. ex prag. 9. §. 2. ex prag. 15. & ex prag. 16. 18. 19. 22. 23. & 24. de exulib. & Grandis de bello exulum in prædicamento de quantitat. 19. 2. n. 11. & omnes supradictæ prag. sunt locales, temporales, & personales, & ideo hodiè, non possunt allegari in aliis casibus vide Capibl. de Baronib. to. 2. cap. 88. & dicta per nos supra n. 70. & seq.

- 88 Sed per Confit. Reg. poenam eorum, ver. ad hoc, disponitur, ut si bannitus, & forjudicatus occidat, vel capiat alium bannitum, & forjudicatum, evitabit poenam bannitionis, & forjudicationis, secus si forjudicatus bannitum tantum cæperit, quia tunc non evitabit poenâ forjudicationis, ut in d. Confit. Regni poenam eorum. ver. ad hoc, & ibi communiter DD. & per Confit. remittitur tantum poena forjudicationis, & non criminis forjudicato occidenti alium forjudicatum, ut ita judicatum in favorem Fisci, refert Merlin. contrav. forens. cap. 63. com. 1. & l. de Thorus in comp. dec. tom. 3. ver. exceptio indultus fol. 380.

- 89 Sic etiam si duo forjudicati pro delictis non exceptatis occidant, vel præsentant aliquem, qui imposuit ignem in frugibus, ex quo dominus frugum, noluit ipsi mittere pecuniam, possunt indultari, prag. 13. §. 2. de exulib. quod fuit extensum etiam contra occisores animalium pro eadem causâ, ut in prag. 14. §. 2. de exulib. ubi §. 4. disponitur, quod si occidens non sit delinquens, potest duos forjudicatos nominare, qui nominati gaudent indulto, dato, quod nominati non habeant partis remissionem pro delictis, pro quibus nominati fuerunt forjudicati.

- 90 Sic etiam repertus armatus cum armis igneis in comitivâ quatuor bannitorum, licet non sit inquisitus, tamen potest impunè occidi, & de ejus capite potest indultari unus bannitus, ut in prag. 21. de exulibus, dixi supra c. 10. n. 16.

- 91 Et per tex. in l. non omnes, §. fin. ff. de re militari disponitur, ut si transfuga multos latrones apprehendat, & plures transfugas demonstrat, potest ei parci: sed si promittat hoc facere, ipsi non parciuntur. Paschal. de vir. pat. pot. par. 4. c. 3. n. 2.

- 92 Et banna disponentia, ut forjudicatus occidens, vel capiens alium forjudicatum, & cum

eum præsentans Regiæ Curie, gaudeat indulto, talia banna valere, dicunt Nellus de bannitis in 3. parte 2. temporis, n. 6. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 26. Ponte de potest. Proregis. tit. 1. §. 4 n. 38. & Farinac. d. quæst. 103. n. 180.

Sed statutum de rebannitione banniti per 94 occisionem, vel præsentationem alterius banniti, non potest induci per judicem inferiorem, sed tantum per Principem, Farinac. d. q. 103. n. 193. & Guazzin. ad defensionem reorum, def. 2. cap. 9. n. 24.

Unde quando non adsunt supradicta banna facta a Prorege, Præses Provincialis ex se non potest promittere alicui bannito indultum pro aliquo servitio, sed promittit impetrare dictum indultum à Prorege, mediante servitio, prag. unica §. 6. de officio Judicis generalis, & deinde datâ relatione de albarano per ipsum d. Proregem, Prorex assentit, Grandis de bello exulum prædicamento pati, quæst. 3. speciali 11. n. 2 & Capibl. de Baronib. prag. 6. n. 151. Et à fortiori Capitaneus alicujus loci non potest statuere, ut bannitus præsentans alium bannitum cancellaret à banno, sed hoc facere debet cum licentia sui Superioris non recognoscentis superiorem, Nigris in d. cap. Regni 12. n. 28. Caravita in pragmat. 1. n. 49. de exulib. & Grand. in d. prædicamento de quantitate, q. 3. n. 5.

Et meritò Merlinus contrav. forensium, 95 cap. 33. n. 4. lib. 1. affirmat, Barones hujus Regni non posse indultum promittere revelanti crimen, etiam præviâ partis remissione, sed hoc esse Supremo Principi reservatum, sequuntur Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de guidatico, cap. 11. in fine, & tom. 3. tit. de confesso, cap. 10. n. 1. Novarius de gravaminib. vassallorum, lib. 2. gravam. 55. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 10. & lib. 4. cap. 16. n. 271. & seq. & Thorus in compendio decisionum, tom. 3. vers. Barones, fol. 106. sed contrarium tenet Capibl. in dict. prag. 6. n. 130. *Ubi dicit quod potest Baro ad instantiam partis concedere indultum his, qui alios delinquentes revelaverint, & idem esse in Archiepiscopo Neapolitano restantur Riccius in dec. 271. part. 2. & Genuens. in præct. Archiep. cap. 57. n. 5.* Sed conciliando has opiniones dico, opinionem Merlini procedere in forjudicato, cui Baro non potest promittere indultum, si revelat aliquod crimen, nam solus Princeps potest bannitum cancellare à banno, Bart. in l. re-legati, ff. de pænis. Unde M. C. V. non potest bannitum per Præsidentem extrahere à banno absque speciali licentiâ Proregis, quod si secus fecerit, erit irritum, Afflictus in Constitutione Regni sordis nobis, n. 9. & Grandis in dicto predicamento pati, quæst. 3. speciali 49. & bannitus non potest rebanniri à Judice inferiore, sed tantum à Principe, Menoch. de arbitr. judic. lib. 1. quæst. 92. nam solus Princeps potest forjudicatum aggratiare, Franch. dec. 213. & Bossius præct. crim. tit. de Principe, n. 227. Et Judex inferior

non potest forjudicatum extrahere à banno sine licentiâ Regis, Nigris in cap. Reg. sive quis, post n. 26. & non potest aggratiare bannitum, Mastrill. de indulto, cap. 2. n. 12. & Farinac. in præct. crim. tit. de inquisitione, quæst. 6. n. 10. ubi n. 12. hoc limitat, quando Judex habet facultatem aggratiandi bannitum, & idem tenet Mastrill. d. cap. 2. n. 49. & Farinac. ubi supra, n. 14. dicit, quod Judex non potest bannitum rebannire, inconsulto Principe, etiam ex magnâ, & legitimâ causâ, puta, quia multos alios bannitos detexerit, ac causam apprehensionis eorum præstiterit, & idem tenet Mastrill. de indulto, c. 2. n. 48. & 50. licet contrarium tenet Catal. de indulto, c. 9. n. 92. per tex. in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. & per doctrinam Farinacii in d. n. 14. tamen opinio Farinac. est contra opinionem Catalani, sed Catalanus loquitur de jure, & Farinacius, & Mastrillus locuntur de consuetudine, & neque Baro potest forjudicatum aggratiare, Capibl. dict. prag. 6. n. 32. Novarius in qu. forensi 137. lib. 1. & Marinis quotid. resol. tom. 1. cap. 33. ver. Baro in antiquâ impressione, & licet Follerius in pragmat. de abolit. n. 49. cujus scripta inseruit Rovit. in prag. 5. de abolit. dicat Follerius, quod Barones possint concedere indulgentiam forjudicatis, tamen ejus opinio rejicitur per Capibl. in dict. pragmat. 6. n. 32. *Novarium in d. qu. forensi 137. n. 13. & per Rovitum ibi n. 60. in fine autoritate Franch. dec. 370. unde meritò Anna sing. 458. dicit, quod Rex tantum facit gratiam condemnatis, l. et sententiâ, & non Baro, & idem tenent Boss. d. tit. de Principe, n. 227. Bajardus ad Clarum in d. quæst. 59. n. 20. & 21. Palma in præct. part. 1. glof. 15. n. 19. Mastrill. de indulto, cap. 2. n. 37. & seq. Catalanus de indulto, cap. 9. n. 2. cum duob. seq. Guazzin. ad defensionem reorum, defen. 2. cap. 9. n. 2. Char-tar. de executione sententiarum, cap. 3. n. 58. & seq. & Grandis dict. predicamento de quantitate, qu. 3. n. 4. in fine, ubi n. 5. dicit quod si Baro habeat regalia, potest ejus Capitaneus delinquentibus subiectis suæ Curie expedire indultum, & ita intelligit Foller. ubi sup. n. 49. Et Princeps supremus tantum restituit bannitum, & forjudicatum adversus bannum, & sententiam forjudicationis, & non alius inferior etiam ex causâ. Nam restituere bannitos est de reservatis Principi. l. re-legati, & l. ad bestias §. ex provincia, ff. de pænis, & Peregrinus de jure fisci, lib. 5. tit. 2. n. 2. usque ad n. 11.*

Sed opinio Capiblanci procedit in simplici inquisito nondum condemnato, cui Baro potest promittere indultum, si revelat aliquod crimen dummodo hoc faciat ad instantiam partis, ut dicit d. capit. 163. in d. n. 130. nam barones in Regno possunt facere gratias inquisitis eorum jurisdictionum ante sententiam, & non post, Franch. dec. 370. & Rovit. in rub. de abolit. n. 11. & dixi in tractatu de foro competenti, cap. 50. n. 2. & 3. *Et potest fieri bannum, ut indicanti furem detur certum præmium, & concedatur*

datur indulgentia uni ex sociis criminis, qui alios revelaverit ad finem ut delictum occultum prodent in lucem. Ponte de potest. Pro-reg. tit. de provisionibus fieri solitis. §. n. 439. & Paschal. de vir. pa. potest. part. 4. cap. 3. n. 6. ubi n. 7. dicit, quod quando socius deponit contra confocios criminis, debet torqueri pro convalidatione sua depositionis, non obstante quod de proprio crimine gratiam habuit sed in hac indulgentiâ debent exceptuari principales delinquentes & carcerati. Guazzin. ad defens. reorum. def. 20. cap. 25. n. 2. in fine Sed Officialis promittens impunitatem reo si delictum confiteatur, licet talis promissio non valeat, ut diximus, tamen reus propter hanc confessionem factam sub spe gratiæ non potest condemnari. Grammat. in quæst. 3. post suas decisiones. Arnono soliloquio 41. Marsil. in pract. crim. §. post quam. n. 26. Foller. in pract. crim. in 3. part. princip. rub. & si confitebuntur. n. 15. Nigris in cap. Regni. multorum. n. 12. Grandis de bello exulum predic. pati. quæst. 3. special. 83. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de confesso. cap. 10. à n. 18. usque ad finem, & latè Farinac. in tit. de reo confesso, quæst. 81. cap. 8. per totum, & Guazzin. ad defensam reorum. def. 20. cap. 24. per totum, & cap. 25. per totum, ubi n. 2. in fine hoc limitat in distrubatoribus viarum, & in bannitis, quibus non est servanda promissio. Grandis in dicto speciali 82. n. 2. in fine, & Danza in d. cap. 10. n. 29.

- 95 Et potestas indulgendi in solo Principe, residet, l. rescripta, ubi Jas. & Paul. de Castro, C. de præcib. Imper. offer. & cap. rescripta, ubi glosa 25. quæst. 2. Cacher. dec. Pedemontana 101. & Catalanus de indulto, quæst. 4. n. 9. ubi n. 11. & seq. dicit, quod indulgentia non potest concedi delinquentibus per feudatarios inferiores, cum potestas indulgendi sit de regalibus, & idem tenet Mastrill. de indulto, cap. 2. n. 1. cum pluribus sequentibus, & Catalan. ubi supra n. 13. dicit, quod indulgentia conceditur per feudatarios inferiores quoad bona, & pœnam feudatariis inferioribus applicandam, & idem tenent Decianus in d. libro 3. d. cap. 35. n. 94. & Mastrill. dict. cap. 2. n. 17. Et Barones licet non possint gratiam facere post sententiam in delictis capitalibus, tamen secus est quoad pœnas pecuniarias, quæ Baronibus applicantur, Catalanus de indulto, cap. 9. n. 35. & Palma in sua practica part. 1. gl. 15. n. 21. Immo Judex potest remittere pœnam, si solum vertatur interesse Baronis, & ejus Fisci, & non aliorum, Nigris in cap. Regni ad perverforum, n. 51. sed si feudatarius inferior habeat jura Regalia, in hoc casu habet potestatem indulgendi, ut supra diximus, & Catalan. de indulto, dict. quæst. 4. n. 14. Sed Mastrillus de indulto, cap. 2. n. 18. cum pluribus seq. dicit, quod ut Baro possit gratiam facere

luis subditis de delictis per eos commissis, est necesse, ut in specie sit concessa facultas aggratiandi Baroni, prout etiam si Baro in ejus investiturâ habeat facultatem aggratiandi post sententiam, in hoc casu potest gratiam facere post sententiam, Clar. §. fin. quæst. 59. ver. & hæc quidem conclusio, Boslius pract. criminal. tit. de remediis ex solâ clementiâ Principis, n. 52. & Catalanus de indulto, dict. cap. 9. n. 52. prout hanc potestatem habet Princeps Bisliniani, & Dux Martinæ, Capiblanco dict. pragmat. 6. n. 32. & 35. & in pragmat. 7. n. 23. Mastrill. de indulto, cap. 2. n. 39. & Palma in d. glos. 15. n. 20.

97 Et quando bannum simpliciter disponit, ut si forjudicatus occidat, vel capiat alium forjudicatum, & eum consignet Regiæ Curie gaudeat indulto, ut gaudeat indulto, est necesse, ut occidat, vel capiat forjudicatum, & non alius, ut desumitur ex pragmat. univ. §. 20. de officio Judicis generalis Thorus in supplem. dec. ver. guidatus fo. 251. Revert. in dec. 226. n. 2. Caravit. in pragmat. 1. n. 38. & seq. de exulibus, Foller. in pragmat. de forjudicatis, n. 18. & 42. & Farinac. dict. quæst. 103. n. 28. Immo si quis insequatur bannitum, & cum esset propè aliquam terram, omnes de dictâ terrâ commoti sint, & capiant illum adhuc primò insequens non gaudet indulto, Follerius in pragmat. de forjudicatis, n. 18. & Farinacius dict. quæst. 103. n. 257. nisi primò insequens vulnerasset bannitum, ita ut capi possit, nam donèc insequatur sic ab alio captus, primò insequens, & vulnerans gaudet præmio, ut de simili dixerunt in ferâ, Nigris in cap. Regni ad hoc, n. 92. Grammaticus dec. 71. n. 9. & Doctores communiter in §. illud, institut. de rerum divisione, & in l. naturalem, §. illud, & in l. in laqueo, ff. de acquir. rerum dominio. Et qui falsò, & mendaciter dicit à se bannitum fuisse occisum, ad finem consequendi gratiam vigore banni, punitur pœnâ mortis, Follerius pract. crim. in tertiâ parte tertiæ partis, rubr. & si confitebuntur, n. 116. & Bajard. ad Clar. in §. homicidium, n. 231. & in §. fin. q. 27. n. 16. Quod intellige, quando falsò asserit à se fuisse occisum bannitum, erat dignus morte, quia detectâ falsitate, gratia, quam consequutus fuit ex falsâ assertionne, est nulla, & mittitur ad patibulum, sed quando non erat dignus morte, & tunc detectâ falsitate propter istam falsitatem, punitur pœnâ extraordinariâ, nisi fuerit inscius fraudis, & falsitatis, quia tunc non punitur propter falsitatem, sed grâtiâ. quam consequutus fuit, annullatur, ita Caballus resolutionum criminalium, casu 151.

Et si bannum, vel statutum disponat, ut forjudicatus capiens, vel occidens alium forjudicatum gaudeat indulto, si duo forjudicati eodem tempore, & simul occidant, vel capiant unum forjudicatum, unus ipsorum gaudere debet indulto, & non omnes, Nelsus de bannitis in secundâ parte secundæ temporis, n. 20. Farinac. d. quæst. 103. n. 359. Et Foller. in pragmat. de forjudicatis. n. 22. Sed si duo capiant malefactorem, præmium pri-

mo capienti debetur. Guazzin. ad defensam reorum def. 18. cap. 2. n. 14. ubi n. 5. dicit, quod si quis eundem delinquentem pluries ceperit, plura præmia habere debet.

99 Sed si bannum dicat, ut etiam nominati à capiente, vel occidente forjudicatum gaudeant indulto, tunc nominati gaudent indulto, Grandis in dicto prædicamento de quantitate, quæst. 3. n. 2. Franch. dec. 433. & latè Rovitus in rub. de exilibus à n. 25. usq; ad finem. Et facultas ista nominandi aliquem delinquentem pertinet ad eum, qui cepit, vel occidit bannitum, & non ad eum qui mandavit fieri servitium prædictum, ita Marta voto 155. Et Jas. in l. soluto. §. quod si in patris, n. 4. ff. soluto matrimonio. & supra cap. 19. n. 15. addidi.

100 Quod si bannum disponat, ut qui cepit, vel occidit caput bannitorum, possit nominare duos forjudicatos, & qui cepit, vel occidit forjudicatum non ducem bannitorum, possit nominare unum forjudicatum, qui nominati gaudeant indulto, si quis cepit, vel occidit forjudicatum, & credens esse ducem bannitorum, nominet duos forjudicatos, si deinde reperiatur, quod forjudicatus captus, vel occisus non sit caput bannitorum, sed sit simplex forjudicatus, in hoc casu forjudicatus primò nominatus à capiente, vel occidente gaudet indulto, & secundò nominatus excluditur, Rovit. rub. de exilib. n. 15. & per tex. in l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicom. libert. dicit fuisse decisum. Franch. dec. 433. ubi dicit etiam fuisse decisum, pudd.

101 si nominatus post nominationem delinquat, adhuc gaudere debeat indulto pro delictis antea factis, licet puniri possit pro novo delicto, sequuntur Paschal. de virib. patriæ potest. lib. 4. cap. 3. n. 19. & seq. Capibl. d. prag. 6. n. 165. Amend. ad Franch. dec. 258. n. 6. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de guidatico, cap. 10. ver. secus, & Campana de forjudicat. resol. 9. n. 7.

102 Sed si indultum sit alicui concessum cum clausulâ, ut si indultatus in futurum simile delictum, pro quo fuit indultatus, commiserit, intelligatur ipso iure privatus tali indulto, si deinde committat simile delictum, ipso iure intelligitur revocatum indultum, & punitur tam pro delicto preterito, pro quo fuit indultatus, quam pro novo delicto, Jas. in l. si unus, §. pactum ne peteret, n. 46. ff. de pactis, quod intellige, si indultatus sit legitime convictus de novo delicto, Catalan. de indulto, cap. 30. n. 32. & 33. Decianus in d. cap. 35. n. 84. Sanfelix in dec. 48. n. 4. et Campana de forjudicat. resol. 9. n. 3.

Sed occurrit, quod cuidam forjudicato fuit factum albaranum simpliciter à Regiis Superioribus, ut si interficeret talem forjudicatum gaudeat indulto, quo servitio facto, fuit per Proregem hujus Regni dictum, quod stante dicto servitio, forjudicatus gaudeat indulto, verum fuit adjecta clausula, dummodo in futurum amplius non delinquat, aliàs dictum indultum sit nullum, & pro non facto, evenit, quod indultatus commisit quoddam delictum, & pro eo fuit carceratus; Fi-

scus prætendebat inquisitum debere puniri etiam pro delictis præteritis vigore clausulæ appositæ in dicto indulto. Pro inquisito dicebatur à principio in albarano ipsi fuisse promissum indultum simpliciter absque supradicta clausula, dummodo in futurum non delinquat, quæ clausula deinde in indulto non poterat apponi in ejus præjudicium, facto servitio prædicto, ut à fortiori videmus in donatione, quæ si simpliciter facta sit, non potest deinde in ea apponi conditio per donantem, l. perfecta, C. de donationib. quæ sub modo. Et pulchre Marinis quotid. resol. lib. 2. cap. 165. n. 4. ubi per totum ex hoc subfinet, patrem in ultimis constitutum non posse in suo testamento super rem, quam filio contemplatione matrimonii donavit, fidei commissum imponere, & idem esse in donatione facta à patre filio in præmium emancipationis affirmat idem Marinis ibi n. 13. citat Rovitum in cons. 72. lib. 1. Et jus semel mihi quæsitum ulterius, me invito extorqueri non potest, l. pater filiam, ff. ad l. fulgidianam l. cum proponeretur, §. à filia, ff. ad S. C. Trobell. Marinis in d. cap. 165. n. 5. & licet à principio liberum sit contrahere, & non contrahere, tamen post factum contractum, non est licitum ab eo discedere, l. sicut initio eod. de actionibus, & oblig. & quod semel placuit, amplius displicare non potest. cap. quod semel. de regulis juris in 6., & quis non potest mutare concilium in alterius detrimentum, cap. mutare de regulis juris in 6. & pacta sive in scriptis, sive sine scripturâ facta servanda sunt, l. 1. ff. de pactis, & l. pactum 17. C. eodem, tit. de pactis, sed pro fisco facit, quod dum inquisitus à dicta conditione appositâ in dicto indulto non reclamavit, sed in ea acquievit, acceptando deinde indultum cum dicta conditione recessit à prima conventionione simpliciter facta in primo albarano, & videtur de novo contrahere cum conditione, nam pacta possunt dissolvi consensu ambarum partium, & ultima derogant priora, l. pacta novissima, C. de pactis, & qui tacet consentire videtur cap. qui tacet de regulis jur. in 6. & quando Rex simpliciter donat, potest deinde conditionem, & qualitatem apponere in donatione, & maxime si hoc faciat propter publicam utilitatem, vel propter publicam quietem. Constantinus in l. 1. & 2. Cod. de filiis officialium lib. 12. num. 112. cum duob. seq. & gratia à Rege concessa potest revocari ab ipsomet Rege sine causa, Anna allegat. 69. n. 10. & 11. & Rex de plenitudine potestatis potest tollere ius tertii etiam sine causa, Paschal. in d. cap. 1. n. 84. licet Farinac. in d. quæst. 6. n. 18. teneat contrarium, & idem Rex concedens, concessionem absque causâ revocare potest, Grammat. in dec. 46. n. 6. cum tribus seq. unde à fortiori supradicta conditio in indulto poterat apponi ob utilitatem publicam ad evitandum delictâ futurâ, licet in albarano simpliciter sit promissum indultum, nam gratia facta à Principe potest limitari ob bonum publicum, Gabed. dec. 19. par. 2. & Rovit. in rub. de revocatione, & suspensione gratiarum, post

n. 2. ubi Novarius nu. 2. Immo gratia concessa à Principe propter benemerita potest revocari ex causa publicæ utilitatis, Caravita in ritu 301. n. 3. & ratione publicæ utilitatis potest fieri revocatio privilegiorum, Afflictus in const. Regni, penam eorum n. 74. & in constit. Regni privilegia n. 3. & ideo concludo istum debere puniri tam pro delicto noviter commisso, quam pro delictis præteritis vigore dictæ conditionis appositæ in dicto indulto, intellige tamen dummodò de isto novo delicto sit legitimè convictus, ex supradictis, & quod delictum noviter commissum sit grave, propter quod veniat imponenda pœna ultra relegationem ex dictis supra in cap. præcedenti, n. 18. & in praxi torquendi reos, cap. 12. à n. 14. usque ad finem.

103 Et ut forjudicatus occidens alium forjudicatum gaudeat indulto vigore banni simpliciter emanati, est necesse, ut forjudicatus occisus esset convictus de delicto ab eo patrato, veris probationibus, & non ut esset forjudicatus propter ejus contumaciam, Nigris d. cap. Reg. 12. n. 25. Marf. in pract. crim. §. sequitur modo, n. 20. & in §. postquam, n. 54. & in l. unic. n. 135. C. de raptu virginum, & Catalan. de indulto, cap. 22. n. 128. & seq. prout etiam si statutum disponat, ut forjudicatus possit impunè occidi, ut hoc locum habeat, est necesse, ut sit convictus veris probationibus, & non ut sit forjudicatus propter ejus contumaciam, Marf. de bannitis, vers. contumacia, n. 113. & d. §. postquam, n. 54. Et in sing. 372. & in l. si quis ne quaestio, n. 126. ff. de quaest. Bartolus in l. si mora, ff. solut. matrim. Jason. in l. omnes populi in repetitione, n. 46. in fine, ff. iustit. & jure, Arnono de soliloq. 9. Cartar. de execut. sent. cap. 1. n. 41. & 294. & Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 290. in prima limitatione. Quod ego non sequor de jure Regni, prout etiam hoc non sequitur de jure Regni, Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, vers. septimo igitur, n. 32. fol. mihi 194. nam per constit. Regni pœnam eorum, forjudicatus habetur, ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerit, esset per definitivam sententiam condemnatus, ergo occidens forjudicatum gaudet indulto, dato, quod forjudicatus occisus non esset veris probationibus convictus de delicto, pro quo fuit forjudicatus, Caravit. pragmat. 1. n. 106. de exulib. & licet supradicti DD. & alii dicant, bannitum, & condemnatum non ex veris, & legitimis probationibus, sed ex fictis, seu præsumptis, & in contumaciam non posse impunè interfici, vigore statuti disponentis, bannitum posse impunè occidi, tamen contrarium est verum, & maximè quando extat aliud statutum, ut contumax habeatur pro confesso, prout est in Regno per Constitutionem Regni pœnam eorum, quia tunc indubitanter bannitus potest impunè occidi, dato quod sit bannitus non ex veris probationibus, sed ex fictis, & in contumaciam, prout ita de communi testatur Farinac. d. qu. 103. à n. 194. usque ad

n. 198. & Scaccia de iudicis. lib. 1. cap. 93. num. 1.

104 Et licet Nigris dict. cap. Reg. 12. num. 26. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 2. cap. 9. n. 14. cum plur. n. seq. & Cabal. resol. crim. casu 197. dicant, quod ut forjudicatus capiens vel occidens alium forjudicatum gaudeat indulto vigore banni sit necesse, ut forjudicatus captus, vel occisus esset inquisitus de pari, vel graviori delicto, quam forjudicatus capiens, vel occidens, nisi aliter disponat statutum, Farinac. d. quaest. 103. n. 181. tamen hodiè occidens, vel capiens forjudicatum gaudet indulto vigore banni simpliciter emanati, dato, quod occidens sit inquisitus de graviori delicto, quam occisus, Nellus de bannitis in tertia parte secundi temporis, n. 8. Grandis d. prædicamento de quantitate, q. 3. n. 3. & Capibl. d. prag. 6. n. 147. Prout etià si pluries forjudicatus præsentet Curiae semel forjudicatum, gaudet indulto vigore banni simpliciter dictantis, ut si forjudicatus caperit forjudicatum vivum, & eum Curiae præsentaverit, gaudeat indulto, Nellus de bannitis in 3. par. 2. temporis, n. 7. sed Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimus casus est, n. 87. fol. mihi 19. dicit, quod si quis sit forjudicatus ex pluribus delictis, & capiat alium forjudicatum, non consequitur præmium omnium delictorum, sed de uno tantum, & Arnono in commentario 200. dicit, quod bannitus pluries ex diversis delictis, si occidat alium bannitum debet absolvi ab uno banno.

105 Sed si bannum, vel statutum dicat, & è contrà ut occidens, vel præsentans bannitum, possit eximi facere de banno se ipsum, vel alium bannitum inquisitum pro pari, vel minori delicto, quod statutum valere dicit Farinac. d. quaest. 103. n. 180. si inquisitus, & bannitus pro homicidio occidat bannitum pro adulterio, non gaudet indulto, nam homicidium est crimen gravius adulterio, Cabal. resol. crim. casu 244. sic etiam si bannitus pro homicidio commisso veneno occidat bannitum pro homicidio commisso cum armis non gaudeat indulto vigore supradicti banni, Cabal. resol. crim. casu 197. nam homicidium commissum veneno est delictum gravitius homicidio commisso cum armis, l. 1. C. de maleficis, & mathematicis, Cabal. de omni genere homicidii, n. 419. & seq. n. 550. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de veneno, c. 1. n. 4. Mastrill. de indulto, cap. 25. n. 2. Farinac. d. quaest. 103. n. 190. & Arnono in epitoma 49. Et statuto disponente, ut bannitus interficiens alium bannitum gaudeat indulto, dummodò interfectus sit bannitus pro majori delicto, si interficiens sit bannitus pro homicidio, & interfectus sit bannitus pro furto imponente pœnam mortis, in hoc casu interficiens gaudet indulto, nam furtum, pro quo pœna furcarum imponitur, dicitur esse majus delictum, quam homicidium, Decius conf. 65. vol. 1. sed contrarium tenent Add. ad Dec. ibi, Socinus conf. 157. lib. 2. & Bajardus ad Clarum in §. homicidii. n. 226. & vide Guazzinum ad defensionem reorum.

rum. def. 2. cap. 9. à n. 16. cum pluribus seq. Et si sit factum bannum ut bannitus occidens alium bannitum, gaudeat indulto, si simplex delinquens occidat bannitum, an gaudeat indulto pro sua inquisitione? vide Thor. in Cod. rerum judicat. casu 4.

- 106 Et occidens forjudicatum, qui de proximo expectat indultum, puta si cepit alium forjudicatum, & pendente causa indulti sit à sciente occisus, in hoc casu occidens non gaudet præmio banni, Grandis d. prædicamenta de quantitate, quæst. 3. n. 21. Immo in hoc casu occisor punitur, Grandis d. q. 3. post n. 13. Foller. pragmat. de forjudicatis, n. 12. & 27. Monticel. præct. crim. reg. 3. n. 30. Duenas regula 68. in tertia limitatione, *Placa in epit. delict. cap. 36. n. 22. & Mascard. de probat. concl. 162. n. 27.* nam statim rebanniendus habetur pro rebannito, Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 3. n. 29. per tex. in l. qui se dicit, ff. de iudiciis, ubi pro libro habetur, qui statim à servitute liberandus est, & Capibl. d. cap. 3. n. 39. & in sing. 41. dicit, quod è contra, qui de proximo est condemnandus, solet mitti ad triremes antè sententiam loco depositi, & idem tenent Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de condemnatis præ delicto, cap. 2. n. 4. & Ponte de potestate Proregis, tit. 4. in principio n. 51. ubi dicit, quod si deindè serviat plusquam erat dignus condemnationis ipsi solvitur salarium, & n. 55. dicit quod cap. Caroli V. disponens, ut pendente appellatione à sententia M. C. V. ad S. R. C. condemnati ad triremes non transmittantur, nunquam fuit servatum propter publicam utilitatem, & licet contrarium teneat Angelis ad Gizzarell. dec. 15. n. 14. tamen pro prima opinione Ponte facit prag. 4. de condemn. pro delict. *Franchis in dec. 139. n. 2. & Constantius in l. unica. n. 47. Cod. de classis. lib. 21. ubi dicit, hoc tantum fieri posse à Regentibus in visitatione carceratorum, & de proximo condemnandus habetur pro condemnato. l. qui pænæ. §. divus. ff. de manumissionibus Fanutius de momento temporis. cap. 28. n. 2. & Catalanus de omni genere homicidii. n. 167.* absolutus dicitur etià ille, qui est absolvendus, *de proximo Fanutius de momento temporis. cap. 28. n. 20. 27. & Marf. tract. de bannitis, ver. absoluti, n. 12.* ubi n. 14. dicit, quod stante statuto, ut banniti debeantur rebanniri, licet bannum non sit cancellatum, tamen banniti non possunt impunè occidi vigore statuti permittentis bannitos posse impunè occidi, Et occidens bannitum de proximo rebanniendum, punitur pænâ ordinariâ, si sciebat bannitum esse de proximo rebanniendum, aliàs si ignorabat, & tunc mitius punitur, Farinac. d. quæst. 103. n. 319. & seq. Carrerius præct. crimin. tit. de homicidio, vers. septimo igitur, n. 20. fol. himi 192. à tergo, & Marf. in l. 1. n. 7. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, ubi n. 70. dicit, quod occidens bannitum, qui erat rebannitus, sed non erat adhuc cancellatus de banno non punitur, sed quod occidens bannitum, qui de proximo est rebanniendus punitur, nisi occidens ignorabat, dictum bā-

nitum esse rebanniendum, d. Marfil. præct. crimin. §. aggredior, n. 27. vide cap. 17. n. 37. 107 Et banno disponente, ut si unus forjudicatus interficiat alium forjudicatum gaudeat indulto, si frater forjudicatus interficiat fratrem forjudicatum, in hoc casu non gaudet indulto, Nigris d. cap. Reg. 12. n. 23. nam frater non potest occidere impune fratrem forjudicatum, ut dixi supra cap. 17. n. 49. ubi etiam dixi, an vigore talis banni, forjudicatus laicus occidens Clericum forjudicatum à Judice laico, & e contra clericus forjudicatus à Judice laico occidens laicum forjudicatum à Judice laico gaudeat indulto; de quo dic, ut ibi dixi n. 8. ne hic idè repetā, & occidens mulierem forjudicatam, non gaudet indulto vigore dicti banni, secus è contrà, ut dixi supra cap. 17. n. 32.

108 Et occidens bannitum extrà territorium Judicis bannientis, adhuc gaudet indulto vigore banni in foro Judicis bannientis, Farinac. d. quæst. 103. n. 216. cum duob. seq. Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 230. *Decianus tract. crim. lib. 4. cap. 24. n. 2.* Marf. in l. fin. n. 8. ff. de iurisdic. omn. judic. & in l. infans, n. 28. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, & in l. eisdem, §. fin. n. 2. ff. ad legem Corneliam de Sycariis, & in præct. crim. §. aggredior, n. 21. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per Campaneam, cap. 7. n. 10. & n. seq. & Grandis d. prædicamentò de quantitate, quæst. 3. n. 28. & in prædicamentò pati, q. 3. speciali 40. ubi dicit, quod potest tamen puniri de homicidio, & dixi supra d. c. 17. n. 23. sed capiens forjudicatum intus Ecclesiam non gaudet indulto, Thor. in add. ad Grand. de bello exulum, prædicamentò quantitatis, quæst. 3. ad n. 6. *Quod intelligo, quando quis capit intus Ecclesiam illum, qui forjudicatus fuit pro delictis non exceptuatis in bulla gregoriana alias secus ex dictis supra cap. 17. n. 27. in fine & ex dictis per d. Thor. ubi sup.*

109 Et forjudicatus occidens forjudicatum inimicum ex odio particulari, non gaudet indulto, vigore banni disponentis, forjudicatum occidentem aliū forjudicatum gaudere indulto, Nigris d. cap. Reg. 12. n. 24. sed quod occidens forjudicatum inimicum gaudeat indulto, dixi supra cap. 17. n. 21. & tenent Caravit. prag. 1. n. 133. cum pluribus n. seq. de exul. & Grandis dicto prædicamentò de quantitate, quæst. 3. n. 26. ubi n. 20.

110 dicit, quod interficiens forjudicatum publicè toleratum à Superiore non gaudet indulto, & n. 22. dicit quod occidens forjudicatum reclusum in aliqua Civitate, dū procurabat partis remissionem, & concordare Curiam, talis occisor non gaudet indulto, idem tenet Foller. in prag. de forjudicatis, n. 14. *Sic etiam si bannum disponat ut occidens bannitum gaudeat indulto si inquisitus de delictis exceptuatis, de quibus supra a n. 73. usque ad n. 80. occidat bannitum non gaudet d. indulto. Follerius in pragmat. de forjudicatis. nu. 34. Sed in contrarium faciunt dicta supra in n. 74. per meum Avunculum Scialoya.*

112 Sed occidens forjudicatum gaudet indulto

vigore banni dato, quod ignorabat occisum esse forjudicatum, ut dixi supra c. 17. n. 22. ubi n. 57. habes, & quid si quis occidat forjudicatum ad sui defensionem, an gaudeat indulto.

Et occidens volens impunitatem ex eo, quod occidit bannitum vigore statuti disponentis, occidentem bannitum gaudere indulto, debet probare occisum fuisse bannitum, Menoch. de presumpt. lib. 6. presum. 15. & seq. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 162. n. 16. & Farinac. d. quæst. 103. n. 354. & seq.

Et scias, quod quando statutum dat præmium occidenti bannitum, & illum præsentanti Curia, sufficit si præsentetur caput banniti interfecti Curia, l. cum diversis, ff. de relig. & sumpt. funer. & ita prædicari testatur, Bajardus ad Clarum, §. homicidium, nu. 189.

Et statutum si disponat, ut detur præmiū inveniēti bannitum, debet intelligi de eo, qui bannitum cepit, Alber. Angel. & alii in l. 1. §. fin. ff. quod quisque juris, Bajard. ad Clar. §. fin. q. 27. n. 17. Et Guazzin. ad defens. reorum. def. 18. cap. 2. n. 3.

112 Et quando est disceptandum, an quis gaudere debeat indulto à jure statuto, si vel ne, hoc cognoscendum non spectat ad Curias, Rationales, sed tantum ad Magnam Curiam Vicariæ, vel ad Regias Audientias, Caravit. prag. 1. n. 50. de exulib. Mastril. de indulto, cap. 45. n. 1. cum duob. n. seq. Capiblan. de Baronib. prag. 6. n. 149. & Grandis dicto prædicamento de quantitate, quæst. 3. n. 5. ubi dicit, quod etiam Regii superiores cognoscunt de fractione indulti, & quod Regia Audientia cognoscat de causa indulti, desumitur ex prag. 10. §. 26. de off. Jud. ubi habetur quod Regia Audientia nihil recipere potest pro decreto per quod declaratur ut quis gaudeat indulto, Sed si in Curia Capitanei Regii, quis sit forjudicatus, & occidat alium forjudicatum, Capitaneus Regius, potest discernere super indulto, Caravit. dict. prag. 1. n. 51. de exulib. & Grandis. d. prædicamento de quantitate, d. quæst. 3. n. 5. in fine, & an indultandus debeat personaliter comparere ad obtinendum indultum, dixi supra c. 8. num. 18.

Sed quādo forjudicatus facit aliquod servitium, propter quod præten dit gaudere indulto, tunc debet præsentare servitium Regiæ Audientia, vel M. G. V. & per dicta Tribunalia fit relatio Proregi hujus Regni, & suo Collaterali Consilio, cum interventu Fisci, qui d. relationem debet subscribere, & deinde in d. Regio Coll. Conf. audito Fisco M. G. V., discutitur, an debeat gaudere d. indulto, prag. 8. de relationibus causarum, Sed per prag. 9. §. 3. de exulibus disponitur quod si adsit bannum vel bannitus interficiens alium bannitum gaudeat indulto, Commissarius generalis Campaniae potest expedire indultum in favorem ipsius quid interficit bannitum, & cum fide d. inclusi bannitus non potest molestari à Tribunali in quo reperitur inquisitus.

114 Et in causa indulti debet audiri Regius

Fiscus, aliàs indultum est nullum, prag. 8. de relat. causarum, & Grand. d. prædicamento de quantitate, d. quæst. 3. n. 30. & Amend. ad Franch. decis. 423. n. 3. sed quando adest pars contraria, Fiscus non citatur, Rovit. prag. 44. n. 9. de off. S. R. C.

115 Sed quæritur an forjudicatus indultatus, possit torqueri, ut faciat indicium ad torturam contra consocios alicujus criminis, & dicas, quod non, Capibl. d. prag. 6. n. 145. Pro ut etiam is, qui obtinuit gratiam à Principe non potest torqueri, ut faciat indicium contra consocium, Ant. Faber. dec. 14. sequitur Riccius coll. 129. & aggratiatus non debet post gratiam examinari, uti testis contra socios, Bajardus ad Clarum, §. fin. quæst. 24. n. 140. & Farinacius in d. quæst. 6. n. 1. in fine, sed quod aggratiatus possit torqueri, ut faciat indicium contra consocium, dicit fuisse decisum Franch. dec. 459. idem Riccius sibi contrarius decis. 28. par. 1. Paschal. de virib. patriæ potest. part. 4. cap. 3. n. 7. Cabal. resol. crim. casu 29. & Guazzin. ad defensionem reorum det. 30. cap. 6. n. 3. qui tandem n. 6. ver. & ex ista ratione, videtur inclinare pro prima opinione. Sed Revert. in dec. 266. dicit, quod si socius criminis cum juramento deponat contra consocium, & postea ex intervallo revocet suam depositionem, si aufugit, & postea ad finem declarandi quæ ex duabus depositionibus esset vera gratiam habuerit, talis aggratiatus potest torqueri ad veritatem eruendam ad hoc, ut ejus depositio contra nominatum indicium faceret.

116 Secundò quæritur, an indultum solo verbo concedi possit, ita ut nõ requiratur scriptura, & dicas, quod sic, nam gratia Principis solo verbo absque scripturâ perfici potest, Sala super Const. Sabaudia, tit. de gratiis, in Const. indulgentiam, n. 9. & 10. Catalan. de indulto, q. 7. Riccius dec. 242. par. 2. Decian. tract. criminum. lib. 3. cap. 35. n. 97. Sanfelice. dec. 403. Revert. in dec. 184. n. 3. & ibi Marinis Peregr. de jure Fisci. lib. 5. tit. 2. n. 12. cum tribus. seq. Ascia de determinat. 115. n. 10. Bajard. ad Clarum in d. quæst. 59. n. 9. 10. & 59. & Viscont. in suis conclus. vers. gratia, & eod. infra cap. seq. n. 42. Et maxime quando abolitio est facta à Principe generaliter ob publicam lætitiā, vel aliam causam utilitatem publicam concernentem, quia tunc dicta abolitio potest probari per testes, & non requiritur scriptura, Sala ubi supra, n. 11. & cancellatio banni facta verbis tantum, valet. Mars. in sing. 340. circa medium sed in Regno nostro Neapolitano, gratia facta à Principe debet expediri in formâ Cancellariæ cum sigillo Regio, aliàs non valet. prag. 4. & 8. de fide memorialium, & Prorex non potest facere gratiam inquisito, in consulto Regio Collaterali Consilio, prag. 7. de fide memorialium, & in Regno indultum debet expediri in formâ Cancellariæ cum sigillo Regio, d. prag. 8. de fide memorialium. Et quod gratia Principis non possit probari per testis, sed probari debeat per literas dicunt Afflicti. in dec. 219. n. 10. & in dec. 261. n. 17. & 21. Mascard. de probat. conclus. 845.

per

- per totam, conclus. 1276. n. 6. & concl. 1309. n. 4. Bajard. ad Clar. in d. quæst. 59. n. 9. 10. & 59. Calà de modo articulandi, & probandi. §. 2. glossa unica, n. 1557. & seq., & Revert. in dec. 435., & ibi Marinus. n. 1.
- 117 Tercio quæritur, quid si Clericus sit inquisitus de assassinio coram Iudice laico, an Papa possit eum inducere? & dicas quod sic Grammat. conf. crim. 72.
- 118 Quarto quæritur an petens indultum, seu gratiam videatur fateri delictum? & nega. Catalanus de indulto. quæst. 8. Mastrill. in eodem tract. cap. 23. n. 36. Decian. in d. lib. 3. in d. cap. 35. n. 82. & seq. Addentes ad Clarum in d. quæst. 59. n. 71., & Riccius in col. 3198. in fine, & qui submittit se gratis Curia, non debet condemnari, nam videtur submissis gratiam habere, & non juri suo renunciare. Anna in fing. 226. & quis submitteus se gratis Baronis quid operetur? vide Guidonum Papæ in dec. 495. & Annam in fing. 562.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**orjudicatus captus potest consignari Sindico, & Electis, sed non potest habilitari per familiam Curia, & potest detineri in quocumque loco jurisdictionis Iudicis, n. 2. & potest extrahi extra suum domicilium, & potest detineri cum vinculis, & catenis, & n. 3.
- 4 Carceratus in Civitate Neapolitana, in quos carceres debet asportari?
- 5 Refectio carcerum ad quem spectat?
- 6 Mulieres separativim manent carcerata à masculis, & idem est in nobilibus, n. 7. limita, n. 8.
- 9 Vassalli, an possint compelli custodire carceratos?
- 10 Detinens forjudicatum in carcere privato, non punitur pena privati carceris.
- 11 Carceratus pauper à quo alendus sit? & an ipsi sint facienda acta gratis? n. 12.
- 12 Carcerati debent visitari, & à quo & à quo tempore? ibid.
- 14 Iudex an possit prohibere, ut nullus alloquatur cum carcerato?
- 15 Iudex tenetur, quam citius expedire causas carceratorum intelligere, ut n. 16.
- 17 Recognitio personæ forjudicati fieri debet antequam exequatur sententia forjudicationis, quæ recognitio, vel sit per confessionem forjudicati, vel sit per testes, ibidem, & ponitur practica recognitionis faciendæ per ipsam confessionem, & per testes, n. 18. & 24.
- 19 Forjudicatus an debeat stare tempore recognitionis ejus personæ?
- 20 Forjudicatus si noluit respondere ad interrogata, an possit torqueri ad habendum responsum? & quid si noluit subscribere suam depositionem? n. 21. & quid si sit mutus, & Surdus? n. 22. & quid si negat, se esse illum, qui in sententia est descriptus, an possit torqueri? n. 23.
- 25 Plures si sint ejusdem nominis forjudicati quid agendum?
- 26 Recognitio sufficit, si fiat sub eo nomine, sub

- quo quis fuit forjudicatus, licet ipse habeat plura nomina.
- 27 Recognitione forjudicati facta, exequatur sententia, dato quod forjudicatus negavit delictum.
- 28 Monitio ad dicendum procedere debet, antequam exequatur sententia forjudicationis, & quid in crimine recaptus, n. 29.
- 30 Copia actorum ordinatorum conceditur forjudicato capto, & an debeat concedi copia totius processus, n. 31. & 32.
- 33 Forjudicatus existens in fortis Curia plura opponere potest adversus sententiam forjudicationis. Primo, quod erat captus, vel carceratus tempore dictæ sententiæ, n. 34. Secundo potest opponere, quod Princeps ipsi remisit sententiam forjudicationis. Tercio potest opponere de guidatico, & sic quod fuit captus, pendente ipso guidatico, n. 39. Quarto, potest opponere de indulto, & gratia habita à Principe, n. 40. & 47. Quinto, potest opponere, quod fuit captus intus Ecclesiam, n. 49. Sexto, potest opponere, quod inservit militia, & quod ideo debeat esse immunis vigore alicujus banni, n. 50. Septimo, potest opponere de minori aetate, n. 51. Octavo, potest opponere, quod in processu non adsint indicia, & quod fuit forjudicatus pro delicto, pro quo non venis imponenda pena mortis, n. 52. & 53. Nono, potest opponere, quod occisus erat forjudicatus, & poterat impune occidi, n. 54. Decimo potest opponere, quod pro delicto, pro quo fuit forjudicatus, non poterat procedi ex officio, n. 55. Ultimo, potest dicere de nullitate, n. 56. 60. & 61. limita, & n. 66. & quid in Statu Ecclesiastico, n. 68.
- 57 Nullitas sententiæ forjudicationis à quolibet opponi potest, reo existente in fortis Curia, & n. 59. Immo Iudex ex officio potest pronuntiare super nullitate normis n. 58.
- 62 Clericus forjudicatus à Iudice laico potest petere se cognosci à Iudice Ecclesiastico, & forjudicatio est nulla.
- 34 Contumax contemnatus per Iudicem incompetentem, si postea per eundem sit captus potest se tueri ex nullitate processus.
- 64 Sententia forjudicationis si sit nulla, vel iniqua, ipsa executioni non demandatur.
- 65 Forjudicatus pendentibus nullitatibus discutendis non potest decideri, & neque contra eum sententia exequi potest, ibid.
- 67 Nullitas sententiæ infra quod tempus possit opponi?
- 69 Nullitas ex defectu jurisdictionis, vel citationis, vel si nullitas appareat ex eisdem actis potest proponi, non obstante, quod statutum excludat nullitates, & n. 68.
- 70 Baro non potest insistere, quando nullitates sententiæ forjudicationis discutuntur apud Regios Superiores.
- 71 Decretum faciendum quando obstat, & quando non obstat nullitates sententiæ forjudicationis.
- 72 Decretum latum in favorem unius forjudicati, per quod declaratur nullitates obstat, an profit alio forjudicato pro eadem causa.

causa, & in eodem processu facta.

Appellari an possit à decreto reiciendo nullitates propositas adversus sententiam forjudicationis? post d.n. 72.

Nullitates propositae adversus sententiam forjudicationis, si sint rejectae non licet alias proponere post d.n. 72.

Nullitates possunt proponi adversus sententiam forjudicationis, dato, quod sit dictum, ut ipsa sententia executioni demandetur, si antea non sit dictum de nullitate, post d.n. 72.

73 Forjudicatus an possit admitti ad compositionem?

74 Forjudicatus potest interrogari, & torqueri de sociis, mandatoribus, receptatoribus, & auxiliatoribus, & traditur practica eum interrogandi, ibidem, & ipsa toraura an debeat esse gravis, vel levis? n. 75.

76 Forjudicatus si sit captus, & dicat de nullitate, si pendentibus nullitatibus, discutiendis aufugiat, adhuc potest impune occidi, secus si sit dictum nullitates obviare,

77 Forjudicatus captus si dicat de nullitate sententiae forjudicationis, & succumbat, & postea aufugiat, si deinde sit captus, iterum debet recognosci ejus persona, et iterum est citandus ad dicendum causam quare non debeat morti tradi.

78 Carceratus quantumolvere debeat carcerario pro jure portelli,

79 Carcerarius an possit retinere carceratum pro jure portelli, et pro expensis ipsi factis in carceribus,

80 Carceratus pro causa criminali an possit, comparari pro causa civili, & e contra.

C A P. XXV.

Capto forjudicato, quid agendum?

lando forjudicatus est captus vivus per privatum, est in ejus potestate, vel eum occidere, vel vivum Curiae praesentare, sed quando, familia Curiae vivum, capit non potest illum impune occidere, sed tenetur vivum ad Judicem ducere, Sanf. dec. 249. & late dixi sup. cap. 17. n. 11. cum quinq; n. seq. Et quando familia Curiae cepit forjudicatum vivum, potest illum tradere Sindico, & Electis Universitatis, donec majores familia venerit. Foller. pract. crim. rub. notatos capiat de persona, n. 21. sed familia Curiae delinquentem captum habilitare non potest pra. 38. §. los Capitanos de off. Magistri Just. licet contrarium teneat Afflict. in Const. Reg. humanitate, n. 9. & 71. sed si Regii Superiores rescribant alicui officiali inferiori, ut aliquem carceret, postquam est captus potest officialis captum habilitare, nam paria sunt carcerare, & sub fidejussoribus ligare, & satisfit mandato Superioris de carcerando, si reus fidejussione ligetur, & licet officialis inferior sit incompetens in cognoscendo de cau-

sa, tamen est competens ad carcerandum, & ideo potest sub fidejussione ligare, Hallis tract. var. lib. 4. quest. 2. n. 20. cum duobus seq., & mandatum Superioris de capiendo aliquem dicitur adimpletum, si inferior illum carceraverit per palatium, vel per totam Civitatem, Rovit. in prag. 1. n. 15. de custod. reor. Et Grammat. in dec. 23. n. 12. unde Officialis, cui fuit factum mandatum à Superioribus ut aliquem teneat sub custodia Custodi, potest illum relaxare sub fidejussoria cautione. Thor. in voto 26. tom. 2. Grammat. in Const. Regni. in questionibus. n. 4. & in decis. 14. & 23. n. 12. & Novarius in quest. forensi. 128. n. 8. part. 1. & carceratus dicitur qui est dimissus fidejussoribus, ut dictum est supra c. 17. n. 14. Sed Praeses Regiae Audientiae non potest excarcerare carceratos, qui sunt descripti in libro carceratorum absque voto Regiae Audientiae. prag. 10. §. 34. de officio Judicum, & dictum est supra cap. 20. n. 29.

2 Et quando forjudicatus est captus vivus, Judex potest committere, ut detineatur in quocunque loco suae jurisdictionis, donec mittat familiam ad eum capiendum, Bajard. ad Clarum, §. fin. q. 46. n. 2. Guazzinus ad defensionem reorum, defens. 5. cap. 1. n. 24. & Angelis ad pract. crim. Foller. d. rub. notatos capiat de persona, n. 74. ubi n. 80. dicit, quodd Sindici, & Electi possunt cogi ad suscipiendum mulieres pudicas carceratas.

3 Et licet carceratus non possit extrahi à carceribus sui domicilii in prima instantia, ut in pragmatica 2. ubi de delicto, & Capibl. de Baronibus in pragmat. 3. n. 176. alias Officialis tenetur in judicatu. Carraba in sing. 159. tamen forjudicatus potest duci ad alios carceres extra ejus domicilium, nam quando causa est ardua, & timetur de fractione carceris, vel si urgeret alia causa necessaria, tunc carceratus potest extrahi à carceribus sui domicilii, & duci ad alios carceres, Franch. dec. 526. n. 7. & seq. Rovit. d. pragmat. 2. n. 10. ubi de delicto, Capibl. d. prag. 3. n. 179. & Sanfel. in praxi judic. sect. 9. n. 16. & licet Nigris in cap. Reg. gravamina, n. 94. teneat, quod etiam si timeatur de fractione carceris, adhuc reus non debeat extrahi extra carceres domicilii, sed debeat admitti ad fidejussoriam cautionem de securo carcere tamen opinio Nigris (si esset vera) intelligitur de carcerato pro levibus delictis, & non de gravibus nam forjudicatus non potest sub fidejussoribus relaxari, Follerius in pract. crim. rub. banniantur. n. 40. Nigris in cap. Regni provis. juris sanctio, n. 6. Angelis, d. rub. notatos capiat de persona, n. 16. & Chartar. de execut. sent. c. 1. n. 241. in fine, licet Grendis de bello exulum, in predicamento pati, quest. 3. speciali 80. in fine, dicat, quodd sit in potestate Praesidis bannitos habilitare, tamen hoc non est de jure, nam forjudicatus punitur poena mortis dum quis non possit forjudicari, nisi pro delictis, pro quibus imponitur poena mortis, ut diximus supra c. 3. n. 1. & 2. & quando quis puniri debet poena mortis, non potest habilitari, ut dicam in praxi

praxi torquendi reos, cap. 5. n. 4. cum pluribus sequentibus. Unde merito forjudicatus captus potest duci in quoscunque carceres extra suum domicilium, si carceres sui domicilii non sint tuti, prout etiam videmus, nam licet carceratus non possit teneri cum compedibus, vinctulis, & manicis ferreis, Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis, quæst. 27. n. 98. & est tex. in l. 1. C. de custodia reorum, tamen secus est in forjudicato, nam quando carceratus est confessus, convictus, vel condemnatus pro gravi delicto, est detinendus cum vinctulis, & catenis, Guazzin. ad defensionem reorum, defen. 6. cap. 1. n. 56. Carrab. de sindicato, par. 2. n. 59. & Farinac. dict. quæst. 27. n. 99. cum pluribus sequentibus. per tex. in l. 1. C. de custodia reorum, ergo ita, & forjudicatus est detinendus, dum habeatur pro confesso, & ut si per definitivam sententiam esset condemnatus, ut in Constitutione Regni pœnam eorum. *Et est in arbitrio Judicis si carceratus sit ligandus catenis vel aliis vinctulis.* Carrab. in sing. 217. in fine. citat Menoch. de arbit. Jud. casu 305. n. 1. & 6.

4 Et satellites capientes aliquem carceratum tam pro causâ civili, quam pro causâ criminali in Civitate Neapolitanâ, illum asportare non possunt in alios carceres, quam ad carceres M. C. V. absque licentia Regentis, & Judicum ipsius M. C. sub pœnâ quatuor iugum funis, & privationis officii, prag. 2. de custodia reor. & vide prag. 15. de carcerariis, sed ex consensu creditoris debitor ex causâ civili carceratus potest asportari ad carceres Bajulares, pragmat. 3. eod. tit. de custod. reorum. & carceratus ad instantiâ Curie meretricium Civitatis Neapolitanæ debet asportari ad carceres Admiratæ, prag. 6. §. 14. de meretricibus, quæ est sublata.

5 Quando carceres sunt debiles, & illuc ducitur forjudicatus, nonnulli dicunt, quod refectio dicti carceris fieri debeat expensis Baronis, ita Affl. in Const. Reg. Castellani, & Capibl. de Baronib. prag. 19. n. 28. & 31. Alii verò tenent, quod debeat fieri expensis Universitatis, Clar. §. fin. quæst. 46. n. 6. & Guazzin. ad defensionem reorum, def. 6. cap. 5. n. 9. sed ipsemet Capibl. sing. 15. distinguit, & dicit, quodd constructio carceris criminalis spectat ad Baronem; civilis verò ad Universitatem, nam Baro debet tenere duos carceres, unum pro criminalibus, alterum verò pro civilibus. l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10. & Rovit. prag. 19. n. 2. de Baronibus, *Et carceratus pro debito civili, non debet detineri in carceribus criminalibus.* Carraba in sing. 56. & carcer non debet esse subterraneus, ut dixi supra cap. 19. n. 18. & mulieres separatim ponuntur carceratæ à masculis, prag. 31. §. 12. de off. Magistr. iustit. l. 3. C. de custod. reorum. Et in M. C. V. nobiles, & ignobiles in diversis locis detinentur carcerati, & torquentur, Franchis decif. 630. & Carraba in sing. 125. & nobilis non carceratur pro quâvis causâ, prout plebejus, sed detinetur per palatium, Angel. in l. pen. ff. quod metus caus. & Anna sing. 357. sed si no-

bilis esset inquisitus de furto, vel de aliquo turpi delicto, & tunc potest detineri in carceribus rusticorum, l. Judices, C. de dignitat. lib. 10. Carraba in sing. 160. nam talia delicta faciunt perdere nobilitatem, Grammat. voto 3. n. 8. Prout etiam licet nobiles decapitentur, ignobiles verò furcis suspendantur, Franch. decif. 569. & est tex. de jure Reg. in Constit. terminum vitæ, & in cap. Regni ad hoc in fine, & dixi sup. cap. 3. n. 52. tamen nobilis committens enormia delicta furcis suspenditur, Ponte conf. 36. vol. 2. & de potest. Proreg. tit. 1. §. 2. n. 1. Grammat. in dec. 36. n. 5. Lagar. ad Rovitum in prag. 10. n. 2. usque ad finem de condemnatis. Sanfel. in dec. 56. per totam, & Carraba in sing. 160. sic etiam in crimine læsæ Majestatis puniuntur eadem ignominiosâ pœnâ plebejus, quam nobilis, Rovit. prag. 1. n. 19. de pœnis. Farinac. pract. crim. tit. de pœnis temperandis, q. 98. n. 124. Grammat. dec. 36. n. 5. & ita decifum in quodam Barone. Riccius col. 168. 2177. in fine, sed contrarium decifum refert Franch. dec. 569. ubi dicit, fuisse decapitatum quendam nobilem pro furto magno facto per eum in publicâ viâ, & est tex. de jure Reg. in cap. Reg. ad hoc, ubi Nigris n. 28. & vide Farinac. d. q. 98. n. 116. & seq. sed in crimine falsi nobilis puniuntur ut ignobilis, l. quis decurio, C. ad leg. Cornel. de falsis, Riccius dec. 271. n. 8. & dec. 278. par. 2. & Farinac. d. quæst. 98. n. 118. Et idem est in causis Sanctæ Fidei, Riccius dec. 231. n. 9. & decif. 277. par. 2. sed contrarium tenet Franch. dec. 569. & Capiblancus in singul. 122. & filius Doctoris ob crimen enorme non gaudet nobilitate paternâ, puta si commisit furtum in viâ publicâ, Sanfel. dec. 56. n. 12. & Thor. in supplem. dec. ver. filius, fol. 339.

9 Subditi non tenentur custodire carceratos Baronis, cap. Reg. provifum; Angelis ad pract. crim. Follerii, rub. notatos capiat de personâ, n. 47. in fin. Thor. in suppl. dec. ver. cives, fol. 88. & Danza tom. 2. tit. de potest. legit. cap. 1. n. 29. sed custodia carceratorum spectat ad Baronem loci, Clar. §. fin. qu. 46. n. 3. & Guazz. d. def. 6. cap. 5. n. 9. nisi adsit periculum fugæ, quia tunc subditi carceratos custodire tenentur mediante tamen salario, Franch. decif. 526. in fine, Capibl. d. prag. 19. n. 29. & Thor. in suppl. decif. ver. vassalli, fol. 647. & Danza ubi sup. n. 30. Quod si carceratus sit dives, & tunc suis expensis custodiri debet, Nigris c. Reg. gravamina, n. 45. & est tex. in Const. Reg. humanitate, §. fin. & nobili carcerato potest dari aliqua camera loco carceris cum custodiâ militum, Farinac. d. tit. de carceribus, & carceratis, qu. 33. n. 61.

10 Et licet privatus detinens aliquem carceratum in aliquo carcere privato perspatium viginti horarum puniatur pœna mortis, l. 1. C. de priv. carcerib. Farinac. de carcerib. & carceratis, qu. 27. n. 9. & latè Guazzin. ad def. reor. def. 5. cap. 7. per totum, ubi n. 20. dicit, quodd de consuetudine committens privatum carcerem puniuntur pœnâ arbitrariâ, cit. Clar. §. fin. qu. 68. n. 33. in fine, & idem

tenet Farinac. d. q. 27. n. 35. tamen si quis capiat forjudicatum, & eum detineat in privato carcere per spatium viginti horarum non committit privatum carcerem, & consequenter non punitur, Marf. de bannitis, ver. carcerati, n. 62. Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, vers. circa quartum, nu. 34. fol. mihi 178. à tergo, Grandis de bello exulum, prædicamento pati, quæst. 2. Speciali 17. Foller. prag. de forjudicatis, n. 24. Rovitus rub. de exulibus, n. 3. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 9. per totum, Guazzinus d. def. 5. cap. 7. n. 6. & seq. Afflict. in Const. Reg. poenam eorum, n. 82. Bald. in l. unica, Cod. de privat. carcerib. Gigas de crimine læsa Majest. lib. 1. tit. qualiter, & à quib. crim. læsa Majest. committatur, quæst. 35. n. 9. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 10. n. 7. Arnono cautela 29. & Farinac. d. quæst. 27. n. 33. & in tit. de variis, ac diversis quæstionibus, qu. 102. n. 24. & seq. ubi dicit, quod forjudicatus non potest à privato torqueri, nam tortura dicitur esse de mero imperio, Guazzinus ad def. reor. def. 30. cap. 4. n. 22. Farinac. quæst. 28. n. 109. & docuit meus Avunculus in praxi torquendi reos cap. 1. n. 19. & 21. quibus aliqua, & ego addidi. Sic etiam pater potest correctionis causâ filium recludere in aliquo loco, & non committit privatum carcerem, Carraba in sing. 190. Paschal. de virib. pat. post. part. 3. cap. 4. n. 44. & Thor. in voto 31. n. 6. & 7. tom. 1. Sic etiam maritus cum magnâ causâ potest suam uxorem carcerare. Thor. in voto 21. n. 36. tom. 2.

11 Carceratus pauper pro causâ civili est alendus à suo creditore, Anna sing. 279. Marf. de bannitis, vers. carcerati, n. 39. Surdus de alimentis tit. 1. quæst. 71. n. 2. & Affl. decis. 71. ubi dicit, quod debitor pauper carceratus non est excarcerandus, si creditores moniti per Iudicem, ut alimenta præstent debitori carcerato, & ipsi non compareant, dum debitor habet beneficium cessio- nis bonorum, idem tenet Vivius dec. 529. licet Anna d. sing. 279. Gama dec. 261. Farinac. d. quæst. 27. n. 149. Surdus d. quæst. 71. n. 2. Maufonius de causis executivis limitat. 12. n. 3. cum trib. seq. teneant, quod Iudex factis tribus monitionibus, & captâ informatione de paupertate, possit debitorem pauperem carceratum liberare, tamen opinio Anna, & Gamæ non est vera, sed prima est tutior, Capibl. d. prag. 19. n. 16. Sed quidam qui erat carceratus pro debito civili, & tempore carceris fama periebat, fuit dictum quod adsportetur ad domum creditoris, Thor. in voto 42. tom. 2. Sed secundum opinionem, Anna, & aliorum, asserentium carceratum pauperem esse excarcerandum, si creditor non intendit ei alimenta præstare, adest decretum Regiæ Camerae relatum per Marinis in fine 2. tom. dec. Revert. n. 49. fol. 798. Si verò quis sit carceratus pro causâ criminali, & sit pauper, & tunc est alendus à Fisco, l. Iudices, C. de Episcop. audient. & est tex. de jur. Reg. in d. Const. Reg. humanitate, & in prag. 10. §. 8. de offic. Iudic. Afflict. d. dec. 71.

n. 3. Riccius decis. 108. part. 2. Capibl. d. prag. 19. n. 14. & 35. late Guazzinus ad defensionem reorum, def. 6. cap. 1. cum plurib. n. sequentib. Surdus de alimentis tit. 1. quæst. 72. n. 1. Foller. rub. & si confitebuntur, n. 55. Et per prag. 5. de carcerariis, disponitur, ut unusquisque carceratus pro causâ criminali, si sit pauper, habeat à fisco viginti quatuor uncias panis, & hoc sive parvi, sive magni valeat frumentum, prag. 8. eodem tit. de carcerariis, sed per prag. 3. de offic. Magistri Iust. carceratus debet habere à fisco uncias panis viginti septem, secundum Rovitum d. prag. 3. tamen d. prag. non possum invenire in meo volumine pragmaticarum, sed ex dispositione bannorum M. C. V. uncias viginti septem, quæ præstabantur viginti d. Regiæ Pragmaticæ sunt redactæ ad libras duas panis pro singulo die carcerato præstandas, Maufon. d. limit. 12. post n. 2. & carceratus si habet beneficium, non potest petere alimenta à suo creditore, uti pauper, Novarius dec. Reg. Aud. Apul. 233.

12 Et carceratis pauperibus acta gratis sunt facienda, toto tit. Auth. ut Iudices sine quoque suffrag. & est tex. in l. nulli, §. post unius vero, C. de Episcop. & Cler. Covar. pract. quæst. cap. 6. Caravit. ritu 19. in 4. not. Capibl. d. prag. 19. n. 15. Foller. pract. crim. rub. recipiantur defensiones reorum, n. 27. & in 3. part. 3. part. rub. & si confitebuntur, n. 55. & quando appellans est pauper, Iudex ad quem facit præceptum Iudici à quo, ut transmittat acta gratis, Gaillus observ. 42. lib. 1. Covar. d. c. 6. Troissius in ritu 290. n. 10. & seq. Riccius dec. 312. n. 7. par. 4. Sola super constit. Sabaudia in tit. de accusationibus, gloss. 4. n. 6. & Gizzarell. decis. 84. n. 7. Prout etiam Baro tenetur suis expensis mittere carceratos pauperes appellantes ad Regia Tribuna- lia, Marant. in suo speculo, par. 6. rub. & quandoque appellatur, n. 190. & Capibl. d. prag. 19. post n. 29. ubi dicit, quod Baro non potest gravare Universitatem, & ejus Cives causa mittendi carceratos de eorum carce- ribus ad carceres superiores, citat cap. Reg. provisum in fine, & in conductione carce- ratorum tenentur accedere pro ipsorum cu- stodiâ, homines soliti, & habiles, & tot, quot erint necessarii, quibus intra territorium solvitur salarium, prout inter Cives, & extra territorium juxta formam Regiæ prag- maticæ, & si sint vocati, & compareant, li- cet non serviant, ipsis solvitur salarium prout inter Cives, ac si servissent illâ die, Thor. in supplem. dec. ver. vassalli, fol. 647. nam locans operas suas, si per ipsum non stetit, quo minus operas præstare, sed stetit per conductorem, potest petere salarium, l. qui operas, ff. locati, Capibl. prag. 16. n. 38. & seq. in secunda impressione. Sed operarius si sit impeditus pluvia ne in opere versetur, non debet consequi à conductore integram mer- cedem totius diei, sed tantum pro ratâ tem- poris, quo operatus est, Cabal. resol. crim. casu 294. n. 419. Advocati tenentur gratis præstare eorum patrocinium pro pauperibus carceratis, gloss. in cap. statutum §. in super in ver.

ver. pauperes, de rescript. in 6. & si aliquid recipiant, peccant. Caravita in ritu. 99. n. 9. & Advocati possunt Judicis officio compelli ad praestandum eorum patrocinium gratis pro pauperibus, & si hoc Iudice mandante, veniant facere, potest ipsis interdici patrocinium, l. providendum, ubi Bal. Cod. de postulando, & Caravita in d. ritu 99. n. 10. & seq. Et pauper non tenetur solvere Advocato, & procuratori salarium, & neque mercedem Actuarius pro actis, quæ scripsit. Gizzarellus in dec. 84. n. 3. & 4. & Rovit in prag. 4. n. 1. & ibi Novarius n. 5. de Notariis.

12 Et carcerati visitari debent à Iudice quolibet hebdomadâ in die Dominico, & dictis carceratis provideri debet de rebus necessariis, sub pœna dicto Iudici librarum aurei viginti, l. Iudices, C. de Episcop. Audient. l. fin. C. de custod. Reorum, Marf. de bannitis, vers. carcerati, n. 38. & Guazzin. d. def. 6. cap. 1. n. 16. ubi dicit, quod in Civitate Romanâ carcerati visitantur, quolibet die Jovis, sed in Magna curia Vicariæ carcerati visitantur quolibet hebdomadâ, die Sabbathi per unum ux. Iudicibus ipsius Magnæ Curie, qui Iudex debet se informare, si carcerati benè tractentur per custodes carcerum, & ut non sint gravati in emendo commestibilia, & pro salario solvendo, Scribis, prag. 6. quæ secundum Rovitum est 8. §. 4. de off. Magistri Iustit. & in dictâ visitâ debet intervenire unus ex Regentibus Regiam Cancellariam, & unus ex Consiliariis Sacri Regii Consilii, prag. 1. de visitat. carcerat. Et in tribus Paschalibus anni scilicet in Paschate Resurrectionis, in Paschate Penthecostes, & Nativitatis Domini fit visitatio generalis, prag. 37. §. 3. de officio Magistri Iustitiarum, Capyc. Latro decif. 177. circa principium. par. 2. & vide Riccium decif. 313. part. 4. & etiam Regiæ Audientiæ tenentur visitare suos carceratos in quolibet die Sabbathi, & tenentur mittere unum Auditorem ad visitandum carceratos Officialis Regii Civitatis, ubi residet Regia Audientia, & quando dies Sabbathi est feriatas, & tunc visitatio fit die juridico præcedenti Sabbatho, prag. 10. §. 9. de officio Iudicum. Sed Commissarius Campanæ tenetur quolibet die de mane visitare carceratos, prag. unica §. 17. de officio Iudicis generalis, ubi etiam habetur, quod carcerarius Tribunalis Campanæ nihil recipere debet pro portello à carceratis, dum ille habet salarium carolenorū trium quolibet die à Regiâ Curia, ut in d. prag. unica §. 15. de officio Iudicis generalis. & custos carceris, singulis triginta diebus, debet deferre Iudici numerum carceratorum, & causam pro quâ manent carcerati, l. fin. C. de custod. Reor.

14 Iudex potest prohibere, ut nullus alloquatur cum forjudicato carcerato, Clar. §. fin. quæst. 46. n. 1. circa finem, & Guazzin. ad def. reorum, def. 5. cap. 1. n. 25. sed hæc prohibitio non comprehendit alloquutionem factam ad bonum finem, etiam ad instructionem causæ, Cravet. conf. 3. Bertazzol. conf. 57. n. 15. vol. 1. & conf. 439. n. 36. vol. 2. Bajard.

ad Clarum, §. fin. quæst. 46. n. 9. Menoch. de arbitr. judic. casu 244. n. 9. lib. 2. Urfill. ad Affli. decif. 130. n. 8. Mascard. de probat. conclus. 1242. n. 66. & Guazzin. ad defens. reorum, def. 5. cap. 1. n. 28. ubi n. 29. dicit, quod si quis alloquatur cum carceratis, vel ad eos transmittat schedulam pro instructione causæ, licet carceratus, ad quem transmittitur schedula, culpabilis esset, nihilominus transmittens de jure non punitur, nisi aliter per statutum cautum sit, citat Farinacium pract. crim. quæst. 31. n. 106. & seq. sed quando carceratus non est forjudicatus, & tunc Officialis prohibens, ut nemo alloquatur cum illo sub pœnâ post defensiones datas, Officialis tenetur in sindicatu, Carrab. de sindicatu, parte 2. post n. 59. nam bannum ne quis alloquatur cum carceratis, valet antè datas defensiones, & non post, ut desumitur ex Iunius, §. cogniturum, ibi (palam facere custodias) ff. de quæstionib. Farinac. pract. crim. tit. de indiciis, & tortura, qu. 39. n. 13. Novarius de gravam. vassallorum to. 1. gravam. 284. & quæst. forensi 114. n. 10. to. 1. & ita decifum testatur Capibl. de Baronib. pragmat. 14. n. 52. & seq. & custos carceris M. C. V., qui permisit alloqui cum carcerato, qui in secreto detinebatur cum expressâ ei prohibitione, ut non permitterent carceratum alloqui cum aliquo, fuit punitus ad Regias triremes per triennium, Sanfel. decif. 49. n. 10.

15 Et Iudices tenentur, quàm citius causas carceratorum expedire, ut nocentes convicti condemnentur, & innoc. statim dimittantur l. c. cod. de penis. l. 1. & in l. fin. C. de custod. reorum, & est tex. de jure Regni in Const. Regn. inter cetera, & in ritu 10. & in prag. 2. ver. & insuper de citationibus, & in prag. 44. de officio S. R. C. & in prag. de appell. & est tex. de jure Canonico, in cap. 2. de sententia, & judic. Immo Iudex non expediens causam, punitur, l. properandum, §. fin. autem utroque, C. de iudiciis, & est tex. de jure Regni in ritu 245. ubi Caravit. n. 4. dicit, quod hæc pœna recessit ab Aulâ.

16 Sed tunc Iudex tenetur expedire causas carceratorum, quando fuit requisitus à parte, Rovitus prag. 10. n. 5. de off. S. R. C. & licet in criminalibus, factâ conclusionem, Iudex infra decem dies debeat causam expedire, cap. Regni item Iustitiarum delatos, tamen hoc intelligitur, instante Reo, ut per d. cap. Reg. dicit ibi Nigris, n. 10. & seq.

17 Et idem quando Iudici fit instantia à Fisco vel à partibus pro expeditione forjudicati carcerati, antè exequutionem dictæ sententiæ forjudicationis, debet fieri recognitio personæ illius, ut constet eum esse, qui in sententiâ forjudicationis descriptus est, Rosa pract. crim. cap. 10. n. 42. par. 1. Hipp. de Marf. sing. 72. in princip. Bart. in l. divus n. 5. ff. de custod. reorum, Clar. §. fin. quæst. 96. ver. quero nunquid Foller. pract. crim. rub. capitis forjudicatis recognoscantur, n. 1. Chart. de execut. sent. cap. 2. n. 1. cum plurib. n. seq. Ambros. de processu informativo. lib. 6. cap. 1. n. 1. Arnono commentario. 42. Farin.

in pract.crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 21. Capyc. Latr. dec. 161. n. 1. tom. 2. & Novarius in dec. 118. & Fiscus tenetur probare, forjudicatum esse illum, qui descriptus est in sententiâ forjudicationis. Bald. in l. divus. ff. de custodia reorum. & Cornens in consil. 143. n. 12. vol. 2. ubi dicit, quod vultra nomen proprium pro idoneitate persona banniti, requiruntur etiam aliæ demonstrationes, quia ex idoneitate nominis tantum, non dicitur constare de persona banniti descripti in sententiâ, & idem tenet Guazzinus in tit. de oppositionibus dandis contra fiscum ad favorem rei. posito in fine. secundi tom. suarum discep. crim. post consilia. n. 4. & 5. & Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. n. 39. ubi n. 38. dicit, quod Judex curare debet, ut bannitus captus fateatur se illum esse, qui in banno legitur, vel debet aliunde habere probationes, illum esse, qui in banno descriptus est, citat. Bartolin l. inter stipulantes. §. 1. n. 13. ff. de verbor. oblig. & idem tenet Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis. n. 35. nam ex solâ nominatione proprii nominis non probatur idoneitas persona. sed probandum est illum esse personam, quæ descripta est in sententiâ. Mascard. de probat. conclus. 875. n. 2. in fine.

Et recognitio personæ forjudicati, vel sit per ejus confessionem, ut constet ex dictis per Arnono d. commentario 42. vel sit per testes, Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 67. n. 1. Foller. d. rub. captis forjudicatis recognoscantur, d. n. 1. Chartar. d. cap. 2. n. 15. Ambros. d. lib. 6. cap. 2. n. 1. Marf. d. sing. 72. in princ. Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. q. 11. n. 21. & 25. & Novarius in dec. 118. n. 2. & 3.

- 18 Et quando recognitio personæ forjudicati sit per ejus confessionem, & tunc coram Judice describuntur ab Actuario forjudicati constituti statura, effigies, barba, vestes, & omnia alia similia signa, quæ sunt ad hominem recognoscendum necessaria, & postea ipse interrogatur, ubi, & quando in fortis Curia pervenit, quod nomen, & cognomen habeat, & de quo cognomento, Civitate, Terrâ, Castello, vel Pago sit, quanto tempore fuit absens ab ejus domo, quâ de causâ & ubi fuit, quo tempore se absentavit, si in cognomento, & cognomine ipsius sint alii, qui vocantur nomine, quo ipse vocatur, si habeat patrem, vel matrem, & quomodo vocantur, vel vacabantur, si non habeat, si habeat bona stabilia, & domus in Civitate, & cum quibus continentur, si fuit inquisitus de homicidio in personam Titii commissio, si fuit citatus, bannitus, & ultimo loco forjudicatus, & aliter, ut natura causæ exposcerit, & ejus confessio, vel negatio fuerit, & debet interrogari super omnibus circumstantiis, & qualitatibus, ut videatur si concordent cû qualitatibus existentibus in processu, ita Foller. d. rub. captis forjudicatis, recognoscantur, d. n. 1. & Chartar. d. cap. 2. n. 16. & seq. & n. 33. ubi n. 86. tradit practicam interrogandi bannitum super recognitione ejus personæ, & ibi ponit interrogatoria, & ean-

dem practicam tradit Ambros. d. lib. 6. cap. 1. n. 11. usque ad finem, & quoddam capto forjudicato, ut Judex possit exequi sententiam forjudicationis contra eum, antè omnia debeat (pro recognitione personæ dicti forjudicati per ejus confessionem habendâ) illum interrogare, an esset ejusdem nominis, cognominis, prout est ille nominatus in sententiâ forjudicationis, & ille idem, qui de maleficio in dictâ sententiâ descripto est imputatus, bannitus, & condemnatus, dicit Cabal. resol. crim. casu 270. n. 1. citat Bar. in d. l. divus, n. 5. ff. de custod. reor. Et vide Daza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis. cap. 1. n. 35. ubi late tractat quomodo sit faciendâ recognitio forjudicati.

- 19 Quoddam si forjudicatus sit Officialis magnus, vel aliquam habeat dignitatem tempore, quæ interrogatur, pro recognitione ejus personæ, ille debet sedere, & non stare, Cabal. resol. crim. casu 54. sed Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de Officialibus in genere, cap. 8. n. 1. tenet contrarium, & citat Cabal. d. casu 54. sed prima opinio est vera, & practicitur, verum Reus examinandus, qui est persona nobilis, sedere debet coram Judice aliquantulum inferius, Guazzin. ad defensionem reorum, def. 20. cap. 5. n. 2. & 3. Franchi dec. 128. post n. 5.

- 20 Et forjudicatus, si interrogatus pro recognitione ejus personæ, noluit respondere, puto, quoddam possit torqueri ad habendum responsum, Danza, qui me allegat in hoc loco in suo tract. de pugna DD. tom. 3. tit. de sententiâ forjudicationis, cap. 14. per totum prout idem est, quando reus examinatur uti principalis in causâ criminali tempore litis contestationis, qui si noluit respondere ad interrogata, factis ipsi tribus monitionibus, potest torqueri ad habendum responsum, Capyc. decif. 145. Maranta in suo speculo, par. 6. membro 2. n. 29. Foller. pract. crim. in 3. part. tertie partis, rub. & si constiterint, n. 4. & Clar. pract. crim. §. fin. qu. 45. ver. sed pone. Quoddam si monitiones contineant poenam pecuniariam, & tunc Reus punitur poenâ in mandato contentâ, l. de ætate, §. qui tacuit, & §. seq. ff. de interrogat. act. & Foller. pract. crim. rub. & si comparent ante contumaciam examinentur, n. 3. Quæ mandata pecuniaria non possunt fieri forjudicato, dum omnia ejus bona sint confiscata, ut dixi supra cap. 16. unde ipse debet torqueri ad habendum responsum, si interrogatus noluit respondere, Danza ubi supra, vel factis tribus monitionibus, debet interponi decretum, quoddam verificatio ejus personæ habeatur pro factâ, ac si confessus esset, ipsum esse, qui in sententiâ forjudicationis descriptus est, ex dictis per Guazzinum ad defensionem reorum, def. 20. cap. 16. n. 9. in fine, & per Farinac. pract. crim. tit. de indicis, & tortura quæst. 27. n. 190. ubi n. 186. dicit, quoddam tortura, quæ datur Reo ad habendum responsum, debet esse moderata, & non potest excedere unam quartam partem horæ.

- 21 Sed si forjudicatus respondit ad interrogata, & per ejus confessionem sit facta recognitio

gnitio ejus personæ, quod sit ipse, qui descriptus sit in sententiâ forjudicationis, sed post extensam suam depositionem noluit eâ subscribere, vel signo crucis signare, in hoc casu, puto, quod possit compelli per tormentum ad se subscribendum per ea, quæ traduntur per Chartar. d. cap. 2. n. 44. & seq. & per Ambros. d. lib. 6. cap. 2. n. 3. sed compelli potest ad se subscribendum tormento vulgo de stanghetto, & non tormento funis, nam si tormento funis torqueretur, non posset deinde se subscribere, dum habeat brachia læsa, sed melius est ipsi facere tres monitiones, ut se subscribat aliàs habeatur dicta sua depositio pro subscriptâ, & in hoc interponere decretum, ut ipsa depositio habeatur pro subscriptâ, & hanc meam opinionem, approbat Danza d. cap. 14. in fine, dicens, esse optimum consilium, & æquius, sed si forjudicatus non possit se subscribere propter tæta decrepitam, vel ob manuum tremorem, tunc potest Aduarius ejus manum capere, & ad se subscribendū eam ducere in præsentia testium, dñmōdō forjudicatus sit mente sanus, & in hoc consentiat, ut à simili in teste loquendo, docent Penna in l. nulli, prope fin., C. de numerariis Aduar. & c. lib. 12. & Conf. ad 3. lib. codicis super l. nullus, n. 26. O. de decurionibus, lib. 10. & idem est, si forjudicatus sit, ita ignarus simplex, & miser, ita ut nesciat facere signum Crucis, nam tunc potest Aduarius illius tepere manum, illaque per characterem trahere, ut forjudicatus faciat signum Crucis, ut etiā à simili loquendo de teste, docent gloss. in Conf. Regni instrumentorum robur, ver. assumantur, & Reg. Constant. ubi supra post d. n. 26.

32 Et quando forjudicatus captus est mutus, & surdus, & tunc recognitio ejus personæ non potest per signa, sed debet fieri per testes, ut sententia forjudicationis contra eum exequi possit, Chartar. d. cap. 2. à n. 43. usque ad n. 52. & Ambros. d. lib. 6. cap. 2. n. 15. & faciunt dicta per Guazzin. ad defens. reorum def. 32. cap. 29. n. 1. & per Farinacium in pract. crim. tit. de pœnis temporandis, q. 98. n. 161. & seq. ubi n. 159. & seq. dicit, quod mutus, & surdus, qui caret intellectu, non punitur, si delinquat, secus si intellectum habeat, quia tunc delinquens punitur, & vide, quod dicam in praxi torquendi Reos, cap. 12. n. 21. & seq. & *an mutus, & surdus possit forjudicari? vide supra cap. 2. n. 10. & an mutus & surdo dandus sit curator? vide Michalor. in tract. de ceco muto, & surdo cap. 41. & Virgil in tract. de legit. persona. cap. 9. n. 5. 6. 7. 26. 27. & 28.*

33 Forjudicatus captus si in ejus examine pro recognitione ejus personæ negat, se esse illum, qui est nominatus in sententiâ forjudicationis, in hoc casu potest torqueri, ut consteatur, se esse illum, qui in sententiâ est descriptus, Chartar. d. cap. 2. n. 32. Ambros. d. lib. 6. cap. 2. n. 7. Clar. §. fin. qu. 96. post ver. quero nunquid, *Burgus de modo procedendi ex abrupto. quæst. 100. n. 146. Vivius in decis. 419. n. 3. sed vide Nequarium in d. dec. 118. n. 4. Danzani in d. tit. de forjudicatis d. n. 25.*

ver. ulterius, cum ver. seq. & Rosam pract. crim. cap. 10. n. 42. part. 1. qui eundem meum Avunculum testatur intellige si adsit unus testis, qui deposuit, carceratum, esse illum, qui in sententiâ forjudicationis est descriptus, quia tunc si carceratus forjudicatus negat, potest torqueri, ita præcitati DD. & Farinacius pract. crim. tit. de inquisitione, q. 11. post n. 25. ver. amplius rursus. Et quando reus torquetur, filcus potest intervenire, & reum interrogare, prag. 4. §. 2. ibi in Apostilla, & prag. 25. de offic. Mag. Just.

34 Et quando forjudicatus, negat, se esse illum, qui in sententiâ forjudicationis est descriptus, & tunc recognitio ejus personæ fit per testes, Foller. d. rub. captis forjudicatis recognoscantur post n. 1. Chartarius dict. c. 2. n. 24. Ambros. d. lib. 6. cap. 2. n. 1. Farinac. d. quæst. 11. d. n. 25. & Caball. d. casu 270. n. 2. & seq. qui testes debent esse omni exceptione majores, Farinac. d. n. 25. in fine, & Danza de pugna DD. tom. 1. cit. de forjudicatis, c. 1. post n. 35. ver. quidquid. Et non sufficit, ut testes dicant, quod forjudicatus carceratus vocatur tali nomine, sed est necesse, ut dicant, quod sit ille, de quo mentio fit in sententiâ forjudicationis, Chartar. d. cap. 2. n. 40. & seq. & Ambros. d. lib. 6. cap. 2. n. 2. Et testes examinandi pro recognitione forjudicati capti, sunt examinandi in faciem ipsius forjudicati, & debent interrogari de omnibus circumstantiis, & demonstrationibus, de quibus in processu, & sententia, & sic, ut verè appareat esse eundem, de quo in sententiâ fit mentio, Foller. d. rub. captis forjudicatis recognoscantur, post n. 1. & Chartar. d. cap. 2. n. 25. & seq. ubi n. 39. dicit, quod quando fit recognitio forjudicati per testes, forjudicatus debet poni inter plures personas ejusdem fere ætatis, & statueræ, & idem docent Caball. d. casu 270. n. 4. Farinac. dict. quæst. 11. n. 25. & Ambros. d. lib. 6. cap. 2. n. 2. ubi n. 4. dat in hoc practicum, quomodo fieri debeat. *Et identitas persona debet probari per nomen, & cognomen illius persona de qua agitur. l. demonstratio falsa. ff. de confit. & demonstr. & Mascardus de probat. conclus. 875. num. 1.*

35 Quod si pluries sint ejusdem nominis forjudicati capti in eadem Patriâ licet sententia forjudicationis videatur nulla propter pluralitatem, tamen si constat de corpore, & quod captus sit ille, qui fuit forjudicatus, contra eum sententia forjudicationis executioni demandatur. Bafard. ad Clarum, §. fin. quæst. 96. post n. 3. Farinac. d. quæst. 11. n. 23. Chartar. d. cap. 2. n. 10. & seq. ubi n. 28. & seq. dicit, quod si plures reperiuntur ejusdem nominis, & cognominis, aut esset erratum in cognomine, & patriâ, Judex debet animadvertere, an citatio contra forjudicatum emanata, fuerit facta domi, vel personaliter, & quod ita constet, quod iste captus est ille, qui fuit citatus, quia tunc citatio non est invalida, nec ratione erroris, nec incertitudinis, ex quo constat de corpore citati, & ita facta recognitione personæ, executio condemnationis sequi potest, nam si sit

erratum in Civitate, & loco banni, si tamen constat de corpore banniti, non per hoc bannum annullatur, Bar. in l. his verbis, §. fin. ff. de hered. instit. *Marfil. in sing. 144. Boffius in pract. crim. tit. de banni nullit. n. 8. & Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimus casus est, n. 28. fol. mihi 16.* Et bannitus punitur pœnâ banni non obstante, quod in sententiâ sit erratum in nomine appellativo, Bajard. ad Clarum, §. fin. q. 96. n. 3. & Angel. ad pract. crim. Foller. rub. banniantur, n. 37. Et idem est, si in sententiâ sit erratum in cognomine, vel patriâ, nam si deinde forjudicatus perveniat in fortiis Curiz, dummodò constet de corpore, conerâ eum exequitur sententia forjudicationis, Clarus §. fin. quæst. 21. vers. contrâ, & adversus, Chart. d. cap. 2. n. 6. & seq. Arnono in epitome. 95. Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 96. n. 3. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 22. Et Rosa pract. crim. cap. 10. n. 42. part. 1. qui meum Avunculum in testem vocat, & quando sunt plures ejusdem nominis non sufficit, constare de nomine, & cognomine, Sed debet probari illum esse eundem qui descriptus est in sententiâ. Mascard. in d. conclus. 875. n. 2., ubi in fine dicit, quod ex solâ nominatione proprii nominis, non probatur identitas persona, sed probandum sit, illammet esse personam quâ descripta est in sententiâ, & addidi supra n. 17. Sed pluralitas nominum, & personarum non presumitur, & plura eodem nomina in aliquâ familiâ esse, asserenti incumbit onus probandi. *Anya in fin. 609. & Masc. de probat. concl. 1179. à n. 24. usque ad n. 30., & quando unus ex pluribus ejusdem nominis est inquisitus, is qui aufugit præsumitur reus. Palma in pract. par. 1. gloss. xi. n. 18.*

26 Si quis vocatur, pluribus nominibus, & sub uno forjudicatus sit, quando est captus, sufficit, ut sub eodem nomine à testibus recognoscatur, Ambros. d. lib. 6. cap. 2. n. 6. & Farinac. d. quæst. 11. post n. 25. vers. & si pariter.

27 Forjudicatus si fateatur, se esse illum, de quo in sententiâ sit mentio, licet non fateatur delictum, pro quo fuit forjudicatus, tamen contrâ eum sententia forjudicationis executioni demandatur, Farinac. d. qu. 11. post n. 23. vers. sed quidquid, Chart. d. cap. 2. n. 26. & Ambros. d. lib. 6. c. 2. n. 10.

Et habitâ recognitione personæ forjudicati, Judex interloquendo debet dicere, recognitionem factam fore, & esse legitimam, & personam captam eam esse, quæ in banno, & sententiâ descripta est, ita Chartar. de execut. sent. c. 2. n. 20. & 86. in fine, & Farinac. d. q. 11. post n. 25. vers. amplia quinto.

28 Et licet aliqui teneant, quod statim, quod forjudicatus est captus, mittatur ad supplicium absque aliâ sententiâ condemnatoriâ, factâ tamen prius recognitione ipsius personæ, & constituto, quod captus sit ille, qui in sententiâ forjudicationis continetur per confessionem ejus, vel per testes, quâ recognitione factâ statim mittatur ad supplicium, Carrerius pract. crim. tit. de appellatione,

vers. septimus casus est, n. 7. & 8. fol. mihi 14. Chartar. d. cap. 2. n. 1. & 2. cum plur. se. et Novarius in decis. 39. n. 8. Et licet aliqui teneant, quod constituto, quod carceratus sit ille, qui fuit forjudicatus statim mittatur ad furcas absque alio novo processu, prout teneant Affl. in const. Reg. pœnam eorum n. 60. Boff. pract. crim. tit. de reis requirendis, post nu. 2. & in tit. banniti quid amittant, n. 18. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 34. Franch. dec. 213. n. 59. Clarus §. fin. quæst. 96. vers. quæro numquid, Caball. resol. crim. calu 110. n. 5. & Chartar. de execut. sent. cap. 3. n. 1. cum duob. n. seq. & n. 29 75. tamen veritas est, quod factâ recognitione personæ forjudicati per ejus confessionem, vel per testes, quod forjudicatus carceratus sit ille, qui fuit forjudicatus non statim mittitur ad furcas, sed citari debet ad dicendum causam quare sententia forjudicationis contrâ eum lata sub die tali, non debeat executioni demandari, Foller. in prag. de forjudicatis, n. 36. & idem Foller. d. rub. captis forjudicatis recognoscantur, n. 2. & ibi Angelis, n. 4. in fine, & n. 6. in fine, Tartagl. pract. crim. cap. 6. n. 10. Grandis de bello exulum, in prædicamento pati, q. 3. speciali 67. n. 2. Guazzin. ad defens. reorum, def. 21. cap. 1. n. 2. vers. Immo etiam, Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, qu. 11. n. 47. Chart. d. cap. 3. n. 1. & seq. & Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 96. n. 6. cum trib. seq. nam capto forjudicato, & factâ recognitione ejus personæ, ipse non potest furcâ suspendi, nisi sequatur sententia declaratoria, Carrer. pract. crim. tit. de homicidio, vers. septimò igitur, n. 28. fol. mihi 194. ergo ipse debet citari in ipsâ sententiâ declaratoriâ, l. de unoquoque, ff. de re judicata.

30 Et factâ monitione, si forjudicatus petat copiam actorum ordinariorum, est ei concedenda copia, Farinac. d. quæst. 11. dict. n. 47. & providetur de Advocato, & Procuratore, Tartagl. d. cap. 6. post n. 10. & Foller. d. rub. captis forjudicatis recognoscantur, n. 2. & Advocatis forjudicatorum non denegatur Audientia, Grandis d. q. 3. special. 88.

31 Sed quæritur quid si difficultetur, quod ex eodem processu Curiz appareat aliquam qualitatem diminuentem pœnam delicti, ita ut non veniat imponenda pœna mortis naturalis, & consequenter non sit casus forjudicationis, ex traditis supra cap. 3. n. 1. & 2. vel si difficultetur, quod non adsint indicia ad torturam, & consequenter etiam reus non poterat forjudicari, ex traditis supra cap. 4. n. 2. & forjudicatus existens in fortiis Curiz petat copiam totius processus ad finem discutiendi supradicta, an in hoc casu sit concedenda copia totius processus, vel tantum actorum ordinariorum, & dico, quod quando hoc petitur à consanguineis, quod non existente carcerato, & tunc puto non esse concedendam copiam totius processus, sed tantum actorum ordinariorum, ita Thes. dec. 265. n. 8. 10. & 12. & est ratio, nam consanguinei non possunt oponere nullitatem tangentem factum principale, quia si hoc pos-

possent opponere, esset cognoscere de facto principali, reo non existente in fortiis Curie, quod non debet permitti, quod si hoc esset, publicaretur etiam processus informativus, & esset magnum præjudicium Fisco, verum Judex de per se debet hoc considerare si adsint indicia ad torturam, & si ex dicto delicto veniat, imponenda pœna mortis, prout etiam licet de jure communi procurator admittatur, reo absente, ad allegandam incapacitatem accusatoris, ut dixi supra cap. 8. n. 23. tamen si Procurator petat copiam inquisitionis, ut possit proponere incapacitatem prædictam, in hoc casu dicta copia non est concedenda, sed tantum ipsi datur nomen accusatoris, ita Monticel. pract. crim. reg. 13. n. 27. sed in supradicto cap. 3. n. 9. dixi, quod consanguinei forjudicandi possunt comparere, & petere copiam processus, & videre si sit casus, pro quo possit procedi ad sententiam forjudicationis, nam quando persilente inquisito in contumaciam, comparent agnati, licet non discutiatur de meritis causæ principalis, tamen discuitur de qualitate delicti, & qualitate inditiorum, ita ut si ex eis possit deveniri ad sententiam forjudicationis Rovit. rub. de sent. forjud. n. 35. in fine, ergo agnatis est danda copia totius processus, sed veritas est, quod agnati, & cognati possunt tantum dicere de nullitate actuum ordinariorum, & tunc nullitates prepositæ per agnatos, & cognatos discutiuntur, quando nullitates non tangunt factum principale, sed tangunt acta ordinatoria, aliàs non discutiuntur, ut dixi supra cap. 11. n. 20.

52 Sed quando petitur copia totius processus à forjudicato existente in fortiis Curie ad finem discutiendi, si adsint indicia ad torturam, & si ex delicto de quo fuit forjudicatus, veniat imponenda pœna mortis, & tunc puto, quod sit concedenda ad finem discutiendi de prædictis, & ita tenet Farinac. d. q. 11. d. n. 47. prout etiam est quando guidatus fuit carceratus pendente guidatico, & Fiscus præsupponit illum deliquisse pendente guidatico, & guidatus intendat se defendere super exceptionem guidatici, nam ipsi est danda copia repertorum, & totius processus, ut dixi supra c. 23. n. 24. Quod si adsint alii confocii criminis absentes, & tunc copia processus fit cæterata, quoad dictos confocios criminis absentes, Thesaur. dec. 265 n. 14. & Farinac. pract. crim. tit. de indicis, & tortura, quæst. 39. n. 156. ubi 157. dicit, quod in copia processus, quæ datur reo præsentem non sunt delenda nomina confociorum delinquentium absentium, quando ex tali deletionem aliquo etiam minimo tolleretur reo præsentem facultas se defendendi, sed omnia sunt exprimenda.

Sed licet de jure defendi possit forjudicatus capto esse concedendam copiam totius processus ad finem discutiendi, si adsint indicia ad torturam, & si pro delicto, pro quo fuit forjudicatus, veniat imponenda pœna mortis, tamen hoc in praxi obtinere difficile est, nam si concederetur copia totius processus, publicaretur processus informativus, &

deinde si nullitates obstarent ex d. copia processus inquisitus esset instructus in respondendo tempore litis contestationis, & ex hoc esset magnum præjudicium Fisco, unde dico, quod non sit concedenda copia totius processus, sed tantum actuum ordinariorum, nam in citatione ad capitula narrantur qualitates delicti, & inditiorum, & copia dictæ citationis conceditur reo cum actis ordinariis, ex quâ narratione reus potest se defendere, & desumere, si ex delicto veniat imponenda pœna mortis, & si adsint indicia ad torturam, & vide Chart. de exequut. sent. cap. fin. à n. 95. usque ad n. 133. ubi dicit, quod capto bannito, ipse non debet audiri, & discuti, si præcedant legitima indicia, sed sufficit, ut Judex ex ipso per inspectionem processus se informet, & pro dictâ copiâ actuum ordinariorum solvitur Actuarius tarenus unus pro singulis cartis octo, dummodò quælibet facies ipsarum cartarum contineat versus viginti quinque, & quilibet versus decem contineat partes, ut in ritu 321. in principio, & in prag. 5. de actuariis, & in prag. 57. §. 37. de officio Procuratoris Cæsaris, & unicum salarium solvitur, dato, quod sint plures rei forjudicati, facit tex. de jure Regni in ritu 110. in fine, & faciunt dicta per Rovitum prag. 36. n. 5. de officio Magistri Justit. & per Novarium de gravam. vassall. com. 2. grav. 97. qui dicunt, quod unicum salarium solvitur pro decreto, licet plures sint rei. Sed quando reus est pauper, & tunc ipsi gratis, est concedenda copia, ut dicam in praxi torquendi reos, cap. 6. n. 18.

32 Et forjudicatus carceratus, habitâ copiâ actuum ordinariorum, licet à sententia forjudicationis non possit appellare, & neque audiat in causâ principali ad demonstrandum ejus innocentiam, ut in Constit. Regni pœnam eorum, ubi Affl. n. 23. & seq. & dixi supra cap. 14. n. 3. & 16. tamen in fortiis Curie existens multa opponere potest adversus sententiam forjudicationis.

34 Primò potest opponere, quod non potuit comparere propter discrimina viarum, vel propter aliud legitimum impedimentum; puta, quia fuit captus à pyratibus, vel quod fuit carceratus, & non potuit se presentare infra tempus legitimū ad purgandam contumaciam, nam in hoc casu, licet ei currat dilatio tamen ipsi datur restitutio in integrum, & potest petere ex dictis legitimis causis, se in integrum restituere, & debet admitti ad probandum dictas causas iusti impedimenti, non obstante quod fuit forjudicatus, Bajardus & Clarum, §. fin. quæst. 94. n. 69. Nigris in cap. Regni sive quis, n. 24. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, qu. 1. à n. 50. usque ad n. 61. Foller. pract. crim. rub. audiat excusatores, n. 60. & Rovit. rub. de sententia forjudicationis, n. 55. & licet contrarium teneant Affl. in Constit. Reg. pœnam eorum in princ. vers. tertius effectus est, & n. 23. & 44. & Angelis pract. crim. Foller. rub. forjudicentur, n. 37. tamen prima opinio est vera, quæ comprobatur ex dictis per Clarum, §. fin. quæst. 24. in fine, ver. quoniam, ubi dicit,

dicit, quod si exceptio carcerationis opposita non fuit, si sequuta sit condemnatio in contumaciâ confito de carceratione carceratus admittitur ad novas defensiones, & diximus supra c. 8. n. 78. sic etiam licet excommunicatus in contumaciam pro crimine hæresis, elapso anno habeatur pro convicto, & possit puniri uti hæreticus, & amplius non audiat ad se defendendum, ut dixi supra cap. 1. n. 23. tamen si velit docere se fuisse impeditum legitimo impedimento, & quod idem non comparuit, est audiendus, & confito de legitimo impedimento, pro quo non potuit comparere infra annum, auditur in facto principali, Gondisla. de hæreticis, qu. 12. n. 3. & Decianus tract. crim. lib. 5. c. 23. n. 13. & licet. Tapia dec. S. R. C. 54. dicat, quod forjudicatus existens in fortis Curia, & allegans exceptionem captivitatis adversus executionem sententiæ forjudicationis, non audiat, sed debeat procedi ad executionem sententiæ forjudicationis absque alio termino sequitur Angelis ad Foller. rub. captis forjudicatis recognoscantur, n. 4. tamen hoc intelligitur, quando forjudicatus fuit captus post citationem, aliàs si ante, & tunc talis exceptio impedit executionem sententiæ, Ballis lib. 5. tit. de nullitate forjudicationis non audiendis; n. 17. sequitur idem Angelis ad pract. crim. Foller. d. rub. forjudicentur, d. n. 27. Et quod ante executionem sententiæ forjudicationis semper habenda sit ratio morbi, vel alterius iusti impedimenti, propter quod citatus comparere non potuit, & super hoc condemnatus audiri debeat, petitâ prius restitutione per eum in integrum, quamvis statutum contumacem pro confesso habeat, & tanquam contra confesum procedi mandat, tenet Chart. de execut. sent. c. fin. n. 262. sed alii distinguunt, & dicunt, quod si captus ab hostibus sit forjudicatus, si reversus statim sponte compareat, restituitur in integrum, & contra eum non exequitur sententia forjudicationis, secus si sponte non compareat, sed sit captus post momentum temporis spatium postquam sit reversus, quia tunc contra eum sententia forjudicationis executioni demandatur, ut ita decisum testatur Salernitanus dec. 3. & quod probatâ causâ captivitatis, datur citato restitutio in integrum, dixi supra cap. 8. nu. 76. *Et quando contumax ex iustâ causâ erat absens & hoc probet, revocatur processus contra eum factus. Masrill. de bannitis ver. contumacia. n. 158.*

Et pendente causâ restitutionis in integrum adversus sententiam forjudicationis, interim forjudicatus non potest offendi, Nellus de bannitis in 4. p. prim. temporis, n. 6. & Bajard. ad Clarum, §. homicidium, n. 272.

35 Secundo licet lectâ sententiâ forjudicationis, forjudicatus non audiat in suis defensionibus, ut diximus supra d. cap. 14. n. 18. tamen Princeps potest forjudicato remittere sententiam forjudicationis absque partis remissione, firmo remanente processu quoad delictum existente legitimâ causâ, Sanctelic. dec. 53. n. 42. & tunc forjudicatus ordi-

nariè auditur in causâ, Rovit. d. rub. de sent. forjud. n. 31.

Et idem est, si forjudicatus post lectam sententiam forjudicationis sit per Principem admissus ad novas defensiones, quia tunc debet audiri in suis defensionibus, Clar. pract. crim. §. fin. qu. 44. ver. quæro nunc, & q. 94. ver. est etiam alius modus, Tartagl. pract. crim. cap. 6. n. 10. in fine, *Burgus de modo procedendi ex abrupto. quæst. 100. n. 97.* & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 64. ubi n. 68. dicit, quod tantum Princeps potest admittere forjudicatum post lectam sententiam forjudicationis ad novas defensiones, & idem tenet Clarus d. qu. 94. d. ver. est etiam alius modus; Et in statu Ecclesiastico, si bannitus sit captus infra, vel post annum, vel si sponte compareat elapso anno, Summus Pontifex tantum potest eum admittere ad novas defensiones, ut dixi sup. c. 14. n. 22. in fi., & licet regulariter admissio ad novas defensiones per Sum. Pontificem concedi non soleat, nisi in ejus signaturâ gratiæ, tamen quando reus est pauper per simplex memoriale porrectum Summo Pontifici, in quo factâ mentione, quod propter oratoris paupertatem non possit ad viam signaturæ recurri, tunc in eodem memoriale Summus Pontifex solet mandare, ut Judex ad novas defensiones reum admittat absque eo, quod ad signaturam gratiæ veniret Farinac. d. q. 11. post n. 67.

36 Et quando Princeps ex gratiâ forjudicatum restituit adversus sententiam forjudicationis, si ex processu adsint indicia ad torturam tantum, & reus ex defensionibus non purgat dicta indicia, potest tantum torqueri, & non condemnari ad mortem, vigore confessionis resultantis ex sententiâ forjudicationis, per Constit. Regni poenam eorum, dum sententia sit sublata per dictam restitutionem, Caball. resolut. crim. casu 110. à n. 16. usque ad n. 35. ubi etiam dicit, quod si forjudicatus non sit restitutus adversus sententiam, sed ex gratiâ sit admissus ad novas defensiones tantum post lectam sententiam forjudicationis, si sit indiciatus indicis sufficientibus ad torturam, & ex defensionibus non purgat dicta indicia, potest condemnari ad mortem, vigore confessionis resultantis ex sententiâ forjudicationis, idem tenent Chart. de execut. sent. cap. 1. n. 218. & n. 224. & seq. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, qu. 11. n. 100. cum plurib. n. seq. & post n. 82. & 104. & Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 44. ver. quæro quando reus, n. 6. in fine, & vide Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 70. n. 14.

37 Et lectâ sententiâ forjudicationis, si forjudicatus sit ex gratiâ restitutus adversus sententiam, vel sit admissus ad novas defensiones, testes examinati in processu informativo, quorum vigore, ipse in contumaciam fuit forjudicatus, probant, dato, quod non repetantur, ipso reo citato, sed habentur pro legitimè examinatis in odium contumaciæ ipsius forjudicati, & plenam fidem faciunt contra eum in illo secundo iudicio, ac si iterum

iterum examinati, vel repetiti, eo citato fuissent, Clarus *pract. crim.* §. fin. quæst. 45. post *vers.* iterum si reus in fine, Chartar. de executione sententiæ, cap. fin. n. 175. in fine, Farinac. d. quæst. 11. n. 105. Caball. *resol. crim. casu* 110. n. 36. & seq. & casu 269. n. 23. Guazzin. ad defensam reorum, def. 24. cap. 9. n. 14. & def. 25. c. 1. n. 27. & *Merlin. controu. forens. lib. 1. cap. 42. n. 3.*

Et quando forjudicatus est admissus per Principem ad novas defensiones, accusator, seu quærelans potest delictum non plenè probatum melius probare, Bajardus ad Clarum §. fin. q. 44. n. 22. ubi à n. 24. usque ad n. 39. ex Sforzaod. concludit, secus esse in Fisco, qui non intelligitur admissus ad faciendum novas probationes contra bannitum restitutum ad faciendas suas defensiones, sed tantum Fiscus potest probare contrarium ejus, quod probavit bannitus restitutus in suis defensionibus, sed contra Sforzaod. tenet Farinac. d. q. 11. post n. 105. *ver. limita* sextò, qui tenet, quòd admissio bannito ad novas defensiones, potest Fiscus delictum non plenè probatum melius probare, etiam quod non agatur de reprobatione defensionum factarum à Reo.

38 Et adverte, quòd admissus ad novas defensiones post sententiam forjudicationis non recuperat bona confiscata, etiam si sit postea absolutus, Farinac. *pract. crim. tit. de inquisitione*, quæst. 11. n. 83. cum plurib. seq. & Clar. §. fin. q. 44. *ver. dixi* quod in fine.

39 Tertio, forjudicatus captus, & penes Curiam existens potest opponere de guidatico, quo constituto, si illo pendente non delinquit, ipse poni debet ad pristinam libertatem, ut diximus supra cap. 23. n. 14. & opposita exceptione guidatici, illa est discutienda, & pendente discussione prædicta, nihil est innovandum, Paschal. de virib. pat. pot. par. 4. cap. 3. n. 3. Franch. dec. 673. n. 1. & Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de guidatico, cap. 3. n. 3. & 4.

40 Quarto Princeps potest facere gratiam forjudicato. Clarus in *pract. crim.* §. fin. q. 59. n. 1. & 2. & Bajardus ibi n. 13. & 14. ut diximus supra cap. 24. n. 95. & 96. Quòd si forjudicatus habuit gratià à Principe, & sit captus, potest opponere adversus sententià forjudicationis de gratià, & de illà constituto debet excarcerari, & contra eum sententia forjudicationis executioni non demandatur. Farin. *pract. crim. tit. de inquisitione*, quæst. 6. post n. 1. Masfil. *conf.* 55. & Mastrill. de indulto, cap. 43. n. 9. nam Princeps remittens poenam delinquenti, delinquens liberatur à totà poenà, l. 1. c. de sentent. passis, & docet Gomefius variarum *resolut. lib. 3. cap. 13. n. 38.* & aggratiatus non potest amplius inquietari, l. 1. c. de sentent. & in l. fin. c. de generali abolit. Mastrill. de indulto, cap. 45. n. 4. & Guazzin. ad def. reor. def. 2. cap. 9. n. 1. ubi n. 3. dicit, quòd gratià allegatà in favorem inquisiti operatur, ut Judex superseadeat, & præfigat terminum inquisito ad docendum de d. gratià, & n. 5. dicit quòd gratià si fuerit deperdita, potest per testes probari, & idem

tenet Bajard. ad Clarum §. fin. q. 59. n. 10. Et forjudicatus captus si exhibeat gratiam habitam à Principe, debet audiri & ab executione abstineri, quæ executio non potest fieri, quamvis forjudicatus à banno cancellatus non sit Chartar. de execut. sent. cap. 3. n. 57. cum plurib. n. seq. ubi videtur sentire, quòd si forjudicatus captus, & in fortis Curia existens allegat gratiam, & eam impromptu non ostendat, in hoc casu Judex debet ei dare terminum, ad docendum de dictà gratià, & idem tenent Farin. post d. n. 1. Mastrill. d. cap. 43. n. 10. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de forjudicatis, cap. 1. post n. 35. *ver. iterum quæro*, & Chartar. ibi, n. 65. cum plurib. n. seq. ubi c. fin. post n. 315. *ver. ut etiam*, dicit, quòd bannitus captus juvare se non potest cancellatione banni factà à non habente auctoritatem, vel ab habente, sed non servatà formà mandati, & pendente declarationi super gratiam non potest procedi in causà principali, sed debet supersederi, Mastrill. de indulto, cap. 23. n. 30. *Et quando gratia declaratur nulla, reus reponendus est ad pristinam libertatem.* Bossius in *pract. crim. tit. de remediis ex solâ clem. Princ.* n. 41. Ballis *tract. var. lib. 4. quæst. 10. n. 26.* Mastrill. de indulto. cap. 45. n. 11. Franch. dec. 415. Guazzin. in d. cap. 9. n. 6. Farinac. in *pract. crim. tit. de inquisitione. qu. 6. n. 27.* & Merlin. *controu. forens. lib. 1. cap. 54. n. 15.* ubi in fine dicit, quòd immo pendente iudicio nullitatis gratiæ, reus ante omnia, reponendus est ad pristinam libertatem, citat Giurham in *conf. crim.* 57. nam aggratiatus debet manuteneri in eà libertate, in quâ reperitur, donec non est declarata nulla d. gratiæ. arg. tit. extra ut lite pendente, & cap. quia rei. 11. quæst. 1. & cap. Regni 120. Sed tunc aggratiatus, nullà declaratà gratià debet reponi ad pristinam libertatem quando gratiæ est nulla ex defectu concedentis, nam nemo sub verbo Regis decipi debet. l. 1. cod. de his qui veniam atat. impet., secus si ex defectu aggratiati, nam in hoc casu nullà declaratà gratià, reus non reponitur ad pristinam libertatem, sed contra eum procedi potest in causà principal. Clarus in d. quæst. 59. n. 3. *ver. adde* quòd in fine. & Farinac. in d. qu. 6. n. 27. & quando gratia esset à reo subreptis impetrata, nam nullà d. gratià declaratà, ob subreptionem, reus non reponitur ad pristinam libertatem, sed procedi potest in causà principali ad ulteriora. Bajardus ad Clarum in d. quæst. 59. n. 54. & *decisum refert* Capic. Latr. dec. 105. part. 1. ubi n. 63. dicit, idem esse in securitate subreptis impetrata, quæ est nulla, & si asscuratus eà pendente sit captus, non est relaxandus, ut *decisum refert* Surdus in dec. 207. n. 17. Menoch. de arbitr. judic. casu 337. n. 7. Capibl. de Baronibus. tom. 2. c. 31. n. 28. & seq., & Campana de forjudic. *resol.* 10. n. 7. & tandem si Princeps fecit gratiam inquisito, dummodo infra certum tempus obtineat partis remissionem, & interim non accedat ad patriam partis offensam, si intra d. tempus accedat ad locum veritum, & ibi sit captus, non gaudet d. gratià, & non reponi-

per ad pristinam libertatem ut decisum manserunt Rovitus in prag. 1. à n. 8. cum pluribus seq. de Guidaticis. & in dec. 4. & Sanfel. in dec. 49.

- 41 Quis gaudet gratiâ, dato, quod Princeps, quam fecit sit mortuus, nam gratia non expirat morte concedentis, cap. si super gratiam, de offic. deleg. in 6. Sperellus decif. 81. n. 27. par. 1. Novarius quæst. forensi 121. n. 7. par. 1. & quæst. forensi 179. n. 1. par. 2. Andreas in cap. ex tua. de filiis presbyt. & in cap. si super gratiâ de off. delegat. & Catalap. de indulto, cap. 15. n. 81. Peregrinus de jure Fisci lib. 5. tit. 2. n. 80. & Sola super Const. Sabaudia, tit. de indulgentiis super Const. indulgentiam glos. lex, n. 12. fol. mihi 193. Unde si gratia sit facta per Balium alicujus Baronis minoris in favorem delinquentis, d. gratia non expirat per mortem d. Bajuli. & Bajulus successor d. gratiam habere ratam tenetur, licet d. gratia non sit presentata Curia. Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 30.

Et gratia valet dato quod facta sit absenti, & ignorant, Sola ubi supra n. 12. licet de hoc dubites Perog. de jure Fisci. lib. 5. tit. 2. n. 16. ex eo quod gratia, & privilegium non acquiritur absenti ante illius acceptionem. cap. 2. de concess. praben. in 6.

Et si duo petierunt gratiam à Principe, si in concessione d. gratia sit facta mentio de uno tantum, hoc non obstant d. gratia omnibus prodest. l. 1. Cod. de diversis rescriptis.

Et quis gaudet gratiâ, dato, quod sit excommunicatus, Sanfel. decif. 55, à n. 21. usque ad finem, & Thor. in supplem. dec. vers. exceptio, fol. 195.

- 42 Et gratia Principis solo verbo absque scripturâ perfici potest, Riccius decif. 242. part. 3. Catalan. de indulto, quæst. 7. & Sola super Const. Sabaudia, tit. de indulgentiis, n. 9. cum plurib. seq. vide supra cap. precedenti, n. 116. sed gratia facta à Principe debet in Regno expediri in formam Cancellariæ cum sigillo Regio, aliâ non valet, prag. 4. & 8. de fide memorial. & Prorex non potest facere gratiam inquisito, inconsulto Regio Collaterali Consilio, prag. 7. de fide memorialium, Montanus controversiar. forensium, controverf. 62. n. 2. & Thorus in supplem. decif. vers. gratia, fol. 249. & ver. Prorex fol. 509. & ut quis gaudeat gratiâ, illa debet esse cum die, & consule, aliâ si sit facta absque die, & consule, non valet, hâi qua, C. de diversis rescriptis.

- 43 Et gratia facta à Principe, nunquam sortitur effectum suum nisi per Jucicem sit confirmata, Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 59. ver. & quia plerumque, & Sanfel. dec. 25. n. 7. & decif. 403. à n. 8. usque ad finem, to. 3. & non debet confirmari, nisi prius impetratâ partis remissione, Grammat. voto 35. n. 8. & Thes. decif. 21. ubi n. 3, dicit, quod si pars pro remissione prætendat magnum interesse, Judex potest illud reformare, & idem docent Thesau. filius in quæst. forensi 26. lib. 4. Rovit. in rub. de abolit. n. 7. Novarius quæst. forensi 96. tom. 2. & Mastrill. de indulto, cap. 24. n. 30. & 86. & Princeps non potest fa-

cere gratiam inquisito parte non concordatâ, ut dixi sup. cap. precedenti, n. 16.

- 44 Et Princeps si faciat gratiam alicui, si postea pars adversa supplicat Principem pro revocatione dictæ causæ, & Princeps mandat, ut fiat relatio, per hanc provisionem non dicitur revocata gratia. Riccius dec. 221. par. 3. si Princeps dixerit, ut Judex de justitiâ provideat, gratia dicitur revocata, Mastrill. decif. 228. Et Princeps propter publicam utilitatem potest gratiam inquisito factam revocare, ut addidi supra in cap. 24. n. 102.

- 45 Adverte, quod si in gratiâ non sint expressa omnia delicta, vel non sit facta mentio de aliâ gratiâ præcedenti, in hoc casu gratia dicitur subreptitia, Ricc. decif. 116. part. 1. & Marinis quotid. resol. cap. 159. puta si quis habuit gratiam de primo homicidio, & deinde committat secundum homicidium, & impetrat gratiam de ipso secundo homicidio non factâ mentione de primâ gratiâ, quia in hoc casu secunda gratia est nulla, & aggraviatus potest puniri de ipso secundo homicidio, Arnono sing. 11. Franch. dec. 330. n. 3. Riccius dec. 187. n. 2. part. 3. Nigris in c. Regni 12. n. 18. & in cap. Reg. 221. n. 25. Clar. d. quæst. 59. ver. debet autem, Catalan. de indulto, cap. 22. n. 69. & cap. 30. n. 18. & seq. Chart. de execut. sent. c. fin. n. 215. in fine Anna in singul. 229. Novarius in prag. 2. n. 12. de abolitionib. Farinac. in d. quæst. 6. n. 49. & Capib. de Baronib. d. prag. 6. n. 126. & n. 128. ubi n. 129. dicit, quod si de primo delicto sit absolutus, non est necesse de eo facere mentionem in gratiâ obtinendâ pro alio delicto contra Meltrill. de indulto, cap. 28. n. 13. & Novarius in d. prag. 2. n. 14. de abolitionib. secus si primum delictum sit punitum, quia tunc necesse est, ut in gratiâ obtinendâ pro secundo delicto fiat mentio de primo delicto punito, Afflic. in Const. Reg. ut universis n. 10. Bajardus ad Clarum in pract. crim. §. final. d. quæst. 59. n. 73. & Mastrill. de indulto cap. 28. n. 14. sic etiam si sit facta gratia forjudicato de homicidio, & non sit expressa qualitas parricidii, vel assassinii, dicta gratia de simplici homicidio non prodest forjudicato de homicidio cum qualitate parricidii, vel assassinii, Carrarius pract. crim. tit. de homicidio, ver. septimo igitur, n. 41. fol. mihi 195. id est si non sit expressa qualitas prodicionis, Sanfel. dec. 25. n. 10. Farinac. in d. quæst. 6. n. 47. & Gornelius variar. resol. lib. 3. cap. 13. post n. 38. citat tex. in l. 3. C. de Episcop. audient. & rescriptum si contineat plura capita, si in uno tantum sit subreptitium, in illo tantum erit invalidum, cap. si eo tempore de rescript. in 6. Rovit. in prag. 1. n. 68. de suspet. offic. & Mascard. de probat. conclus. 742. n. 12. sed vide Merlinum controverf. forensi tom. 2. cap. 15. Riccium decif. 196. part. 4. Annam sing. 403. & Revers. in dec. 317. & 319. Sed tunc gratia concessa delinquenti pro secundo delicto, non factâ mentione de primo delicto dicitur subreptitia, quando delicta sunt ejusdem generis, aliâ si sint diversi generis, est locus, Riccius in d. dec. 116. n. 7. part. 1. Farinac. in d. quæst. 6. n. 50.

n. 50. ver. *limita secundo. Thesaur. in quæst. forens. 4. n. 7. lib. 1. & Marinis d. cap. 159. n. 5.* ubi n. 6. dicit idem esse si in secunda gratia, quæ pro 2. delicto obtinetur, generalis adesset dispositio, puta si sit facta gratia de illo secundo delicto, & de omnibus aliis per prius commissis, quia tunc gratia de secundo delicto non dicitur subreptitia, si non sit facta mentio de primo delicto, *Riccini in d. decis. 116. n. 6. & Thesaur. in d. quæst. forens. 4. n. 7. & rescriptum geminatum habet vim clausulæ motus proprii, & facit cessare exceptionem subreptionis, Garzia à Toletto in dicto. 72. & Catalan. in d. cap. 22. n. 71. Et quando gratia est facta motu proprio, & non ad petitionem partis, omne vitium subreptionis censetur sublatum. Bajard. ad Clar. in d. quæst. 59. n. 76, ubi n. 81. cum trib. seq. dicit secus si gratia sit facta ad petitionem partis, nam tunc licet in gratia sit dictum motu proprio, tamen dicta clausula non tollit vitium subreptionis, & vide Revert. in dec. 319. & ibi Marinis, & quando petitur gratia à Prorege de aliquo delicto, si Prorex mandat Judici, ut relationem faciat de delicto, Judex debet etiam relationem facere, si in perquisitione inquisitus reperiatur aliis inquisitus, prag. 10. §. 59. de offic. Jud. & Actuarius tenetur facere librum per alphabeticum omnium inquisitorum, ut quando opus erit perquisitionem fieri alicujus carcerati, possit facile inveniri, si aliis fuit inquisitus, cap. Reg. 257. n. 6. & prag. 6. §. 4. de offic. Just. & Actuarius tenetur registrare in ipso registro omnes inquisitos, aliis privatur causâ, & emolumentis, & solvit carolenos viginti, prag. 19. §. 11. de offic. Magistri Just. & scriba tenetur facere perquisitionem, contra carceratum, & illam ponere in processu, prag. 29. quæ hodiè est 27. §. 51. de off. Magist. Just. Et ita servari testatur Novarius in d. prag. 2. n. 13. de abolitionibus, & quando gratia est facta alicui à Prorege de aliquo delicto procedente relatione M.C.V., nunquam potest dici subreptitia. Thor. in compend. decis. vers. gratia fol. 248. tom. 1.*

46 Adverte etiam, quodd si supplicatio sit porrecta Principi pro forjudicato, & expectatur exitus rei, an Princeps gratiam sit facturum, interim exequutio sententiæ non impeditur, nec in eâ est supersedendum, Chartar. de exequut. sent. cap. fin. post n. 407. ubi hoc duobus modis limitat, primo, si expectaretur restitutio à Principe per viam iustitiæ: secundò respectu offensionis, quæ à privato posset inferri, nam pendente petitione hujus restitutionis gratiæ, interim bannitus impunè offendi non potest, citat Sforzaod. de restit. in int. lib. 2. quæst. 100. art. 1. n. 3. & Chartar. ibi n. 410. dicit, quodd quando enormiter delinquentes non puniuntur, publica lætitia turbatur, citat tex. in l. nemo, & ibi Bal. C. de Episcop. Audient. & idem dicit Gramm. in dec. 36. n. 1. & à fortiori male faciunt Judices, qui gratificantes differunt executionem pœnæ, ut criminosi gratiam habere possint, Clar. §. fin. q. 97. in fine, & Grædis de bello exulum, prædicamentò pati,

quæst. 3. speciali 57. post n. 1. ubi dicit, quodd contra exules pœna est acceleranda, prout etiam pœna est acceleranda ad sedandum tumultum populi, Carrerius præd. crim. tit. de homicidio ver. circa itaque, n. 2. fol. mihi 243. ubi n. 4. dicit, quodd exequutio acceleratur, quando est condemnatus latro manifestus, & n. 17. dicit, quodd quis condemnari non debet ad tumultum populi sedandum.

Sed si sit porrecta supplicatio Principi pro gratiâ forjudicati, & Princeps in supplicatione dicat, ut Judex relationem faciat, pendens relatione faciendâ sine termino responsi recipiendi à Principe, nihil est innovandum, l. fin. C. de relat. Mastrill. dec. 52. n. 9. Rovit. conf. 100. n. 15. vol. 2. Novar. in coll. ad rub. prag. de relat. in fine, Franch. dec. 200. n. 1. Santel. dec. 62. n. 152. & Danza de pugna DD. to. 3. tit. de relationib. cap. 1. n. 35. Et si Princeps habitâ relatione rescribat Judici quod iustitiam faciat, per hoc responsum dicitur gratia denegata. Mastrill. in dec. 228. n. 4. & Novarius in prag. 70. n. 3. de officio S. R. C.

47 Quintò, forjudicatus existens in fortis Curie, potest opponere de indulto; de quâ materiâ indulti, dixi latè in cap. præcedenti. Et oppositâ exceptione indulti per forjudicatum carceratum, contra eum non potest amplius procedi, sed statim debet dimitti, Puteo de sindicatu, ver. compositio, in fine, & Rovit. prag. 5. n. 51. de abolit. nam indultum criminum per Princepem concessum operatur criminis peremptionem, cap. si quæ penituerit, §. indulgentia, 2. quæst. 3. & per tale indultum non potest ulterius contra delinquentes procedi, l. licet, §. fin. ff. nautæ caupon. & Stabul. Catalan. de indulto, qu. 6. n. 2. & 4. & Mastrill. eodem tract. de indulto, c. 23. n. 30. & ista exceptio indulti potest opponi etiam post sententiam, Catalan. de indulto, cap. 10. à n. 23. usque ad finem, ubi n. 77. usque ad finem, dicit, quodd Judex ex officio potest decernere, ut Reus gaudeat indulto, nemine opponente de indulto, sed exceptio indulti potest renunciari per Reum, Capyc. Latro dec. 71. n. 19. & remissivè loquitur Rovit. in prag. 2. n. 8. de abolit. Et affirmari deindè dixit Rovit. in rub. de exulibus. n. 29. & facit textus in l. invito. ff. de regulis juris. Et liberatus ex nominatione alterius banniti non potest amplius molestari, si per statutum hujusmodi remissio concedatur, Cabal. resol. crim. casu 197. & idem est si occiderit alium bannitum, vel præsentaverit Curie ejus caput Caball. casu 244. & Guazzin. ad defen. reor. def. 2. cap. 9. n. 13. ubi n. 16. & seq. dicit, quodd si bannitus sit captus, si habeat nominationem, sed adhuc non habuit decretum, si declaratur, non posse gaudere dictâ nominatione, non ponitur ad pristinam libertatem, citat Farinac. quæst. 103. n. 183. & seq. Sed contrarium tenent Addentes ad Tarbaglin in præd. crim. part. 2. cap. 1. Novarius in rub. prag. de abolitionibus. n. 16. & Merlinus controver. forent. lib. 1. cap. 53. n. 12. & 13. & cap. 54. n. 15. Sed vide distinctionem in nullitè aggratiato supra n. 40. in fine, à me additam, & infra n. 48. & quando ban-

bannitus occidit alium bannitum, si postea sit captus, & vigore sui banni Judex vellet eum morti tradere, auditur, si velit docere, quod occidit bannitum, & per illius occisionem consequutus fuit remissionem, & liberationem sui banni, ex forma statuti, Marf. pract. prim. §. ultima questio, post n. 24.

- 48 Sed si indultum sit concessum cum conditione, dummodò inquisitus procuret partis remissionem infra certum tempus, & infra quod ille, cui competit actio remittendi, se declaret, quod nunquam remissionem faciet, & instat ad ulteriora procedi contra inquisitum, non expectato tempore ad procurandam remissionem, in hoc casu adhuc est expectandum dictum tempus, & interim non potest procedi ad ulteriora, Rovitus prag. 2. n. 7. de abolit. & facit tex. in l. insulam, ff. de verbor. oblig. & faciunt dicta per Jas. in l. si ex toto §. si ita legatum in fine. ff. de legatis 1. & per Revert. in dec. 489.

Et à decreto lato per M. C. V. super exceptionem indulti, vel guidaticij, si sit appellatum ad S. R. C., per quod sit confirmatum decretum ipsius M. C. V. dictum decretum debet executioni demandari, & ab eo non datur reclamatio, pragmat. 1. 3. de appellation. tom. 2. contra Revert. in dec. 220.

- Et quando post concessum indultum, dubitatur de viribus indulti, interim indultatus debet carcerari. Laurent. dec. Rota Avenion. 42. & Rovit. in rub. de exulibus. n. 21. Sed contrarium tenent Giurba in consil. 57. Novarius in rub. prag. de abolit. n. 16. in fine, & n. 17. & Merlinus in d. cap. 53. n. 12. & 13. & in d. c. 54. n. 15. ubi etiam dicit, quod si deinde sit declaratum, Rem non debere gaudere indulto sibi concesso, tamen reus est reponendus ad pristinam libertatem, & ita decisum testatur Franch. dec. 415. & dicit Tholomeus in additione ad Tartaglia in pract. crim. par. 2. c. 1. & Ursillus ad Afflictum in dec. 180. n. 7. & vide quod addidi supra num. 40. in fine, & n. 47.

- 49 Sextò, forjudicatus existens in fortiis Curia potest opponere, quod fuit captus intus Ecclesiam, & hoc confito, debet reponi ad Ecclesiam, Grandis de bello exulum in prædicamento. pati, quest. 3. speciali 18. n. 2. nam etiam banniti, & forjudicati gaudent immunitate Ecclesiasticâ, ut dixi supra c. 19. n. 43. ubi n. 41. dixi, an forjudicatus sit relaxandus si fuit captus extra territorium sui Judicis, absque licentiâ Judicis, ubi fuit captus, & sit ductus ad suum Judicem, & omnia gesta per Judicem laicum contra extractum ab Ecclesiâ sunt nulla, Farinacius de immunitate Ecclesiasticâ cap. 2. n. 56. & Delbene de immunit. Eccles. lib. 2. cap. 16. dubitat. 24. & vide supra cap. 12. n. 48. & idem hac exceptio repositionis ad Ecclesiam, potest opponi etiam post sententiam Riccius in dec. 174. part. 1.

- 50 Septimò, si adest bannum, ut forjudicati servientes per aliquod tempus in bello non molestentur, prout pluries talia banna fuerunt emanata per Præreges hujus Regni. prag. 20. de exulibus. ut in prag. 8. de abolit. tom. 2. & postremò fuerunt emanata quatuor-

similia banna die 29. Octobris, die 10. & 17. Novembris 1654. per quæ disponitur, ut si forjudicati deserviant bello, sint indultati, si forjudicatus sit captus potest de hoc excipere, & hoc probato, quod inservit in bello per tempus constitutum per dictum bannum non potest molestari, Nellus de bannitis, in 3. part. secundi temporis, n. 79. & Foller. in prag. de forjudicatis, n. 25. & 42. ubi n. 44. dicit, quod impeditus potest fervire per substitutum, & Princeps potest indultare delinquentes, dummodò bello inserviant per aliquod tempus, Capyc. Latr. dec. 105. n. 11. & seq. Sed isti non dicuntur indultati ipso jure post servitium, sed requiritur declaratio Judicis, nisi Princeps dixerit in banno, ut sint indultati ipso jure post servitium, quia tunc non requiritur declaratio Judicis, sed statim dicuntur liberati, Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 261. Foller. ubi supra. d. n. 25. & Perogr. de jure fisci. l. 6. tit. 2. n. 84. & seq. Sed in exilium missus statim transacto tempore exilii absque aliâ sententiâ potest redire ad suam patriam. l. penultima Cod. de panis. Amendola ad Franchis in dec. 487. n. 4. cum duobus seq. Nigris in cap. Regni 82. n. 14. Riccius in dec. 62. & 130. part. 2. & Cabal. resol. crim. casu 249. n. 21. & finito tempore, in quo Reus fuit condemnatus ad remigandum in Regis Triremibus, Capitaneus Galea potest d. remm liberare absque mandato Judicis. Constit. Reg. hi qui. Constantin. in l. unica n. 51. & seq. Cod. de Classicis lib. 21. & Nigris in d. cap. Regni 82. n. 13. Sed quando quis est relegatus, & condemnatus ad interesse partis fuit à relegatione, non potest redire ad suam libertatem, nisi soluto d. interesse parti. prag. 2. de relegatis.

- 51 Octavò, forjudicatus existens in fortiis Curia potest opponere, quod tempore forjudicationis erat minor, quo probato, restituitur in integrum adversus sententiam forjudicationis, & sententia non exequitur, ut dixi supra cap. 3. n. 11. cum plurib. n. seq.

- 52 Nonò, forjudicatus existens in fortiis Curia potest opponere, quod fuit forjudicatus ex processu, in quo non aderant indicia sufficientia ad torturam, quod si hoc sit, sententia forjudicationis est nulla, & non exequitur, ut dixi supra cap. 4. n. 6.

- 53 Decimò forjudicatus carceratus potest opponere adversus sententiam forjudicationis, quod illa sit lata pro delicto, pro quo non imponitur poena mortis naturalis, quod si hoc sit, ipsa non exequitur, ut dixi supra c. 3. n. 4. & seq.

- 54 Decimoprimum forjudicatus existens in fortiis Curia potest opponere, quod occisus pro cujus homic. fuit forjudicatus, erat forjudicatus, & poterat impunè occidi, ut docet Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 402. usque ad n. 411. & in cap. fin. n. 191. nam forjudicatus captus potest per viam exceptionis executionem sententiæ forjudicationis impedire, si exceptio sit talis, quæ si à principio fuisset opposita antè sententiam forjudicationis, judicium suscipere compulsus non fuisset, Bar. in l. non videtur, la prima in si-

ac,

ne, ff. de iudiciis, Nello de bannitis in 2. parte primi temporis, n. 2. in fine, Marf. pract. crim. §. ultima questio, n. 27. & sing. 72. ver. sed tene. Clar. §. fin. quest. 96. ver. sed pone, Foller. pract. crim. in 4. parte tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, n. 5. Farinacius pract. crim. tit. de inquisitione, qu. 11, n. 45. & Chartar. d. cap. 1. n. 258. & cap. fin. n. 268. Et forjudicatus potest opponere omnes exceptiones, quas si à principio opposuisset, bannum redderetur nullum, nec banniri, nec forjudicari potuisset, Paul. de Cast. in conf. 34. Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, ver. semptimus casus est, n. 31. fol. mihi 16. de Arnono in epitoma 87. *Fivius decis. 429. & Marf. in sing. 72. & conf. 32. n. 20. & in conf. 64. n. 7. & sententia forjudicationis lata contra occidentem forjudicatum est nulla, quia lata contra aliam primam sententiam*, l. 1. C. quando provoc. non est necesse, & l. 1. C. sententiam rescindi non posse, *Frach. dec. 398. n. 1. & seq. Cabal. resol. crim. casu 132. n. 8. & Guazzin. ad def. reor. def. 35. cap. 12. n. 5. prout in simili, nam si quis sit forjudicatus pro aliquo delicto, cuius actio sit præscripta, sententia forjudicationis est nulla, & existens in fortis Curie potest de hoc opponere, ut dixi supra cap. 8. n. 21. Et sententia non exequitur, si contineat poenā, quæ nullo modo imponi potuit, puta si quis sit bannitus, & condemnatus de delicto, de quo non tenebatur, vel pro quo inquiri non poterat, Chartar. d. cap. fin. n. 54. ubi n. 56. dicit, quod condemnatio fieri non potest contra contumacem de delicto, quod non est punibile, & idem non obstante statuto aufferente defensiones, potest excipi, quodd interfectus erat bannitus, & impunè poterat occidi ex alio statuto, & supersedendum erit in executione sententiæ, Chart. d. cap. fin. n. 191. unde non obstat Const. Regni poenam eorum, in quantum dicit, quodd forjudicatus, lecta sententia forjudicationis, non auditur ad se defendendum in causâ principali, nam loquitur, ut non audiat in causâ principali ad demonstrandum innocentiam criminis, secus ad excludendum delictum, & ad demonstrandum, quodd non sit delictum, & licet aliqui teneant, quodd forjudicatus lecta sententia forjudicationis, non audiat adversus illam, si opponat tales exceptiones, quæ si ante forjudicationem fuissent oppositæ, non potuisset condemnari, ut tenet Bertazzol. conf. 119. n. 1. vol. 1. tamen in hoc alii tenent contrarium, ut testatur Rovit. rub. de sent. forjud. n. 8. & supra dixi. Vnde concludo, quodd forjudicatus existens in fortis Curie, potest opponere, quodd occisus erat forjudicatus, & poterat impunè occidi, nam hæc exceptio potest opponi etiam post sententiā in ejus executione, Caball. resolut. crim. casu 23. n. 2. & Bajard. ad Clarum, quest. 96. n. 12. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quest. 11. n. 62. ver. si vero, ubi tamen dicit hoc cautius esse, si fiat consulto Principi.*

Et quando constat ex alio processu, occisum po-
nuisse occidi impunè, & occisor ex dicto homi-

cidio fuit forjudicatus, & sit captus, potest
petere unionem ipsius processus ex dictis per
Thorum in Cod. reorum judic. alleg. 48.

55. Decimosecundò. Forjudicatus existens in fortis Curie, potest opponere, quodd fuit forjudicatus pro delicto, pro quo procedi non poterat ex officio, quodd si hoc sit, sententia forjudicationis contra eum executioni non demandatur, nam quando Judex procedit ex officio in delictis, pro quibus ex officio procedi non possit processus est nullus, cap. Regni ut delatas cum duob. c. seq. & idem contra eum sententia forjudicationis executioni non demandatur, Chart. de exeq. sent. c. fin. n. 54. & post n. 223. & dicam infra n. 67. in fine, & vide *Revert. in dec. 267. 1*

Decimotertio, si filius forjudicatus sit per patrem Curie præsentatus, potest hoc opponere, & contra eum sententia forjudicationis executioni demandari non potest, tex. in l. milites agrum, §. desertorem, ff. de re militari, Farinac. pract. crim. tit. de poenis temperandis, quest. 98. n. 165. *Menoch. de arbit. judic. casu 347. n. 1. & Paschal. de vir. pat. pot. par. 2. cap. 3. d. n. 1. usque ad n. 10. & è contrà, si filius, præsentat Curie patrem forjudicatum, adhuc pater non debet morti tradi, Menoch. de arbit. jud. casu 347. n. 4. & Paschal. de virib. patriæ potest. part. 3. cap. 3. n. 6. Sed hoc non est opponendum, dum non possit obtineri, & in practica non servetur. Farinac. d. quest. 98. n. 172. Clar. in pract. crim. §. final. quest. 60. ver. solent etiam, & Menoch. in d. casu 347. n. 4. in fine, & vide Carrerium pract. crim. tit. de homicidio, ver. circa itaque, n. 11. fol. mihi 243. à tergo, & Ballis tract. var. lib. 3. casu 1. n. 199.*

Decimoquarto si Judæus sit forjudicatus ex aliquo delicto existens in fortis Curie, potest opponere, quod post delictum fecit se Christianum, & propter hoc non debeat puniri, Clar. pract. crim. §. fin. q. 51. in fine, Farinac. pract. crim. tit. de poenis temperandis, qu. 98. n. 144. cum plurib. seqq. & Ferrat. cautela 24. post n. 4. sed Add. ibi dicunt contrariam opinionem esse communem, & maxime si Judæus fecit se Christianum in fraude ad effugiendam poenam delicti, quia tunc non excusatur, Chart. de exequut. sent. c. fin. n. 308. in fine, Tiragnell. de poenis temper. caut. 24. & Caball. resolut. crim. casu 113. *Et idem tenent Brunor à Sole in quest. 18. & Rovit. in prag. 1. n. 10. de Parochis, qui dicunt quod baptizatus potest puniri in iudicio exteriori de delictis commissis ante baptismum, tamen quo ad poenam delicti, quam quo ad interesse partis, sed favore fidei esse indulgendam poenam, dummodo non sit in fraudem baptizatus.*

Decimoquinto forjudicatus existens in fortis Curie potest opponere exceptionem rei judicatæ, scilicet quod ipse pro eodem delicto, pro quo fuit forjudicatus, fuit liberatus ante d. sententiam forjudicationis, & hoc confisso debet licentiari absque expensis, ut in c. Regni 40. nam semel absolutus ab uno crimine, non potest pro eodem crimine iterum molestari. cap. de his, extra de excusation. & l. si cui. §. 11. dem.

§. iisdem, ff. de accusat. e. Marfil. in pract. crim. §. ordine successivo. n. 1. in fine. Nigris d. cap. Regni 40. n. 7. & 8. Grammat. in dec. 53. Novarius in dec. 74. num. 1. & 2., & per totam. Clarus in pract. crim. §. fin. qu. 53. n. 1. Farin. pract. crim. tit. de inquisitione. q. 44. per totam Cabal. ref. crim. casu 93. Guazzin. ad defensionem reorum. def. 2. cap. 7. & Sanfelice in dec. 138. & docui meus Avunculus in tract. de foro compet. cap. 38. n. 78., & sententia forjudicationis in hoc casu est nulla, nam quando sententia est prolata in favorem alicujus, si postquam ipsa fecit transitum in rem judicatam, proferatur alia sententia contra primam, & secunda sententia est nulla. l. 1. Cod. quando provocare non est necesse, & alii quos meus Avunculus supra num. 54. cumulat. Intellige quando reus fuit forjudicatus ex iisdem iudiciis purgatis per reum in primo iudicio, in quo fuit liberatus, secus si ex diversis ex dictis supra in cap. 10. n. 33.

56 Ultimo, licet per Const. Reg. poenam eorum, & per Decium conf. 8. num. 7. Ruinum conf. 14. num. 17. vol. 2. quos citat Guazzin. ad defensionem reorum, def. 35. cap. 22. post num. 9. aliqui tenent, quod forjudicatus eo existente in fortiis Curia non possit dicere de nullitate sententiæ forjudicationis, si sententia sit lecta, & ut tenet Rovit. in rubric. de sent. forjud. num. 32. & seq. tamen in contrarium est communis opinio, scilicet, ut forjudicatus etiam lecta sententiâ forjudicationis existens in fortiis Curia possit dicere de nullitate sententiæ, Foller. d. rubr. captis forjudicatis recognoscantur, num. 3. Aff. d. Const. Reg. poenam eorum, num. 27. in fine, Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimus casus est, num. 23. fol. inhi 16. Bajard. ad Clarum, §. fin. quæst. 94. nu. 8. & seq. & num. 63. Grammat. in dicta Constitutione Regni poenam eorum, num. 37. Thorus in compendio decisionum, tom. 2. vers. nullitates, fol. 387. in fine, & Capyc. Latro dec. 161. num. 2. par. 2. Et licet forjudicatus non possit appellare à sententia forjudicationis, ut in Constitutione Regni poenam eorum, vers. nulla tibi, tamen potest dicere de nullitate sententiæ ut diximus, & potest dicere, & opponere se non esse contumacem, Bar. in l. 4. §. condemnatum, num. 5. ff. de re judicata, nam potest dici de nullitate, non obstante quocunque statuto prohibente admitti appellationem, Guazzin. ad defensionem reorum, def. 35. cap. 22. num. 2. Boff. pract. crim. tit. de nullitate adversus sententiam, num. 9. Carrerius d. tit. de appellatione, vers. septimus casus est, num. 32. Farinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionibus, quæst. 101. cap. 1. num. 111. & Guidon Papa in dec. 38. n. 1. Unde si causa sit delegata à Principe appellatione remotâ, licet à dicta causa non possit appellari, tamen potest dici de nullitate, cap. inter cæteras de re judicata, Bar. in l. 1. §. prætor, num. 1. & 2. ff. qui satisd. cogant. Marfil. sing. 592. Grand. de bello exulum in prædicamento pati. quæst. 3. speciali 48. num. 2. in fine, Vulpe in praxi judiciali fori Ecclesiastici, cap. 24. n. 7. Danza de pu-

gna DD. tom. 1. tit. de potestate ad modum belli, cap. 6. in fine, & Novarius in praxis elect. fori, tom. 2. sect. 1. quæst. 4. post num. 18. Idem est, nam licet in casibus, in quibus proceditur ad modum belli, non possit appellari, tamen potest dici de nullitate, Nov. var. decis. Regiæ Audientia Apuleæ 41. Si etiam licet in Regno Fiscus non possit appellare in criminalibus à decretis liberatorialibus, latis in favorem reorum, ut in ritu 258. 261., Capicinus in decis. 114. Foller. in pract. crim. rub. panis debitis scriantur. n. 82. de Marinis quotid. resol. lib. 1. cap. 150. n. 1. & Grammat. in dec. 14. tamen potest dicere de nullitate dictorum decretorum. Follerius ubi supra n. 82. Capibl. de Baronibus in prag. 8. part. 1. n. 237. & Vivius in dec. 378., pro ut etiam Fiscus pro dictis decretis si sit notorie gravatus potest recurrere ad superiores. Franchis dec. 148., & 487. Marinis in d. cap. 150. d. n. 1. Capibl. in d. prag. 8. part. 1. n. 238. & Rovit. in dec. 14. & 16. & est prag. 10. §. 40. de offic. Judicum, ubi dicitur, quod Fiscus Regiæ Audientia præ gravaminibus debet habere recursum ad M. C. V. & licet quis renunciet appellationem, tamen potest dicere de nullitate. Guid. Papa in dec. 38. num. 1. & Novarius in dec. 41. Immo stante statuto, ut bñitus non debeat audiri, hoc non obstante, potest dicere de nullitate, Aret. in l. 3. §. si servus, num. 56. ff. de acquir. poss. & Sanfelice. decis. 12. num. 13. & sublati omnibus exceptionibus per statutum, non intelligitur sublata exceptio nullitatis, Franch. dec. 232. & 688. num. 3. & præcipue nullitas ex defectu jurisdictionis potest opponi, non obstante tali statuto, Grassi. de effect. cler. eff. 1. nu. 356. Hinc est, quod licet contra decretum latum in causa suspicionum contra Judicem non possit dici de nullitate, tamen potest dici de nullitate, proveniente ex defectu jurisdictionis, Rov. dec. 81. & Nov. in coll. ad prag. 15. n. 48. de suspic. offic. & statuto disponente, ut contra aliquam sententiâ non possit dici de nullitate, hoc statutum intelligitur, quando nullitas requirit altiore indaginem, secus si nullitas appareat ex eisdem actis, quia tunc non obstante tali statuto, potest apponi talis nullitas, Gramm. conf. civili 43. n. 3. & Mascard. de probat. in præfat. qu. 8. n. 17. & in conclus. 1115. n. 4. §. 6. & vide infra n. 69. unde concludo supraposita, quod forjudicatus existens in fortiis Curia possit dicere de nullitate sententiæ forjudicationis. Marfil. sing. 562. & 592. Novar. in coll. ad rub. de sent. forjud. nu. 12. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. num. 34. cum plurib. seq. & Franch. dec. 673. 674. & 688. num. 1. Immo forjudicatus existens in fortiis Curia potest proponere de novo nullitates, quas ejus agnati, & cognati proposuerunt ante lectam sententiâ forjudicationis circa acta ordinatoria, & in illis succubuerunt, Franch. dec. 674. & non obstat si dicatur, quod forjudicatus lecta sententiâ forjudicationis habetur, ac si confessus esset crimen, pro quo forjudicatus fuit, ut dixi supra cap. 13. num. 1. & 5. & tacita confessio,

fio, quæ resultat ex contumacia rei operatur eundem effectum, quem operatur vera confessio, Foller. pract. crim. in 4. p. 3. partis, rub. & si confitebuntur, num. 29. & seq. sed confessio vera validat processum criminalem, aliàs inordinatum, & nullum, Bar. in l. si confessus, ff. de custod. & exhib. reorum, & in consil. 100. Marf. conf. 46. n. 17. & in pract. crim. 5. postquam, nu. 12. Valle conf. 31. nu. 4. cum pitor. n. seq. vol. 1. Boffius pract. crim. tit. de confessis, num. 46. Clarus pract. crim. 5. fin. quest. 55. vers. item posset, Arno commentario 6. & 120. Farinac. pract. crim. tit. pe reo confessio, & convicto, quest. 81. cap. 2. a num. 66. usque ad num. 76. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 32. cap. 23. num. 1. & Grammat. in dec. 48. n. 6. in fine, & ista confessio in iudicio facta, est tanta potentia quæ si fiat in processu invalido, & nullo, potest ea proferri sententia, non obstante inepto processu. Bartol. in d. l. si confessus, ff. de custodia reorum. Bald. in l. idus fustium. ff. de his qui notant. infam. & Mascardus de probat. conclus. 344. n. 4. nam confessio facta in processu nullo, valet, & probat. cap. pisanos. de restitut. spoliat. cap. 1. & 2. de excusat. in 6. Vantius de nullitat. rub. qualiter, & quibus modis sentent. n. 126. Mascard. in eodem pract. consil. 357. & Guazzin. in tit. de confessione rei profisco, quem posuit in fine l. lib. discept. crim. cap. 21. per tot. ergo ita, & facta confessio à statuto inducta processum criminalem inordinatum, & nullum validate videtur, Bart. d. conf. 100. Nellus de bannitis in 1. parte 2. temporis, quest. 49. in fine, Marf. d. conf. 46. nu. 19. & in l. 1. §. divus Antonius n. 10. ff. de questionibus. Rolandus à Valle d. conf. 31. & Chartar. de execut. sent. cap. 1. n. 23. cum trib. n. seq. Nam respondemus, quod idem Chartar. in eodem tract. de execut. sent. c. fin. n. 215 cum plur. seq. & in d. c. 1. n. 294. Marf. in d. §. postquam, n. 59. Farinac. d. q. 11. post d. n. 34. & in d. q. 81. n. 90. & Guazzin. d. c. 23. n. 8. tenent contrarium, scilicet, quod ista tacita confessio non validat processum nullum, & invalidum, & ex his Chartar. d. c. fin. à n. 187. usque ad n. 224. sustinet, bannitum posse dicere de nullitate sententiæ, & banni, nam non ritè bannitus non potest dici contumax, & haberi pro confessio, ut dixi supra cap. 12. num. 18. Et exceptio, quæ à principio poterat invalidare contumaciam, invalidat etiam factam confessionem, quæ resultat ex contumacia, Follerius pract. crim. in quarta parte tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, num. 5. ubi nu. 6. dicit, quod confessio facta, quæ resultat ex contumacia, vigore statuti debet fundari super processum validam, quia confessio facta non tollit ineptitudinem processus; & licet ex facta confessione perveniri possit ad sententiam diffinitivam condemnatoriam, tamen hoc intelligitur, si processus sit ritè, & rectè formatus, aliàs ex facta confessione per statutum inducta nemo condemnari potest, Chartar. de execut. sent. cap. 1. nu. 226. Quod si fuit condemnatus, sententia exequi non debet, Chartar. de execut. sent. cap. fin. nu.

143. cum plurib. num. seq. & Farinac. d. n. 34. & licet confessio facta in processu nullo valeat & probet, ut diximus, tamen hoc intelligitur de vera, & expressa confessione, & non de tacita. Mascardus d. conclus. 357. n. 5.

Immo forjudicatus admissus ad novas defensiones per Principem post sententiam forjudicationis, si suam innocentiam non probaverit, itaut sententia forjudicationis esset executioni demandanda ex dictis supra n. 36. adhuc potest dicere de nullitate sententiæ forjudicationis, ita Bajard. ad Clarum, §. fin. quest. 44. n. 18. cum trib. seq.

57 Et non solum forjudicatus existens in fortis Curie potest dicere de nullitate actorum, & sententiæ forjudicationis, ut diximus sed quilibet extraneus hoc opponere potest. Vantius de nullitatibus, rub. quis possit dicere de nullitate, n. 6. cum plur. seq. usque ad n. 15. Et maxime si agatur de interesse extranei, nam tunc ipse potest dicere de nullitate sententiæ forjudicationis latæ contra aliquem. Marciannus conf. 18. vol. 2. & nullitas sententiæ operatur non solum quæ ad partes, sed etiam quæ ad omnes, & a fortiori quæ ad alios litis consortes, & consocios. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 35. cap. 22. n. 3. Pro ut etiam quilibet potest appellare pro condemnato, etiam eo invito, l. non tantum, ff. de appellat., & Carraba in singular. 212. de quo latè per Farinacium pract. crim. tit. de variis, ac diversis questionibus, quest. 104. d. cap. 1. a n. 22. usque ad n. 29. & appellatio interpolata in criminalibus tenet etiam, quod non sit ratificata à principali, Garzia à Tolero in dicto 120. sed quando reus est confessus, & perseverat in confessione, si sit condemnatus, tertius non potest appellare, Foller. pract. crim. in 2. par. principali, rub. & si confitebuntur, n. 71. & Catalan. de in-

58 dulto, cap. 1. n. 29. Immo quando nullitas est notoria, Judex ex officio parte non opponente, potest pronunciare super nullitate prædicta, Mynsing. centur. 1. observat. 10. Rovit. prag. 5. n. 18. de offic. S. R. C. Vantius d. rub. quis possit dicere de nullitate, n. 57. Muscatel. prax. appel. part. 1. glos. nullitatis, n. 11. Mascard. de probat. conclus. 1115. n. 4. Marciannus in conf. 18. n. 12. tom. 2. Marfil. in tract. de bannitis, vers. nullitas, n. 51. & Riccius in coll. 2050. scilicet si nullitas non sit notoria, hii prætor, ff. de iudiciis.

59 Sed forjudicato non existente in fortis Curie, ejus agnati, & cognati non possunt dicere de nullitate sententiæ forjudicationis; postquam sententia sit lecta; ut dixi supra cap. 12. n. 4.

60 Forjudicatus existens in fortis Curie potest dicere de nullitate tam sententiæ forjudicationis, ut dicit Clar. §. fin. quest. 32. vers. quæro an in causa, quàm actorum ordinariarum, ut constat ex dictis per Franchi. dec. 674. & non obstat, prag. 4. de dilationib. disponens, ut post lectam sententiam diffinitivam non possit dici de nullitate actorum, nam d. pragim. loquitur in causa ordinaria, & non in causa, in qua proceditur in contumaciam, Reo non existente in fortis Cu-

rie, quia ratio, quam assignat d. pragmat. est, partibus consentientibus, ut procedatur ad sententiam diffinitivam ex dictis actis, & non dicentibus antea de nullitate actorum, presupponitur calumniosè, postea dici de nullitate illorum, & calumniosè tacuisse, ut videretur exitus causæ principalis, sed hæc ratio cessat, quando proceditur in contumaciam, Reo non existente in fortis Curie, cum Reus non potuit videre acta ordinaria, & consequenter non potuit maliciosè tacere, ut videretur exitus causæ principalis, & neque potuit consentire, ut ex actis proferatur sententia forjudicationis, Rovit. dista pragmat. 77. post n. 6. unde in dies videmus has nullitates circa acta ordinaria admitti forjudicatos existentes in fortis Curie.

61. Et à fortiori forjudicatus existens in fortis Curie potest dicere de nullitate forjudicationis proveniente ex defectu jurisdictio- nis, Marf. sing. 562. & 592. Nigris in cap. Regni sive quis, n. 19. in fine, & Carrer. pract. crim. tit. de homicidio. ver. circa itaq; n. 58. fol. mihi 246. à tergo, nam nullitas in-competentia Judicis est major quàm possit in Mundo inveniri. Grassus de except. except. 20. n. 22.

62. Undè si Clericus sit forjudicatus per Judi- cem laicum, sententia forjudicationis est nulla, Afflic. in const. Regni pœnam eorum, n. 27. in fine, vide supra cap. 2. n. 13. & 14. & Clericus existens in fortis Curie Judicis sæcularis remittitur ad Iudicem Ecclesiasti- cum, ut dixi supra cap. 3. n. 12. Immo si quis uti laicus sit forjudicatus à Iudice laico, si post sententiam forjudicationis efficiatur persona Ecclesiastica, & sit captus, adhuc est remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum quoad ejus personam, & non quoad bona, Suzar. cons. 100. quem refert Chartar. de exe- quut. sentent. cap. fin. post n. 308. licet ipse distinguat an in fraudem, vel sine fraude fecit le. personam Ecclesiasticam, tamen prima opinio est vera, ut ita desumitur testa- tus Franch. dec. 284. & quidam, qui post sententiam forjudicationis fecit le. profes- sum in aliqua Religione, captus deinde per Iudicem laicum, qui eum forjudicavit, fuit remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, Sapsel. dec. 2. n. 27. & seq. & Thor. in supplem. dec. ver. remissio, fol. 546. nam bannitus tempo- re, quo erat laicus, si postea efficiatur Cleri- cus, liberatur à jurisditione laicali, Squil- lant. de privilegiis Clericorum, cap. 7. dubio 3. n. 107. Disputa moralium resolut. part. 4. tract. 1. resolut. 22. Grassus de effect. cler. eff. 1. n. 1138. & Delbene de immunit. Eccles. lib. 3. cap. 6. dub. 14. sect. 3. n. 2.

63. Et contumax condemnatus per Iudicem incompetentem, & si postea sit captus per illum potest se tueri ex nullitate processus, Bal. in l. generaliter, C. de Episcopis, & Cler. Chartar. d. cap. fin. n. 197. Foller. pract. crim. in 4 parte 3. partis, rub. & si constiterint, n. 24. & Marf. in l. de unoquoque, n. 208. ff. de re judicata, & in tract. de bannitis, ver. con- tumacia, n. 155.

Et licet nullitates recipi non possint abiq;

deposito pœne contentæ in Regis pragma- ticis, etiam in M. C. Criminali, ut in prag. 4. de dilationibus, tamen nullitates propoli- tæ per forjudicatum, vel per ejus agnatos circa acta ordinaria recipiuntur abiq; de- posito pœne, & ita passim practicator in M. C. Criminali. Sed forjudicatus habet copiam actorum ordinariarum, si intendit dicere de nullitate, non possunt recipi comparationes, nisi in illis specificè sine proposita omnes nullita- tes, quas forjudicatus proponere intendit, aliàs procedi potest ad ulteriora. pragmat. 77. §. 16.

64. Et quando sententiâ forjudicationis est nulla, tunc ipsa non debet exequi, Carrab. in singul. 158. & successivè forjudicatus non suspenditur, & neque decapitatur, Farinac. d. quest. 11. n. 34. cum plurib. seq. nam sen- tentia nulla non debet exequi, l. 4. §. condem- natum, ff. de re judic. & Chartar. d. cap. fin. post n. 14. 64. & 147. cum plurib. n. seq. & n. 208. Et bannitus nulliter habetur pro non bannito Chartar. d. cap. fin. n. 159. Et non di- citur bannitus qui ritè, & rectè non fuit ban- nitus. Catalanus de indulto, cap. 43. n. 22. & Grammat. in dec. 29. n. 1. & in dec. 79. n. 10. & statutum loquens de bannito, intelligitur semper de ritè, & rectè bannito. Marf. in l. de minore, §. plurimum n. 102. ff. de quæsti- onibus, & sententia nulla. non est timenda l. 2. ubi Bal. cod. de panis. Sic etiam si sententia forjudicationis sit iniqua, & injusta, non debet exequi. Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 214. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisi- tione, quest. 11. post n. 62. ver. & hoc, nam quando sententia est iniqua, & injusta num- quam transit in rem judicatam, sed dicitur nulla, & invalida, & de ejus nullitate dici potest, Chartar. d. cap. fin. n. 214. & licet de jure civili sententia, quæ ex eisdem actis apparet iniqua, non possit dici nulla, l. cum prolatis, & l. præses ff. de re judic. Afflic. dec. 28. 39. & 47. tamen de jure Canonico evidens injustitia equiparatur nullitati, cap. inter cætera, de re judic. Anna sing. 361. & Mascard. in d. conclus. 1115. n. 5. Et nullitas, & notoria injustitia pari passu ambulant. Riccius in coll. 1882. & sententia dicitur nulla ex capite notoria injustitia. Farinac. in dec. 103. & Riccius in coll. 1480. & 2050.

Et declarata nullâ sententiâ forjudicatio- nis, Reus recuperat bona confiscata, Ma- strill. de indulto, cap. 22. post n. 53. ver. de- clara tamen. Sed non recuperat bona confis- cata, & in alium alienata per fiscum, nisi ille, cui bona alienata fuerunt sit auditus in d. nullitate. Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione, quest. 6. n. 34.

65. Et pendentibus nullitatibus discutiendis, forjudicatus non potest occidi, Chartar. d. cap. fin. n. 210. Clar. §. fin. quest. 94. n. 10. Fa- rinac. pract. crim. tit. de variis, ac diversis quæstionib. quest. 103. n. 309. cum plur. seq. & Arnono in dialogo 15. & occidens banni- tum nulliter, pendente iudicio nullitatis banni, punitur uti homicida. Bald. in auth. quæ supplicatio, n. 7. cod. de præcibus Imper. offer. Nigris de except. cap. 12. n. 17. & 96. &

in eodem cap. 12. §. 9. n. 9. & Affli. in const. Regni pœnam eorum. n. 57. & pendentibus nullitatibus discutiendis neque contra eum potest exequi sententiâ forjudicationis, Guazzin. d. def. 35. cap. 22. n. 4. in fine, Affli. in Const. Regni, pœnam eorum, n. 57. & Nellus de bannitis, in 1. parte, 1. temporis, n. 5. nam propositis nullitatibus, impeditur exequutio sententiæ, l. fin. C. si ex falsis instrum. Covar. pract. quæst. cap. 25. & DD. in l. 4. §. condenatum, ff. de re judic. & pendente nullitate sententiæ criminalis, quæ pœnam continet irretractabilem, etiam si cognitio talis nullitatis requireret altiore indaginem, tamen, pendente dictâ nullitate, non fit exequutio, Clar. §. fin. q. 94. ver. scias autem, Rovit. prag. 5. n. 19. de offic. S. R. C. & Cartar. d. cap. fin. n. 209. ubi n. 196. in fine, dicit, sententiâ nullam ex defectu jurisdictionis non esse exequendam, etiam quod cognitio dictæ nullitatis altiore requiret indaginem, citat Marf. de bannitis, ver. contumacia n. 155. & attentata, pendente causâ nullitatis revocatur, sicut pendente appellatione. Marf. in d. tract. de bannitis, ver. nullitas, n. 50.

66 *Si lectâ sententiâ forjudicationis sint elapsi, anni duodecim, & postea forjudicatus sit captus, & non reperiatur processus, sed tantum reperiatur sententiâ forjudicationis, à quâ appareat, omnia solemniter de more judicii processisse, in hoc casu forjudicatus non potest dicere de nullitate; nam citationes, probationes, contumaciæ bannum, & cætera incumbentiâ præsumuntur processisse, licet de actis aliter non appareat per processum, ut ita decisum testatur Grammat. dec. 24. sequitur Foller. d. rub. captis forjudicatis recognoscantur, n. 8. Chartar. d. cap. fin. n. 21. Parinac. in Consil. crim. 111. n. 2. & 3. tom. 2. Et faciunt dicta per Merlinum controver. forens. lib. 1. cap. 88. ubi dicit, processum, & solemnia liquidationis instrumenti si de eis non appareat, præsumi intervenisse, & processisse excursu longi temporis, & citatio probatur ex sententiâ antiqua, etiam lata in absentem, ubi asseritur de citatione. Mascard. de probat. conclus. 290. n. 7. & in conclus. 291. n. 12. & est ratio, nam licet sententiâ non probet sine actis, tamen secus est quando sumus in antiquis, Riccius dec. 119. parte 3. & licet non stetur verbis enunciativis sententiæ, Riccius dec. 287. part. 4. n. 1. ubi n. 2. dicit, quod assertio judicis in sententiâ non probat, acta existere, nisi aliundè constet, & idem tenet Mascard. de probat. conclus. 35. n. 2. & seq. tamen in antiquis statuitur contentis in sententiâ, cap. bonæ memoriæ de elect. Riccius d. dec. 287. n. 3. Novar. quæst. forens. 85. par. 2. & Genua de enunciativis verbis lib. 2. quæst. 9. n. 1. & 3. Immo sententiâ potest executioni demandari post biennium, etiam non productis actis, Mascard. in d. conclus. 39. n. 23. & quando processus est deperditus, si reperiatur sententiâ ipsa præsumitur lata cum debitis solemnitatibus, etiam quo ad rectitudinem processus. Boer. in dec. 19. in fin. & Mascard. de*

67 probat. conclus. 1236. n. 21. Quod si ex narratis in sententiâ, vel ex ipsa sententiâ appareat aliqua nullitas, & tunc potest opponi, non obstante, quod sint elapsi duodecim anni. Nam licet in sententiâ lata ex antiquo, præsumatur processisse citationem ad sententiâ, tamen si ex facie sententiæ appareat, non intervenisse citationem, non statuitur præsumptioni. Grammat. in dec. 100. n. 28. & non obstat prag. 4. de dilat. disponens, ut possit dici de nullitate sententiæ diffinitivæ infra decem annos, qui dum sint elapsi condemnatus non potest dicere de nullitate, Guazzin. d. def. 35. cap. 22. n. 11. & Rovit. in prag. 5. n. 27. de offic. S. R. C. nam respondemus, d. prag. loqui quando reus potuit dicere de nullitate, qui dum non dixit, si sint elapsi decem anni non potest amplius dicere de nullitate sententiæ vigore dict. pragmat. secus quando quis non potuit dicere de nullitate, prout est in forjudicato, quo non existente in fortis Curie, neque ejus agnati, & cognati, lectâ sententiâ forjudicationis, possunt dicere de nullitate, ut dixi supra cap. 12. n. 4. ergo ipsi forjudicato non currit dictum tempus, nisi à die, quo fuit captus, nam illi, qui non potest facere aliquem actum, non currit præscriptio adversus dictum actum, l. fin. §. donec tamen, C. de jure delib. & non valenti agere non currit præscriptio, l. 1. §. fin. C. de annali præscript. Unde bannitus post bannum potest dicere de nullitate, etiam elapsis triginta annis, Boss. pract. crim. in tit. de banni nullitate, n. 2. Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 64. in fine, Farinac. d. quæst. 11. post d. n. 34. circa finem, Danza to. 3. tit. de sententiâ forjudicationis, cap. 12. per totum, & Chartar. d. cap. fin. n. 87. & 166. licet de jure communi regulariter non possit dici de nullitate sententiæ, elapsis triginta annis, Chart. d. cap. fin. n. 87. & post n. 223. Mastrill. dec. 287. n. 21. Guazzin. d. def. 35. cap. 22. n. 6. Affli. decif. 178. n. 5. Riccius coll. 1328. & Vantius de nullitate processus, rub. quoties, & infra quod tempus de nullitate agi possit, post n. 8. ver. si vero, ubi dicit, hoc procedere, si nullitas principaliter proponatur per viam principalis petitionis, quia tunc de nullitate potest dici infra triginta annos, secus si nullitas proponatur per viam exceptionis, quia tunc potest perpetuè proponi, ut dicit Vant. d. n. 8. ver. aut quod nullitas, Affli. & Riccius ubi supra, & Prætus in addit. ad Muscatellum in pract. appellat. part. 7. gloss. nullitatis ver. fuit quandoq; de quo vide Thor. in suppl. dec. ver. nullitas, fol. 436. sed quando actus est ipso jure nullus, & tunc perpetuè potest dici de nullitate, nam ea, quæ ab initio non valent, & nulla sunt, tractu temporis convalesci non possunt, l. quæ ab initio, ff. de regul. jur. c. non firmatur extra de reg. jur. & Vant. d. n. 8. ubi dicit, & hoc maxime si nullitas ex defectu jurisdictionis, vel mandati prætenderetur, quia tunc potest dici de nullitate usque ad mille annos. Sic etiam quando nullitas oritur ex eo, quod Judex processit per inquisi-

tionem in causa à jure, vel statuto non permissa, potest Reus quodcumque allegare nullitatem processus, & sententiæ, Chartar. d. cap. fin. post d. n. 223, & Judex procedens ex officio in casibus non permissis, processus est nullus, cap. Regni ut delatas cum duobus cap. seq. & quando inquisitio est nulla, & formata in casu, in quo de jure formari non poterat, si ex ea sequatur sententia, etiam in vim contumaciæ, dicta sententia est nulla, & exequutioni non demandatur, Farin. d. q. 11, n. 35, & dixi supra n. 55. & vide Revert. in dec. 267, unde si ex forma statuti quis non possit accusari per aliquam personam, si fuerit accusatus, & in contumaciam condemnatus, processus, & condemnatio non valet, Bald. conf. 426. vol. 5. & Bajard. ad Clarum, §. fin. q. 15. n. 4. & quando nullitas apparet ex eisdem actis, potest proponi, etiam elapso tempore statuti præfigentis tempus ad proponendas nullitates, Sanfelice. dec. 299. n. 8. *Sed contrarium tenet Marsil. in tract. de bannitis ver. nullitas. n. 2. Grassus in d. except. 20. n. 16. Rovit. in prag. 4. n. 11. de dilat. Thor. in supplem. dec. ver. terminus circa finem fol. 628. & idem Sanfelice. in addit. add. decis. 299. ubi tamen dicit, quod nullitas, quæ provenit ex defectu jurisdictionis non excluditur per lapsum termini præfixi à statuto ad dicendum de nullitate, & hoc etiam si cū juramento sit promissum per partes, non dicere de nullitate. Sed alii dicunt quod oppositio, nullitatis ex eisdem actis apparentis, semper dicitur incidenter opposita, & potest opponi etiam post terminum. ita Muscatell. in pract. appellat. part. 1. gloss. nullitatis. n. 25. cum duobus seq. & ibi Pratus in addit. circa finem. Sic etiam quando agitur de periculo animæ, potest dici de nullitate sententiæ ultra statutum tempus à jure dicendi de nullitate. ita Marant. in suo speculo. part. 6. rub. & demum fertur sententia, n. 154. ubi n. 147. dicit, quod sententia nunquam transit in rem judicatam, quando, si sententia servaretur, tractaretur de periculo animæ.*

68 Sed adverte, quod in Statu Ecclesiastico per Constitutionem Pii Quarti, & Pii Quinti est statutum, ut bannitus captus post sententiam forjudicationis non possit dicere de nullitate, ita Chartar. de exequut. sent. c. 1. n. 262. & cap. 2. n. 41. ubi n. 50. in fine, dicit, quod immo bannitus non potest allegare nullitatem proveniente ex defectu jurisdictionis, & idem tenet Chartar. in cap. fin. n. 216. in fine, ubi dicit hoc procedere, si jurisdictionis non ipso jure denegaretur, vel quando Judex radicius habebat aliquam jurisdictionem, aliàs si ipso jure jurisdictionis denegaretur, vel radicius Judex nullam habuit jurisdictionem, tunc talis exceptio nullitatis provenientis ex defectu jurisdictionis, potest opponi non obstante quod statutum generaliter excludat omnes nullitates. Immo quando statutum disponit, ut nulla possit opponi exceptio nullitatis, statuto hoc non obstante, nullitas, quæ provenit ex defectu jurisdictionis potest opponi, Vulte in praxi judiciali fori Ecclesiastici, cap. 24. post n. 17,

Grammat. conf. crim. 71. nu. 48. Leonardis pract. offic. cap. 14. n. 3. in fine, Carrocus de remediis contra præjudiciales sententias, except. 22. quæst. 1. n. 1. Chartar. d. c. fin. n. 196. & 205. Benintendis dec. 2. n. 4. Grass. de effect. cler. eff. 1. n. 356. & 571. tractat. de exceptionibus. except. 20. n. 19. cum tribus seq. Palma in sua pract. par. 2. gloss. 23. n. 45. Nellus de bannitis in 2. parte primæ temporis, n. 2. in fine, & Aloys. de Leo in l. 1. n. 5. C. si

69 à non compet. judic. Hinc est, quod licet contra decretum latum in causa suspicionis contra Judicem non possit dici de nullitate, pragm. 15. §. fin. de suspet. offic. tamen potest dici de nullitate proveniente ex defectu jurisdictionis, Rovit. dec. 81. & Novarius in collect. super d. pragm. 15. n. 48. Unde si lex, vel statutum disponat, ut fiat exequutio sententiæ, non obstante exceptione nullitatis, tamen nullitas ex defectu jurisdictionis potest opponi, & impedit exequutionem sententiæ. Milanens. dec. Siciliæ 5. n. 50. lib. 2. & Carrocus d. qu. 1. n. 3. & statutum reiiciens exceptionem nullitatis non tollit nullitatem proveniente ex defectu citationis, ut dixi supra cap. 5. n. 18. Et statutum tollens exceptionem nullitatis intelligitur de nullitate, quæ non apparet ex eisdem actis, & quæ requirat altiore indaginem, secus si nullitas appareat ex eisdem actis, quia tunc non obstante tali statuto potest dici de nullitate, Grammat. conf. civili 43. n. 3. & conf. crimin. 71. nu. 43. Vantius de nullitate, rub. quis possit dicere de nullitate, nu. 51, & seq. Sanfel. dec. 299. n. 8. ubi & ipse idem in addit. & diximus supra n. 56. Marsil. d. ver. nullitas. n. 2. & Grassus in d. except. 20. n. 7. cum plurib. seq. Unde in Statu Ecclesiastico quando bannum est nullum non exequitur contra bannitum, Cartar. cap. fin. n. 148. & 187. cum plurib. n. seq. & licet per Constitutionem Pii Quinti in Statu Ecclesiastico disponatur, ut bannitus non comparens infra annum à die condemnationis, amplius non possit admitti ad dicendum de nullitate, Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 44. n. 50. & quæst. 94. à n. 56. usque ad n. 62. tamen Farinac. d. q. 11, in quarta impressione d. n. 34. in fine, tenet contra Bajar. dicens, quod in Vrbe Romana, & Statu Ecclesiastico semper bannitus potest dicere de nullitate banni, & præsertim si nullitas proveniat ex defectu jurisdictionis, citationis, vel indiciorum, quia tunc Judex eam admittit, qui Judex ad tollendū difficultates, videns sententiam exequutioni mandari non posse propter oppositam nullitatem Sanctissimum adire solet, & ipsum consulere, ut bannitum ad novas defensiones admittat, & tunc indistinctè bannitus super nullitates auditur, & ita practitari testatur Farinac. ibi. & quis sit Judex competens in cognoscendo de nullitate sententiæ, dixi in tract. de foro compet. cap. 52. de foro nullitatis sent.

Et in Regno Siciliæ ultra Pharam per quandam pragmaticam est statutum, ut forjudicatus post quatuor menses à publicatione sententiæ forjudicationis non possit allegare

gare nullitatem dictæ sententiæ, nisi probet se fuisse legitimo impedimento detemptum, & nulla alia nullitas allegari possit, nisi ex defectu citationis non factæ in persona, domicilio, vel loco notabili, ut testatur Virgilius in tractat. de legitimatione personæ, c. 33. n. 25. & 34. ubi dicit, quod est prag. 1. §. 1. tit. de bannitis.

70 Et quando forjudicatus annullare pretendit sententiam forjudicationis, Baro pro suo interesse non potest admitti ad ei oppugnandum, Rovit. rub. de sent. forjudic. n. 25.

71 Et propositis nullitatibus per forjudicatū captum fit monitio ad dicendum, & ad discutiendum nullitates prædictas, & quando nullitates propositæ subleunt, & tunc interponitur decretum, nullitates obitare, & proinde ordinariæ procedatur in causa, & deinde contestatur lis, & reus auditur in suis defensionibus, si verò nullitates non obstant, & tunc interponitur decretū, nullitates non obitare, & proinde sententia forjudicationis lata sub die tali contrā T. de T. exequutioni demandetur, Foller. præct. crim. rub. captis forjudicatis, recognoscantur n. 6.

72 Sed quaeritur, quid si pluries sint forjudicati pro eodem delicto unica sententia, & uno ipsorum existente in fortis Curia, sententia forjudicationis sit declarata nulla, an hæc declaratio nullitatis profit aliis correis non existentibus carceratis, & videtur dicendum, quod non, ex regula, quod res inter alios acta, alteri non prodest, neque nocet, ut in tit. C. res inter alios acta, & in l. 1. & 2. C. quib. res jud. non nocet, & in l. 2. C. de except. & in l. amissi §. plures, ff. de fidejuss. quæ regula habet locum etiam in criminalibus, l. juris, C. quib. res jud. non nocet, & l. & si crimine, C. ad leg. Jul. de adult. sed ego distinguo, scilicet quod aut nullitas respicit personam forjudicati carcerati, puta, quia ille erat Clericus, & fuit forjudicatus à Jndice laico, vel quia erat minor, & propter hoc sententia forjudicationis sit declarata nulla, & tunc talis declaratio non prodest alteri forjudicato pro eadem causâ in eadem sententiâ, nam licet sententia contra minorem sit invalida, tamen est valida respectu majoris litis consortis, Gizzarell. dec. 12. & Novarius in quæst. forens. 155. par. 1. sic etiam licet sententia forjudicationis lata à Jdice laico contrā Clericum sit nulla, ut diximus supra c. 2. n. 13. tamen si sit lata contrā Clericum, & alium laicum respectu laici est valida, cum laicus cognoscatur à Jdice laico non obstante, quod una simul deliquit cum Clerico. Covarruvias præct. quæst. c. 24. in princ. Grammat. dec. 21. Franch. dec. 426. in fine. Grassus de effect. cler. effect. 1. n. 124. cū duobus seq. & n. 140. ver. limita modo Capic. dec. 173. Foller. præct. crim. rub. audiantur excusatores n. 57. Caracciol. de fori privilegiat. remissione quæst. 22. n. 4. & 15. cum pluribus seq. Ansaldo de jurisdict. par. 2. tit. 11. cap. 20. Clar. præct. crim. §. final. quæst. 26. ver. evenit plerumque. Cancrinius d. cap. 2. n. 144. cū duobus seq. Capibanc. de Baronib. prag. 8. par. 2. n. 96. Novarius in praxi elect. fori. 10. 1.

sect. 3. quæst. 1. n. 28. Guazzin. ad defensionem reorum. def. 1. cap. 11. n. 17. Delbene lib. 1. c. 6. dubit. 13. Gomezus var. resol. lib. 3. cap. 10. n. 6. Facchineus controuv. juris lib. 9. cap. 21. Riccius in praxi remissionis delinqui q. 42. Capic. Lat. dec. 195. n. 40. part. 2. & Alex. Sperehellus dec. 4. n. 10. & dec. 19. n. 1. & 20. par. 1. ubi dicit contrariam opinionem de consuetudine, & de facto non servari, quæ posset procedere in statu Ecclesiastico. Vulpe in praxi judiciali fori Eccles. cap. 41. n. 5. & hanc opinionem, ut laicus cognoscatur à Jdice laico non obstante quod una simul delinquit cum Clerico in praxi servari, testatur squillant. de privileg. Cler. cap. 7. n. 77. in fine. Aut nullitas respicit acta ordinatoria, puta si aliquis actus sit gestus die feriato, & tunc declaratio nullitatis sententiæ forjudicationis facta respectu unius, prodest alteri. Faciunt dicta per Farinac. in præct. crim. in tit. de consultoribus, quæst. 131. n. 60. per Burgum de modo procedendi ex abrupto. quæst. 70 n. 8. & per Novarium in dec. 242. n. 9. in fine, ubi dicunt, quod si processus informativus contra reum sit nullus, erit etiam nullus respectu alterius socii criminis. facit etiam doctrina Bald. in l. 1. n. 7. Cod. si unus ex pluribus appellaverit, ubi dicit, quod in causa nullitatis sententiæ victoria unius prodest alteri, prout etiam videmus in appellatione, quæ si sit facta ab uno, prodest aliis condemnatis pro eadem causâ, l. 1. C. si unus ex pluribus appellaverit, Franch. dec. 467. & Farinac. d. quæst. 101. cap. 1. n. 17. cum duob. seq. & sententia lata contrā unum, licet non noceat alteri, tamen lata pro uno prodest alteri, Anna consil. 89. & in delictis connexis sententia absolutoria lata in favorem unius, prodest alteri, Guazzin. ad def. reor. def. 2. cap. 8. n. 5.

Quæritur etiam quid si sit dictum, nullitates non obitare, & proinde sententia forjudicationis exequutioni demandetur, an ab isto decreto licitum sit appellare, & videtur dicendum, quod sic. Primò, nam licet à sententia forjudicationis non possit appellari quando est lecta, ut dixi supra cap. 14. n. 2. tamen prohibita appellatione à sententia diffinitiva, non censetur prohibita appellatio ab incidentibus, & emergentibus, Franch. dec. 408. & 627. & Rovit. in prag. 7. n. 1. de appellat. & in dec. 81. n. 7. unde delegatâ causâ, appellatione remotâ, potest appellari ab interlocutoriâ latâ super Judicis incompetentiâ, Capibl. de Baronib. to. 2. cap. 50. à n. 2. usque ad finem. & Santellic. decis. 4. n. 11. & dec. 221. Et à fortiori Episcopus potest appellare à decreto lato per Judicem laicum, sibi denegante remissionem Clerico, licet in causa procedatur ad modum belli, & ab ea sit prohibita appellatio. Thor. in C. rerum judic. casu 28. & quando statutum dicit, ut à sententiâ non possit appellari, intelligitur à diffinitiva tantum. Marfil. in l. de minore. §. plurimum n. 107. & 109. ff. de quæstionibus. Secundò facit ratio, nam licet quis non possit tertio provocare ab eadem sententiâ, l. unica, C. ne liceat in una eademq; causa tertio provac. tamen quis potest dice-

re de nullitate tertie sententie, & si succumbat super illam nullitatem, potest iterum appellare, tanquam à novo gravamine, Marant. in suo speculo, par. 6. act. 2. rub. & quandoque appellatur, nu. 283. Tertio pro ista opinione alia suffragatur ratio, nam licet à decreto de exequendo non detur appellatio, l. ab exequutione, C. quorum appellat. non recip. & in l. ab exequutore, ff. de appellat. tamen dicit glos. in dictis legibus, quod non appellatur ab exequutione facti, secus si Judex pronunciat sententiam esse exequendam, quia tunc datur appellatio, Guid. Pap. dec. 574. n. 3. & 5. & Novar. in rub. prag. de appellat. n. 51. sed contrarium tenet Capib. de Baronib. tom. 2. d. cap. 50. & precipue n. 8. & 9. ubi dicit, quod non potest appellari à decreto reiciente nullitates propositas adversus sententiam forjudicationis, & si fuerit appellatum, non obstante appellatione, potest sententia forjudicationis exequutioni demandari, quæ opinio confirmari potest per pragmat. 4. de dilat. per quam disponitur, ut si sit dictum de nullitate sententie Præfati Prætorii, & sit pronuntiatus nullitates non ob stare, ab isto decreto non reclamatur, secus si sit dictum, seu pronuntiatum, nullitates ob stare, quia tunc reclamatur, confirmatur etiam ex dictis per Cypcium in dec. 1. n. 23. ubi dicit, quod quando duæ sententie, sic se habent, ut secunda sit exequutio primæ, si non potest appellari à prima, neque potest appellari à secunda, sed à sententia forjudicationis non potest appellari, quando est lecta, ergo neque potest appellari à decreto, per quod providetur, ut sententia forjudicationis exequutioni demandetur, quam opinionem limitat Capibl. d. cap. 50. n. 10. si sit dictum de nullitate proveniente ex defectu jurisdictionis, vel minoris ætatis, quia tunc datur appellatio à decreto reiciente nullitatem propositam adversus sententiam forjudicationis, nam appellatur à decreto reiciente nullitates propositas ex defectu jurisdictionis, Novarius in collat. prag. 15. n. 48. de suspet. offic. & opinio Capiblanco, si esset vera, posset etiam limitari, quando Judex à quo sit inhibitus per Judicem, ad quem, quia tunc Judex, à quo sententiam forjudicationis exequutioni demandare non potest, ex dictis per Farinac. d. quest. 101. cap. 1. n. 109. ubi dicit, quod in omnibus casibus, in quibus à jure est prohibita appellatio, super sedendum est in exequutione sententie, quando Judex à quo est inhibitus per Judicem, ad quem est exemplum in confesso, & convicto, qui si sit condemnatus non potest appellare, & tamen si Judex, à quo sit inhibitus per Judicem ad quem, Judex à quo non potest suam exequi sententiam, ut dixi supra cap. 14. post n. 2. Sed Merlin. controversiarum forensium, tom. 1. cap. 15. in fine, tenet primam opinionem contra Capiblanco. his verbis v3. Deinde propositis pro parte inquisiti aliquibus nullitatibus, adversus illam, post longam, & attentam discussionem diximus, eas non ob stare, & sententiam fore exequutioni de-

mandandam; ab hoc decreto tanquam quod verè contineat gravamen irreparabile, rursus petierat inquisitus admitti ad appellandum, ex rationibus superius pro eo traditis, nec deerat, qui in suam partem inclinabat, tamen Fiscus obtinuit tam ex iis, quæ ponderavi in præcedenti articulo, quàm ex traditis per Scacciam lib. 2. cap. 97. n. 177. & 178. ubi docet, appellationem à decreto, quod sententia hanni lata contra inquisitum exequutioni demandetur non esse admittendam, nec ad effectum suspensivum, & si Judex, ad quem inhiheret judici à quo eadem quidem ratione, quia ab interlocutoria lata post diffinitivam non admittitur appellatio, tamenli gravamen irreparabile, contineat: cujus contrarium video servari in M. C. V. in causis ordinariis, nam à decreto reiciente nullitates propositas adversus sententiam forjudicationis appellatur ad Sagrum Consilium, ubi sit relatio per ipsam Magnam Curiam, ex quibus facile dignoscitur Dominum Jo: Franciscum Capiblanco viri Doctissimum in suo tractatu de Baronib. to. 2. cap. 50. quo loci nomen nostrum subtracit ad hæc non advertisse, sed opinio Capiblanco mihi videtur vera, unde in Curiis Baronialibus cautela traditur, ut antequam sit pronuntiatus super nullitatibus, impetretur literæ inhibitoriales à Judice, ad quem Judici à quo, ut si Judex, à quo fuerit in voto, vel decreverit, nullitates adversus sententiam forjudicationis oppositas non militare, transmittat acta, & per dies tot non procedat, quia tunc propter inhibitionem, ipsa sententia forjudicationis exequutioni demandari non potest, ut supra dixi.

Quæritur etiam quid si sit dictum, nullitates non ob stare, an denudò forjudicatus possit alias nullitates non propositas proponere, & impedire exequutionem sententie forjudicationis, & videtur dicendum, quod non, ut à simili, nam propositis causis suspensionum in personam Judicis, si dictæ causæ sint rejectæ, non licet denudò alias causas proponere, Muta dec. 15. Novar. in collect. super pragmat. 1. n. 4. de suspet. offic. & Sanfel. dec. 80. n. 8. sed contrarium dici potest per text. in §. qui autem, lo primo, inquit, de excusat. tutor. & in l. propter in fin. ff. de rit. ubi habetur, quod si tutor habeat plures causas, propter quas possit se excusari à tutela, si nonnullas causas proponat, & eas non probat, & propter hoc succumbat, non prohibetur aliis causis uti infra tempora constituta ad proponendum causas excusationis, sed secundum primam opinionem fuisse decisum, testatur Thos. in supplemento decis. vers. nullitates, fol. 443. Quod confirmari potest per pragmat. 4. de dilationib. ubi habetur, quod quando dicitur de nullitate, etiã in Magna Curia criminali eodem tempore specificè proponi debent omnes nullitates, quas pars proponere intendit, aliàs potest procedi ad ulteriora, ergo non possunt proponi aliæ nullitates, quando nonnullæ fuerunt propositæ, & pars super illis succumbit. Et vide Mascarellum in pragmat. appellat. par. 1.

part. 8. glossa nullitatis à n.84. usque ad finem.

Quæritur etiam quid si forjudicatus monitus ad dicendum causam quare, &c. non proponat nullitates, & sit dictum, ut sententia forjudicationis executioni demandetur, an post dictum decretum possit dici de nullitate sententiæ forjudicationis, & actori ordinariorum, & puto quod sic, nam potest dici de nullitate sententiæ etiam in actu executionis ipsius sententiæ. *Bar. in l. 1. n. 1. Cod. de execut. rei jud. & Grammat. in cons. civil. 42. n. 4.*

Quæritur quoque, quid si sententia forjudicationis sit declarata nulla, & causa agitur de novo, an deinde, ut testes examinati in informatione probent, debeant ipsi repeti in illo novo iudicio, & dicas quod sic, *Farinacius præct. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. post n. 105. & Merlinus controvers. forens. lib. 1. cap. 42. n. 10.*

- 73 Forjudicatus existens in fortiis Curiae non potest admitti ad compositionem, prout de foras cito loquitur, Grandis de bello exulsi, in prædicamento pati, quæst. 2. speciali 81. n. 1. & est cap. Regni. Ne perversos ubi Nigris quod intellige, ut forjudicatus non possit admitti ad compositionem per Judicem inferiorem, secus per Principem non recognoscens superiorem, nam Judex inferior potest admittere reum ad compositionem pro aliquo delicto ante sententiam, & non post sententiam transactam in rem judicatam, Guazzin. ad defensionem reorum, def. 24. cap. 1. n. 2. Capibl. de Baronib. prag. 6. n. 32. Girlandus de relaxatione carcerati, tit. de poenarum compositionib. n. 8. Franch. decif. 370. Caravit. in ritu 272. n. 10. & Rovit. in rub. de abolit. n. 11. sed post sententiam transactam in rem judicatam soli Principi spectat commutare poenam corporalem in pecuniariam, l. relegati, §. fin. ff. de poenis, l. 1. §. fin. ff. de quæst. Guazzin. d. cap. 1. n. 2. & 5. ver. secus lata sententia, *Caravit. in d. ritu 272. n. 11. & Capibl. d. n. 32. & Prorex hujus Regni potest minuire, componere, & poenam transmutare etiam post sententiam existente partis remissione, & non aliàs, & habità prius relatione à M. C. de qualitate delicti, Capibl. d. prag. 6. post n. 36. & Judex inferior post latam sententiam cum rescripto Principis potest poenam minuire, vel ampliare, l. acta, ff. de re judic. & Prorex non potest aliquem admittere ad compositionem absque partis remissione, nisi ex causa publica, prag. 2. ubi Rovit. n. 3. de composit. Caravit. ritu 272. n. 2. Mastril. de indulto, cap. 24. n. 6. & Sanfelice. dec. 53. n. 39. nam Princeps ex causa potest remittere poenam corporalem etiam parte non concordatâ, Franch. decif. 213. n. 38. Ponte de potest. Prorex. tit. 3. §. 1. n. 15. & seq. & Sanfelice. dec. 49. n. 8. & dec. 51. n. 24. & latè in dec. 53. per tot. & quod nemo possit admitti ad compositionem absque partis remissione, est tex. in l. 1. C. de precibus imper. offerent. & in ritu 272. 273. & 275. prag. 2. 4. 5. 6. 7. & 8. de composit. Guazzin. ad def. reorum, def. 34. cap. 3. n. 1.*

Capibl. de Baronib. pragmat. 6. n. 42. Boslius præct. crim. tit. de pace, n. 1. & tit. de remediis ex sola clementia Principis, n. 25. & seq. & *Novarius de gravaminibus Vassallorum. co. 1. gravam. 12. aliàs si compositio sit facta absque partis remissione, ipsa est nulla, Puteo de sindic. ver. compositio, cap. 1. n. 6. in fine, & n. 7. Girland. de relaxatione carcerati, rub. de poenarum compositionib. quæst. 5. Caravit. in ritu 272. n. 5. Farinac. in præct. crim. tit. de inquisitione. quæst. 5. n. 1. Bajard. ad Clarum in §. final. quæst. 59. n. 44. & Grammat. in voto 35. n. 8. & 9. & pars offensa potest dicere de nullitate compositionis, tam coram Judice, à quo fuit facta dicta compositio, quam coram superiore dicti Judicis componentis, Follet. præct. crim. rub. audiantur excusatores, n. 115. cum plurib. n. seq. & præcipue n. 124. sed si sententia forjudicationis sit declarata nulla, & tunc pendente iudicio ordinario, reus potest admitti ad compositionem per Judicem inferiorem, faciunt dicta per Franch. dec. 370. per Guazzin. d. defen. 34. dict. cap. 1. n. 5. ver. secus lata sententia, & per Catalan. de indulto, cap. 9. n. 67. & ita in specie tenet Marinis quotid. resolut. tom. 1. cap. 32. n. 5. ver. Baro Et Commissarius Campanæ nullum inquisitum admittere potest ad compositionem absque licentiâ in scriptis obtenta à Regente supra intendente rerum Campanæ. prag. unica. §. 24. de officio Judicis generalis. Et quando Princeps qui non recognoscit superiorem commutat poenam corporalem in pecuniariam, si poena commutata nequit fortiri effectum ex iusta causa, & nullus intervenit dolus, vel culpa rei, quin fortiri possit effectum poena commutata, reus non potest puniri priori poenâ. tex. in l. quamvis. Cod. ad Senat. Consult. Turpillianum fuisse observatum dicit Sanfelice. in dec. 375.*

- 74 Et forjudicatus existens in fortiis Curiae potest interrogari de sociis, mandatoribus, receptatoribus, & auxiliatoribus, l. penult. C. de feriis, l. Divus Adrianus, ff. de custod. reorum, Marf. cons. 22. n. 16. & Grandis de bello exulum d. prædicamento pati, qu. 3. speciali 89. licet in aliquibus delinquentibus sit sacus, l. fin. C. de accusat. & Farinacius præct. crim. tit. de indiciis, & tortura, qu. 43. n. 2. Undè licet forjudicatus non possit torqueri, lectâ sententiâ forjudicationis super delicto, si captus fuit, nam eo capto non tractatur de tortura illi inferenda super veritate criminis, nam veritas criminis inquirenda non est, sed sola restat executio, Clar. §. fin. q. 64. ver. sed numquid, & Chartar. de execut. sent. c. 1. n. 30. & 454. tamen forjudicatus potest torqueri super sociis, & complicitibus, & super aliis delictis, Clar. d. quæst. 64. ver. veritas est, Chartar. d. cap. 1. n. 455. & cap. 2. n. 36. Farinac. præct. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 19. & *Burgus de modo procedendi, ex abrupto. quæst. 100. n. 86. nam quis post sententiam potest torqueri contra alios, l. qui ultimo in fine, ubi Bart. ff. de poenis, Carrerius præct. crim. tit. de indiciis, ver. circa quintum, n. 24. fol. mihi 92.*

hi 92. & quomodo interrogari debeat forjudicatus captus super sociis, & complicitibus, & receptatoribus, tradit practicā Chartar. de exequut. sent. cap. 2. à n. 88. usque ad finem, ubi à n. 57. usque ad n. 68. dicit, quodd quando forjudicatus torquetur de sociis, complicitibus, & receptatoribus, Judex debet se protestare, quodd per interrogationes faciendas, & per responsiones forjudicati subsequendas non inferatur sententiæ condemnatoriæ aliquod præjudicium, & idem dicunt Ambros. de processu informativo, lib. 6. cap. 4. per totum, Guazzin. ad defensionem reorum, def. 30. cap. 9. n. 4. & cap. 33. n. 1. & Farinac. dict. num. 19. & in tit. de indicis, & tortura, quæst. 40. num. 19. in fine, ubi n. 26. dicit, quod tunc quis potest torqueri ad sciendum socios, quando adsunt legitima indicia sociorum, sed si quis sit convictus occidisse aliquem, & non constet de quâ causâ eum interfecit, præsumitur fuisse commissum homicidium de mandato alterius, & absque alio indicio præcedente, potest homicida torqueri ad sciendum de mandante, Farinac. d. tit. de indicis, & tortura, qu. 37. n. 154. & seq. & dicam in praxi torquendi reos, cap. 10. n. 26. sed in Regno factâ recognitione personæ forjudicati, & factâ monitione ad dicendum, providetur, quod sententia forjudicationis exequatur, verum antequam forjudicatus morti tradatur, torqueatur tormento funis, ad sciendum complices, fautores, & ejus receptatores, & deinde quâdo reus torquetur non debet interrogari de delicto principali, aliàs inferretur præjudicium sententiæ forjudicationis, Farinac. d. q. 11. d. n. 19. & d. q. 40. n. 20. cum plur. seq. Chart. de exeq. sent. d. cap. 2. n. 70. cum plur. n. seq. & Ambrosius de processu informativo d. lib. 6. d. c. 4. n. 6. ubi n. 10. dicit, quodd forjudicatus debet interrogari in genere de sociis, & aliis criminibus neminem nominando citat Chartar. in d. cap. 2. à n. 82. usq; ad n. 84. Nigris in cap. Reg. 7. n. 54. Mascard. de probat. conclus. 1317. n. 39. & dicam in praxi torquendi reos, cap. 8. n. 8. nisi contra socios adlint indicia, quia tunc possunt in specie nominari, Farinac. d. quæst. 42. n. 123. & seq. & quæst. 79. n. 79. Guazzin. d. defens. 30. cap. 33. n. 2. & Mascard. in d. conclus. 1317. n. 40. sed vide, quod dicam in praxi torquendi reos, cap. 14. n. 79. ubi, & aliqua

75 *addedi.* & Ambros. d. cap. 4. n. 5. dicit, quodd tortura, quâ infertur forjudicato pro habendis sociis, non debet esse multum gravis, sed moderata, citat Chartar. d. cap. 2. n. 68. & idem tenent Farinac. d. quæst. 11. d. n. 19. & d. quæst. 40. n. 27. & Clar. d. quæst. 64. ver. veritas est in fine, & quando quis torquetur in caput aliorum ad sciendum complices, & fautores, tortura non infertur ultra tertiam, vel mediam partem hujus. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 21. cap. 1. n. 4. & def. 30. cap. 33. n. 4. citat Clarum d. quæst. 64. ver. scias etiam, & ver. veritas est, sed Nigris in d. cap. Regni 7. n. 51. dicit, quodd si fuit leviter tortus, non dicitur tortus, & ei non creditur, & idem tenet Bajard. ad Clarum §. fin. quæst.

21. n. 53. & seq. nem tortus non dicitur, qui fuit ligatus, & aliquantulum elevatus supra terram, Poller. pract. crim. rub. rei indurati torqueantur, n. 18.

- 76 Sed quæritur quid si forjudicatus existens in fortis Curia, dicat de nullitate sententiæ forjudicationis, & pendentibus nullitatibus discutiendis, aufugiat à carceribus, an possit impunè ab omnibus occidi: & puto, quod sic, quod secus si sit dictum nullitates ob stare, quia tunc si aufugiat à carceribus, non potest impunè occidi, sed iterum est citandus, & in contumaciam forjudicandus.
- 77 Quæritur etiam, quid si capto forjudicato, sit dictum nullitates non ob stare, & postea forjudicatus aufugiat, si deinde sit captus, an sit iterum citandus ad dicendum causam, quare, &c., vel statim debeat mitti ad supplicium? & puto quodd sit iterum citandus ad dicendum causam quare non debeat morti tradi, nam licet non possit dicere amplius de nullitate, cum nullitates sint discussæ, tamen potest esse, quod isto mediotempore, quo aufugit, habuisset indultum, vel servisset bello ex conventionem, vel quod esset captus sub guidatico, vel in Ecclesiâ, vel quod esset factus Religiosus, & idè merito est iterum monendus; Immo denud est recognoscenda ejus persona, scilicet quod sit ipse idem, qui fuit forjudicatus, & aufugit à carceribus, licet per prius ante fugam esset facta dicta recognitio.

S U M M A R I U M.

- 1 *Sententia forjudicationis duobus temporibus exequi potest.*
- 2 *Exequutio sententiæ forjudicationis per quæ Judicem fiat, usque ad n. 4.*
- 3 *Forjudicatus per M. C. V. an remittatur ad suum Judicem competentem, & n. 6.*
- 4 *Foras citi à quo puniantur? & n. 8.*
- 5 *Cadaver forjudicati mortui ante exequutionem sententiæ, an debeat suspendi?*
- 6 *Sententia forjudicationis exequi debet, etiam elapsis triginta annis.*
- 7 *Forjudicatus antequam suspendatur, ponitur inter personas Religiosas, quæ eum monent, & confitetur peccata sua, & accipio Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, sed non extremam Unctionem, & quid si noluit sua peccata confiteri? n. 13.*
- 8 *Appellatio non datur à decreto de exequendo sententiæ forjudicationis.*
- 9 *Sententia an possit exequi die feriato?*
- 10 *Suspendendus ducitur per loca publica ad locum Justitiæ, & exequutio contra eum fieri debet publice, & in loco publico, ibid.*
- 11 *Exequutio sententiæ capitalis, in quo loco fieri debet?*
- 12 *Carnifex pro exequenda justitiâ, an possit animalia capere?*
- 13 *Vilis persona, vel servus possunt cogi ad faciendum carnificem, sic etiam, & delinquens carceratus potest condemnari ad faciendum carnificem.*
- 14 *Expensæ pro exequenda justitiâ, ad quem spectant?*

- 20 *Carnifex non debet esse odiosus suspendendo.*
- 21 *Exequutio sententiæ capitalis in pluribus casibus differtur.*
- 22 *Cardinalis si obviam facias suspendendo ipsi est facienda gratia.*
- 24 *Funis si rumpatur an suspendendus debeat suspendi?*
- 25 *Suspensus si reviviscat, amplius non est suspendendus.*
- 26 *Exequutio sententiæ capitalis si per errorem sit facta in personam alterius, adhuc condemnatus debet suspendi.*

C A P. XXVI.

De exequutione sententiæ forjudicationis.

In quibus temporibus potest exequi sententia forjudicationis. Primò, quando forjudicatus armans per campaneam occiditur ab aliquo, & eo occiso, eamputatur caput, nam illud præsentatur Curia, & facta recognitione d. capitis, quod sit caput d. forjudicati, ponitur in publico, ut diximus supra cap. 17. n. 68. & 71. & sic etiam isto modo exequitur sententia forjudicationis, dum in eâ dicitur, ut forjudicatus ab omnibus possit impunè occidi. Secundò exequitur sententia forjudicationis, quando forjudicatus est captus vivus, & reperitur penes Curiam, nam facta recognitione ejus personæ, factaque monitione, & servatis servandis, de quibus diximus supra cap. præcedenti, decernitur, ut sententia forjudicationis exequatur; & tunc illa exequitur turcis, eum suspendendo, & frustra proferuntur sententiæ, si debita executioni non demandarentur, glossa in rub. Cod. de executione rei judicatæ, & Novarius in dec. 224. n. 1. cum duob. seq.

Et ista sententia forjudicationis, exequi debet per Judicem, qui eam tulit, Confit. Reg. pœnam eorum, ver. quod si alii Justitarii, Capibl. de Baronib. prag. 8. par. 2. n. 123. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. n. 20. Et hoc procedit in qualibet sententia, quæ debet exequi per Judicem, qui dictam sententiam protulit, ut dixi in tractat. de foro compet. cap. 54. n. 6. Et licet de jure communi bannitus possit puniri à quolibet Iudice eum capiente, & contrà eum exequi sententia, licet alius Iudex eum bannivit, si tamen sint Iudices sub eodem dominio, Marf. conf. 86. & conf. 121. & Carrerius pract. crim. tit. de appellatione. ver. septimus casus est, n. 71. fol. mihi 18. & Chartar. de exequut. sent. c. 1. n. 237. & seq. & n. 142. Et licet alii teneant, quod bannitus ab uno loco ob contumaciam ratione delicti possit esse qualiter in alio loco puniri, ut tenet Bajd. in l. & si severior, C. ex quibus causis infam. irregetur, sequitur Gabriel. commun. conclus. lib. 2. tit. de judiciis, conclus. 1. n. 20.

ubi n. 21. hoc limitat si in loco à quo ille, fuisset bannitus, tanquam contumax deventus esset ad confiscationem omnium bonorum; in eodem loco existentium, quæ ad fiscum pervenissent propter illam condemnationem, quia tunc non potest ipsemet bannitus in alio loco puniri, citat Bal. in conf. 124. volum. 5. tamen in Regno nostro forjudicatus captus per alium Iudicem, semper remittitur ad Judicem, qui ipsum forjudicavit, ut suam exequatur sententiam forjudicationis, Confit. Reg. pœnam eorum, & in prag. 1. de recept. malefact. & Carrerius d. tit. de appellatione, d. ver. septimus casus est, n. 70. & 71. Verum Iudex delicti, qui protulit sententiam forjudicationis, potest requirere Iudicem originis, vel domicilii forjudicati, ut suam exequatur sententiam forjudicationis, & Iudex domicilii, vel originis ad requisitionem Iudicis delicti tenetur dictam sententiam exequi, Cabal. resol. crim. calu 161. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 61. & dixi in tract. de foro compet. d. cap. 54. Sed Iudex requisitus non potest exequi sententiam forjudicationis latam à Iudice requirente, nisi habito toto processu, & viderit, quod sententia sit ritè, & rectè lata, Farinac. d. q. 11. d. n. 61. ver. limita rursus, & non sufficit sola sententia, Chartar. de exequut. sent. cap. fin. à n. 1. usque ad n. 39. & de hoc latè diximus d. tract. de foro compet. cap. 54. At Regii Superiores non possunt executioni demandare sententias forjudicationis latas per Curias baronales, nisi recognitis actis de novo, Capibl. de baronibus in prag. 8. part. 8. n. 116.

Quæ sententia forjudicationis si sit lata per Curiam Baronalem, Curia Baronalis eam exequi debet Danza de pugna DD. to. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. n. 20. & Capiblanc. de Baronib. prag. 8. par. 2. n. 94. & 116. Unde Baro potest tenere furcas erectas pro justitia ministranda, & pro exequendis sententiis sui Officialis, Oltradus conf. 161. Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. n. 311. & Franch. dec. 510. n. 3. Et Baro potest cogere privatum vendere locum ad erigendas furcas, & ad justitiam exequendam, Marf. in l. 1. n. 27. ff. ad l. Corn. de Sicar. & Puceo de sindic. ver. furcarum erectio, cap. 1. n. 3. Et in ver. contumacia, cap. 1. n. 8. in fine. Et erectio furcarum, est signum meri Imperii. Palma in sua pract. par. 1. gloss. 15. n. 27. & Mascard. de probat. conclus. 1054. n. 16.

Et forjudicatus Curia Baronalis si sit captus per M. C. V., vel per Regiam Audienciam ad Baronalem Curiam, remitti debet Confit. Regni pœnam eorum, ver. quod si alii Justitarii, Caracciol. de fori privilegiorum remissione, quæst. 8. n. 10. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de sententia forjudicationis, cap. 15. n. 13. nisi forjudicatus Curia Baronalis, & captus per Regios Superiores sit forjudicatus per Curiam Baronalem, ex causa latrocinii in via publica, vel recepti, quia tunc potest puniri à quocunque Iudice capiente, & non remittitur ad Iudem forjudi-

judicantem, Capibl. de baronib. d. prag. 8. part. 2. n. 94. & 112. cum plur. seq. & hoc est, quia Regii Superiores, qui ceperunt forjudicatum à Curia Baronali pro causa latrocinii, vel recapti possunt jubere dictam Curiam Baronali, ut transmittat processum ad ipsos Regios Superiores, & habito dicto processu, possunt exequi sententiam forjudicationis latam per Curiam Baronalem, secus si sit forjudicatus ab una Regia Audientia, & captus ab alia, quia tunc est remittendus ad Regiam Audientiam, quæ processit ad forjudicationem, Campana de forjud. resol. 22. per totam.

Et bannitus non dicitur vagabundus, Alber. in tract. statutorum, part. 4. quæst. 80. Cepolla conf. crim. 58. n. 25. & Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 39. ver. sui interrogatus, & Menoch. de arbit. judic. casu 531. n. 11. & idem non potest ubiq; puniri, Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 7. n. 16. ubi reicit Speculatorem in tit. de compet. jud. adit. §. 1. ver. sed pone quidam, n. 3. Hostiensis in summa, tit. de foro compet. §. 2. n. 7. & Abbatem in cap. fin. n. 14. de foro competenti contrarium tenentes, licet supradictos DD. videatur sequi Decianus tract. crim. lib. 4. cap. 13. n. 2. ubi dicit quod bannitus dicitur quasi vagabundus, & dixi supra cap. 6. n. 19.

Sed si M. G. Vicaria processit ad sententiam forjudicationis contra subditum Baronis, forjudicatus existens in fortis dictæ M. G. non debet remitti ad instantiam Baronis ad suam Curiam, ut ibi exequatur sententia forjudicationis, sed dicta sententia exequitur per M. C. Anna sing. 56. Mastrill. dec. 147. n. 12. & seq. Capiblanc. d. prag. 8. par. 2. n. 91. Sanfelice. dec. 69. Merolla in theolog. morali tom. 3. disput. 7. cap. 1. dubit. 6. n. 152. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de minore, cap. 6. ver. nec refragatur, & d. tit. de sententia forjudicationis, cap. 15. à n. 14. usque ad n. 49. Novarius in quæst. forens. 127. n. 8. par. 1. & Revert. in dec. 268. Nisi sententia forjudicationis sit declarata nulla per M. C., quia tunc causa debet remitti ad Curiam Baronalem Iudicem competentem inquisiti, Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 49. n. 15. & seq. Thor. compend. decision. tom. 3. sect. 9. ver. remissio, fol. 110. Danza d. cap. 6. ver. verum quando, & d. cap. 15. n. 46. & Campana de forjud. resol. 27. n. 5. Sed, quod Baro possit petere remissionem causæ sui subditi ad suam Curiam etiam post sententiam, saltem, ut dicta sententia exequatur per Curiam ipsius Baronis, dicit pluries fuisse decisum, Rovitus prag. 2. n. 6. ubi de delicto, idem tenent Thor. compend. dec. tom. 2. ver. remissio, fol. 573. & tom. 3. sect. 3. ver. remissio, fol. 65. & in Cod. rerum. judic. alleg. 3. Sanfelice. dec. 419. à n. 60. usque ad finem tom. 3. Cypyc. Latro dec. 155. par. 2. Novarius deo. Regiæ Audientiæ Apulæ 97. & in collect. super prag. 2. n. 1. ubi de delicto, Danza d. cap. 15. n. 47. Caracciol. de fori privilegiorum remissione, quæst. 45. n. 4. cum plurib. seq. & Marinis quotid. resolut. ver. Barones, cap. 34. in prima impressione,

& hac ultima opinio comprobatur quo ad forjudicatum, ex dictis per Bossium in pract. crim. tit. de foro competenti, n. 180. ubi dicit, quod si sit factum bannum in contumaciam contra aliquem per non suum Iudicem, non censetur prorogata jurisdictio Iudicis illud proferentis. Nam contumacia non videtur prorogare jurisdictionem Iudicis citantis. Marfil. in tract. de bannitis, vers. contumacia, n. 6. Foller. in pract. crim. in quarta parte tertii partis, rub. & si constituebuntur, n. 24. in fine, & Cartar. de executione sent. cap. fin. n. 198. & Campana de forjud. resbl. 13. n. 4. & per processum factum contra contumacem, non acquiritur jurisdictio. Rovit. in prag. 1. n. 22. de jurisd. invicem non turbandis, & hæc ultima opinio caret difficultate in Statu Bisiniani, nam ejus Princeps habet privilegium cognoscendi etiam post sententiam, Mastrill. dec. 147. n. 14. & seq. & Capibl. d. prag. 8. par. 2. n. 92. ubi n. seq. dicit, per Provinciam Calabriæ fuisse plures forjudicatos remissos ad dictum Statum Bisiniani.

6 Et a fortiori causa remittitur Baroni post sententiam, si Baro ignorabat, suum subditum fuisse conventum coram alieno Iudice, secus si à principio sciebat, & passus fuit, sententiam pronunciari, quia tunc causa non remittitur Baroni post sententiam, Marinis quotid. quæst. cap. 34. Novarius dicta dec. 97. n. 10. & Catalan. de indulto, cap. 10. n. 62. & 65. & seq.

7 Sed sunt aliqui DD. qui tenent, quod si forasceci sint capti ab eorum Baronibus, dato, quod Barones prævenierint in capturâ tamen tenentur illos assignare Regiæ Audientiæ, Grandis de bello exulum prædicamento qualitatibus, quæst. 3. per totum, & præd. pati, quæst. 3. speciali 85. tamen d. Grandis d. præd. qualitatibus, quæst. 3. n. 5. fatetur hanc quætionem esse dubiam, & desiderare super istam quætionem Principis decisionem, & in d. præd. pati, quæst. 3. speciali 85. movetur ex doctrina Annæ d. sing. 56. asserentis, quod post sententiam forjudicationis Regiæ, non est locus remissioni ad Curiam Baronalem, & tamen contra Annam non desunt alii DD. qui tenent contrarium, ut supra diximus. Imò Grandis d. præd. pati, q. 3. speciali 97. dicit, quod licet forasceci, ex quo sunt veri contumaces, non possint allegare declinatoriam fori, tamen secus est respectu Baronis d. forjudicati, ergo Grandis sibi contradicit. Et Campan. in tract. de forjud. resbl. 27. n. 5. & 6. dicit, quod licet subditus Baronis forjudicatus per sententiam Regionum Tribunalium non sit remittendus ad instantiam Baronis ad Curiam Baronalem, tamen si subditus habeatur pro forjudicato vigore statuti pro aliquo delicto, prout est quando delinquit, & associatur cum bannitis, & per decem dies cum eis armat per campaneam, & delinquit, in quo casu debetur pro vero forjudicato, per prag. 1. §. 9. & 11. de exulibus, in isto casu, si hic captus sit per Regios superiores debet remitti ad ejus Barone ad instantiam ipsius, sed

sed alii tenent, quod Generali Commissarius Campanæ sit Iudex competens contra forasclitos, & dato, quod Officiales Baronales præveniant contra eorum subditos forasclitos in capiendi informationem, & ad capturam, tamen tenentur illos remittere ad dictum generalem Commissarium Campanæ una cum dictis informationibus, ita Muscatell. pract. delict. in genere, rub. de furtis, tit. de privilegiis dictorum delictorum, n. 57. & seq. sed tu dicas opinionem, Grandis, & Muscatell. posse procedere in famoso, & disfamato forjudicato, qui armans per campaneam commisit plura furti in viis publicis, & fecit recepta, quia tunc iste existens in fortiis Regiæ Curie non remittitur ad suum Baronem, & existens in fortiis Curie Baronalis, semper dicti Regii Superiores petunt dictum forjudicatum à dicta Curia Baronali, secus in simplici forjudicato, ut diximus. Imò sunt aliqui qui tenent, quod Barones possint petere remissionem causarum à Regiis Superioribus etiam si in ipsis causis procedatur ad modum belli contra eorum subditos, Danza de pigne DD. tom. 1. tit. de potestate ad modum belli cap. 3. & in tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 2. & tom. 3. tit. de variis criminum cognitionibus cap. 1. n. 3. usque ad 7. Thorus compend. dec. tom. 3. sect. 3. vers. remissio, fol. 88. Novar. in prax. elect. fori tom. 2. sect. 3. quæst. 6. n. 4. cum dnob. n. seq. & in collect. prag. 10. §. 48. n. 187. & seq. de offic. Judic. ubi dicit, secus esse si in literis commissionibus Præsidi, vel Regiæ Audientie concessis esset specialis potestas derogandi privilegiis Baronum, prout idem est in causis delegatis per Proregem, quoad vassallos Baronis, ut dixi in tract. de foro compet. cap. 3. n. 120. sed alii dicunt, quod potestas procedendi ad modum belli concessa Commissariis Campanæ, & Præsidibus Provinciarum contra delinquentes sit privative, quoad Officiales ordinarios, & Barones, ita ut eis auferat iurisdictionem procedendi contra suos subditos in casibus in quibus proceditur ad modum belli, Merlinus controver. forens. lib. 1. cap. 17. n. 26. ubi n. seq. dicit, quod iurisdictione in eos, qui itinera frequentata obsident est Regia privative ad Barones, Danza d. tit. de potestate ad modum belli, cap. 2. n. 53. & dixi in tract. de foro compet. cap. 39. de foro committentis gravia delicta à n. 4. usque ad finem. Sed alii affirmant, quod Præses Regiæ Audientie habens potestatem procedendi ad modum belli contra latrones, non potest illos advocare à manibus Baronis, qui in ipsorum captura prevenit, ita Capib. de Baronibus tom. 1. super prag. 8. part. 2. n. 109.

8 Sed forascliti status Ecclesiæ, qui grassantur per Regnum Neapolitanum, si sint capiti per Officiales Regios, remittuntur ad Officiales Papæ, Grandis d. prædicamento pati, quæst. 1. n. 6. Et quando subditi Romanæ Ecclesiæ delinquant in Regno possunt puniri pro delictis factis in Regno à Ministris Romanæ Ecclesiæ. Et è contrario: si subditi huius Regni delinquant in statu Ecclesiastico

possunt puniri ab Officialibus Regis, ac si deliquissent in Regno, ut ita fuisse capitulatum inter Papam, & Proregem, testatur, Grandis de bello exultum prædicamento quantitatis, quæst. 3. n. 28. & d. prædicamento pati, quæst. 3. special. 15. n. 1. & est prag. 3. de persequut. malef. & prag. 7. de exulib. sed quidam banniei Romanæ Ecclesiæ, qui armaverunt, & plura commiserunt delicta in Regno, fuerunt suspensi in Regiæ Audientia Salerni per ordinem D. Francisci de Campo delegati Sux Excellentie. Et quando datur potestas Præsidibus, & Regiis Audientie procedendi ad modum belli, ipsi non in omnibus causis criminalibus ad modum belli procedere possunt, sed in sex tantum delictis, connumeratis in prag. x. §. 48. de officio Judicium, & idem est in Commissario Campanæ, qui neque potest cognoscere ultra sex delicta connumerata in d. §. 48. ut in prag. unica, §. 12. de officio Judicis generalis, & si Commissarius Campanæ carcerat alios inquisitos de aliis delictis, debet illos transmitti ad M. C. Vicaria etiam si d. carcerati sint subditi Baronum, qui in M. C. darent potestatem causæ remissionem ad eorum forum competentem, & Commissarius Campanæ non potest cognoscere de articulo remissionis causæ nisi in casibus in quibus habet particularem commissionem à Prorege, ut in d. prag. unica, §. 12. sed hodie remissiones carceratorum à Commissario Campanæ non possunt fieri ad Curias Baronales, nisi consulto Regente Sux præintendente rerum Campanæ. Sanfelice in prax. judic. fol. 280.

9 Forjudicatus si existens in fortiis Curie morte naturali decedat, pendentibus nullitatibus discutiendis, contra ejus cadaver non exequitur sententia forjudicationis, & proinde non potest suspendi, nam si sententia forjudicationis exequi non possit contra forjudicatum existentem vivum in fortiis Curie; pendentibus nullitatibus discutiendis, ut diximus in cap. præcedenti n. 65. ergo à fortiori non potest exequi contra ejus cadaver, Decius in l. si is qui, n. 8. Cod. qui testam. fac. possunt. Et corpus mortuum non debet suspendi. Marfil. in l. final. n. 29. ff. de quaest. quod intellige, quando quis est forjudicatus non pro enormibus delictis, aliàs si sit forjudicatus pro enormibus delictis, & sit famulus forjudicatus, & tunc ejus cadaver suspendi debet, Guazzin. ad defensionem reorum, defens. 38. cap. 6. n. 1. & seq. & def. 32. cap. 26. n. 6. Gizzarell. dec. 15. ubi Angelus n. 8. & 11. Chartat. de exequut. sent. cap. fin. n. 455. Clar. §. fin. quæst. 51. ver. sed hic incideret, Rota in florilegio pract. conclus. 9. n. 94. Foller. pract. crim. rubr. poenis debitis feriantur, n. 79. & Caball. resol. crim. casu 294. n. 450. & seq. Prout etiam si condemnatus ad mortem decedat, appellatione pendente, licet ejus cadaver non sit suspendendum, tamen secus est si sumus in atrocioribus, Gizzarell. d. dec. 15. Bossius in pract. crim. tit. de executione sententia, n. 18. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de carcerario, cap. 1. n. 22. cum plur. seq. ubi dicit, quod

quod si Reus decedat, pendente primâ iustitiâ, non debet suspendi ejus cadaver, idem tenent Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 10. n. 77. Novarius de gravaminibus vassallorum, tom. 2. gravam. 31. faciunt dicta per Rovitum dec. 64. nisi reus sit inquisitus de delictis atrocioribus, & sit confessus, vel legitime convictus, quia tunc ejus cadaver potest suspendi, Decianus tractat. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. n. 20. Farinac. d. quæst. 10. n. 78. & 79. & Guazzin. d. def. 38. cap. 6. n. 1. & 2. ubi n. 2. dicit, idem esse, si quis se interficiat manibus propriis metu pœnæ, idem tenent Clar. d. quæst. 51. ver. sed hic incidentes in fine, & Guazzinus d. def. 33. cap. 36. n. 6. *Gizzarelli in d. dec. 15. n. 25. & Menoch. de arbitr. judic. casu 285. n. 8. ubi n. 7. dicit idem esse si reus sit venenatus à suis consanguineis & vide Farinacium in pract. crim. tit. de homicidio, quæst. 128. n. 10. cum trib. seq.*

- 10 Et licet jus exequendi sententiâ præscribatur spatio triginta annorum, Maranta in suo speculo, par. 6. actu 3. rub. & post omnia advertatur circa exequutionem sententiæ n. 54. Carrocus de remediis contra præjudiciales sententias, except. 60. Aff. dec. 245. in fine, & dec. 245. Caravit. ritu 262. n. 8. *Marescot. ver. resol. lib. 2. cap. 121. n. 10. & Riccius coll. 285. ubi hoc limitat si sit cepta exequutio sententiæ, sed non sit finita infra triginta annos, quia tunc elapsis triginta annis non dicitur præscripta actio, & potest finiri exequutio, citat Achil. de Grassis dec. 5. de præscript. & Gallip. in praxi S. R. C. part. 3. c. 3. post n. 51. tamen si quis stetit forjudicatus per spatium triginta annorum, quibus elapsis sit captus, in hoc casu sententia forjudicationis contra eum exequitur, Nellus de bannitis in 2. parte secundi temporis, n. 64. Foller, pract. crim. rub. cap. 3. forjudicatis recognoscantur, n. 7. Guazzin. ad defensionem reorum, def. 2. cap. 2. n. 88. & def. 35. cap. 17. n. 3. Bossius pract. crim. tit. de banni nullitate, n. 2. Caball. resolut. crim. cas. 239. & *Buccarovius de differ. inter judicia civilia & crim. differ. 175. n. 7. & est ratio quia dñ Fiscus non potuit exequi facere sententiâ forjudicationis contra forjudicatum propter absentiam forjudicati, Fisco nō currit præscriptionis adversus sententiam, quin ipsa exequi possit, nam non valenti agere non currit præscriptio, ut diximus cap. præcedenti n. 67. Et idem Gramm. in Constit. Regni pœnam eorum, n. 18. dicit, quod si forjudicatus sit captus postquinquaginta annos non potest allegare præscriptionem adversus sententiam forjudicationis, & idem tenent Bajar. ad Clarum, §. fin. qu. 51. n. 2. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 10. n. 28. ver. amplia, Campana de forjudicatione, resol. 21. n. 7. & Chartar. de exequutione sent. cap. fin. n. 213. cum duob. seq. ubi rationem assignat, & dicit, quod sententia forjudicationis est conditionalis, quæ impleri non potest, nisi postquam forjudicatus in fortis Curie pervenit, nam condemnatur, ita ut si deinceps in fortiam Curie deve-**

niret ducatur ad locum justitiæ, & ibi decapitetur, vel furcis suspendatur, ut dixi supra cap. 12. nu. 8. & ob id tempus non incipit antea currere quam in fortiam Curie pervenerit argumento l. 1. in fi. C. de annali excep.

- 11 Et postquam sit dictum per Judicem competentem, ut sententia forjudicationis exequatur, & tunc statim forjudicatus ponitur cum personis religiosis, ut ipsæ eum moneant pro salute ejus animæ, Chart. de exequunt. sent. & c. fin. n. 426. & seq. nam à sententia de exequendo sententiam forjudicationis non datur appellatio, secundum Capiblanicum de Baronibus, tom. 2. cap. 50. n. 8. & 9. & Scacciam de judiciis, lib. 2. cap. 97. n. 177. & seq. de quo vide, quod dixi supra cap. 25. post n. 72. Et forjudicatus confitetur peccata sua Sacerdoti, & Sanctissimam Eucharistiam suscipit, sed non Extremam Viaticionem, & pro illo die, quo forjudicatus suscepit Sanctissimam Eucharistiam non potest morti tradi, prout hæc omnia docent Guazzin. ad defensionem reorum, def. 38. cap. 2. & Chartar. d. cap. fin. n. 433. cum duob. n. seq. Immo aliqui dicunt, quod reus accipiens Sanctissimam Eucharistiam ob reverentiam non debet suspendi per tres, vel quatuor dies, Arnono in soliloquio 81. & Carreus pract. crim. tit. de homicidio, ver. circa itaque n. 63. sed prima opinio practicatur, Surd. dec. 121. *ubi Odierna in addit. dicit vidisse practicum quendam famosum bannitum de die post sententiâ elapsis duob. horis post susceptus Sanctissimam Eucharistiam fuisse mortui traditum.* Et Judex condemnans aliquem ad mortem debet esse sollicitus pro salute animæ condemnati, ut eum faciat peccata sua confiteri antequam ducatur ad supplicium, aliàs punitur, l. Archigerones, C. de Episcop. Audient. Puteo de sindicatu, vers. condemnatio, cap. 2. n. 1. Guazzin. d. def. 38. d. cap. 2. n. 1. *Bossius in pract. crim. tit. de executione sententiæ n. 21. & Chartar. d. cap. fin. post n. 429. Immo si Princeps describat Judici, ut statim forjudicatum suspendat, tamen adhuc Judex debet competentem spatium concedere forjudicato ad confitendum peccata sua Sacerdoti, aliàs Judex malefacit, Clarus §. fin. quæst. 97. ver. Item est differentia in fine, Chartar. d. cap. fin. n. 432. & Guazzin. d. def. 38. cap. 2. n. 1. ver. in tantum. & Judex antequam exequutioni demandet sententiam forjudicationis, debet competentem terminum dare reo ad confitendum peccata sua, aliàs Judex Ecclesiasticus potest per censuras Ecclesiasticas prohibere, ne Judex secularis exequatur sententiam, nisi prius dato dicto termino reo morturo ad confitendum peccata sua, Paul. de Cast. in l. archigerones, C. de Episcop. Audient. Gomeſius variarum resolution. lib. 3. cap. 14. n. 6. & *Marta de jurisdict. part. 3. cap. 47. n. 5. quod nunquam vidi servatum.* Quod si forjudicatus noluit sua peccata confiteri, & se emendare, & tunc est aliquantulum superſedendum in exequendo justitiâ, & ipsi debet persuaderi per probos viros ad confitendum peccata sua, quod si hoc noluit*

luit

luit facere demum suspenditur, Clar. d. q. 97. ver. sed pone, & Chartar. d. cap. final. post num. 429.

14 Sed forjudicatus non potest morti tradi die feriato, l. si feriatis, ff. de feriis, l. custodias, ff. de public. Boer. dec. 259. n. 28. Cabal. resol. crim. casu 227. à n. 28. usque ad n. 52. Grandis de bello exulum prædicamento quando, quæst. 2. nu. 1. & *Burgus de modo præcedendi ex abrupto. quæst. 25. n. 18.* nisi sic in ignis latro, quia tunc potest morti tradi die feriato, cap. Regni provisâ juris sanctio, & de jure communi Bal. & Paul. de Cast. in l. Provinciarum, G. de foriis Clar. d. q. 97. ver. quero etiam, Foller. præct. crim. rub. pœnis debitis feriantur, n. 101. Cabal. ubi supra, Chart. d. cap. fin. n. 438. & seq. Guazzin. d. def. 38. cap. 5. n. 1. Sanfelice. dec. 173. & Maranta in suo speculo, par. 6. act. 10. n. 38. sed exequutio sententiæ non potest fieri in die festivo ad honorem Dei, secus in diebus festivis ad honorem hominis, Chartar. d. c. fin. n. 440. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de feriis, c. 5. n. 24. & in civilibus an sententia possit exequi die feriato, dixi supra cap. 19. n. 23.

15 Et forjudicatus suspendendus ducitur per loca publica ad locum justitiæ, *Bossius in præct. crim. tit. de executione sententiæ n. 16.* & Guazzin. dict. def. 38. cap. 5. n. 2. ubi n. 4. dicit quodd exequutio sententiæ contrâ delinquentem debet fieri publicæ, & non occulte, nisi ex licentia Principis id fiat, quodd si fiat de licentia Principis, & tunc postea ejus cadaver debet poni in loco publico, ne murmur in Populo oriatur, & idem tenet Chartar. in d. cap. fin. post n. 443. Et exequutio sententiæ capitalis, est faciendâ in locis publicis, Foller. d. rub. pœnis debitis feriantur, num. 78. Et quidam Judex ut suæ meretrici complaceret coram suâ mensâ suspendendû suspendere fecit fuit à Curia expulsus, Bajard. ad Clarum, §. fin. q. 99. n. 6. Guazzin. def. 35. cap. 9. n. 10. & def. 38. cap. 5. n. 4.

16 Sententia forjudicationis contrâ forjudicatum exequi debet in loco delicti, l. capitalium, §. fin. ff. de pœnis, Clar. d. quæst. 99. ver. item quero, & Rota præct. conclus. conclus. 9. n. 93. sed de consuetudine potest exequi in loco, ubi residet Judex, intellige parte accusante non contradicente, aliàs exequi debet ad locum delicti, Grandis de bello exulum, prædicamento ubi, quæst. 3. n. 2. ubi n. 4. dicit, quodd quando est suspitio, ne confanguinei condemnati auferant eum, exequutio sententiæ potest fieri in carceribus, & n. 6. dicit quodd Judex potest dare licentiam carnifici, ut si dum ducat condemnatum ad supplicium, timeat ne ei auferatur, gladio eum interficiat intinere, quod facere non potest ipse carnifex si non habeat licentiam, idem tenent Guazzin. ad defensionem reorum, def. 5. cap. 6. n. 5. Carrerius præct. crim. tit. de homicidio, ver. decimonono excusatur, fel. mibi 219. à tergo Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 275. Affili. in Constitut. Reg. terminum vite, n. 27. & Garzia Toletio in dicto 365. Sed alii tenent, quodd si satellites

tempore, quo ducunt aliquem ad supplicium, prævideant armatos ad effectum eripendi eum ex eorum manibus, possunt eundem reum propriis manibus interficere, ita Farinac. præct. crim. tit. de carcerib. & carceratis, quæst. 32. n. 38. Sed postea in eadem qu. 32. nu. 50. & 52. dicit hoc procedere Judice sic mandante, aliâ secus, Bald. in l. addictos, n. 4. C. de Episcop. Aud. & *Palma in sua præctica part. 1. glossa 20. n. 32.* Et quod exequutio justitiæ debeat fieri in loco consueto, & deputato, est tex. in l. penult. ff. de justit. & jure, sed famosi latrones suspenduntur, ubi grassati sunt, d. l. capitalium. §. famosos, sed hoc aliqui extendunt in quocunque delinquentem, prout tenet Chartar. d. cap. fin. n. 441. cum duob. n. seq. sed quando Præses discurret Provinciam pro persequutione bannitorum, potest exequi facere justitiâ contrâ bannitos, & forjudicatos captos si ei videbitur, Grandis d. prædicamento ubi, d. quæst. 3. num. 7.

17 Carnifex pro ducendo malefactorem ad locum justitiæ potest capere equum, bovem, vel aliud animal, soluto tamen competenti precio Domino animalis, Gomefius variarum resolutionum, lib. 3. cap. 14. n. 7. Maranta par. 6. act. 3. & ultimo, n. 26. Chartar. d. cap. fin. n. 454. & Guazzin. d. def. 38. quæst. 5. n. 3. ubi dicit, quodd talis impenfa spectat ad Fiscum, & quodd carnifex possit capere animalia alicujus pro justitiâ consequendâ, dicunt Affili. in Constit. Regni omnes Officialles, n. 3. Marf. in l. 1. n. 26. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, Cabal. de omni genere homicidii, n. 14. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de Officialibus in genere, cap. 11. n. 50. ubi dicit hoc procedere de jure, mediante salario, sed dicit hoc nunquam vidisse observatum, sed semper carnificem cepisse animalia gratis, citat Cinum in l. si locus, ff. quemad. servit. amitt.

18 Et quando non adest carnifex in loco justitiæ potest vilis persona cogi ad exercendum hoc officium. Nigris in cap. Reg. gravamina, n. 100. Clar. d. quæst. 99. ver. sed pone, Chartar. d. cap. fin. n. 453. Marf. in l. 1. n. 26. ff. ad legem Cornel. de Sycariis, Cabal. de omni genere homicidii, n. 13. Guazzin. d. def. 38. cap. 5. n. 5. & seq. *Ripa de peste. rub. de præservativis remediis contra pestem. n. 136. Carrab. in singul. 142. Zaccaria de salario. quæst. 60. n. 5.* & Follerius præct. crim. rub. pœnis debitis feriantur, n. 18. ubi n. 19. dicit, quodd si Judex habeat plures carcera- tos, inter quos adsit unus, qui possit condemnari ad opus publicum, in hoc casu potest talem condemnare, ut exerceat officium carnificis ad tempus, vel in perpetuum, prout erit qualitas delicti, & idem dicit Guazzin. dicta defens. 38. cap. 9. n. 6. & *Ripa ubi supra n. 130.* Et Judex potest facere gratiam Reo mortituro, dummodò exerceat officium carnificis, Foller. d. rub. pœnis debitis feriantur, n. 21. sed hoc facere debet Judex, consulto Principe, ut advertit Guazzin. d. def. 38. cap. 5. n. 6. in fine, Et Judex potest etiam capere servum hominis privati, & exe-

& exequi facere sententiam capitalem, Fol-
ler. d. rubr. pœnis debitis feriantur, n. 20. Sed
cui cōpellitur ad exercendū officiū carnifi-
cis, sunt solvendi quinque avrei pro suspē-
dendo malefactorem, l. divus, ff. de bonis
damnat. Clar. d. quæst. 99. ver. sed pone in fi-
ne, Chartar. d. cap. fin. n. 452. & *Zacchia in*
d. quæst. 60. n. 6. Guazzin. di& def. 38. cap. 5.
n. 7. ubi dicit, quod d. l. divus est correctæ
per §. fin. Auth. ut nulli Judic. sed in practica
servatur secundum d. l. divus, & in M. G. V.
& in Regiis Audiētiis adest carnifex, qui est
salariatus à Fisco, & in Tribuli Campanæ
etiam adest carnifex salariatus à Fisco, &
habes carolēnos tres quolibet die. prag. unica.
§. 15, de officio Judicis general. nam istæ ex-
pensæ carnificis spectant ad Fiscum, & ad
Baronem in terris Baronialibus, Capibl. de
Baronib. prag. 19. n. 34. Cappel. Tholof. de
cil. 41. Chartar. d. cap. fin. n. 456. & Nigris in
cap. Reg. gravamina, n. 99. nisi in contrariū
sit consuetudo, nam in multis locis de con-
suetudine istæ expensæ solvuntur per Uni-
versitatem, Clar. d. q. 99. ver. quæro hic, Ca-
bal. resolut. crim. casu 201. n. 14. Chartar. d.
c. fin. n. 456. & Guazzin. ad def. reor. def. 6. c. 5.
nu. 8.

20 Sed advertat Judex, ne faciat exequi sen-
tentiam forjudicationis contrā forjudicatū
à carnifice inimico forjudicati, ne forjuda-
tus contristeretur, & anima ejus pereat in
æternum, & carnifex peccet in habendo so-
latium de morte forjudicati, & in commit-
tendo dolum in dilatando mortem ejus Ca-
bal. de omni genere homicidii, nu. 15. cum
trib. n. seq. & cum in hac Civitate Neapolis
carnifex commississet dolum in dilatando
mortem condemnatorum anno 1651, mensis
Augusti fuit ad mortem condemnatus, &
contrā eum fuit prolata sententia tenoris
sequentis.

In causā Magistri Antonii Sabatini Mini-
stri justitiæ M. C. V. inquisiti de crudeli
morte exequutā in decapitando Antonium
Tagliatela, & laqueo suspendendo Nun-
tium de Patio Casalīs Juliani condemnatos
ordine altæius mediante pecuniā, ut præ-
tenditur, & aliis extorsionibus in eodē Mi-
nisterio commissis, ut ex actis in Bancā Ma-
gistris Bartimelli die 23. mensis Augusti
1651. Neapoli factā relatione S. E. in Supre-
mo Regio Collaterali Consilio per Dominū
Judicem Anellum Portium causæ Commiss-
sarium per Magnam Curiam delegatam
provisum fuit, & decretum quod supradic-
tus Magister Antonius Sabatinus, ut supra
inquisitus ducatur supra Curiam in foro
magnū, ut laqueo moriatur in furcis, cujus
cadaver postea dividatur in frustra, ejusque
caput in trātā ferreā inclusā ponatur in Pa-
latio M. C. V. & ante exequutionem senten-
tiæ torqueatur tanquam cadaver ad sciendū
complices hoc suum, &c. Burgos, Regius
Consiliarius, & Proregens, Staibanus, Regius
Consiliarius, Lopez, Portius, Confalonius,
Zorolus, Boliaca, de Angelis, Miconus, Fi-
liū, Bartimellus, &c., Fabius de Anna Scri-
ba. *Sed quando carnifex non commissit do-*

lum in dilatando mortem suspendendi, non
punitur, dato quod suspensus fuit injuste ci-
demnatus ad mortem per Judicem, Gram-
mat. in dec. 36. n. 81. & seq. & Farin. in pra-
ct. crim. tit. de panis temperandis. q. 97. ca-
su 6. n. 122.

21 Advertet etiam Judex, ne exequi faciat
sententiam forjudicationis in personam for-
judicati in catibus, in quibus debet differri
ejus exequutio, quorum Primus est, si for-
judicatus sit obligatus ad reddendam ratio-
nem alicujus administrationis, nam tunc
differtur exequutio sententiæ quousque
non reddat rationem dicte administratio-
nis, l. 1. Cod. de bonis proscript. Constantius in
l. 1. n. 80. in fine Cod. panis fiscalibus credit.
præferri. lib. x. Cabal. resolut. crim. casu 146.
n. 7. Chartar. d. cap. fin. n. 427. & Guazzin. d.
def. 38. cap. 3. n. 2. sed hoc de consuetudine
non servari testatur Puteo de sindicatu, ver.
pœna, cap. 2. in princip. sed vide Clar. §. fin.
quæst. 97. in princip. & Carrer. pract. crim.
tit. de homicidio, ver. circa itaque, nu. 21.
fol. mihi 244. qui tenent contra Faridem.
Secundus est casus, si forjudicatus existens
in fortis Curie efficiatur furiosus, nam
tunc contra eum non exequitur sententia
forjudicationis, Chartar. d. cap. fin. n. 424.
Clar. §. fin. q. 60. ver. sed quæro. Immo si post
commissum delictum superveniat furor in
personam delinquentis, ille non potest con-
demnari, ut dixi sup. q. 3. n. 78. Sed quando
furor supervenit post delictum, & speratur,
quod furiosus de proximo est sanandus, &
tunc exequutio sententiæ est differenda us-
que ad recuperatam sanitatem, Aret. in lex
facto, n. 16. ff. de vulg. & pupill. subit. & Ca-
bal. resolut. crim. casu 297. n. 20. ubi n. 42. di-
cit, quod qui post delictum commissum in
furorem venit, non punitur pœnā corpora-
li, sed in carceribus detinetur, donec ad sa-
nam mentem reddat, ut pœna contra eum
exequi possit, sed si appareat de fictione, &
simulatione furoris, tunc sententia exequu-
tioni demandatur. Carrerius ubi supra
n. 26. & seq. sed amentes facti post commis-
sum delictum possunt puniri pœnā pecu-
niariā, Delbene de immun. Eccles. lib. 2.
cap. 12. dubit. 1. n. 12. & dixi supra cap. 2. post
n. 78. *Sed quilibet præsumitur sana mentis,*
& non insanis. l. codicillos. Cod. de codicillis,
Grammat. in dec. 72. n. 21. Virgiliis de legit.
persona. cap. 7. n. 6. Magon. dec. Florent. 97.
n. 12. & Mascardus de probatoimibus con-
clus. 824. n. 5. & 6. conclus. 503. n. 14. ubi per
totam illam conclusionem. late tractat quo-
modo probetur demencia, & vide eundem in
conclus. 760. 824. 825. 826. 827. & 1049. &
vide etiam Farinacium in fragm. part. 1. v. furor.
à n. 289. usque ad n. 216. Ma-
gon. in d. dec. 97. n. 7. & 8. & Virgiliis d. c. 7.
n. 8. ubi n. 12. dicit, quod notario attestanti
de sanā mente, non creditur. c. 1. Boer. in
dec. 23. n. 73. & 74. & idem tenent Marfil.
in l. 1. §. si quis dicatur. n. 4. ff. de quæstionib.
late Farinac. in fragment. part. 1. v. furor.
à n. 275. cum pluribus seq. & Marinis quo-
tid. resolut. lib. 2. cap. 225. & plura signa furo-
ris

vis commemoras Farinac. in fragm. d. partis
1. vers. furoris. à n. 238. usque ad n. 274. &
Magon. in d. dec. 97. n. 7. & 8. Tercius est ca-
sus, quando mulier forjudicata carcerata est
prægnans, nam contra eam non exequitur
sententia forjudicationis quousque non pe-
perit, l. Imperator, ff. de statu hominum,
l. prægnantis, ff. de pœnis, Clar. §. fin. qu. 97.
ver. differtur etiam, & Chartar. d. cap. fin.
n. 425. Immo neque sententia potest exequi
contra mulierem infra quadraginta dies
post partum, quod si mulier non habeat
confaguineos, qui valeant alimentari facere
partum, partus alimentatur à Fisco, Const.
Reg. pessimam, & horrendam. circa finem.
Immo si mulier forjudicata sit prægnans
unius diei, adhuc contra ipsam non potest
exequi sententia, & hoc dato, quod sit præ-
gnans ex alio, quam ex suo marito, argu-
mento eorum, quæ traduntur per Nigris in
cap. Regni ad hoc, n. 122. Et neque mulier
prægnans forjudicata non existens in fortis
Curie potest imponi interfici ab aliquo vi-
gore statuti disponentis forjudicatos posse
impune occidi, ut dixi supra cap. 17. n. 29.
Et indubio creditur mulieri, dicenti se esse
pregnantem, etiam si non dicat à quo sit præ-
gnans. Afflic. in dec. 226. n. 4. & ibi Pinellus,
& Riccius in dec. 262. n. 3. part. 2. & Mascard.
de probat. conclus. 1214. n. 11. ubi per totam
illam conclusionem, dicit mulierem esse præ-
gnantem probari per duas obfetrices, ubi
n. 12, dicit, quod sufficit dictum unius obse-
tricis asserentis, mulierem esse pregnantem,
quando cum ea concurrit dictum ipsius mu-
lieris. ut dixi in addit. ad praxim Torturæ
cap. 12. n. 25. Quartus casus est, quando ex-
pedit Fisco, ut supersedeatur in exequendo
sententiam forjudicationis, quia tunc super-
sederi debet, puta si sit facienda confronta-
tio cum aliis, reis, vel si forjudicatus velit
alios inquisitos dare in manibus Curie, quia
tunc mittendus est cautus cum famulis Cu-
rie. Grand. de bello exulsi, in prædicamento
quando, quæst. 3. n. 4. in fine. Quintus casus
quando forjudicatus est peritissimus in arte
sua, quia tunc superseditur in exequutione
sententiæ, & imponitur minor pœna, con-
sulto Principe, leg. ad bestias, ff. de pœnis,
Chartar. d. cap. fin. n. 429. & Farinac. præct.
crim. tit. de pœnis temperandis, quæst. 98.
n. 134. & seq. Ultimus casus est, quando con-
stat de innocentia forjudicati, quia tunc est
superfendum per Judicem in exequutione
dictæ sententiæ forjudicationis, & est re-
scribendū Principi, ut dixi supra c. 14. n. 23.

Sed si condemnatus ad mortem exequu-
 tionem sententiæ differri petat, dicens ha-
 bere aliqua Principi, revelare pro salute ip-
 sius, in hoc casu Judex non debet differre
 pœnam, & supersedere in exequendo sen-
 tentiam, sed debet illam exequutioni deman-
 dare, l. si quis forte 6. ff. de pœnis. Puteo de
 sindicatu, ver. pœna, cap. 2. in princ. & Car-
 rerius præct. crim. tit. de homicidio, ver. cir-
 ca itaque, n. 12. fol. mihi 242.

22 Forjudicato, si dum ducatur ad patibulū,
 obviam faciat Cardinalis, & apponat pileū

in capite forjudicati, forjudicato est facien-
 da gratia, Albanus in Addit. ad Bart. in l. ser-
 vus, n. 2. & seq. ff. de leg. 1. Chartar. d. cap. fi-
 nal. post n. 428. Clar. §. fin. quæst. 98. ver. ulte-
 rius quæro, Caravit. ritu 259. n. 8. Puteo de
 sindic. ver. pœna, c. 2. n. 2. *Cotta in suis me-*
morialibus. in ver. Cardinales. & Carrer. d.
ver. circa itaque, n. 7. fol. mihi 243. iter. Hoc
tamen fallit in condemnato pro crimine fal-
si, Catalan. de indulto, cap. 26. n. 47. & seq.
Bajardus ad Clarum in d. quæst. 98. n. 2. &
Muscattell. in præct. crim. tit. de falsis n. 27.

23 Sed si forjudicato dum carnifex eum su-
 24 spendit rumpatur funis, & tunc dicunt ali-
 qui, quod suspendendus debet liberari, Rotā
 in florilegio præct. conclusionum, conclus. 9.
 n. 93. Fabius à Monteleone in praxi arbitra-
 ria, part. 4. n. 496. fol. mihi 201. Farinac. in
 fragm. ver. condemnatus, n. 628. part. 1. &
 Bossius in dec. 217. n. 18. Sed nonnulli dicunt
 hoc procedere, si reus antè exequutionem
 sententiæ protestatus sit de ejus innocentia,
 quia tunc fracto laqueo, est liberandus, Ar-
 nono soliloquio 5. Farinac. ubi supra n. 629.
 Tiraquell. de pœnis temperandis causa 64.
 Chart. de exequut. sent. in præfatione, n. 58.
 & Carrerius in præct. crim. tit. de homicidio,
 vers. nono excusat, fol. mihi 187. limitant
 tamen hoc DD. quando constat laqueum es-
 se fractum dolo, & fraude alicujus, vel si
 condemnatus esset inquisitus de crimine so-
 domiæ (quod tantum ponderis, & sceleris
 hoc nefandum delictum continet) quia tunc
 fracto laqueo, reus iterum est suspendendus,
 ita Fabius à Monteleone ubi supra, sed quo-
 ad sodomitam dictum Fabii à Monteleone
 non placet. Bajardo ad Clarum, §. fin. q. 98.
 n. 10. Caballo resolut. crim. casu 257. n. 10. &
 seq. & Guazzino ad defensionem reorum, de-
 fens. 38. cap. 3. post n. 2. Sed alii DD. dicunt,
 quod licet quando rumpitur funis, & non
 constat de fraude, & dolo, condemnatus de-
 beat liberari, tamen hoc facere non potest
 Judex inferior, qui condemnavit dictum
 reum ad mortem, sed debet supersedere in
 exequutione, & Principi rescribere, & ab
 eo responsum expectare, Clar. d. quæst. 98.
 ver. ultimo quæro. Farinac. ubi supra n. 640.
 Cabal. d. casu 257. Chartar. in d. præfatione à
 d. n. 58. usque ad n. 69. Puteo de sindicatu
 ver. pœna cap. 2. post n. 2. Boerius dec. 217.
 n. 18. & seq. Penna in l. si quis à n. 24. usque
 usque ad n. 29. C. de decurionib. lib. 12. Go-
 mesius variat. resolut. lib. 3. c. 13. n. 27. vers.
 textus casus est, *Carrab. in sing. 46. & Guaz-*
zinus d. def. 38. cap. 3. n. 3. ubi limitat hoc
quando suspendendus est famosus banniti-
tus, vel diffamatus. Et Princeps debet ag-
gratiare reum, quando rumpitur funis, non
constito de fraude. Boss. præct. crim. tit. de
exequutione sententiæ, n. 25. prout ita ob-
servatum fuisse testatur Clar. d. qu. 98. vers.
ultimo quæro, in fine, & cum casus alijs ac-
cidisset Florentiæ, fuit data notitia Magni
Ducis, & ex gratia, & benignitate dicti Ma-
gni Ducis, reus tuit à pœna furcarum libe-
ratus, non tamen totaliter absolutus, ut tes-
tatur Cabal. d. casu 256. n. 8. Sic etiam Prin-
ceps

ceps debet esse facilis ad faciendam gratiam condemnato ad *triremes*, qui tempestate *Maris*, *triremibus submersis vel ruptis in illis liberatur*. *Bossius in d. n. 25.*, & *Catalanus de indulto cap. 44. n. 15.* sed alii tenent, quod semper, & indistincte reus debeat iterum suspendi, si rumpatur funis, prout tenent *Guzierrez Canoniarum quest. lib. 2. cap. 24. n. 44.* *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de Officiis in genere, cap. 11. n. 43.* cum plur. seq. ubi refert bis fuisse fractum laqueum, & iterum damnatum fuisse suspensum, & *Bajard*, ad *Clarum*, d. q. 98. n. 9. dicit casum in *Civitate Asculi* sibi contigisse in quodam bannito nuncupato *Finucchio*, qui dum spenderetur, fractus fuit laqueus, & ipse iussit duplicari laqueum, quo duplicato bannitus remansit suspensus, *Bajardum* citant *Cabal*, d. casu 257. n. 4. in fine, & *Guazzin*, d. cap. 2. post n. 3. ver. sed idem *Bajardus*, & idem fuisse observatum *Alexandriae*, refert *Cagnolus* in l. favorabiliores, ff. de regul. juris, quem adducit *Chartar*. in d. praefatione, nu. 63. Sed opinio illorum asserentium esse superfedendum in executione sententiae, & Principi rescribendum, quando funis rumpitur, mihi videtur magis communis, quam comprobo per tex. in l. 1. §. fin. ff. de quaestionib. ubi habetur, quod si post sententiam transactam in rem iudicatam constat de innocentia rei condemnati, *Judex inferior*, qui tulit dictam sententiam eam revocare non potest, sed debet superfedere in ejus executione, & Principi rescribere, de quo dixi supra cap. 14. n. 23. Et si velis sequi ultimam opinionem, quam ego observarem in famulo bannito, & diffamato, secundum opinionem *Guazzin*. ubi supra d. cap. 2. d. n. 3. tamen fracto laqueo, reus non est statim iterum suspendendus, sed est superfedendum per aliquos dies, intra quos reus denud est confortandus per personas religiofas, nam aut laqueus ex miraculo fuit fractus, & reus poterat contristari, videns se iterum suspendi, aut vero dolo fuit fractus laqueus, & poterat esse, quod fuisset particeps fraudis, & ex hoc peccatum commisit, ex dictis per *Peregrinum* con. 2. n. 154. vol. 2. & per *Guazzin*. d. cap. 3. in fine, & successively necesse est, ut de hoc se poeniteat, & ad se poenitendum debet superfederi per aliquos dies, ut diximus.

25 Sed si forjudicatus, post emissum spiritui reviviscat ex gratia Dei, amplius non est suspendendus, *Cabal*. resolut. crim. casu 257. post nu. 4. *Cagnolus* in d. l. favorabiliores. n. 13. & *Chartar*. de execut. sent. in praefat. n. 65. Sed hoc limitant aliqui DD. in condemnato de crimine sodomiae, qui si sit suspensus, & postea reviviscat, iterum est suspendendus, secundum *Quintil*. adductum per *Caballum* d. casu 257. n. 12. sed contrarium substineri potest per *Bajardum* ad *Clarum*, §. fin. quest. 98. n. 10. per *Cabal*. resolut. crim. casu 257. n. 10. & seq. & per *Guazzin* ad defensionem reorum, def. 38. cap. 3. post n. 3. sed vide *Danzam* tom. 3. tit. de variis criminum cognit. cap. 5. n. 4. Et est ratio, quia

delicta morte extinguuntur. l. 2. §. 2. si reus vel accusator, & l. finali. Cod. de bonis avr. Decius in l. si is qui n. 7. Cod. qui testam. fac. poss. & *Menoch*. de arbit. judic. casu 285. n. 1. prout etiam morte extinguitur matrimonium, aut si maritus mortuus reviviscat, non recuperat suam uxorem, & potest cum alia matrimonio contrahere. *Bart.* in l. nam ad ea. & *Bald.* in l. iura n. 6. ff. de legibus, & addidi supra cap. 24. n. 5. ubi etiam dixi, quod si naturaliter mortuus reviviscat ex gratia Dei, non recuperat bona sua ab ejus heredibus.

26 Sed si executio sententiae sit per errorem facta, ut quia unus pro alio fuit suspensus, in hoc casu etiam verus delinquens suspendi debet, *Chartar*. de execut. sent. cap. fin. n. 461. & *Danza* de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 4. n. 10. & faciunt dicta per *Marf.* in l. 1. n. 14. ff. de legem *Cornel.* de Sicariis, per *Caball*. resolut. crim. casu 37. & per *Guazzin*. ad defensionem reorum, def. 2. cap. 8. n. 15. ubi dicunt, quod si aliquis, quam verus delinquens sit punitus, hoc non obstante, si reperiatur deinde verus delinquens, ipse punitur, citant tex. in l. qui servum, ff. de interrog. act. *Paschal.* de virib. patriae potestatis part. 3. cap. 1. nu. 17. *Carrer*. tit. de homicidio ver. circa itaque, n. 52. fol. mihi 246. & *Anna* in repetitione Const. Regni terminum vita n. 53.

S U M M A R I U M.

- 1 Cadaver Rei suspensi, an debeat Ecclesiastica sepultura tradi? & an possit tradi Medicis ad anatomiam faciendam; n. 2. & 3.
- 4 Vester Rei suspensi ad quomodo spectant?
- 5 Spoliis forjudicatum suspensum, punitur poena arbitraria.
- 6 Membrum, an possit impunè mulitari forjudicato suspensio?

C A P. XXVII.

De cadaveribus forjudicatorum.

I loquimur de cadavere forjudicati mortui extra carceres, dum armabat per campaneam, & cadaver non debet sepelli in loco banni, ut dixi supra cap. 18. n. 10. ubi etiam dixi, quod receptans cadaver banniti, punitur. Si vero loquimur de cadavere forjudicati existentis in posse Curiae, qui forjudicatus morte naturali decessit, pendentibus nullitatibus forjudicationis discutiendis, an cadaver sit suspendendum de hoc dixi in cap. praecedenti nu. 9. Sed tantum intentio mea est tractare in hoc cap. fin. de cadavere forjudicati suspensi per Judicem competentem: Et idem advertas, quod postquam forjudicatus est suspensus ejus cadaver de jure Canonico debet tradi

Ec-

Ecclesiasticæ sepulture, cap. quælitum, 13. quæst. 2. Clar. §. fin. q. 100. in princip. Chart. de exequut. sentent. cap. fin. n. 457. & *Marta de iurisdic. part. 2. cap. 47. n. 1. & per totum.* Sed de jure civili corpora damnatorum non possunt Ecclesiasticæ sepulture tradi absq; licentiâ Judicis, l. 1. ff. de cadaverib. punitorum, Chartar. d. cap. fin. d. n. 457. & Gome-
 sius variarum resolu. lib. 3. cap. 14. n. 8. prout etiam servatum fuit in sacratissimo corpo-
 re Domini nostri Jesu Christi, quod de li-
 centiâ Pilati Præsidis fuit Ecclesiasticæ se-
 pulture traditum. Joan. cap. 24. Chartar. d. c. fin. n. 458. & Clarus d. quæst. 100. in princ. ubi dicit, quodd quando damnatus est publi-
 cus latro, vel si gravia delicta commiserit, tunc dividitur ejus cadaver in frustra, post-
 quam fuit suspensus, & ponitur in locis, ubi frequentius grassatus sit, vel relinquitur in loco patibuli, ut omnibus sit exemplo, & idem tenent Chart. d. cap. fin. n. 459. Tar-
 tag. pract. crim. cap. 16. n. 6. Guazzinus ad defensionem reorum. def. 38. cap. 7. n. 5. in fine, & Farinac. pract. crim. tit. de homicidio, quæst. 128. n. 14. Sed licet de jure cadavera forjudicatorum, & hannitorum suspensorum debeant semper manere suspensa, ut eorum conspectu ceteri terreantur, l. respiciendum. §. famulos, ubi Bar. ff. de pœnis, tamen hoc non observari, & aliquando tradi Ecclesia-
 sticæ sepulture, tam per Præsidem, quam per Auditores, testatur Grandis de bello exulum, prædicamento pati, quæst. 3. specia-
 li 87. sed quis non potest propriâ auctorita-
 te cadavera suspensorum sepellire, & à pa-
 tibulo ea eripere, & hoc sive Reus sit suspen-
 sus in loco consueto, sive in alio loco, Ba-
 jard. ad Clar. d. quæst. 100. n. 1. & Guazzin. d. def. 38. cap. 7. n. 2. ubi n. 4. dicit, quodd cada-
 vera damnatorum sepeliuntur in loco soli-
 to secundum loci consuetudinem. Sed Baro-
 nes non possunt concedere licentiâ, ut
 corpora suspensorum tollantur à furcis, &
 sepulturis tradentur, Capyc. in investitura,
 tit. feudorum clausulæ, ver. cum mero, &
 mixto in perio. Mastrill. de magistratibus.
 lib. 4. cap. 16. n. 268. & Merolla in theologiâ
 morali. tom. 3. disp. 7. cap. 1. dubio 6. post
 n. 139. sed licet hoc sit de jure, tamen de fa-
 cto Barones servant contrarium, Capibl. de
 Baronib. prag. 8. par. 1. n. 72. & seq. & *furcâ
 suspensus non potest deponi sine licentiâ Judi-
 cis. Marf. in l. final. n. 48. ff. de quæstion. & De-
 cius in l. si is qui. nu. 9. Cod. qui testam. fac.
 poss.*

- 2 Et cadaver damnati suspensi potest tradi medicis ad anatomiam faciendam. Gome-
 sius d. cap. 14. n. 9. Voller, pract. crim. rub. pœ-
 nis debitis teriantur, n. 80. Angel ad Gizza-

rell. dec. 15. n. 7. *Menoch. de arbit. judic. ca-
 su 285. n. 10. & Clar. d. quæst. 100. ver. quæro
 numquid, ubi dicit, præcedente tamen li-
 centiâ Principis, vel Senatus, quem sequuntur
 Menoch. in d. casu 285. n. 12. in fine, &
 Farinac. in frag. par. 1. ver. cadaver, n. 1. & 2.
 sed Judex inferior hanc licentiâ concedere
 non potest, Guazzin. d. def. 38. cap. 8. post
 n. 1. ubi n. 2. dicit, quodd cadaver damnati
 pro anatomia faciendâ solùm conceditur,
 quando damnatus esset tantum suspensus,
 & non aliter mortuus, & quod sit vilis fami-
 lia, & de pravitate conditionis. Bajard. ad
 Clar. in d. quæst. 100. n. 4. & Farinac. in d. ver.
 cadaver. n. 2. in fine.*

3 Et factâ anatomia de corpore damnati sus-
 pendi, residuum dicti corporis, quod supe-
 rest debet sepeliri, & debent medici officia
 solemnia pro animâ anatomizati decantari
 facere, & illius ossa sepulture cum debitis
 funeralibus tradere, Bajard. ad Clarum. d.
 quæst. 100. n. 4. Imò Scholares, & alii, qui in-
 ter venerunt dictæ anatomie, debent elemo-
 synas facere pro Missis celebrandis pro sa-
 lute animæ illius damnati anatomizzati,
 Guazzin. d. def. 38. cap. 8. n. 4.

4 Et vestes cadaveris suspensi, si sint viles,
 sunt carnificis, si verò pretiosæ, & tunc di-
 viduntur inter milites, Clar. d. quæst. 100.
 ver. quæro etiam, latè Guazzin. d. def. 38.
 cap. 9. per totum, & Chartar. d. c. fin. n. 462.
 ubi n. seq. dicit, quodd vestes Salvatoris no-
 stri distributæ fuerunt inter milites, & sa-
 tellites. *Et licet alii simpliciter teneant, quodd
 suspensio possint vestes auferri, sed illa sine
 applicanda pro necessitatibus Curie, ut te-
 nent Bartolus per illum textum in l. divus
 ff. de bonis damnatis. & Afflicti. in Const. Regni
 si quis aliquem, post n. 1., tamen prima opi-
 nio prædicatur.*

5 Sed privatus spoliatus forjudicatum sus-
 pensum punitur pœna arbitraria, Novar.
 decif. Regiæ Audientie Apuleæ 145. n. 1. &
 Farinac. d. quæst. 20. n. 119. & dixi supra c. 17.
 nu. 52. ubi dixi, an occidens forjudicatum
 possit postea illum spoliare, & vestes aufer-
 re.

6 Et forjudicatus postquam est suspensus an
 aliquis possit ipsi mutilare membrum, &
 videtur dicendum, quodd maxime nam si
 potest illum offendere impunè, eo vivente,
 ut dixi supra cap. 17. n. 2. ergo à fortiori, eo
 mortuo, & homo mortuus non dicitur am-
 plius homo, cum non habeat corpus, & ani-
 mam, & mors tollit nomen, *Et homo mor-
 tuus non dicitur homo sed cadaver. cap. Moys-
 ses. 22. qu. 2. Somp. Ascia indeterminat. 115.
 n. 12. & Marta de iurisdic. part. 4. cen-
 sura 2. casu 155. n. 4. & vulnerans hominem
 mortuum, non tenetur pœnâ statuti vulne-
 rantis aliquem. Hippol. de Marfiliis in l. fin.
 n. 20. ff. de quæstionibus, quia mortuus non
 moritur, nec vulneratur, & licet quis post
 mortem dicatur offendi, tamen hoc est fictè,
 sed non verè, unde qui exanimatum corpus
 vulnerat, non punitur tanquàm de vulne-
 re, quia corpus mortuum injuriam non
 sentit Caball. resolut. crim. casu 83. n. 9. Et
 ca.*

cadaveri nulla potest inferri injuria. Semp. Astia in d. determinat. 119. post d. n. 13. ubi m. 16. dicit, quod homo mortuus nihil est. §. 1. inst. de inutil. stipulat. Unde si quis præstat cautionem de non offendendo aliquem, si offendant ejus cadaver, pœna conventionalis non debetur; Amend. ad Franch. decis. 418. n. 6. & Farinac. præct. crim. tit. de variis, ac diversis criminib. quæst. 107. par. 2. artic. 27. n. 368. sed contrarium puto verum, nam licet forjudicatus possit impunè offendere, tamen quando est in posse Curie non potest offendi impunè, ut dixi d. c. 17. n. 12. ergo, &c. & etiam mortuo fit injuria, & violentia, l. 1. ff. quib. ut indignis, & l. 1. §. & si forte, ff. de injuriis, Farinac. præct. crim. tit. de variis, ac diversis criminib. quæst. 105. in spec. 2. n. 85. & seq. Bartholomeus de Capuat in Const. Reg. si quis aliquem, Ansaldo de jurisdictione parte 4. tit. 7. cap. 2. n. 32. Grassus de effect. cler. effect. 9. n. 141. Novarius in dec. 145. n. 6. & Decius in l. si is qui. n. 12. C. qui testamenta facere possunt, & cadaver Rei suspensi non debet injuriari, Petris. conf. 49. n. 37. & Novar. de gravam. vass. tom. 3. gravam. 76. nu. 3. unde percussus Clericum mortuum, efficitur excommunicatus, Grassus de effect. cler. effect. 9. n. 140. & seq. Sperellus dec. 45. m. 56. part. 1. Diana par. 9. tract. 4. resol. 39. Novarius in dec. 145. n. 7. & Marf. in l. fin. n. 44. ff. de quæst. ubi n. 50. dicit, quodd licentia data à statuto offendendi bannitum finitur morte ipsius banniti, & n. 51. dicit Marf. ibi, quodd derubans bannitum mortuum, debet furcâ suspendi, sicut famosus fur, & idem dicit Cephalus in consilio 57. n. 22. de quo vide, quod dixi supra d. c. 17. n. 52. & bannitus licet vivus possit impunè offendere, tamen mortuus non potest vulnerari, Bal. in l. sororem, C. de his quib. ut indignis, & Menoch. de arbit. Judic. lib. 2. casu 285. n. 4. & Bajard. ad Clar. §. homicidium, n. 234. Et vulnerans mortuum punitur pœnâ extraordinariâ, licet non pœnâ legis de vulnerante aliquem, Arnono in suis commentariis utriusque juris, commentariæ 101. in fine, Caball. d. casu 83. n. 12. & Farinac. d. quæst. 20. n. 121. Unde non videtur tuta opinio, Marf. in l. 1. n. 65. ff. ad legem Cornel. de Sctariis, afferentis, quod dormienti non fiat injuria, nam si injuria, fiat mortuo, à fortiori fit dormienti, & habens reum cum mortuâ graviter punitur, Clar. §. fornicatio, vers. cum mortua, & Ansaldo d. c. 2. d. n. 33. & Decianus tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 42. n. 24. ubi dicit, quodd truncans caput cadaveri, non dicitur homicidium committere, & neque incurrit in pœnam irregularitatis, & idem tenent Grassus in d. effect. 9. n. 142. & Hippol. de Marf. in d. l. final. n. 25. ff. de quæstionibus, & quodd mortuus offendatur, & cadaveri fiat injuria, est tex. in l. 1. §. quoties, ff. de injuriis, & in l. qui sepulchra, ver. domos defunctorum, C. de sepulchro violato, & Cabal. resol. crim. casu 189. n. 2. & sicut quis mutilans membrum alicui homini vivo intus Ecclesiam, non gaudet immunitate Ecclesiasticâ per Bullam Gre-

gor. XIV. ita si mutilat membrum alicui homini mortuo intus Ecclesiam, neque gaudet ejus immunitate, Novarius summa bullarum tom. 1. super Bullam Gregorii XIV. tit. de immunit. Ecclesiast. n. 53. & Novarius senior dec. Reg. Aud. Apuleæ 145. unde merito mutilans membrum forjudicato suspecto puniri debet, ut diximus. Quia nullum cum vidis corsamen & æthere cassis, ut admonet Virgilius in lib. xi. Æneidos.

At dū hac Typis tradebam invictiss. Rex noster cum per Secretariam Status & Justitiā ordinasset per modum legis, quod nullus Delegatus se incerneret in judicando causas criminales, sed sola cognitio illarum spectasset, & pertineret ad Magnam Curiam Vicaria in criminalibus: quo audito ab Illustribus Gubernaturibus Sacra Domus A. G. P. Neapodis, ab iisdem fuit supplicatus d. Invictissimus Rex, ut hoc locum non haberet in causis criminalibus. STUPRORUM Puellarum Expositarum d. Pii Loci sed ut pro quibus eorum Delegatus procederet etiam in d. causis criminalibus, prout prius procedebat, statibus amplissimis Privilegiis d. S. Domus, concessis à predecessoribus Regnantibus hujus Regni ut publice, & notorie constet per tanta volumina typis impressas, Propterea d. Sacra Majestas per Secretariam Status Rerum Ecclesiasticarum, habitâ prius consultatione Regalis Camera Sanctæ Claræ fecit subsequentem ordinem, quem hic addere notando curavi, v2.

Haviendo visuelto el Rey, que V. S. como Delegado de la Real Casa Santa de la Anunciada de esta Ciudad, continue a dar las providencias economicas a resguardo de las causas de las desfloradas Espositas con la facultad tambien de carcerar los Reos, a fin de inducirlos a contraher prontamente los matrimonios, o dotarlas, pero que quando estos fuesen negativos del delicto y quisiesen juridicamente defenderse, en tal caso remita V. S. el conocimiento de ello a la G. Corte de la Vicaria, para que la misma proceda juridicamente en la causa. Lo prevengo a V. S. de ordin de S. M. a fin que se halle con esta noticia, y assi lo efectue puntualmente, en la inteligencia que se ha participado esta Real deliberacion a la dicha G. Corte de la Vicaria anadiendo se la que siempre que V. S. la remitiere los autos de causas de Estupro padecidos por Donzellas espositas ya retiradas en la mencionada Casa Santa se entienda suplida la carcel formal, en la qual a thenor de la Real Constitucion del año 1728. deveria restringir se la desflorada con la restricción, y ensermamento en el lugar donde las tienen los Governadores dentro de la misma Casa. Dios guarde a V. S. muchos años como deseo. Palaccio a 5. de Enero 1741. D. Gaetano Maria Brancque. Al Senior D. Domingo de Rosa Guardi Dios &c.

Et sic deinceps fuit semper executum à d. Delegato pro tempore d. S. Domus SS. Annuntiatæ Neapolis in variis causis criminalibus, ut videre est in Bancâ Delegationis de Avrienna panes scribam Russo. in S. R. C. & Scribam de Marino.

Et Additionibus cursivi characteris interpo-
siti tam huic Operi Regii Consilarii meritis-
sini mei Avunculi Scialoyæ, quam Praxi
torquendi reus Ejusdem finem impono: non
obstare quod Defuit & scriptis ultima linea
meis, ut admonet Ovid. attamen. Egi bonum
patrem, familiæ, feci ampliora, quæ acci-
pi. major ista hæreditas a me ad posteros trā-
seat: multum adhuc restat Operis, multumq;

restabit: nec ulli ex me nato post mille sæcula
præcluditur occasio aliquid adhuc adicien-
di, Seneca epistola 64. Quia patet omnibus
veritas, non dum est occupata, multum est
illa etiam futuris meis posteris relictum est.
idem Seneca epistola 33. ad laudem Sanctis-
simæ TRIADIS, Immaculatæque semper,
semperque Virginis Mariæ.

FINIS.

521



T t

IN-

I N D E X

Rerum notabilium, quæ in hâc Praxi Forjudicatoriâ continentur,

A



Portare faciens mulierem, quâ penâ puniatur? cap. 3. n. 60. & 74.

Absens non comprehenditur in extractum, c. 22. n. 35.

Absens in criminalibus non potest de jure diffinitivè condemnari, quando contra eum

venit imponenda pena ultra relegationem, sed de generali consuetudine Italia, & de jure Regni est secus, cap. 1. n. 5.

Absentia citati pro causâ criminali potest allegari per consanguineos citati, cap. 8. n. 87. & late de materiâ absentia, ibidem, usque ad nu. 106.

Accessus prohibitus ad patriam, non censetur prohibitus ad locum domicilii, sed tantum ad locum, ubi quis natus est, cap. 22. n. 39.

Accusator non tenetur personaliter comparere ad prosequendam suam accusationem; sed potest mittere procuratorem; & ipse accusator, debet in omnibus audiri, cap. 8. n. 8. & citari debet, si intendat facere partem in iudicio ibid. n. 9.

Advariarius in causis criminalibus non potest recipere petitiones, quæ sapiunt defensiones rerum ab aliis, quàm à dictis, reis cap. 8. n. 5.

Advariarius recipiens ultro pandectam, quâ pena puniatur? cap. 25. n. 39. in fine.

Advariarius debet scribere, & subscribere omnia acta, alias sunt nullæ, cap. 5. n. 14.

Advariarius tenetur facere librum per alphabeticum omnium inquisitorum, & tenetur facere perquisitionem contra carceratum, & illam ponere in processu. cap. 25. post nu. 45. in fine.

Advocatus tenetur gratis patrocinium prestare pauperibus carceratis, cap. 25. nu. 12. in fine.

Adulterium committens, quâ penâ puniatur, & quâ penâ punitur accommodans domum ad committendum adulterium, c. 2. n. 108.

Aggratiatus, si sit captus ad locum vetitum infra tempus obtinendi remissionem, non gaudet gratiâ, cap. 24. n. 18. limita ibidem, nu. 19.

Alimenta non spectant ad Fiscum, publicatis bonis illius, qui debentur alimentis, cap. 16. n. 19.

Alleviantes naves, & in ipsis praticantes absque licentiâ Officialium Sanitatis in Civitate Neapolitanâ, puniuntur pena mortis, cap. 3. n. 135.

Alguzerii officium quis excercere non potest in M.C.V. nisi sit probatus, & matriculatus, &

quod sciat scribere, cap. 6. n. 8.

Alloquia secreta cum delinquente facta ante delictum, an faciant indicium ad torturam contra alloquentem? c. 4. n. 31.

Anima quando infundatur in corpore humano? cap. 3. post n. 60.

Animalia quis vendere non potest extra suam patriam, nisi habeat fidem à deputatis dictæ sue patriæ, cap. 21. n. 13.

Annotatio bonorum, an fieri debeat? cap. 9. n. 16. 18. 20. & 21. Et quo tempore, & pro quibus delictis fiat? ibidem n. 16. & 22. & an habeat locum, tam in bonis stabilibus, quàm mobilibus. ib. n. 22.

Annotatio facta per Judicem in calce processus, talem fuisse forjudicatum, non probat sententiam forjudicationis, si ipsa non reperiatur in processu, c. 12. n. 21.

Annus expectari debet ad forjudicandum plures, qui commiserunt homicidium cum uno idem scopis, & ignoratur, à quo sit emissus dictus idem, cap. 10. n. 9. & 10.

Annus, in quo quis persistere debet in contumacia, ut possit forjudicari à quo tempore incipit currere, c. 9. n. 617. & 19.

Appellatio non datur à decreto de exequendo sententiam forjudicationis. c. 26. n. 12.

Appellatio admittitur ab omni gravamine, quod ampliat pluribus modis. cap. 14. n. 1.

Appellare potest banitus de jure communi, sed in Regno forjudicatus leâ sententiâ forjudicationis non appellat, cap. 14. n. 2. & tale statutum valet ibid. n. 2. sed forjudicatus potest dicere de nullitate, ibid. nu. 6. Et an in statu Ecclesiastico possit appellare, ibidem n. 4.

Agnati vel forjudicandi possunt appellare à decreto, quod reus forjudicatur ante leâ sententiam forjudicationis, ibidem n. 5. Forjudicatus appellat cum rescripto Principis. ibidem n. 7. Sed debet fieri rescriptum cum clausula (non obstante Const. Reg. panam eorum) ibid. n. 8.

Appellari potest per consanguineos forjudicandi à decreto, quod reus forjudicatur ante leâ sententiam forjudicationis, & inter ipsam sententiam non potest legi, cap. 11. n. 23. & neque forjudicatus potest occidi. ibidem nu. 24.

Appellari an possit à decreto reiciente nullitate propositas adversus sententiam forjudicationis, c. 25. post n. 72.

Arbores alienas incidens de jure Regni puniatur penâ mortis, secus de jure communi, cap. 3. n. 133.

Argumentum valet de excommunicato ad banitum, cap. 1. n. 20.

Arma alicujus reperta propè cadaver occisi, faciunt

I N D E X.

ciant iudicia contra dominum diſorum armorum, & quomodo elidatur hoc iudicium, cap. 4. n. 61.

Arma prohibita an quis portare poſſit pro perſe-
quutione forjudicatorum? cap. 19. n. 5. &
quid pro deſenſione propria perſona? d. n. 5.

Armantes quatuor per campaneam cum armis
prohibitis ad modum exulium extra vias pu-
blicas cum concurrenti diffamatione dicun-
tur forjudicati, etiam ſi non delinquant, &
puniuntur penâ mortis, cap. 2. n. 29. & com-
prehenditur etiâ mulier in iſto numero qua-
tuor, ibidem n. 30. & contra iſtos tales Re-
gie Audiencia procedunt ad modum belli,
ib. num. 31.

Aſſinus punitur penâ mortis, & quid in
mundante, & quid inſequuto effectu, &
quid in mediatoribus, cap. 3. n. 98.

Aſſinus poteſt impune interfici, cap. 17. poſt
num. 22. amplia, ut pater aſſinus poſſit im-
pune occidi à proprio filio, d. cap. 17. poſt n. 47.
& è contra poſt d. n. 22.

Aſſerens ſe prius inveniffe occiſum, an contra
eum faciat iudicium ad torturam? cap. 4.
num. 21.

Aufugiens à carceribus habetur pro confeſſo,
cap. 20. num. 42. Intellige, ut ibidem num. 44.
& 46., & quid ſi erat iniuſte carceratus,
ibidem num. 42. & 43.

Aufugiens prope locum delicti, poteſt torqueri,
niſi ſponte compareat. c. 4. n. 23.

Auxilium præſtans Turcæ, vel Mauro, ut au-
ſugiant à Regno, punitur penâ mortis, cap.
3. n. 122.

B

Banna diſponentia, ut quis occidens forj-
dicatum gaudeat indulto, valent, cap. 24.
n. 92. & talia banna poſſunt tantum fieri à
Principe, ib. n. 93.

Banna, quæ dantur ſecundum ſtatuta Terra-
rum Italia ſunt mortalia, c. 2. n. 3.

Banna facta per Officialeſ durante, durante
officio ipſius Officialis, cap. 22. poſt n. 31.

Bannum, & annotatio bonorum fit contra con-
tumacem in citatione ad informandum, &
ad capitula, cap. 9. n. 1. & quid fit ponere
reum in banno, ib. n. 2.

Bannum fieri debet contra contumaciâ, &
elapſo anno à die dicti banni reus poteſt for-
judicari, c. 10. n. 1. & annus currit à die
promulgationis dicti banni, ib. n. 2. & quid
ſi tempus anni ſit brevium à ſtatuto, quo
tempore incipiat currere dictum tempus bre-
vium, ibid. n. 29.

Bannum, ſi dicat, ut occidens forjudicatum
poſſit denominare unum delinquentem, qui
gaudeat indulto, ſi nominet duos, primò no-
minatus gaudet indulto, cap. 24. n. 100.

Bannum, an dicatur ſententia interlocutoria,
& poſſit revocari, c. 9. n. 3. & 4.

Bannum præcedere debet, ut poſſit proferri ſen-
tentia forjudicationis, cap. 9. n. 5. & 7. ſed
bannum non fit in M.C.V. & neque in Urbe
Romanâ, ib. n. 9. & 12.

Bannum debet publicari Curia ſedente, & de-
inde per Civitatem, aliàs eſt nullum, cap. 9.

n. 8. & 11. & quid in M.C.Vic. ibid. n. 10.

Bannum debet eſſe certum, & in ſcriptis, &
alia requiſita habere debet, cap. 9. n. 13.

Bannitus in aere, & perſonâ habetur pro mor-
tuo, cap. 15. n. 6.

Bannitus, & contumax habitus pro confeſſo vi-
gore ſtatuti de jure communi ſemper auditur
ad ſe defendendum in cauſâ principali, c. 14.
à n. 10. uſque ad n. 15. & quid in ſtatâ Ec-
cleſiaſtico, ibidem n. 16. & quid ſecundum
ſtatutum Italia, ibidem n. 11. Sed in Regno
lectâ ſententiâ forjudicationis non auditur
in cauſâ principali, ibidem n. 16. amplia, ut
ibidem, n. 27. limita duobus modis, ib. n. 12.
20. & 26.

Bannitus, & condemnatus pro delicto in contu-
maciâ dicitur bannitus, & condemnatus
ex maleſicio, & non ex contumaciâ, cap. 1.
num. 27.

Bannitus de jure communi non poteſt impune
